Universidad de Deusto
Biblioteca

D. THOMAE

VOL. IV

IN LIBROS

METAPHYSICES

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tomus Quartus

D. THOMAE AQVINATIS
DOCTORIS ANGELICI,

COMPLECTENS EXPOSITIONEM,

In Duodecim libros Metaphyſices,
ARISTOTELIS.
Tractatum de Ente, & Eſſentia. D. Thomæ.
Cum Commentariis
F. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xiſti,
Et Expoſitionem eiuſdem Diui Thomæ.
In Librum de Cauſis.

ROMAE M. D. LXX.

BIBLIOTECA BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tomus Quartus

D. THOMAE AQVINATIS
DOCTORIS ANGELICI
COMPLECTENS EXPOSITIONEM,
In Duodecim libros Metaphyfices,
ARISTOTELIS.
Tractatum de Ente, & Essentia. D. Thomæ.
Cum Commentariis
F. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xisti,
Et Expositionem eiusdem Divi Thomæ.
In Librum de Causis.

ROMAE M. D. LXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

IN XII. LIBROS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS EXPOSITIO.

PROLOGVS S. THO.

Lib. 1. Lect. 3.

SICVT docet Philosophus in Politicis suis, Quando aliqua plura ordinantur ad vnũ, oportet vnum eorum esse regulans, siue regens, & alia regulata, siue recta. Quod quidem patet in vnione animæ & corporis. Nam anima naturaliter imperat, & corpus obedit. Similiter etiam inter animæ vires. Ira scibilis .n. & cõcupi scibilis naturali ordine per rationem reguntur. Omnes aũt scientiæ & artes ordinant in vnum, s. ad hominis perfectionẽ, quæ est eius beatitudo. Vnde necesse est, ꝙ vna earũ sit aliarũ omniũ rectrix, quæ nomen sapientiæ recte vendicat. Nam sapientis est, alios ordinare. Quæ autem sit hęc scientia, & circa quã lia, considerari põt, si diligeter respiciatur qũo est aliquis idoneꝰ ad regendũ. Sicut.n. (vt in libro pdicto Philosophus dicit) homines intellectu vigentes naturaliter aliorum rectores, & dñi sunt: homines vero, qui sunt robusti corpore, intellectu vero deficientes, sunt naturaliter serui: ita scientia debet esse naturaliter aliarum regulatrix, quæ maxime intellectualis est. Hæc autem est quæ circa maxime intelligibilia versatur. Maxime autem intelligibilia tripliciter accipere possumus. Primo quidem ex ordine intelligendi. nam ex quibus intellectus certitudinem accipit, videntur esse intelligibilia magis. Vnde, cum certitudo scientiæ per intellectum acquiratur ex causis, causarum cognitio maxime intellectualis esse videtur. Vnde & illa scientia, quæ primas causas considerat, videtur esse maxime aliarum regulatrix. Secundo. ex comparatione intellectus ad sensum. Nam, cũ sensus sit cognitio particularium, intellectus per hoc ab ipso differre videtur, ꝙ vniuersalia comprehendit. Vnde & illa scientia maxime est intellectualis, quæ circa principia maxime vniuersalia versatur. Quæ quidem sunt ens, & ea quę consequũtur ens: vt vnum & multa, potentia & actus. Huiusmodi aũt non debent omnino indeterminata remanere, cum sine his, completa cognitio de his, quæ sunt propria alicui generi vel speciei, haberi non possit. Nec iterum in vna aliqua particulari scientia tractari debent: quia cum his vnumquodq; genus entium ad sui cognitionem indigeat, pari ratione in qualibet particulari scientia tractarentur. Vnde restat, ꝙ in vna communi scientia huiusmodi tractentur, quæ cũ maxime intellectualis sit, est aliarum regulatrix. Tertio, ex ipsa cognitione intellectus. Nam cum vnaquæq; res ex hoc ipso vim intellectiuã habeat, ꝙ est a materia immunis, oportet illa esse maxime intelligibilia, quæ sunt maxime a materia separata. Intelligibile .n. & intellectũ ꝓportet proportionata esse, & vniꝰ generis: cum intellectus & intelligibile in actu sint vnum. Ea vero sunt maxime a materia separata, quæ non tantum a signata materia abstrahunt, sicut formæ naturales in vniuersali acceptæ, de quibus tractat scientia naturalis, sed omnino a materia sensibili. Et non solũ secundum rationem, sicut mathematica, sed etiam secundum esse, sicut Deus & intelligentiæ. Vnde scientia, quę de istis rebus considerat, maxime videt esse intellectualis, & aliarũ princeps siue domina. Hæc aũt triplex consideratio, nõ diuersis, sed vni scientiæ attribui debet. Nam prædictæ substantiæ separatæ sunt vniuersales, & primæ causæ essendi. Eiusdem autem scientiæ est considerare causas ꝓprias alicuius generis, & genus ipsum: sicut Naturalis cõsiderat principia corporis naturalis. Vnde oportet ꝙ ad eadem scientiam pertineat considerare substantias separatas, & ens cõe, quod est genꝰ: cuius sunt prędictæ

Proœmij cap. 1.

† a c. addit rerum.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS METAPHYSICORVM LIBER PRIMVS.

Antiqua translatio.

1. OMNES homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio. Præter enim vtilitatem, propter seipsos diligũtur, & maxime aliorum, qui est per oculos. Non enim solũ vt aganus, sed & nihil agere decentes, ipsum videre prę omnibus, vt dicam, aliis eligimus. Causa autem est, ꝙ hic maxime sensuũ nos cognoscere facit, & multas differẽtias demõstrat.

C Bessarionis Cardinalis Niceni Interpretatio.

*OMNES homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio. nam & absque usu propter seipsos amantibus. præ cæteris autem, qui per oculos sit. non enim vt agamus solum, uerum etiam nil acturi, ip sum videre præ omnibus aliis, vt ita dicam, eligimus. causa autem est, quòd sensuum hic vel maxime nos D cognoscere quicquam facit, multasque * differentias manifestat.*

* a c. addit rerum.

Lect. 1. & 3.

Lect. 1. & 3.

subſtantiæ cões & vniuersales causæ. Ex quo apparet, ꝙ quamuis ista scientia prædicta tria consideret, non tñ considerat quodlibet eorum vt subiectum, sed ipsum solum ens cõe. Hoc.n. est subiectum in scientia, cuius causas & passiones quimus: non aũt ipsæ causæ alicuius generis q̃siti. Nam cognitio causarum alicuius generis, est finis, ad quẽ consideratio scientiæ pertingit. Quamuis aũt subiectum huius scientiæ sit ens cõe, dr tñ tota de his quæ sunt separata a materia secundũ esse & rationem. Quia secundũ esse & rationẽ separari dicuntur, non solũ illa, quæ nunq̃ in materia esse possunt, sicut Deus & intellectuales substantiæ, sed ét illa, quæ possunt sine materia esse, sicut ens cõe. Hoc tñ non contingeret, si a materia secundũ esse dependerent. Secundũ igitur tria ꝓdicta, ex quibus perfectio huius E scientię attendit, sortitur tria nomina. Dicitur.n. scientia diuina siue theologia, in quantũ prædictas substantias considerat. Metaphysica, in quãtum considerat ens & ea quę consequunt ipsum. Hæc .n. trãsphysica inueniunt in ista resolutionis, sicut magis cõia post minus cõia. Dicitur aũt prima philosophia, in quãtum primas rerũ causas cõsiderat. Sic igit patet quid sit subiectum huius scientiæ, & qualiter se habeat ad alias scientias, & quo nomine nominetur.

LECTIO PRIMA.

2. VIC autem scientiæ Ar. proœmium præmittit, in quo duo tradit. Primo quidem ostendit circa quid hæc scientia versetur. Secundo, qualis sit ista scientia, ibi: ¶ Quia vero non actiua. ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit ꝙ huius scientiæ, quæ sapien-

Lect. 3. part. 1
Lect. 2. part. 1.
Lect. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

part. vlt. Lect. prim. part. 2. part. prim.

tia dicitur, est considerare causas. Secundo qualiter vel quas causas considerat, ibi: ¶ Quoniam autem scientiam hanc ¶ Circa primum præmittit quædam, ex quibus ad propositum sequitur. Secundo ex prædictis rationem sumit, ibi: ¶ Cuius autem gratia nunc, ¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit in communi, scientię dignitatem. Secundo ostendit cognitionis ordinem, ibi: ¶ Animalia quidem igitur &c. ¶ Scientiæ autem dignitatem ostendit per hoc, q̃ naturaliter desideratur ab omnibus tanquam finis. Vnde circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat, ibi: ¶ Signum autem. ¶ Proponit igitur primo quòd omnibus hominibus naturaliter desiderium inest ad sciendum. Cuius ratio potest esse triplex. Primo quidem, quia vnaquæque res naturaliter appetit perfectionem sui. Vnde & materia dicitur appetere formam, sicut imperfectum appetit suam perfectionem. Cum igitur intellectus, a quo homo est id quod est, in se consideratus, sit in potentia omnia, nec in actu eorum reducatur nisi per scientiam; quia nihil est eorũ quę sunt ante intelligere, ut dicitur in tertio de Anima. sic naturaliter vnusquisque desiderat scientiam sicut materia formam. Secundo, quia quælibet res naturalem inclinationem habet ad suam propriam operationem: sicut calidum ad calefaciendum, & graue vt deorsum moueatur. Propria autem operatio hominis inquantum homo, est intelligere. Per hoc enim ab omnibus alijs differt. Vnde naturaliter desiderium hominis inclinatur ad intelligendum, & per consequens ad sciendum. Tertio, quia vnicuique rei desiderabile est vt suo principio coniungatur. in hoc enim vnusquisque perfectio consistit. Vnde & motus circularis est perfectissimus, vt probatur † Octauo Physicorum, quia finem coniungit principio, Substantijs autem separatis, quæ sunt principia intellectus humani, & ad quę intellectus humanus se habet vt imperfectum ad perfectum, non coniungitur homo nisi per intellectum. Vnde & in hoc vltima hominis felicitas cõsistit. Et ideo naturaliter homo desiderat scientiam. Nec obstat, si aliqui homines scientiæ, hoc studium non impendant, cum frequenter qui finem aliquem desiderant, a prosecutione finis ex aliqua causa retrahantur, vel propter difficultatem perueniendi, vel propter alias occupationes. Sic etiam, licet omnes homines scientiam desiderent, non tamen omnes scientiæ, studium impendunt: quia ab alijs detinentur, vel a voluptatibus, vel a necessitatibus vitę præsentis, vel etiam propter pigritiam vitant laborem addiscendi. Hoc autem proponit Aristo, vt ostendat quòd quærere scientiam non propter aliud vtile, qualis est hæc scientia, non est vanum, cum naturale desiderium vanum esse non possit. Deinde ostendit quod proposuerat, per signum: quia cum sensus ad duo nobis deseruiant, scilicet ad cognitionem rerum, & ad vtilitatem vitæ, diliguntur a nobis propter se ipsos, inquantum cognoscitiui sunt: & etiam propter quod vtilitatem ad viam conferunt. Et hoc patet ex hoc, quòd ille sensus maxime ab omnibus diligitur, qui magis cognoscitiuus est, qui est visus, quę diligimus non solum ad agendum aliquid, sed etiam si nihil agere deberemus. Cuius causa est, quia iste sensus scilicet visus, inter omnes magis facit nos cognoscere, & plures differentias rerum nobis demonstrat. In quo manifestum est, quòd duas præeminentias visus in cognoscendo ad alios sensus ponit. Vnam quidem, quia perfectius cognoscit. Quod quidem visui accidit, eo quòd spiritualior est inter oes sensus. Quanto enim aliqua vis cognoscitiua est immaterialior, tanto est perfectior in cognoscendo. Quod autem visus sit immaterialior, patet, si consideratur eius immutatio, qua ab obiecto immutatur. Nam, cum omnia alia sensibilia immutent organum, & medium sensus secundum aliquam materialem immutationem, sicut tactus obiectum, calefaciendo & infrigidando: obiectum vero gustus, afficiendo sapore aliquo organum gustus mediante saliua: obiectum autem auditus per motum corporalem, obiectum autem odoratus per fumalem euaporationem: solum obiectum visus non immutat nec organum, nec medium, nisi spirituali immutatione. Non enim pupilla, nec aer coloratur, sed solum speciem coloris recipiunt secundum esse spirituale. Quia igitur sensus in actu consistit in actuali immutatione sensus ab obiecto, manifestum est illum sensum spiritualiorem esse in sua operatione, qui immaterialibus & spiritualius immutatur. Et ideo visus, certius & perfectius iudicat de sensibus inter alios sensus. Aliam autem præeminentiam ponit, quia nobis plura demonstrat. quod quidem accidit ex ratione suo obiecti. Tactus enim & gustus, & similiter odoratus & auditus sunt cognoscitiui illorum accidentium, in quibus distinguuntur inferiora corpora a superioribus. Visus autem est cognoscitiuus illorum accidentium, in quibus communicant inferiora corpora cũ superioribus. Nam visibile actu est aliquid per lucem, in quo cõmunicant inferiora corpora cũ superioribus: vt dicitur secundo de anima. Et ideo corpora cælestia solo visu sunt sensibilia. Est autem alia ratio, quòd visus plures differentias rerum demonstrat, quia sensibilia corpora, præcipue per visum & tactum cognoscere videmur: & adhuc magis per visum. Cuius ratio ex hoc sumi potest, quòd alij tres sensus sunt cognoscitiui eorum, quæ a corpore sensibili quodam modo effluut & non in ipso consistunt: sicut sonus est a corpore sensibili, ut ab eo fluens & non in eo manens: & similiter fumalis euaporatio, cum qua & ex qua odor diffunditur. Visus autem & tactus percipiunt illa accidentia, quæ rebus ipsis immanent, sicut color & calidum & frigidum. Vnde iudicium tactus & visus extenditur ad res ipsas. Iudicium autem auditus & odoratus ad ea, quæ a rebus ipsis procedunt non ad res ipsas. Et inde est quòd figura & magnitudo & huiusmodi, quibus ipsa res sensibilis dũponitur, magis percipitur visu & tactu, quam alijs sensibus. Et adhuc amplius magis visu quam tactu, tamen propter hoc quòd visus habet maiorem efficaciam ad cognoscendum (vt dictum est) tum propter hoc quòd quantitas & ea quę ad ipsam sequuntur, quę videtur esse sensibilia cõmunia, proximius se habent ad obiectum visus, quam ad obiectum tactus. Quod ex hoc patet, quòd obiectum visus, omne corpus habens aliquam quantitatem aliquo modo consequitur, non autem obiectum tactus. Deinde cum dicit.

Lib. de sens. & sensi. Lect. 2.

Natura itaque animalia sensum habentia fiunt.

A sensu uero quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam uero innascitur. & ob hoc, alia prudentia, alia disciplinarum capaciora

Te.c.68.

b ¶ Prosequitur de ordine cognitionis, & primo quantum ad bruta animalia. Secundo quantum ad homines, ibi [Alia quidem igitur & cetera ¶ Circa vero bruta animalia tangit primo quidem id, in quo omnia animalia coicant. Secundo id, in quo animalia differunt & se inuicem excedunt, ibi: ¶ Ex sensibus. ¶ Communicant autem omnia animalia in hoc quòd naturaliter sensus habent. Nam ex hoc animal est animal, & habet animam sensitiuam, quæ natura est animalis: sicut forma vnicuique propria est natura eius. Quamuis autem omnia animalia sensum habeant naturaliter, non tamen omnia habent omnes sensus, sed solum perfecta. Omnia vero habent sensum tactus. Ipse enim est quodammodo fundamentum omnium aliorum sensuum. Non autem habent omnia sensum visus, quia sensus visus est omnibus alijs perfectior in cognoscendo: sed tactus magis necessarius. Est enim cognoscitiuus eorũ, ex quibus aial constat, scilicet calidi, frigidi, humidi & sicci. Vnde sicut visus inter omnes est perfectior in cognoscendo, ita tactus est magis necessarius: vtpote primus existens in via generationis. Ea enim, quæ sunt perfectiora secundum hanc viam, sunt posteriora respectu illius indiuidui, quod de imperfecto ad perfectionem mouetur. Deinde cum dicit.

Li. de sens. & sen. Lect. 2.

Li. de sens. & sen. Lect. 3.

Secundo de anima T. c. 160. Lect. 6.

c ¶ Ponit diuersitatem cognitionis, quæ est in brutis. & tangit etiam tres gradus cognitionis in huiusmodi animalibus. Quædam enim sunt, quæ licet sensum habeant, non tamen habent memoriam, quæ ex sensu fit. Memoriam enim sequitur phantasia, quæ est motus factus a sensu secundum actum, vt habetur in secundo de anima. In quibusdam vero animalibus ex sensu non fit phantasia, & sic in eis non potest esse memoria: & huiusmodi sunt animalia imperfecta, quæ sunt immobilia secundum locum. vt conchilia. Cum enim animalibus cognitio sensitiua sit prouisiua ad vitæ necessitatem & propriam operationem, animalia illa memoriã habere debent, quæ mouentur ad distans motu progressiuo. Nisi enim apud ea remaneret per memoriã intentio præconcepta, ex qua ad motum inducuntur, motum continuare non possent, quousque finem intentum consequerentur. Animalibus vero immobilibus; sufficit ad propias operationes præsentis sensibilis acceptio, cum ad distans non moueantur.

Et

Et ideo sola imaginatione confusa habent aliquem motum indeterminatum, vt dicitur tertio de Anima. Ex hoc autem, quòd quædam animalia memoriam habent, & quædam non habent, sequitur quòd quædam sunt prudentia, & quædam non. Cum enim prudentia ex præteritorum memoria de futuris prouideat,

T.cõ.56.

¶ vnde secundum Tullium in Secundo Rhetoricæ, partes eius ponuntur memoria, intelligentia, & prouidentia) in illis animalibus prudentia esse non potest, quæ memoria carent. Illa vero animalia, quæ memoriam habent, aliquid prudentiæ habere possunt. Dicitur autem prudentia aliter in brutis animalib⁹, & aliter hominibus inesse. In hominibus quidem est prudentia secundum quòd ex ratione deliberant quid eos oporteat agere. Vnde dicitur Sexto Ethicorum, quòd prudentia est recta ratio agibilium. Iudicium autem de rebus agendis, non ex rationis deliberatione, sed ex quodam naturæ instinctu, prudentia in alijs animalibus dicitur. Vnde prudentia in alijs animalibus, est naturalis æstimatio de conuenientibus prosequendis, & fugiendis nocinis: sicut agnus sequitur matrem & fugit lupum. Inter ea vero, quæ memoriam habent, quædam habent auditum, & quædam non. Quæcunque autem auditum non habent, vt apes, vel si quod aliud huiusmodi animal est, licet prudentiam habere possint, non tamen sunt disciplinabilia: vt scilicet per alterius institutionem possint assuescere ad aliquid faciendum vel vitandum. Huiusmodi enim institutio præcipue recipitur per auditum, vnde dicitur in libro de sensu & sensato, & auditus est sensus disciplinæ. Quod autem dicitur, ¶ Apes auditum non habere. ¶ Non repugnat ei, quod videntur ex quibusdam sonis exterreri. Nam sicut sonus vehemens occidit animal, & scindit lignum, vt in tonitruo patet, non propter sonum, sed propter commotionem aeris vehementem in quo est sonus: ita animalia, quæ auditu carent, iudicium de sonis non habendo possunt per sonos aereos exterreri. Illa vero animalia, quæ memoriam & auditum habent, & disciplinabilia & prudentia esse possunt. Patet igitur, tres esse gradus cognitionis in animalibus. Primus est eorum, quæ nec auditum nec memoriam habent. Vnde nec disciplinabilia sunt, nec prudentia. Secundus est eorum, quæ † habent memoriam, sed non auditum, vnde sunt prudentia, & non disciplinabilia. Tertius est eorum, quæ vtrumque habent, & sunt prudentia & disciplinabilia. Quartus autem modus esse non potest, vt scilicet aliquod animal, quod habeat auditum, & non habeat memoriam. Sensus enim qui per exterius medium suum sensibile apprehendunt, inter quos est auditus, non sunt nisi in animalibus, quæ mouentur motu progressiuo, quibus memoria deesse non potest, vt dictum est. Deinde cum dicit.

Lect.7.

D.1077.

e ¶ Ostendit gradum cognitionis humanæ. & circa hoc duo facit. Primo namque ostendit in quo cognitio humana excedit prædictorum cognitionem. Secundo ostendit quomodo humana cognitio per diuersos gradus distribuatur, ibi: ¶ Fit autem ex memoria. ¶ Dicit ergo in prima parte, quòd vita animalium, regitur imaginatione & memoria. Imaginatione quidem quantum ad animalia imperfecta, memoria vero quantum ad animalia perfecta. Licet enim & hæc imaginationem habeant, tamen vnumquodque regi dicitur ab eo, quod est principalius in ipso. Viuere autem hic, non accipitur secundum quòd est esse viuentis, sicut accipitur in Secundo de Anima, cum dicitur, Viuere viuentibus est esse. Nam huiusmodi viuere animalis non est ex memoria & imaginatione, sed præcedit vtrumque. Accipitur autem viuere pro actione vitæ, sicut & conuersationem hominum vitam dicere solemus. In hoc vero, quòd cognitionem animalium determinat per comparationem ad regimen vitæ, datur intelligi, quòd cognitio inest ipsis animalibus, non propter ipsum cognoscere, sed propter necessitatẽ actionis. Supra memoriam autem in hominibus, vt infra dicetur, proximum est experimentum, quòd quædam animalia non participant nisi parum. Experimentũ enim est ex collatione plurium singularium in memoria receptorum. Huiusmodi autem collatio est homini propria, & pertinet ad vim cogitatiuam, quæ ratio particularis dicitur: quæ est collatiua intentionum indiuidualium, sicut ratio vniuersalis intentionum vniuersalium. Et quia ex multis sensibus & memoria animalia ad aliquid consuescunt prosequendũ, vel vitandum, inde est, quòd aliquid experimenti, licet parum, participare videntur. Homines autem supra experimentum, quod pertinet ad rationem particularem, habent rationem vniuersalem, per quam viuunt, sicut per id, quod est principale in eis. Sicut autem se habet experimentum ad rationem particularem, & consuetudo ad memoriam in animalibus, ita se habet ars ad rationem vniuersalem. Ideo sicut perfectum vitæ regimen est animalibus per memoriam, adiuncta assuefactione ex disciplina, vel quomodolibet aliter, ita perfectum hominis regimen est per rationem arte perfectam. Quidam tamen ratione sine arte reguntur, sed hoc est regimen imperfectum. Deinde cum dicit.

Tex.c.37.

Cętera igitur imaginationibus, ac memorijs uiuunt: experientia uero parum participant. humanum autem genus arte etiam, ac ratiocinationibus.

Fit autem ex memoria experientia hominibus. multæ etenim eiusdem rei memoriæ unius experientiæ uim efficiunt. Quare experientia penè simile quid scientiæ, ac arti esse uidetur.

Per experientiam autem ars, & scientia hominibus efficitur. experientia enim, vt recte ait Polus, artem effecit, inexperientia uero fortuna non posibilibus memorari. Prudentia quidem sunt sine addiscere, quęcunque sonos audire non potentia sunt: ut apes, & vtique si aliquod aliud huiusmodi est animalium genus. Addiscunt autem quęcunque cum memoria, & hunc habent sensum.

B

c. Alia quidem igitur imaginationibus, & memorijs viuunt, experimenti autem parum participant. hominum autem genus arte & rationibus.

d. Fit autem ex memoria hominibus experimentum. eiusdem nãq; rei multę memorię, vnius experientię porẽtiam faciunt. Et fere videtur scientię simile experimentum esse, & arti.

C

c. Hominibus autẽ scientia & ars per experientiã euenit. Experientia quidem. n. artẽ fecit, sicut ait Polus recte dicens, sed inexperiẽtia casum. Fit autem

D. 593.

d ¶ Ostendit diuersos gradus humanæ cognitionis. & circa hoc duo facit. Primo comparat experimentum ad artem quidem. Secundo comparat artem speculatiuam ad actiuam ibi. ¶ Primum igitur conueniens &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo, ostendit generationem artis & experimenti. Secundo, præmientiam vnius ad alterum, ibi: ¶ Ad agere quidem igitur &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo, proponit vtriusque prædictorum generationem. Secundo, manifestat per exemplum, ibi: ¶ Acceptionem quidem enim &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo, ponit generationem experimenti. Secundo, artis generationem, ibi: ¶ Hominibus autem &c. ¶ Dicit ergo primo, quòd ex memoria in hominibus experimentum causatur. Modus autem causandi est iste: quia ex multis memorijs vnius rei, accipit homo experimentum de aliquo, quo experimento potens est ad facile & recte operandum. Et ideo, quia potentiam recte & faciliter operandi præbet experimentum, videtur fere esse simile arti & scientię. Est enim similitudo, eo quod vtrobique ex multis vna acceptio alicuius rei sumitur. Dissimilitudo autem, quia per artem accipiuntur vniuersalia, per experimentum singularia, vt postea dicetur. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit generationem artis, & dicit, quòd ex experientia in hominibus fit scientia & ars: & probat per authoritatem Poli, qui dicit, quòd experientia facit artem, sed in experiẽtia casum. Quando enim aliquis inexpertus recte operatur, a casu est.

Modus autem, quo ars fit ex experimento, est idem cum modo prædicto, quo experimentum fit ex memoria. Nam sicut ex multis memorijs fit vna experimentalis scientia, ita ex multis experimentis apprehensis, fit vniuersalis acceptio de omnibus similibus. Vnde plus habet hoc ars quàm experimentum: quia experimentum tantum circa singularia versatur, ars autem circa vniuersalia.

Quod consequenter per exempla exponit cum dicit:

¶ Acceptionem quidem &c. } quia cum homo accipit in sua cognitiõe quòd hęc medicina contulit Socrati & Platoni tali infirmitate laborantibus, & multis alijs singularibus, quicquid sit illud, hoc ad experiẽtiam pertinet. Sed cum aliquis accipit quòd hoc omnibus conferat in tali specie ægritudinis determinata, & secundum talem complexionem, sicut quòd contulit febricitantibus & phlegmaticis & cholericis, id iam ad artem pertinet. Deinde cum dicit.

g ¶ Comparat artem ad experimentum per modũ præeminentiæ, & secundum hoc duo facit. Primo comparat quantum ad actionem. Secundo quantum ad cognitionem, ibi: { Sed tamen scire &c. }

Dicit ergo, quod quantum ad actum pertinet, experientia nihil videtur differre ab arte. Cum enim ad actionem venitur, tollitur differentia, quæ inter experimentum, & artem erat per vniuersale, & singulare. quia sicut experimentum circa singularia operatur, ita & ars. Vnde prædicta differẽtia erat in cognoscendo tantum. Sed quamuis in modo operandi ars & experimentum non differant, quia vtraque circa singularia operatur, differunt tamen in efficacia operandi. Nam experti magis proficiunt in operãdo illis, qui habent rationem vniuersalem artis sine experimẽto. Cuius causa est, quia actiones sunt circa singularia, & singularium sunt omnes generationes. Vniuersalia.n. non generãtur nec mouentur nisi per accidens, inquantum hoc singularibus cõpetit. Homo enim generatur, hoc homine generato. Vnde medicus non sanat hominẽ nisi per accidens, sed per se sanat Platonem, aut Socratem, aut aliquem hominẽ singulariter dictum, cui cõuenit esse hoiem, vel accidit inquantũ est curatus.

ars cum ex multis experimẽtalibus conceptionibus, vna fit vniuersalis, velut de similibus, acceptio. Acceptionem quidẽ enim habere quod Callię & Socrati hac ęgritudine laborãtibus hoc contulit, & ita multis singularium, experimenti est: quod aũt omnibus huiusmodi secũdum vnam speciẽ determinatis, ac ęgritudine laborantibus contulit, vt phlegmaticis, aut cholericis, aut æstu febricitantibus, artis est.

g Ad agere quidẽ igitur experientia quidẽ nihil ab arte differre videt: sed expertos magis proficere videm°, sine experientia rationẽ habentibus. Causa autem est, quia experientia quidem singularium est cognitio, ars vero vniuersaliũ. Actus autẽ & generationes omnes circa singularia sunt. Non enim medicus sanat hominẽ nisi secundum accidẽs, sed Calliã, aut Socratem, aut aliquẽ sic dictorũ, cui esse hominẽ accidit. Si igit sine experimento quis rationẽ habeat, & vniuersale quidem cognoscat, in hoc autem singulare ignoret, multotiens quidem peccabit. Singulare nanq; magis curabile est.

h Sed tamen scire & obuiare, magis arte quàm experimento esse arbitramur: & artifices expertis sapientiores esse opinamur: tanquam magis sit scire secundum sapientiam omnia sequentem.

i Hoc autẽ est, quia hi quidem causam sciunt, illi vero nõ. Experti quidem enim ipsum sciũt quia, sed propter quid nesciũt: hi autẽ propter quid, & causam cognoscunt. Vnde & architectores circa quodlibet quidem huiusmodi honorabiliores, & magis scire manu artificibus putamus & sapientiores, quia factorum causas sciũt. Illi vero

F Quamuis enim esse hominẽ per se conueniat Socrati, tamen curato & medicato per accidens cõuenit, hæc est enim per se, Socrates est homo, quia si Socra. diffiniretur, } poneretur homo in eius diffinitione, (vt in quarto dicetur) sed hæc est per accidens, curatus vel sanatus est homo. Vnde, cum ars sit vniuersalium, experientia singularium, si aliquis habet rationem artis sine experientia, erit quidem perfectus in hoc quẽ vniuersale cognoscat: sed quia ignorat singulare cũ experimento careat multotiẽs in curando peccabit: quia curatio magis ptinet ad singulare q̃ ad vniuersale, cũ ad hoc pertineat per se, ad illud per accidens. Deinde cum dicit.

h ¶ Cõparat experimentum ad artem quãtũ ad cognitionẽ. & circa hoc duo facit. Primo ponit præeminentia artis ad experimentũ. Secundo probat ibi, {Hoc aũt est quia hi quidẽ &c. } Proponit autẽ præeminentia artis & scientiæ quantũ ad tria, scilicet quantũ ad scire, quod quidẽ magis arbitramur esse per artẽ, quàm p experimentũ. Itẽ quãtum ad obuiare, quod in disputationib⁹ accidit. Nam habens artem potest disputando obuiare his, quæ cõtra artẽ dicuntur, non autem habens experimentũ. Item quantum ad hoc, q̃ artifices plus accedunt ad finẽ sapientiæ, quàm experti. { Tãquã magis sit } ideſt cõtingat. { Scire secundum, sapientiam sequẽtem omnia } ideſt quæ sequitur vniuersalia. Ex hoc enim artifex sapientior iudicatur quàm expert⁹, quia vniuersalia considerat. Vel aliter. { Tãquam magis sit scire secundum sapientiam omnia sequentem } ideſt vniuersalia. Alia litera. { Tamquã magis scũdum scire sapientia omnia sequẽte. } quasi dicat { Tãquã sapientia sequente omnia } ideſt consequente ad vnũquodq;. { Magis sit secundum scire, { quam secundum operari: vt scilicet dicantur sapientes magis qui magis sciunt, nõ qui magis sunt operatiui. Vnde alia litera hunc sensum habet planiorẽ, quæ sic dicit: { Tamquam secundum illud quod est scire magis, omnes sequuntur sapientiam. } Consequenter cum dicit.

i ¶ Probat prædictam præeminentiam tripliciter. Prima probatio talis est. Illi, qui sciunt causam & propter quid, scientiores sunt & sapientiores illis, qui ignorant causam,

T.c.34.

tuuam. Fit autem ars, cùm ẽ multis experimentalibus conceptibus vna de similibus vniuersalis opinio fiat. opinari etenim, quod Calliæ hoc morbo laboranti hoc conduxit, similiter Socrati, ac sigillatim alijs multis, experientiæ: quòd autem omnibus huiusmodi secundum vnam speciem determinatis hoc morbo laborãtibus conduxit, vtpote pituitosis, aut biliosis, aut febre ardente febricitantibus, hoc artis proprium est.

Ad agendum itaque nil videtur experientia differre ab arte. quinimmo videmus expertos magis id, quod intendunt, consequi quàm illos, qui rationem absque experientia tenent. Causa vero est, quòd experientia singularium, ars autem vniuersalium cognitio est. actiones autem, ac generationes omnes, circa singularẽ sunt. non enim hominem, nisi per accidens sanat qui medetur, sed Calliam, aut Socratem, aut alium quempiam eorum, qui sic dicuntur, cui accidit hominem esse. Siquis itaque rationem absque experientia teneat, & vniuersale quidem cognoscat, quod autem sub eo particulare est ignoret, sæpenumero errabit à sanando. id enim magis sanabile est, quod singulare est.

Nihilominus scire, & cognoscere magis arti, quàm experientiæ arbitramur ineſſe: ac eos, qui artem tenent, quàm eos, qui experientiam habent, sapientiores esse putamus: eò quòd sapientia propter sctentiam magis omnes sequitur.

Hoc autem, quoniam illi quidem sciunt causam, hi vero minime. experti etenim sciunt quidem quod est, propter quid autem nesciunt: illi vero propter quid, & causam cognoscunt. Quare & eos, qui in quaque re Architecti sunt, honorabiliores & doctiores, ac eis, qui manibus operantur, sapientiores putamus: quoniã causas eorũ, quæ fiunt, sciunt,

sed solum sciunt quia. Experti autem sciunt quia, sed nesciunt propter quid; Artifices vero sciunt causam, & propter quid, & non solum quia: ergo sapientiores & scientiores sunt artifices expertis. Primo primam probat cum dicit: { Vnde & architectores &c. } Probatio talis est. Illi, qui sciũt causam & propter quid, comparantur ad scientes tantum quia, sicut architectonicæ artes, ad artes artificum manu operantium. Sed architectonicæ artes sunt nobiliores: ergo & illi, qui sciunt causas & propter quid, sunt scientiores & sapientiores scientibus tantum quia. Huius probationis prima ex hoc apparet, quia architectores sciunt causas factorum. Ad cuius intellectum sciendum est, quòd architector dicitur quasi principalis artifex: ab arcos quod est princeps, & tecni quod est ars. Dicitur autem ars principalior illa, quæ principaliorem operationem habet. Operationes autem artificum, hoc modo distinguuntur. quia quædam sunt ad disponẽdum materiam artificij, sicut carpentarij secando ligna & complanando, disponunt materiam ad formam nauis. Alia est operatio ad inductionem formæ, sicut cum aliquis ex lignis dispositis & præparatis, nauem compaginat. Alia est operatio i vsum rei iam constitutæ, & illa est principalissima. Prima autem est infima, quia prima ordinatur ad secundam, & secunda ad tertiam. Vnde nauis factor est architector respectu eius, qui præparat ligna. Gubernator autem, qui vtitur naui iam facta, est architector respectu nauis factoris. Et quia materia est propter formam, & talis debet esse materia quæ formæ competat: ideo nauifactor scit causam, quare ligna debeant esse sic disposita, quod nesciunt illi qui præparant ligna. Similiter, cum tota nauis sit propter vsum ipsius, ille qui naui vtitur, scit quare talis forma debeat esse. Ad hoc enim debet talis esse, vt tali vsui conueniens sit. Et sic patet, quòd ex forma artificij sumitur causa operationum, quæ sunt circa dispositionem materiæ. Et ex vsu sumitur causa operationum quæ sunt circa formam artificiati. Et sic manifestum est, quòd architectores factorum causas sciunt. Illos vero, scilicet manu artifices iudicamus vel denominamus, sicut quædam inanimatorum. & hoc non ideo, quia faciunt operationes artificiales, sed quia quę faciunt, incognita faciunt. Sciunt enim quia, sed causas non cognoscunt: sicut etiam ignis exurit absque aliqua cognitione. Est igitur quantum ad hoc similitudo inter inanimata & manu artifices, quòd sicut absque causę cognitione inanimata operantur vt ordinata ab aliquo superiori intellectu in proprium finem, ita & manu artifices. Sed in hoc est differentia, quia inanimata faciunt vnumquodque suorum operum per naturam, sed manu artifices per consuetudinem: quę licet vim naturę habeat inquantum ad vnum inclinat determinate, tamen a natura

sicut q̃dam inanimatorũ faciũt quidẽ, nõ sciẽtia aũt faciũt quę faciũt, vt ignis quidem exurit. Inanimata quidẽ igitur natura quadã vnumquodq; faciunt horum, sed manu artifices propter consuetudinem faciunt: tamquam non secundũ practicos esse sapientiores sint, sed secundum quod rationes habent ipsi, & causas cognoscunt.

k. Et omnino signum sciẽtis est posse docere. & ob hoc magis artẽ experimẽto scientiam esse existimam°. Possunt.n. hi docere, illi autẽ docere non possunt.

ἀρχὸς τέκτων τέκτων

l. Amplius autem sensuum nec vnum sapiẽtiam esse ponimus, cum & his singularium cognitiões maxime sint proprię, sed propter quid de nullo dicunt: vt propter quid ignis calidus, sed quia calidus solum sit.

m. Primum quidem igitur conueniens est quamlibet artem in uenientem vltra cõmunes sensus, ab hominibus mirari, non solum propter aliquam inuentorum vtilitatem, sed sicut sapientẽ, & ab alijs distinguentẽ. Pluribus aũt repertis artib⁹, & alijs quidẽ ad necessaria, alijs vero ad introductionẽ existẽtibus, semper tales illis sapiẽtiores esse arbitrandũ est, propter id, quod illorũ sciẽtię ad vsum

differt in hoc quod est circa ea, quę sunt ad vtrumlibet secundum humanam cognitionem. Naturalia enim non consueſcimus, sicut dicitur in secundo † Ethicorum. Nec etiam cognitione carentium est consueſcere. Hęc autem quę dicta sunt, sic sunt consideranda ramquam ex eis appareat quòd aliqui non sunt sapientiores secundum quòd est, { Practicos. } ideſt operatores esse, quod conuenit expertis: sed secundum quod aliqui habent rationem de agendis, & cognoscunt causas agendorum, ex quibus rationes sumuntur: quod conuenit architectoribus. Deinde cum dicit.

Caſ.1.

k ¶ Ponit secundam rationem, quę talis est. Signum scientis est posse docere: quod ideo est, quia vnumquodq; tunc est perfectum in actu suo, quando potest facere alterũ sibi simile, vt dicitur iij. † Meteororum. Sicut igitur signum caliditatis est, quòd possit aliquid calefacere, ita signum sciẽtis est quòd possit docere, quod est sciẽtiam in alio causare. Artifices autem docere possunt, quia cum causas cognoscant, ex eis possunt demonstrare. Demonstratio autem est Syllogismus faciens scire, vt dicit † primo Posteriorum. Experti autem non possunt docere, quia nõ possunt ad scientiam perducere, cũ causam ignorent. Et si ea, quę experimento cognoscunt, alijs tradant, non recipientur per modum scientię, sed per modum opinionis vel credulitatis. Vnde patet, quòd artifices sunt magis sapientes & scientes expertis. Deinde cum dicit.

T.c.19.

l ¶ Ponit tertiam rationem, quę talis est. Cognitiones singularium magis sunt proprię sensibus quàm alicui alteri cognitioni, cum omnis cognitio singularium a sensu oriatur. Sed tamen. { Nec vnum. } ideſt, nullum sensum dicimus sapientiam, scilicet propter hoc quòd licet aliquis sensus cognoscat quia, tamen non propter quid cognoscit. Tactus enim iudicat quòd ignis calidus est, non tamen apprehendit propter quid. Ergo experti, qui habent singularium cognitionem, causam ignorantes, sapientes dici non possunt. Deinde cum dicit.

T.cõ.5. Lect.4.

m ¶ Comparat artem actiuam speculatiuę. & circa hoc duo facit. Primo ostendit quòd ars speculatiua magis est sapientia quàm actiua. Secundo respondet cuidam obiectioni, ibi: { In moralibus. } Ostendit autem quod primo dictum est, tali ratione. In quibuscunque scientijs vel artibus inuenitur id, propter quod homines scientes præ alijs hominibus in admiratione vel honore habentur, illę scientię sunt magis honorabiles, & magis dignę nomine sapientię. Quilibet autem inuentor artis habetur in admiratione, propter hoc, quòd habet sensum & iudicium & discretionem causę vltra aliorum hominum sensum, & non propter vtilitatem aliorum, quę inuenit, sed magis admiramur { Sicut sapientem & ab alijs distinguentem. } Sapientem quidem, quantum ad

Li.6.Ethic. Cap.3.

subtilem inquisitionem causarum rei inuentæ: distinguętem vero quantum ad inuestigationem differentiarũ vnius rei ad aliam. vel aliter. ¶ Ab alijs distinguętem, ¶ vt passiue legatur, quasi in hoc ab alijs distinguatur. Vnde alia litera habet. ¶ Differentem. ¶ ergo scientiæ aliquæ sunt magis admirabiles & magis dignæ nomine sapientiæ, propter eminentiorem sensum, & non propter vtilitatẽ. Cum igitur plures artes sint repertæ quantũ ad vtilitatem, quasum quæda sunt ad vitæ necessitatẽ, sicut mechanicæ: quædam vero ad introductionem in alias scientias, sicut scientiæ logicales: illi artifices dicendi sunt sapiẽtiores, quorum scientiæ nõ sunt ad n. vtilitatem inuentæ, sed propter ipsum scire: cuiusmodi sũt scientiæ speculatiuæ. Et quòd speculatiuę scientiæ nõ sint inuẽtæ ad vtilitatem, patet per hoc signũ: quia ¶ Iam partis. ¶ ideſt acquisitis vel repertis omnib⁹ huiusmodi quæ possũt esse ad introductionem in scientijs, vel ad necessitatẽ vitæ, vel ad voluptatem, sicut artes, quæ sunt ordinatæ ad hominum delectationẽ, speculatiuæ nõ sunt propter huiusmodi repertæ, sed propter seipsas. Et ꝙ nõ sint ad vtilitatẽ inuentæ patet ex loco, quo inuentæ sunt. In locis enim illis primo repertę sunt, vbi primo homines studuerunt circa talia. Alia litera habet. ¶ Et primum his locis vbi vacabant ¶ ideſt ab alijs occupationib⁹ quiescẽtes studio vacabant, quasi necessarijs abundantes. Vnde & circa Aegyptum primo inuentæ sunt artes mathematicæ, quæ sunt maxime speculatiuæ a sacerdotibus, qui sunt concessi studio vacare: & de publico expensas habebant, sicut etiam legitur in Genesi. Sed quia vsus nominę artis fuerat & sapientiæ & scientiæ quasi indifferenter, ne aliquis putet hæc omnia esse nomina synonyma idem penitus significantia, hanc opinionem remouet & remittit ad librum Moralium, ideſt ad sextum Ethicorum, vbi dictum est, in quo differant scientia & ars, & sapientia, & prudentia, & intellectus. Et vt breuiter dicatur sapientia & scientia & intellectus sunt circa partem animæ speculatiuam, quam ibi scientificum animæ appellat. Differunt autem, quia intellectus est habitus principiorum primorum demonstrationis. Scientia vero est conclusionis ex causis inferioribus. Sapientia vero considerat causas primas. Vnde ibidem, dicitur caput scientiarum. Prudentia vero, & ars est circa animæ partem practicam, quæ est ratiocinatiua de contingentibus operabilibus a nobis. Et differunt. Nam prudentia dirigit in actionibus, quæ non transeunt ad exteriorem materiam, sed sunt perfectiones agentis ¶ vnde dicitur

Ethic.6. c.4.

Cap.1. proœ.

a.

Lect.4.

non sunt. Vnde omnibus talibus rebus iam partis, quę non ad voluptatẽ, nec ad necessitatem scientiarum repertæ sunt. Et primũ in his locis vbi vacabant. Vnde circa Aegyptũ mathematicę artes primũ substitere runt. Ibi nanq; gens sacerdotũ vacare dimissa est. In moralibus ¶ quidẽ igitur, quę sit artis & scientię differentia & similiũ generum dictum est.

Cui⁹ aũt gratia nũc sermonẽ facim⁹ hoc est, ꝙa denominatã sapiẽtiã circa primas causas, & principia existimãt oẽs versari. Quare, sicut dictũ est prius, expertus quidẽ quẽcunq; sensum habẽtibus, sapiẽtior esse videt: Artifex aũt exptis, architector autẽ manu artifice, speculatiui aũt magis actiuis. Quód quidẽ igitur sapiẽtia & circa quasdã causas & principia sit scientia, manifestum est.

LECTIO II.

Voniam autẽ sciẽtiam hãc querim⁹ circa quales causas, & circa qualia principia sapientia & scientia sit, hoc vtiq; considerãdum erit. Si itaque accipiat aliquis existimationes, quas de sapiẽte habemus, fortassis ex his manifestum erit. Primum itaque sapiẽtem scire oĩa maxime, sicut decet, accipimus, nõ singularé scientiam eorum habentem.

Postea difficilia cognoscere potentem, nec leuia homini noscere, hunc sapiẽtem dicimus.

a.

b.

I

K

F ibi, quòd prudentia est recta ratio agibilium. Ars vero dirigit in factionibus, quæ in materiam exteriorem transeunt, sicut ędificare & fecare: vnde dicitur, quòd ars est recta ratio factibilium. Deinde cum dicit.

¶ Ostendit ex præhabitis principale propositum, quòd scilicet sapientia sit circa causas. Vnde dicit, quòd hoc est cuius gratia ¶ Nunc sermone facimus. ¶ ideſt ratiocinationem prædictam, quia scientia illa, quæ denominatur sapientia, videtur esse circa primas causas, qui potest assignare causas cuiuslibet quęsiti, & per hoc docere. Deinde cum dicit.

Cuius autem gratia nũc sermonem facimus, illud est, quod appellatam Sapientiam circa primas causas, & principia omnes arbitrantur versari. Quare, vt dictum est prius, expertus quidem sensum quemcunque habenti bus sapientior esse videtur: artifex vero expertis architectus etiam manibus laborantes, speculatiui autem factiui. Quod igitur sapientia circa aliquas causas, & principia scientia sit, patet.

LECTIO II.

Voniam autem hanc scientiam quærimus, hoc vtique fuerit considerandum circa quales causas, & qualia principia scientia et sapiẽtia est. Si itaq; rec et ut quisquam quas de sapiente opiniones habemus, fortassis ex hoc magis appareat. Primo igitur opinemur sapientem maxime omnia, vt possibile est scire, non habentem singulariter eorum scientiam.

Deinde illum, qui difficiliora, neque scitu facilia homini cognoscere possit, sapientem existimamus. Senti-

LECTIO II.

a. Ostquam Philosoph⁹ ostendit quòd sapientia sit quædam scientia circa causas existens, hic vult ostendere circa quales causas, & circa qualia principia sit. Ostendit autem quòd est circa causas maxime vniuersales & primas, & argumentatur a diffinitione sapientiæ. Vnde circa hoc tria facit. Primo colligit diffinitionem sapientiæ ex his, quæ homines de homine sapiente & sapientia opinantur. Secundo ostendit, ꝙ omnia ista conueniunt vniuersali scientiæ, quæ considerat causas primas & vniuersales. ibi ¶ Istorum autem &c. ¶ Tertio concludit propositum. ibi: ¶ Ex omnibus ergo &c. ¶ Circa primum ponit sex opiniones hominum communes, quæ de sapientia habentur. Primam: ibi. ¶ Primum itaque &c. ¶ Quæ talis est, quòd communiter omnes accipimus sapientem maxime scire omnia, sicut eum decet, non ꝙ habeat notitiam de omnibus singularibus. hoc enim est impossibile, cum singularia sint infinita, & infinita intellectu comprehendi non possunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Secundam ponit, & est ista, ꝙ illum sapientem ponimus esse, qui est potens ex virtute sui intellectus cognoscere difficilia, & illa, quæ non sunt leuia communiter hominibus ad

sciendum,

pat.7. h.de.

πρόσ. sciendum, quia commune est omnibus sensire, ideſt sensibilia A cognoscere. Vnde hoc est facile, & non est sophon, ideſt alii quid sapientis & ad sapientem pertinens. Et sic patet, ꝙ id quod proprie ad sapientem pertinet, non leuiter ab omnibus cognoscitur. Deinde cum dicit.

c ¶ Tertiam ponit, & est, ꝙ nos dicimus illum sapiẽtem esse, qui de his, quæ scit, habet certitudinem magis quã alij communiter habeant. Deinde cum dicit.

d ¶ Quartã ponit, & est talis. Illum dicimus magis sapientem in omni scientia, qui potest assignare causas cuiuslibet quęsiti, & per hoc docere. Deinde cum dicit.

e ¶ Quintam ponit, & est, ꝙ illa de numero sciẽtiarum est sapientia, quę p se est magis eligibilis & voluntaria, id est volita gratia sciẽtię, & propter ipsũ scire, & illa scientia, quę est causa quorumcunq; aliorum contingẽtium, quę possunt ex scientia generari: cuiusmodi est necessitas vitę, delectatio, & huiusmodi alia. Deinde cum dicit.

f ¶ Sexam ponit, & est talis, ꝙ istam sapientiam, de qua facta est mentio, oportet esse, vel dicimus esse, ¶ Magis antiquiorem, ¶ ideſt digniorem: ¶ Famulante scientia: ¶ Quod quidem ex prehabitis intelligi potest. Nam in artibus mechanicis famulantes sunt illę, quę exequuntur manu operando precepta superiorum artificum, quos supra architectores & sapientes nominauit. Et ꝙ magis conueniat ratio sapientię scientijs imperantibus, quam famulantibus probat per duo: Primo, quia scientię famulantes ordinantur a superioribus scientijs. Artes enim famulantes ordinantur in finem superioris artis, sicut ars equestris ad finem militaris. Sed sapientem secundum omnem opinionem non decet ordinari ab alio, sed ipsum potius alios ordinare. Item: inferiores architectores persuadentur a superioribus, in quantum credunt superioribus artificibus circa operanda, vel fienda. Credit enim nauifactor gubernatori docenti, qualis debet esse forma nauis. Sapienti autem non conuenit vt ab alio persuadeatur, sed ꝙ ipse alijs persuadeat suam sententiam. Istæ igitur sunt tales opiniones, quas homines accipiunt de sapientia & sapiente. Ex quibus omnibus potest quędam sapientię descriptio formari, vt ille sapiens dicatur, qui scit omnia etiam difficilia per certitudinem & causam, ipsum scire propter se quærens, & alios persuadens. Et sic patet quasi maior syllogismi. Nam omnem sapientem oportet talem esse, & econuerso, quicunq; est talis, sapiens est. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit, ꝙ omnia predicta conueniunt ei, qui cognoscit primas causas & vniuersales, & eo ordine prosequitur quo supra posuit. Vnde primo posuit, ꝙ habenti scientiam vniuersalem, maxime insit omnia scire, quod erat primum. Quod sic patet. Quicũq; enim scit vniuersalia, aliquo modo scit ea, quę sunt subiecta vniuersalibus, quia scit ea in illa: sed his quę sunt maxime vniuersalia, sunt omnia subiecta: Ergo ille qui scit maxime vniuersalia, scit quodammodo omnia. Deinde cũ dicit.

Sentire.n. omnibus est commune. quare facile, & non sophon.

c. Adhuc certiorem.

d. Et magis causas docentem, sapientiorem circa omnem esse scientiam.

e. Sed & hanc scientiarum quę sui ipsius causa est, & sciẽdi gratia eligibilis est, magis est sapientia, quàm quæ contingentium gratia.

f. Et hanc sapientiam magis famulante antiquiorem esse. Nõ enim ordinari, sed sapientẽ ordinare oportet: neq; hunc ab altero, sed ab hoc minus sapientẽ suaderi. Tales quidem igitur æstimationes, & tot de sapientia & sapientibus habemus.

g. Istorum autem, hæc quidem omnia scire, vniuersalem scientiam maxime habenti inesse necesse est. hic autem nouit omnia aliqualiter subiecta.

Sed ferè autẽ & difficillima sunt ea hoĩbus ad cognoscẽdũ, quæ maxime sunt vniuersalia. nã a sensib⁹ sunt remotissima.

i. Scientiarum vero certissimę sunt, quæ maxime priorũ sunt. Nã quæ sunt ex pauciorib⁹, certiores sunt ex additione dictis: vt Arithmetica Gæometria.

h ¶ Ostendit eidem inesse secundum, tali ratione. Illa, quę sunt maxime a sensibilibus remota, difficilia sunt hominibus ad cognoscendum, (Nam sensitiua cognitio est omnibus communis, cum ex ea omnis humana cognitio initium sumat.) Sed illa, quę sunt maxime vniuersalia, sunt sensibilibus remotissima, eo ꝙ sensus singularium functi ergo vniuersalia sunt difficillima hominibus ad cognoscendum. Et sic patet ꝙ illa scientia est dignissima, quę est maxime de vniuersalibus. Sed contra hoc videtur esse, quòd habẽt primo⁹ Phy- 1.c.2. sico. Ibi enim dicitur, quòd magis vniuersalia sunt nobis primo nota. Illa autem, quę sunt primo nota, sunt magis facilia. Sed dicendum, quòd magis vniuersalia secundũ simplicẽ apprehensionem sunt primo nota. Nam primo in intellectu cadit ens, vt Auicenna dicit, & prius in intellectu cadit animal quam homo. Sicut enim in esse naturę quod de potẽtia in actum procedit prius est animal quam homo, ita in generatione scientię prius in intellectu concipitur animal quam homo. Sed quãdam ad inuestigationem naturaliũ proprietatum & causarum, prius sunt nota minus communia, eo quòd per causas particulares, quę sunt vnius generis, vel speciẽi, peruenimus i causas vniuersales.

Ea enim omnibus commune est. quam obrem facile, & neutiquã sapiens est.

Ticmi illum, qui certior.

Ac magis docere valens causas reddat, sapientem in omni scientia esse.

Scientiarum quoque illam, quæ gratia sui ipsius, & propter ipsum scire, quam illam, quæ aliorum gratia eligenda sit, magis sapientiam esse.

Et principaliorem, quàm ei subministrantem, potius sapientiam esse. non enim vt sapienti præcipiatur, sed vt ille præcipiat: nec vt ille ab altero, sed vt ab eo minus sapienti suadeatur, decet. Opiniones itaque tales, ac tot de sapientia, & sapientibus habemus.

Horum autem hoc quidem, omnia inquam scire, illi, qui maxime vniuersalem scientiam habeat, necesse est inesse. hic enim quodam modo omnia subiecta scit.

Verè autem & difficillima hominibus cognitu sunt ea, quæ maxime vniuersalia sunt, siquidem remotissima sunt à sensibus.

Scientiarum autem illæ certiores sunt, quæ maxime primorum sunt. nam quæ sunt ex paucioribus, certiores ijs sunt, quæ ex additione dicuntur: vt Arithmetica quàm Gæometria.

Ea autem, quę sunt vniuersalia in causando, sunt posterius nota quo ad nos, licet sint prius nota secundum naturã, quamuis vniuersalia per predicationem sint aliquo modo prius quo ad nos nota, quam minus vniuersalia, licet non prius nota quàm singularia. Nam cognitio sensus, qui est cognoscitiuus singularium, in nobis precedit cognitionem intellectiuam, quę est vniuersalium. Facienda est etiam vis in hoc, quòd maxime vniuersalia non dicit simpliciter esse difficillima ¶ Sed ferè. ¶ Illa enim quę sunt a materia penitus separata secundum esse, sicut substantię immateriales, sunt magis difficilia nobis ad cognoscendum, quàm etiam vniuersalia: & ideo ista scientia, quę sapientia dicitur, quàmuis sit prima in dignitate, est tamen vltima in addiscendo.

Deinde cum dicit.

i ¶ Ostendit tertium eidem inesse tali ratione. Quanto aliquę scientiæ sunt priores naturaliter, tanto sunt certiores: quod ex hoc patet, quia illæ scientiæ, quæ dicuntur ex additione ad alias, sunt minus certæ scientijs, quæ pauciora in sua consideratione comprehendunt, vt Arithmetica certior est Gæometria. Nam ea, quæ sunt in Gæometria, sunt ex additione ad ea, quæ sunt in Arithmetica. Quod patet, si consideremus, id quod vtraque scientia considerat, vt primum principium, scilicet vnitatem, & punctum. Punctus.n. addit supra vnitatem situm. Nam ens indiuisibile rationẽ vnitatis constituit. Et hæc secundum ꝙ habet rationẽ mensuræ, fit principium numeri. Punctus autẽ supra hoc addit situm. Sed scientiæ particulares sunt posteriores secundum naturam vniuersalibus scientijs, quia subiecta earum addunt ad subiecta scientiarum vniuersaliũ: sicut patet ꝙ ens mobile, de quo est

Naturalis philosophia, addit supra ens simpliciter, de quo est Metaphysica, & supra ens quantum, de quo est Mathematica: ergo scientia illa, quæ est de ente & maxime vniuersalibus, est certissima. Nec illud est contrarium, quod dicitur esse ex paucioribus, cum supra dictum sit, ꝙ sciat omnia. Nam vniuersaliter quidem comprehendit pauciora in actu, sed plura in potentia. Et tanto aliqua scientia est certior, quanto ad sui subiecti cõsiderationem pauciora actu consideranda requiruntur. Vnde scientiæ operatiuæ sunt incertissimę, quia oportet ꝙ consideret multas singularium operabilium circunstantias. Deinde cum dicit.

k ¶ Ostendit quartum eidem inesse tali ratione. Illa scientia est magis doctrix vel doctrinalis, quæ magis cõsiderat causas. Illi enim soli docent, qui causas de singulis dicunt, quia scire per causam est, & docere est scientiã in aliquo causare. Sed illa scientia, quę vniuersalia considerat, causas primas omnium causarum considerat: vnde patet ꝙ ipsa est maxime doctrix. Deinde cum dicit.

l ¶ Ostendit quintum eidem inesse tali ratione. Illarum scientiarum maxime est scire & cognoscere earum causa, i. propter seipsas, & non propter alias, quę sunt de maxime scibilibus: sed illæ scientiæ, quæ sunt de primis causis, sũt de maxime scibilibus: igitur illæ scientiæ maxime sui gratia desiderantur. Primã sic probat. Qui desiderat scire propter scire, magis desiderat scientiam: sed maxima scientia est de maxime scibilibus. ergo illæ scientiæ sunt magis desideratæ propter seipsas, quæ sunt de magis scibilibus. Secundam probat sic. Illa ex quibus & propter quæ alia cognoscuntur, sunt magis scibilia his, quæ per ea cognoscuntur: sed per causas & principia alia cognoscuntur & non econuerso. &c. Deinde cum dicit.

m ¶ Ostendit sextum inesse eidem, & est ratio talis. Illa scientia se habet ad alias vt principalis, siue vt architectonica ad seruilem, siue ad famulantem, quæ considerat causam finalem, cuius causa agenda sunt singula, sicut apparet in his, quæ supradiximus. Nam gubernator, ad quem pertinet vsus nauis, qui est finis nauis, est quasi architector respectu nauifactoris, qui ei famulatur. Sed prædicta scientia maxime considerat causam finalem rerum omnium. Quod ex hoc patet, quia hoc cuius causa agenda sunt singula { Est bonum vniuscuiusq;, i. } particulare bonum. Finis autem bonum est in vnoquoque genere. Id vero, quod est finis omnium, i. ipsi vniuerso, est hoc quod est optimum in tota natura, & hoc pertinet ad considerationẽ prędictæ scientiæ. ergo prædicta est principalis siue architectonica omnium aliarum. Deinde cum dicit.

Lectio prima.

Est & doctrinalis quę causarum est speculatrix magis. Hi nanque docẽt qui causas de singulis dicunt,

At vero illa magis docet, quæ causas speculatur. ꝙ enim docent, qui causas singulorum dicunt.

l. Et noscere, & scire sui gratia maxime ineſt ei, quę maxime scibilis scientia. Nam qui quidem scire propter se desiderat, ipsam maxime scientiam, maxime desiderabit. Talis autem est quę maxime scibilis. Maxime autem scibilia prima principia & causę. Nam propter hęc & ex his alia dignoscũtur, sed non hęc per subiecta.

Intelligere autem, & scire eorum ipsorum gratia, illi præcipue scientiæ ineſt. quæ eius est, quod maxime scibile est. qui enim scire eius ipsius gratia eligit, eam, quæ maxime scientia est, præcipue eliget. talis autem est eius, quod maxime scibile. maxime autem scibilia sunt ipsa prima & causæ: propter hæc enim & ex ijs cætera cognoscuntur, sed non hæc per subiecta.

m. Maxime vero principalis sciẽtiarum, & maxime principalis subseruiẽte, quę cognoscit cuius causa sunt agenda singula. Hoc aũt est bonũ vniuscuiusq;, tota liter autẽ optimũ in natura oĩ.

Principalissima autem scientiarũ, & principalior subministrante est, quæ cognoscat id, ob quod quodque agendum sit. hoc autem est bonum cuiusque, & uniuersaliter quod in omni natura optimum est.

Ex omnibus ergo, quę dicta sunt, in eandem cadit sciẽtiam quęsitum nomẽ. Oportet enim hanc primorum principiorum & causarum esse speculatiuam. etenim bonum, & quod cuius gratia vna causarum est.

Ex omnibus itaque dictis, in eandem scientiam cadit, quod quæritur nomen. oportet etenim primorum principiorum, & causarum eam speculatiuam esse. nam & bonum, & cuius gratia vna de causis est.

LECTIO III.

VIA vero non actiua, palã ex primis Philosophantibus. Nã propter admirari hoĩes nunc, & primũ incœperũt Philosophari: a principio quidẽ pauciora dubitabilium mirãtes: deinde paulatim procedentes, & de maioribus dubitãtes, vt de Lunę passionibus, & de his, quę circa Solẽ, &

LECTIO III.

VOD autem non factiua, etiam ex primis philosophantibus patet. Propter admirationem enim et nunc, & primo cœperunt homines philosophari. à principio quidem, admirando ea, quæ de dubitandis faciliora erant: deinde paulatim vlterius procedentes, etiam de maioribus dubitando, vt de passionibus Lunæ, et eorũ, quæ circa Solem,

F n ¶ Conciudit ex prædictis conclusionem intentam dicens, ꝙ ex omnibus prædictis apparet, ꝙ in eandem scientiam cadit nomen sapientiæ, quod quærimus, scilicet in illam scientiam, quæ est theorica, i. speculatiua primorum principiorum, & causarũ. Hoc autem manifestum est quantum ad sex primas conditiones, quæ manifeste pertinent cõsideranti vniuersales causas. Sed quia sexta conditio tangebat finis considerationẽ, quæ apud antiquos non manifeste poneba-tur esse causa, vt infra dicetur, ideo specialiter ostendit, ꝙ hæc cõditio est eiusdem scientiæ, quæ. s. est cõsideratiua primarum causarum, quia videlicet ipse finis, qui est bonum, & cuius causa fiunt alia, est vna de numero causarum. Vnde scientia, quæ cõsiderat primas & vniuersales causas, oportet etiam ꝙ consideret vniuersalem finẽ omniũ, quod est optimum in tota natura.

LECTIO III.

Scenso circa q̃ versatur consideratio huius scientiæ, ostendit qualis sit scientia ista. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit dignitatẽ huius scientiæ. Secundo ostẽdit ad quem terminum ista scientia peruenire conetũ, ibi: { Oportet vero aliqualiter &c. } Circa primum facit quatuor. Primo ostẽdit ꝙ nõ est scientia actiua, sed speculatiua. Secundo ꝙ ipsa est libera maxime. ibi { Sed vt dicimus &c. } Tertio ꝙ non est humana. ibi: { Propter quod & iuste. } Quarto ꝙ est honorabilissima. ibi: { Nec ea aliam. } Primum ostendit dupliciter. Primo per rationem, secundo per signum ibi: { Testatur autem hoc &c. } Primo ergo ponit talem rationẽ. Nulla scientia, in qua quæritur ipsum scire propter seipsum, est scientia actiua, sed speculatiua: sed illa scientia, quæ sapientia est, vel philosophia dicitur, est propter ipsum scire: ergo est speculatiua & non actiua. Minorem hoc modo manifestat. Quicunque quærit fugere ignorantiam sicut finem, tendit ad ipsum scire propter seipsum: sed illi, qui philosophantur, quærunt fugere ignorantiam sicut finem: ergo tendunt in ipsum scire propter seipsum. Quod autem ignorantiam fugere quærant, patet ex hoc, quia illi, qui primo philosophari sunt, & qui nunc philosophantur, incipiunt philosophari propter admirationem alicuius causæ. aliter tamen a principio, & modo. quia a principio admirabantur dubitabilia pauciora, quæ magis erant in promptu, vt eorum causæ cognoscerentur, sed postea ex cognitione manifestorum, ad inquisitionem occultorum paulatim procedentes, incœperunt dubitare de maioribus, & occultioribus, sicut de passionibus Lunæ, videlicet de eclipsi eius, & de mutatione figuræ eius, quæ variari videtur,

videtur, secundum quòd diuersimode se habet ad Solem. Et similiter dubitauerunt de his, quæ sunt circa Solem, vt de eclipsi eius, & motu ipsius, & magnitudine eius. Et de his, quæ sunt circa Astra, sicut de quantitate ipsorum, & motu eorum, & ordine, & alijs huiusmodi, & de totius vniuersi generatione. Quod quidam dicebant esse generatum casu, quidam intellectu, quidam amore. Constat autem, quòd dubitatio & admirõ ex ignorantia prouenit. Cũ enim aliquos manifestos effectus videmus, quorum causã nos latet, eorum tũc causam admiramur. Et ex quo admiratio fuit causa inducẽs ad Philosophiã, patet quòd Philosophus est aliqualiter philomythes, ideſt amator fabulę, quod proprium est poetarum. Vnde primi, qui per modũ quendam fabularem de principijs rerum tractauerunt, dicti sunt poetæ theologizantes, sicut fuit Perseꝰ, & quidam alij, qui fuerunt ante septem sapientes. Causa autem, quare Philosophus cõparatur poetæ, est ista: quia vterque circa idem versatur. Nam fabulæ, circa quas versantur poetæ, ex quibusdã mirabilibus constituuntur. Ipsi etiam Philosophi ex admiratione moti sũt ad philosophãdum. Et quia admiratio ex ignorãtia prouenit, patet quòd ad hoc moti sunt ad philosophandum, vt ignorantiam effugarent. Et sic deinde patet quòd scientiam { persecuti sunt, } ideſt studiose quæsierunt, solum ad cognoscendum, & non causa alicuius. { Vsus } ideſt vtilitatis. Notandum est autem, quòd cum prius nomine sapientiæ vteretur, nunc ad nomen philosophiæ se transfert. nã pro eodem accipiuntur. Cum enim antiqui studio sapientiæ insistentes sophistæ, ideſt sapientes vocarentur, Pythagoras interrogatus quid se esse profiteretur, noluit se sapientem nominare, sicut sui antecessores, quia hoc præsumptuosum videbatur esse, sed vocauit se philosophum, ideſt amatorem sapientiæ. Et exinde nomen sapientis immutatum est in nomen philosophi, & nomen sapientiæ in nomen philosophiæ. Quod etiam nomen ad propositum aliquid facit. Nam ille videtur sapientiæ amator, qui sapientiam non propter aliud, sed propter seipsam quærit. Qui enim aliquid propter alterum quærit, magis hoc amat, propter quod quærit, quàm quod quærit. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat idem per signum dicens, quòd hoc, quod dictum est, scilicet quòd sapientia vel philosophia non sit propter aliquam vtilitatem quęsita, sed propter ipsam scientiam testatur { Accidens, } ideſt euentus, qui circa inquisitores philosophię prouenit. Nam cum eis cuncta fere existerent, quę sunt ad necessitatem vitę, & quę sunt. { Ad pigritiam, } ideſt ad voluptatem, quę in quadam vitę quiete consistit, & quę sunt etiam ad eruditionem necessaria, sicut scientię logicales, quę non propter se quęruntur, sed vt introductorię ad alias artes, tunc primo incœpit quęri talis prudentia, ideſt sapientia. Ex quo patet, quòd non quęritur propter aliquam necessitatem alia a

Astra, etiã de vniuersi gnatione. Qui vero dubitat & admiratur, ignorare videtur: quare, & philomythes, philosophus aliqualiter est. Fabula namque ex miris constituitur. Quare si ad ignorantiam effugiendam philosophati sunt, palam quia propter scire, studere persecuti sunt, & non vsus alicuius causa.

b. Testatur autẽ hoc accidens. Nã fere cunctis existentibus, q̃ sunt necessariorũ & ad prigritiã & eruditionẽ, talis prudentia inquiri cœpit. Palã igitur, quia propter nullã ipsam quærimus aliam necessitatem.

c. Sed, vt dicimus, homo liber qui suimet, & non alterius causa est, sic & hęc sola libera est scientiarum: sola nanque hęc suimet causa est.

d. Propter qđ & iuste nõ humana eiꝰ puteẽ possessio. Multipliciter. n. hoĩum natura serua est.

e. Quare secundũ Simonidem, solum quidem Deus hunc habet honorem. Virum vero non dignum quęrere, quę secũdum se est scientiam. Sic autem dicũt aliqui poetę, quia diuinum natum est inuidere: & in hoc contingere maxime verisimile, & infortunatos omnes imperfectos esse. Sed nec diuinum inuidum esse conuenit, sed se-

A

B

C

D

E

φιλομύθης

& stellas sunt, ac de generatione vniuersi. Qui vero dubitat, & admiratur, putat se ignorare. quare Philosophus amator fabularum quodammodo est, eo quod fabula ex mirandis constat. Quare, si propter fugam ignorantiæ philosophati sunt, patet quòd causa cognoscendi, & nullius vsus gratia ipsum scire prosequebantur.

Testatur autem idipsum, quod contingit. fere enim omnibus inuentis, quæ ad necessaria, & facilitatem, ac ad degendum conducant, huiusmodi prudentia quæri cœpta est. Patet itaque, quod ob aliam nullam vtilitatem quærimus.

Sed, quemadmodum dicimus, liber homo de eo, qui suipsius, & non alterius gratia est, ita et hæc, sola scientiarum libera est: siquidem sola hæc suipsius gratia est.

Quare merito non humana eius possessio putabitur. natura etenim hominum in plerisque serua est.

Quapropter secundum Simonidem, Deus vtique solus hanc habet dignitatem. Hominem vero indignum non quærere illam, quæ sibi conuenit, scientiam. Quod siquid Poetæ dicunt, & natura comparatum est vt diuinitas inuidat, in hoc maxime id verisimile est contingere. & infelices omnes esse, qui altiora se querunt. Sed nec diuinam naturam inuidam esse

se, sed propter seipsam. Nullus enim quærit hoc, quod habet. Vnde, quia omnibus alijs habitis ipsa quæsita est, patet quòd non propter aliquid aliud ipsa quęsita est, sed propter seipsam. Deinde cum dicit.

c ¶ Hic probat secundum, scilicet quòd ipsa sit libera, & vtitur tali ratione. Ille homo proprie dicitur liber, qui non est alterius causa, sed est causa suiipsius. Serui enim dominorum sunt, & propter dominos operantur, & eis acquirunt quicquid acquirunt. Liberi autẽ homines sunt suiipsorum, vtpote sibi acquirẽtes & operantes. Sola autem hęc scientia est propter seipsam: ergo ipsa sola est libera inter scientias. Et notandum, quòd hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd hoc qđ dicitur { hęc sola, } demonstret in genere omnem sciẽtiam speculatiuam: & tũc verum est, quòd solum hoc genus sciẽtiarum propter seipsum quęritur. Vnde & illę solę artes liberales dicuntur, quę ad sciendũ ordinantur. Illę vero, quę ordinatur ad aliquam vtilitatem per actionem habendam, dicuntur mechanicę, siue seruiles. Alio modo, vt demõstret specialiter istam philosophiã siue sapientiam, quę est circa altissimas causas, quia inter causas altissimas etiam est finalis causa, vt { supradictum est. Vnde oportet, quòd hęc scientia consideret vltimũ & vltem finem omnium. Et sic oẽs alię scientię in eam ordinantur, sicut in finem. Vnde sola ista maxime propter se est.

Lect. 1.

d ¶ Hic probat tertium. s. quòd non sit humana possessio. Et circa hoc duo facit. Primo ondit propositũ. Secundo excludit quorundam errorem. ibi: { Quare secundũ Simonidem &c. } Oñdit aũt propositũ suum tali rõne. Scientia, quę est maxime libera, non põt esse vt possessio naturę illius, quę multipliciter est ministra, vel ancilla. Humana aũt natura { In multis, } ideſt quantũ ad multa, est ministra. Ergo p̃dicta scientia non est humana possessio. Dẽ aũt humana atura ministra, inquãtũ multipliciter necessitatibus subditur. Ex quo prouenit, ꝙ quæque prętermittit id, quod est secundũ se quęrendum, propter ea, q̃ sunt necessaria vitę, sicut dẽ in iij. { Topicorum, ꝙ philosophari melius est quàm ditari, licet ditari quãque sit magis eligẽdum, puta indigenti necessariis. Ex quo patet, ꝙ illa sapientia tantũ propter seipsam quęritur, quę non competit homini vt possessio. Illud. n. habetur ab homine vt possessio, quod ad nutũ habere põt, & quo libere potest vti. Ea autem scientia, quę propter se tantum quęritur, homo non põt libere vti, cũ frequenter ab ea impediatur propter vitę necessitatem. Nec etiam ad nutum subest homini, cum ad eam perfecte homo peruenire non possit. Illud tamen modicũ, quod ex ea habetur, pręponderat omnibus, quę per alias scientias, cognoscuntur.

Cap. 4

e ¶ Hic excludit errorem cuiusdam Simonidis poetę, qui dicebat, ꝙ soli Deo competit hunc honorem habere, quòd velit illam scientiam, quę est propter seipsam quęrenda, & nõ propter aliud. Sed non est dignum viro, quòd non quęrat illam

scien-

Universidad de Deusto Biblioteca

scientiam, quæ est secundum suam conditionem, quæ scilicet ordinatur ad necessaria uitæ, quibus homo indiget. Iste autē error Simonidis, prouenichat ex aliquorum poetarum errore, qui dicebant, quòd res diuina inuidet, & ex inuidia, ea quæ ad honorem suum pertinent, non vult Deus ab omnibus accepta ri. Et si in alijs Deus hominibus inuidet, multo magis est iustum, in hoc, scilicet in scientia propter se quæsita, quæ est honorabilissima inter omnia. Et secundum eorum opinionem sequitur, quòd oēs imperfecti sint infortunati. Fortunatos enim esse homines dicebant ex prouidētia deorum, qui eis bona sua cōmunicabant. Vnde ex inuidia deorum sua bona communicare nolentium, sequitur quòd homines extra perfectionem huius scientiæ remanentes, sint infortunati. Sed radix huius opinionis est falsissima, quia non est cōueniens, quòd aliqua res diuina in uideat. Qđ ex hoc patet, quia inuidia est tristitia de prosperitate alicuius. Quod quidem accidere non potest, nisi quia bonū alterius æstimatur ab iuido, vt proprij boni diminutio. Deo autē non cōuenit esse tristem, cum non sit alicui malo subiectus. Nec etiā per bonum alterius, eius bonum diminui potest, quia ex eius bonitate, sicut ex indeficienti fonte, omnia bona effluūt. Vnde etiam Plato dixit, quòd a Deo est omnis relegata inuidia. Sed poetæ non solum in hoc, sed in multis alijs mentiuntur, sicut dicitur in prouerbio vulgari.

cundum prouerbium. Multa mentiuntur poetę.

f. Nec ea aliam honorabiliorē oportet existimare. Nam maxime diuina, & maxime honorāda. Talis aūt dupliciter vtique erit solum. Quam.n. maxime Deus habet, Dea sciētiarū est: G & vtique si qua sit diuinorum. Sola autem ista ambo hec sortita est. Deus autē vr̄ cā omnibus esse, & principiū quoddā: & talē aut sol', aut maxime Deus hēt. Necessariores quidē igitur omnes ipsa, dignior vero nulla.

f ¶ Ostendit quartum, scilicet, quòd hæc scientia sit honorabilissima tali ratione. Illa scientia est maxime honorabilis, quæ est maxime diuina, sicut etiam Deus honorabilior est rebus omnibus: sed ista scientia est maxime diuina: ergo est honorabilissima. Minor sic probatur. Aliqua scientia dicitur esse diuina dupliciter, & hæc sola scientia vtroque modo diuina dicitur. Vno modo scientia diuina dicitur, quam Deus habet. Alio modo, quia est de rebus diuinis. Quod autem hæc sola habeat vtrunq; est manifestum, quia cum hæc scientia sit de primis causis, & principijs, oportet quòd sit de Deo, quia Deus hoc modo intelligitur ab omnibus, vt de numero causārum existens, & vt quoddam principium rerum. Iteī talem sciētiā, quæ est de Deo & de primis causis, aut solus Deus habet, aut si non solus, ipse tamen maxime habet. Solus quidem habet secūdum perfectam comprehensionem. Maxime vero habet, inquātum suo modo etiam ab hominib⁹ habetur, licet ab eis non vt possessio habeatur, sed sicut aliquid ab eo mutuatum. Ex his autem vlterius concludit, quòd omnes aliæ scientiæ sunt necessariæ, magis quàm ista, ad aliquam vitę vtilitatem. Minus enim sunt propter se quęsitæ, sed nulla aliarum dignior ista potest esse.

g Oportet vero aliqualiter cō stituere ordinem ipsius ad contrarium nobis earū, quę a principio quęstionum. Incipiunt quidem homines, vt diximus, H omnes ab admirari, si ita habent, quemadmodum mirabilium automata, nondum speculantibus causam: aut circa Solis conuersiones, aut diametri non commensurationem. Mirū enim videtur esse omnibus, si quid numerorum non mensuratur. Oportet autem in contrarium, & ad dignius, iuxta prouerbium, proficere quemadmodum & in his cum didicerint. Nihil enim ita mirabitur, I vir Geometricus, quàm si diameter commensurabilis fiat. Quę quidem igitur natura scię tię quęsitę, dictum est, & quę sit intentio, qua oportet adipisci qōnem, & totam methodum.

g Hic ponit terminum, in quem proficit ista scientia, & dicit, quòd ordo eius consistit vel terminatur ad contrariū eius, quod erat in illis, qui prius istam scientiam quærebant. Sicut etiam in generationibus naturalibus & moribus accidit. Nam vnusquisque motus terminatur ad contrarium eius, a quo motus incipit. Vnde, cum inquisitio sit motus quidam ad scientiam, oportet quòd terminetur ad contrarium eius, a quo incipit. Initiata est autem (vt prædictum est) inquisitio, huius scientiæ ab admiratione de omnib⁹: quia primi admirabantur pauciora, pō steriores vero occultiora. Quę quidem admiratio erat, si res ita se haberet, sicut automata mirabilia, idest quæ videntur mirabiliter a casu accidere. ¦ Automata.n. dicūtur quasi per se accidentia. Admirantur enim homines præcipue quando aliqua a casu euenunt huc modo, ac si essent præuisa, vel ex aliqua causa determinata. Casualia enim non a cā sunt determinata, & admiratio est propter ignorantiam causæ. Et ideo, cum homines nondum potenant speculari causas rerum, admirabantur omnia quasi quædā casualia. Sicut admirantur circa conuersiones Solis, quæ sūt duę, scilicet duos tropicos, hyemalem & æstiualem. Nam in tropico æstiuali incipit Sol conuerti versus meridiem, cum prius versus septentrionem tenderet. In tropico aūt hyemali econuerso. Et etiā circa hoc, quòd diameter non est cō mensurabilis lateri quadrati. Cū enim non mēsurari videatur esse solius indiuisibilis, sicut sola vnitas est, quæ non mensuratur a numero, sed ipsa omnes numeros mensurat, mirum videtur si aliquid quod non est indiuisibile non mensuratur, ac per hoc id quod non est minimum non mensuratur. Constat autem quòd diametrum quadrati & latus eius, non sunt indiuisibilia siue minima. Vnde mirum videtur, si non sunt commensurabilia. Cū ergo philosophiæ inquisitio ab admiratione incipiat, oportet ad contrarium finire vel proficere, & ad id proficere, quod est dignius, vt prouerbium vulgare concordat, quo dicitur, quòd semper proficere est in melius. Quid autem sit illud contrarium & dignius, patet in prædictis mirabilibus: quia, quando iam homines discunt causas prædictorum, non mirantur. Vt gæometer non admiratur, si diameter sit incommensurabilis lateri. Scit enim causam huius, quia scilicet proportio quadrati diametri ad quadratum lateris, non est sicut proportio numeri quadrati ad numerum quadratum, sed sicut proportio duorum ad vnum. Vnde relinquitur, quòd proportio lateris ad diametrum, non sit sicut proportio numeri ad numerum. Et ex hoc patet, quòd commensurari non possunt. Illæ enim solæ lineæ sunt commensurabiles, quarum proportio adinuicem est, sicut proportio numeri ad numerum. Erit ergo finis huius scientiæ, in quem proficere debemus, vt causas cognoscentes, non admiremur de earum effectibus. Patet igitur ex prædictis, quæ sit natura huius scientiæ, quia est speculativa, libera, non humana: sed diuina: & quæ est eius intentio, qua

conuenit. Poetæque, secundum prouerbium, Multa mentiuntur.

Nec aliam quam huiuscemodi decet honorabiliorem putare, quæ enim diuinissima, eadem etiam honorabilissima est. Talis vero bifariam duntaxat vtique fuerit. nam & illa, quam maxime Deus habeat, diuina scientiarum est, & si qua est, quæ diuinorum sit. hæc autem sola vtrunque consecuta est. Deus etenim tum causa omnibus esse videtur, tum quoddam principium: & talem aut solus, aut præcipue Deus hēt. Cæteræ itaq; oēs magis ea necessariæ sunt, nulla vero melior.

Oportet autem quodam modo eius ordinem in contrarium nobis inquisitionum, quæ a principio fiebant, constituī. incipiunt etenim omnes, vt diximus, ab admiratione. an sic se habeat. sicut de præstigiosis, quæ per se ipsa mouentur, illi, qui nondum speculati sunt causam, aut de solstitijs, aut de diametri incommensurabilitate. admirabile enim omnibus uidetur, si quid, cum non sit minimum, non mensuretur. decet autem in contrarium, & in melius, secundum prouerbium, consumare. quemadmodum in his fit, cum discant. nil enim magis uir Geometricus admiraretur, quàm si diameter commensurabilis fieret. Quæ nam igitur natura eius scientiæ, quæ quæritur, et quæ intentio, quàm debet quæstio, & totus tractatus consequi, dictum est.

oportet

oportet habere quęstionē, & totam methodum, & eorum hanc A
arrem. Intendit enim circa primas & vniuersales rerum cau-
sas, de quibus etiam inquirit & determinat. Et propter harum
cognitionem, ad prædictum terminum peruenit, vt scilicet nō
admiretur, cognitis causis.

LECTIO IIII.

2. physi. te. 20. 28.

OSITO Proemio, in quo ostendit intentionē huius sciētiæ & dignitatem & terminum, incipit prosequi scientiam ipsam tractatam, & diuidit in duas partes. Primo ondit quid priores philosophi de causis rerum tradiderunt. Secundo ve litatem huius scientię incipit prosequi in 2. ibi: De veritate quidem theoria &c. ¦ Prima autem pars diuiditur in duas. Primo ponit opi. philosophorū de causis rerum. Secundo improbat eas quātum ad hoc, quod male dixerūt. ibi: ¦ Ergo quicunq; &c. ¦ Circa primum duo facit. Primo resumit enumerationem causarum 1 quā in 2. physi. diffusius iterat prosecutus. Secundo prosequitur opinionum philosophorū ibi: ¦ Accipiemus tamē &c. ¦ Dicit ergo primo, ꝙ quia hoc manifestū est ¦ scilicet quòd sapietia est causārum speculatrix, debem⁹ incipere a causis rerum scientiam sume do. Quòd etiam ex ratione scientiæ cōgruum videtur: quia tunc vnumquodque scire dicimus aliquem, quando putamus non ignorare causam. Causę autem quadrupliciter dicuntur, quarum vna est ipsa causa formalis, quę est ipsa substantia rei, per quam scitur quid est vnaquęque res. Constat enim (vt dictum est 2. physi.) quòd non dicimus aliquid esse alicuius naturæ prius quàm acceperit formam. Et quòd forma sit causa, patet, quia quęstionem, qua dicitur, quare est aliquid, reducimus tanquam ad rationem vltimam ad causam formalem, incipiendo a formis proximis & procedēdo vsque ad vltimam. Patet autem, quòd quare quæritur de causa & principio. Vnde patet, quòd forma est causa. Alia vero causa est materialis. Tertia vero causa est efficiens, quę est vnde principium motus. Quarta causa est finalis, quæ opponitur causę efficienti secundum oppositionē principij & finis. Nam motus incipit a causa efficiente, & terminatur ad causam finalem. Et hoc est etiam cuius causa fit aliquid, & quæ est bonum vniuscuiusque naturæ. Sic igitur causam finalem per tria notificat, scilicet, quia est terminus motus, & per hoc opponitur principio motus, quod est causa efficiens, & quia est primum in intentione, ratio c cuius dicitur, cuius causa: & quia est per se appetibile, ratione cuius dicitur bonum. Nam bonum est quod omnia appetunt. Vnde exponens quomodo causa finalis efficienti opponatur, dicit quòd est finis generationis, & motus, quorum principium est causa efficiens. Per quæ duo videtur duplicem finem insinuare. Nam finis generationis est forma ipsa, quæ est pars rei. Finis autem motus est aliquid quęstum extra rem quæ mouetur. De his dicit sufficienter se tractas-

Lect. 1. par. 1.

Lect. 12. par. 1.

T. com. 77. Lect. 1. par. 2.

Te. c. 11.

Lib. primo ethi. prin.

LECTIO IIII.

a

Voniam autem manifestum est, ꝙ earum quę a principio causatū, oportet sumere scientiam. (Tunc.n. scire dicimus vnumquodque, qñ primam causam cognoscere putamus.) causę B vero quadrupliciter dicuntur, quarum quidem vnam causam dicimus esse substantiam & qđ quid erat esse: reducitur.n. ipsum quare primum ad rationē vltimam, causa aūtem & principium, ipsum quare primum: Vnam vero materiam & subiectum: Tertiam autem, vnde principium motus: Quartam vero causam ei oppositam, & quod est cuius causa, & bonum. Finis igitur generatiōis & motus ois C hic est. Sufficienter quidē igitur de his speculatum ē in his, quę de natura.

b. Accipiemus tamen & nobis priores ad entium perscrutationem venientes, & de veritate philosophantes. palā.n. quia dicūt illi principia quędam & causas. Superueniētibus igitur erit aliqd prę opere methodo quę nunc. Aut.n. aliud aliquod causę genus inueniemus, aut mo D do dictis magis credemus.

Primum igitur philosophantium plurimi sola ea, quę in ma

a ¶ Hic ponit opinionem philosophorum de causis. & circa hoc duo facit. Primo assignat rationem, quare hoc faciendum sit. Secundo incipit prosequi suam intentionem. ibi: ¦ Primum igitur &c. ¦ Dicit ergo, quòd quamvis de causis tractatum sit in physicis, tamē nunc accipiendum est opiniones philosophorum, qui prius venerunt ad perscrutandum naturam entium: qui prius philosophati sunt de veritate quā Aristo. quia & ipsi causas, & principiū ponunt. Nobis igitur qui eis superuenimus, considerare eorum opiniones erit aliquid ¦ prius: idest, aliquod præambulum ¦ Methodo, ¦ idest in arte, ꝙ nunc a nobis quęritur. Vnde & litera Boetij habet. ¦ Accedentibus igitur ad opus scientię, quę opere vię, quę nunc est, aliquid erit. ¦ alia littera habet. ¦ Superuenientibus igitur quę nunc est, aliquid erit vitę opus via. ¦ & legenda est sic ¦ nobis igitur superuenientibus ei, quę nūc est, viæ. ¦ idest in præsenti methodo & arte, cōsideranda erit horum opinio ¦ quasi aliquod vitę opus, ¦ idest necessarium, sicut opera, quę sunt ad vitę conseruationem, vt intelligatur quasi quadam metaphora vti in loquendo, per vitæ opus, quodlibet necessarium accipiens. Vtilitas autem est illa, quia, aut ex prædictis eorum inuenimus aliud genus a causis prenumeratis, aut magis credemus his quę modo diximus de causis, quòd scilicet sint quatuor.

† methodo

c ¶ Hic incipit antiquorum philosophorum opiniones prosequi, & circa hoc duo facit. Primo recitat aliorum opiniones. Secundo reprobat. ibi: ¦ Ergo quicūque. ¦ Circa primum duo facit. Primo recitat singulorum opinionem de causis. Secundo colligit in summa quę dicta sunt, ibi: ¦ Breuiter igitur &c. ¦ Prima pars diuiditur in duas. Primo, ponit opiniones prętermittentium causam formalem. Secundo, ponit opinionem Platonis, qui primo causam formalem posuit. ibi: ¦ Posł dictas vero philosophias &c. ¦ Circa primum duo facit. Primo, ponit opi. illorum, qui posuerunt principia aliquas res manifestas. Secundo illorum, qui adinuenerunt extrinseca principia. ibi: ¦ Leucippus &c. ¦ Circa primum duo facit. Primo tangit opiniones antiquorum de causa materiali. ¦ Secundo de causa efficiente. ibi: ¦ Procedentibus autem sic. ¦ Circa primum duo facit. Primo ponit quid senserunt de causa materiali: Et primo ponit opiniones ponentium causam materialem in generali Secūdo, prosequitur eorum opiniones in speciali. ibi: ¦ Thales &c. ¦ Circa primum duo facit. Primo ponit quid senserunt de causa materiali. Secundo quid senserunt de rerum generatione, quod ex primo sequebatur. ibi: ¦ Et propter hoc, nec generari &c. ¦ Dicit ergo primo, quòd plurimi eorum, qui primo philosophati sunt de rerum natura, posuerunt principia omnium esse sola illa, quę reducuntur ad speciem causę materialis. Et ad hoc dicendum accipiebant quatuor conditiones

Lect. 12. par. 1.

Lect. 10. par. 1.

Lect. 7. par. 1.

Lect. 5. par. 1.

Lect. pri. par. 1.

Lect. 4. par. prin.

materiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

materiæ, quæ ad rationem principij pertinere videntur. Nam F id ex quo res est, principium rei esse videtur: huiusmodi autem est materia. Nam ex materia dicimus materiatum esse, vt ex ferro cultellum. Item illud ex quo sit aliquid, cum sit & principium generatiõis rei, videtur esse causa rei, quia res per generationem procedit in esse. Ex materia autem primo res fit, quia materia rerum factioni præexistit. Et ex ipsa ét non per accidens aliquid fit. Nã ex contrario vel priuatione aliquid per accidens dicitur fieri, sicut dicimus, quòd ex nigro fit album. Tertio illud videtur esse rerũ principiũ, in qđ finaliter omnia per corruptionẽ resoluuntur. Nam sicut principia sunt prima in generatione, ita sũt vltima in resolutione. Et hoc etiam materiæ manifeste cõtingit. Quarto, cum principia oportet manere, id videtur esse principiũ, quod in generatione, & corruptione manet. Materia autem, quam dicebant esse substantiam rei manet in omni trãsmutatione: sed passiones mutantur, vt forma & omnia, quæ adueniunt supra substantiam materiæ. Et ex his omnibus concludebant, quòd materia est elementum & principium omnium eorum, q̃ sunt.

d ¶ Hic ponit secundarium, quod ponebant, quasi ex præcedentibus sequens, scilicet nihil simpliciter generari vel corrumpi in entibus. Nam quãdo fit aliqua mutatio circa passiones, substantia manente, non dicimus aliquid esse generatum, vel corruptum simpliciter: sed solum secundum quid, sicut cum Socrates fit bonus aut musicus, non dicitur fieri simpliciter: sed fieri hoc. Et similiter, quando deponit huiusmodi habitum, non dicitur corrumpi simpliciter, sed secundum quid. Materia autem, quæ est rerum substantia secũdum eos, semper manet. Omnis autẽ mutatio fit circa aliqua, quę aduenium ei, vt passiones. Et ex hoc concludebant, quòd nihil generatur vel corrumpitur simpliciter: sed solum secundũ quid. Quamuis autem sic conuenirent in ponendo causam materialem, tamen differebant in eius positione quantum ad duo, scilicet quantum ad pluralitatem, quia quidam ponebant vnam, quidam plures: & quantum ad speciem, quia quidam ponebant ignem, quidam aquam &c. Similiter ponentium plura, quidam hæc, quidam illa principia materialia rebus attribuebant.

e ¶ Hic incipit recitare opiniones singulorum de causa materiali. Et primo ponit opinionem ponentium vnam causam materialem. Secundo ponentium plures, ibi: {Empedocles vero.} Circa primum tria facit, quia primo ponit opinionem ponentium aquam esse principium omnium. Secundo ponentium aerem, ibi: {Anaximenes &c.} Tertio ponentium ignẽ, ibi: {Hippasus &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Thaletis, qui dicebat aquam esse rerum principiũ. Secundo ponit opinionis probationẽ, ibi: {Forsan enim &c.} Dicit ergo, quòd Thales princeps talis philosophiæ, idest speculatiuæ, dixit aquam esse primum rerum principium. Dicitur autem Thales speculatiuæ philosophiæ princeps fuisse, qa inter septem sapientes, qui post theologos poetas fuerunt, ipse solus ad considerandũ rerum causas se transtulit, alijs sapiẽtibus circa moralia occupatis. Nomina septem sapientum sũt ista, Primus Thales Milesius tpe Romuli, & apud Hebræos tẽpore Achaz regis Israel. Secundus fuit Pittacus Mitilenæus, apud Hebræos regnante Sedechia, & apud Romanos Tarquinio Prisco. Alij quinque fuerunt, Solon Athenien sis, Chilon Lacedæmonius, Periander Corinthius, Cleobolus Lidius, Bias Priennensis, qui fuerunt omnes tempore Babilonicæ captiuitatis. Quia igitur inter hos solus Thales rerũ naturas scrutatus est, suasq̃ disputationes literis mandans emicuit, ideo hic princeps huius scientiæ dicitur. Nec debet inconueniens videri, si opiniones hic tangit eorum, qui solũ de scientia naturali tractauerunt; quia secũdum antiquos, qui nullam substantiam cognouerunt nisi corpoream, & mobilem, oportebat quòd prima philosophia esset scientia naturalis, vt in quarto dicetur. Ex hac autem positione, vlterius procedebat ad hoc, quòd terra esset super aquam fundata, sicut principiatum supra suum principium.

Lect. prima par. 8.

Lect. prima par. 6.

principia, quæ in materiæ specie sunt. ex quo enim omnia entia sunt, & ex quo primo fiunt, & ad quod vltimum corrumpuntur, substantia quidem permanente, mutata uero passionibus, hoc elemẽtum: Et hoc omnium entium esse principium aiunt.

Et ob hoc nihil fieri, neque corrumpi opinantur, tanquam huiusmodi natura semper conseruata. quemadmodum neque Socratem, quando formosus, aut musicus efficitur, simpliciter fieri dicimus, neque cum istos habitus amittat, corrumpi: eo quod subiectum ipsum Socrates permanet. ita & cæterorum nihil: oportet enim aliquam naturam aut vnam, aut plures esse, è quibus cætera fiunt, illa conseruata. Pluralitatem tamen, & speciem huius principij non eandem omnes dicunt.

Sed Thales quidem huiusmodi philosophiæ princeps aquam ait esse. aquæ terram quoque super aquam asserebat esse.

Fortasis hanc habuit opinionem, qui a nutrimentum omnium humidum esse videbat, ipsum quoque calidum ex eo factum, eoque animal viuere. ex quo autem fit, id esse principium omniũ. propter hoc igitur hanc habuit opinionem. & quoniam cunctorum semina naturam humidã sortita sunt: aqua vero naturæ principium humidis est.

terię specie, putauerunt omniũ esse principia. Nam ex quo sũt omnia entia, & ex quo fiunt primo, & in quod corrumpuntur vltimo, substantia quidem manente, in passionibus vero mutata, hoc elementum & id principium dicunt esse eorum, quę sunt.

d. Et propter hoc, nec generari aliquid putant, nec corrumpi, quasi tali natura semper conseruata. sicut nec dicimus Socratem generari simpliciter, quando fit bonus, aut musicus, nec corrumpi, quãdo deponit habitus istos: propterea quòd subiectũ maneat Socrates ipse. sic nec aliorum nihil. oportet enim esse aliquam materiã, aut vnam, aut plures vna, ex quibus fiunt alia, illa conseruata. Pluralitatem tamen & speciem talis principij, nõ eandem omnes dicunt.

e. Thales quidem talis philosophię princeps, aquã ait esse. Vnde & terrã esse super aquam asserebat.

f. Forsan enim hanc opinionẽ accipiens, quia cunctorum nutrimentum humidum videbat esse, & ipsum calidum ex hoc factum, & animal viuere. Ex quo fit vero, hoc est principium omnium. Propter hoc igitur eam est accipiens æstimationem. Et quia cunctorum spermata naturam habent humidam: aqua vero natura principium est humidus.

f ¶ Hic ponit rationes, quibus Thales potuit induci ad prædictam positionem. Et primo ostendit, quomodo ad hoc inducebatur ratione. Secundo quomodo inducebatur primorum authoritate, ibi: {Sunt & aliqui antiquiores &c.} Inducebatur autem duplici ratione. Vna, quæ sumitur ex consideratione causæ ipsius rei. Alia quæ sumitur ex consideratione generationis rerum, ibi: {Et quia cunctorum &c.} Hæc ergo media sunt ordinata. Nã ex primo sequitur secundum. Quod enim est alijs principium essendi, est etiam primum principium, ex quo res generatur. Tertium autem sequitur ex secundo. Nam vnumquodque per corruptionem resoluitur in id, ex quo generatum est. Quartum autem sequitur ex secundo & tertio. Nam id quod præcedit generationem rerum, & remanet post corruptionem, oportet esse semper manens. Primo modo vtebatur tribus signis ad ostendendum aquam esse principium essendi rebus, quorum primũ est, quia nutrimentum viuentium oportet esse humidum. Ex eodem autem viuentia nutriũtur & sunt, & sic humor videtur esse principium essendi. Secundum signum est, quia esse cuiuslibet rei corporeæ, & maxime viuentis, per proprium & naturalem calorem conseruatur. Calor autem ex humore fieri videtur, cum ipse humor

humor sit quasi caloris materia. Vnde ex hoc videtur, quòd A humor sit rebus principium essendi. Tertium signum est, quia vita animalis in humido consistit. Vnde propter deficcationem naturalis humidi, animal moritur, & per eius conseruationem animal sustentatur. Viuere autem viuentibus est esse. Vnde ex hoc etiam patet, quòd humor g. sit rebus principiũ essendi. Et hoc etiã tria signa se inuicem consequuntur. Ideo enim animal humido nutritur, quia calor naturalis humido sustentatur. Et ex his duobus sequitur quòd viuetæ animalis sit semper per humidum. Id autẽ ex quo aliquid fit, idest ex quo aliquid esse cõsequitur, est principiũ omnibus quæ ex illo esse habent. Et propter hoc, accepit hãc opinionem, quòd humor esset omnibus principiũ. Similiter etiam accepit signum ex rerum generatione, qa generationes viuentium quę sunt nobilissima in entibus h. fiunt ex seminibus. Semina autem siue spermata omnium viuentium, habent humidam naturam. Vnde ex hoc etiam apparet, quòd humor est generationis rerum principium. Si autem omnibus prędictis coniungatur quòd aqua est humiditatis principiũ, sequitur quòd aqua sit primum rerum principium.

g ¶ Hic ostendit, quomodo Thales inducebatur ad prędictam positionẽ, per authoritates antiquorum. Et dicit, quòd aliqui fuerunt antiquiores Thalete, & multum ante generationem hominũ, qui erant tempore Arist. qui fuerunt primo theologizantes, qui visi sunt hanc opinionẽ de natura habuisse, scilicet quòd aqua est principium omnium. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd apud Græcos, primi famosi in scientia fuerunt quidam poetę theologi, sic dicti, quia de diuinis carmina faciebant. Fuerunt autem tres, Orpheus, Musęus, & Linus, quorum Orpheus famosior fuit. Fuerunt autem tẽpore, quo Iudices erant in populo Iudeorum. Vnde patet, quòd diu fuerunt ante Thaletem, & multo magis ante Arist. qui fuit tempore Alexandri. Isti autem poetæ sub quibusdam enigmatibus fabularum, aliquid de rerum natura tractauerunt. Dixerunt enim, quòd Oceanus vbi est maxima aquarum aggregatio, & Thetis, quæ dicitur Dea aquarum, sunt parentes generationis. Ex hoc, sub fabulari similitudine dantes intelligere, aquam esse generationis principium. Hanc sententiam alia fabulosa narratione velauerunt dicentes, quòd sacramentum vel iuramentum deorũ erat per aquam, quandam, quam poetæ dicunt Stygem, & dicunt eam esse valdem infernalem. Ex hoc autem, quòd deos dicebant iurare per aquam, dederunt intelligere, quòd aqua erat nobilior ipsis deis, quia sacramentum vel iuramentum fit per id, quod est honorabilius. Hoc autem quod est prius, est honorabilius. Perfectum enim præcedit imperfectum natura & tempore simpliciter, licet in vno aliquo, imperfectio perfectionem præcedat tempore. Vnde per hoc patet, quòd aquam existimabant priorem esse ipsis dijs, quos intelligebant esse corpora cęlestia. Et quia isti antiquissimi aquam dixerunt esse rerum principium, si aliqua opinio fuit prior ista de naturalibus, non est nobis manifesta. Sic igitur patet, quid Thales de prima causa rerum dicitur existimasse. Quidam autem philosophus, qui vocatur Hippon, non fuit dignatus aliquid superaddere his, propter suæ scientię vel intelligentię imperfectionem. Vnde in libro de anima ponitur inter grossiores, vbi dicit, quòd potuit aquam esse animam, & principium rerũ, sumens argumentum ex rerum seminibus, vt hic dictũ est de Thalete. Vnde patet, quòd nihil addit supra Thaletis sententiam. Vel potest intelligi, quòd quia imperfecte dixit, nõ reddidit se dignum, vt eius sententia hic cõmeretur cũ alijs.

Primo de anima. T.com. 32.

h ¶ Hic ponuntur opiniones ponentiũ aerem esse principium, qui fuerunt Dio genes, & Anaximenes, ponẽtes aerem priorẽ aqua esse naturaliter, & principium omnium simplicium corporum, si quatuor elementorum, & per consequens omnium aliorum. Fuit autẽ Anaximẽs tertius a Thalete. Fuit autem discipulus Anaximandri, qui fuit discipulus Thaletis. Diogenes vero discipulus Anaximenis fuisse dicitur. Hæc tamen differentia fuit inter opinionem Diogenis & Anaximenis, quia Anaximenes aerem simpliciter posuit principium rerum. Diogenes autem dixit, quòd aer rerum principium esse non posset, nisi quia compos erat diuinæ rationis. Ex quo prouenit opinio, quę tangitur primo de anima. Ratio autem, quare aerem ponebat rerum principium, potuit sumi ex respiratione, per quam vita animalium reseruatur, & quia ex immutatione aeris videntur variari generationes & corruptiones rerum.

i ¶ Hic ponit, quòd duo philosophi Hippasus & Heraclitus posuerunt ignem esse primum principium vt materiam. Et potuerunt moueri ex eius subtilitate, sicut infra dicetur.

K ¶ Hic ponit opiniones ponentium plura principia materialia. Et primo Empedoclis, qui posuit plura finita. Secundo Anaxago. qui posuit plura infinita, ibi: {Anaxagoras vero &c.} Ponit ergo primo opinionem Empedoclis quantum ad duo. Primo quantum ad hoc, quòd tria prædicta elementa, scilicet aquam, aerem, & ignem, dicit esse rerum principia, addens eis quartum, scilicet terram. Secundo quantum ad hoc, quòd ista etiam elementa dixit semper manere & non generari nec corrumpi, sicut & illi, qui posuerunt vnam causam materialem, sed per congregationem horum & diuisionem secundum multitudinem & paucitatem dixit ex eis alia generari & corrumpi, inquantum ista quatuor per concretionem in vnum & disgregationem ex vno diuiduntur.

l ¶ Hic ponit opinionem Anaxago. qui fuit alter discipulus Anaximenis, qui fuit condiscipulus Diogenis: patria quidem Clazomenius, prior ætate quam Empedo. sed factis siue operibus posterior. vel quia posterius philosophari incæpit, vel quia in numero principiorum minus bene dixit, quam Empedo. dixit enim principia materialia esse infinita, cum sit di-

gnius

B

C

D

E

Anaximenes autem, et Diogenes aerem priorem aqua, & maxime simplicium corporum principium statuunt.

Hippasus autem Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem.

Empedocles autem quatuor, vna cum prædictis superaddens etiam terram quartum. hæc enim semper permanere, nec fieri nisi pluralitate, & paucitate coniuncta, & disiuncta in vnum, & ex vno.

Anaxagoras autem Clazomenius, ætate quidem illo superior, operibus

Sunt autem quidam, qui etiam Antiquissimos illos, & nimis a præsenti generatione remotos, & primos theologizantes sic arbitrantur de natura sensisse. Oceanum namque, & Tethyn generationis parentes esse cecinerit. Iusiurandum quoque deorum aquam esse, Stygem ab ipsis Poetis appellatam. honorabilissimum enim quod antiquissimum est. iusiurandum autem honorabilissimum est. Si igitur antiqua ista & vetusta de natura opinio est, fortasse non est manifestum. Thales tamen hunc in modum de prima causa dicitur asseruisse. Hipponem etenim nemo dignabitur cum istis cõnumerare, propter intellectus eius simplicitatem.

Lect. prima par. 8.

gnius finita principia & pauciora accipere, quod fecit Empe. vt dicitur in 1. physi. Non enim solum dixit principia rerum esse ignem & aquam & alia elementa, sicut Empedocles omnia, quę sunt consimilium partium, vt caro, os, medulla, & similia, quorum infinitas minimas partes principia rerum posuit, posse in vnoquoque infinitas partes horum singulorum inesse propter id, quod in inferioribus vnū ex alijs generari posse inuenit, cum generationem rerum non diceret esse, nisi per separationem a misto, vt planius explicauit. 1. physi. Secundo etiā Anaxag. conuenit cum Empe. in hoc, scilicet quòd generatio & corruptio rerum nō est nisi per concretionem & discretionem partium predictarum infinitarum, & quòd aliter nec generari, nec corrumpi cōtingit aliquid. Sed huiusmodi rerū principia infinita, ex quibus rerum substantiæ efficiuntur, permanere dixit sempiterna. Concludit ergo Arist. quòd ex prædictis philosophorū opinionibus, aliquis cognoscet solā causam, quæ continet sub specie causæ materialis.

T.c.33.

LECTIO V.

a Ostquam posuit opinionē de causa materiali, hic ponit opinionem de causa efficiente, quæ est: vnde principium motus. Et diuiditur in duas. Primo ponit opiniones eorū, qui simpliciter assignauerunt causam motus & generationis. Secūdo prosequitur opinionem illorum, qui posuerunt causam efficiētem, quę est etiā principium boni & mali in rebus: ibi. ¶ Post hos &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit rationem cogentem ad ponendum causam mouentem. Secūdo ostēdit qualiter ad positionem diuersi diuersimode se habuerunt: ibi. {Igitur omnino qui talem &c.} Dicit ergo, quidam philosophi sic processerunt in causa materiali ponenda, sed & ipsa rei euidens natura

Lect.1. Parte 2. Part.seq.

factis vero posterior, infinita dixit esse principia. Nam fere omnia corpora partium consimilium, vt ignem, aut aquam, ita generari & corrumpi ait cō gregatione & disgregatione solum, aliter autē nec generari, nec corrumpi, sed permanere semper sempiterna. Ex his quidem igitur solam quis causam intelliget eam, quę in materię specie dicitur.

LECTIO V.

a Rocedentibus autem sic, res ipsa viam fecit similiter, & quęrere coegit. Si enim quā maxime omnis generatio, & corruptio ex aliquo vno, aut plurib⁹ est, quaB liter hoc accidit, & quę causa? Non enim vtique facit ipsum subiectū transmutare seipsum. Dico aūt, veluti neque lignum, neque ęs, alterutrum ipsorum permutandi est causa. neque lignum facit lectum, neq; ęs statuam, sed aliquid aliud permutationis est causa. Hoc autem quęrere, est aliud principium quęrere, vt si dicatur: vnde principium motus.

b. Igitur omnino qui talem viā a principio tetigerūt, & vnum esse subiectum dixerunt, nihil difficultatis sibimet fecerunt. Vnum quidem omne dicentes, & quasi ab ea quęstiōe deuicti, ipsum esse immobile dicunt, & naturam totam non solum secundum generationem & corruptionem: (hoc etenim antiquū est, & quod omnes esse confessi sunt) verum & secundum aliam mutationem omnem esse. & hoc eorum est proprium. Vnum ergo solum dicentium ipsum esse, nulli talem intelligere causam conuenit, nisi forte Parmenidi, & hoc intātum, quia nō solum vnam, sed etiam duas aliqualiter ponit causas esse. Plura vero facientibus magis contingit dicere: vt ipsum calidum & frigidū, aut ignem, & terram. Vtuntur enim quasi motiuam materiam habētem naturam igne: aqua vero & terra & huiusmodi, econtrario.

F dedit eis viam ad veritatis cognitionem, vel inuentionem, & coegit eos quærere dubitationem quandam, quę inducit in causam efficientem, quæ talis est. Nulla res vel subiectum trāsmutat seipsum, sicut lignum non transmutat seipsum, vt ex eo fiat lectum: nec ęs est sibi causa transmutandi, vt ex eo fiat statua: sed oportet aliquid aliud esse, qđ est eis mutationis causa, quod est artifex. Sed ponētes causam materialem vnā vel plures, dicebant ex ea, sicut ex subiecto, fieri generationem & corruptionē rerum: ergo oportet quòd sit aliqua alia causa mutationis, & hoc est quærere aliud genus principij & causę, quod nominat, vnde principium motus &c.

vero inferior, infinita dicit esse principia, ferè enim omnia, quæ consimilium partium sunt, vt aquam, vel ignem, ita fieri, & corrumpi ait cōiunctione & disiunctione solum. *aliter vero nec fieri, neque corrumpi, sed perpetua permanere. Ex his itaque solam quis causam illam, quæ in materiæ specie dicitur, putabit.*

LECTIO V.

Hoc autem modo procedentibus, ipsa res eos duxit, & coegit vlterius quærere.

Nam, & si quam maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo vt ex vno, aut ex pluribus sit, cur hoc accidit, & quæ causa est? Non enim ipsum subiectum sese mutari facit, vtputa, dico quod neque lignum, neque æs causa est, vt vtrunque eorum mutetur. neque lignum quidem lectum, æs vero statuam facit, sed aliud quippiam mutationis causa est. hoc autem quærere, aliud principium quærere est, perinde atque id, quod nos vnde principium motus dicimus.

I

Qui igitur omnino a principio istam viam attigerunt, vnumque esse subiectum asseruerunt, nil difficultatis sibipsis reliquerunt. Verum quidam eorum, qui unum constituerunt, quasi deuicti ab hac quæstione, ipsum unum immobile dicunt esse, naturamque totam non solum secundum generationem & corruptionem (hoc enim uetus est, & cui omnes consenserunt) sed etiam secundum reliquam omnem transmutationem. & hoc eorum est proprium. Illorum igitur, qui unum solum esse dixerunt ipsum uniuersum, nulli contingit talem inspicere causam, nisi fortassis Parmenidi. & huic eatenus, quatenus non solum unam, uerum etiam duas quodam modo ponit causas esse. Illis uero, qui plura faciunt, magis accidit dicere. utputa illis, qui calidum, aut frigidum, aut ignem, & terram. utuntur enim igne, tanquam motiuam habente naturam: aqua uero & terra, & huiusmodi, econtrario.

K

Lect.4.

Lect.9.

† Cō gatio disgre nę.

re eos talē cām. f. cām motus, quia ex quo motū subtrahit, seu A strā ꝙrunt cām motus. nisi tū Parmenides, quia iste, etsi pone ret vnū sm rōnem, ponebat tū plura sm sensum, vt infra dicet. Vnde in quantū plura ponebat, conueniebat ei ponere plures cās, quarum vna esset mouens, & alia mota: quia sicut pluralitatem sm sensum po nebat, ita oportebat ꝙ ponaret motū sm sensum. Nā ex vno subiecto non potest intelligi pluralitas constituta, nisi per aliquem modū motus. Tertij fuerunt, qui plures facientes rerum substantias, consenserunt pdictę rationi ponētes causā mot⁹. Ponebāt. n. calidum vel frigidū causas, vel ignem & terrā: quorum igne vtebantur, vt habete naturā mobilem. i. motiuam naturam, d. aqua vero & terra & aere cōtrario, vel vt habitibus naturā passiuā: & sic ignis erat vt cā efficiēs, alia vero vt cā materialis.

c ¶ Hic ponit opiniones ponētiū cām efficiente nō solum vt principiū motus, sed ét vt principium boni, vel mali in rebus. Et circa hoc duo facit. Primo narrat eorū opiniones. Secūdo ondit in quo, in ponendo cās deseruerunt, ibi: {Isti quidem.} Circa primū duo facit. Primo ponit opinionis rōnes, ex quib⁹ mouebant ad ponēdū etiā cām a pdictis. Scđo ondit quomō diuersimode cām posuerunt, ibi: {Dicēs & aliqs &c.} Dicit ergo primo, ꝙ post pdictos philosophos, qui solū vnam cām materialē posuerūt, vel plures corporales, quarū vna erat actiua, alia vt passiua, & post alia prima principia ab eis posita, iterū fuerūt ab ipa veritate coacti {vt aiebamus} i. sicut supra dictū est, vt ꝙrerent principiū {habitū} i. cōsequēter se hns ad pdicta, f. cām boni, q quidē est cā finalis, licet ab eis nō poneret nisi p accidēs, vt ꝫ patebit. Ponebat. n. eis solū cā boni p modū causę efficiētis. Et adhoc cogebant, qa pmissa principia nō sufficiebāt ad generādū naturā entiū, in qua qdē inueniunt aliqua bn se hre. Qđ demōstrat cōseruatio corporū in proprijs locis, ex q corrūpunt. Et vlterius vtilitates, q prouenium ex partibus aialiū, q hoc mō dispositæ inueniunt sm ꝙ congruit ad bonū esse aialis. Hmōi aūt bonę dispositiōis vel habitudinis, quā quędā res iam hnt, quędam vero adipiscuntur per aliquam factionem, non sufficienter ponitur causa vel ignis, vel terra, vel aliquod talium corporum: quia ista corpora determinate agūt vel vnū sm necessitatem propriarū formarum: sicut ignis calefacit & tendit sursum, aqua vero infrigidat & tendit deorsum. Prędictæ autem vtilitates & bonæ dispositiones rerum exigunt habere causam non determinatam ad vnum tantum, cum in diuersis animalibus diuersimode inueniantur partes dispositæ, & in vnoquoque secundum congruentiam ipsorum naturæ. Vnde non est conueniens, quòd ignis vel terra vel aliquod huiusmodi sit causa pdictę bonę habitudinis rerum. Nec fuit cōueniēs, quòd ipsi hoc estimauerint nec iterū bene se habet dicere, quòd sint automata, ideſt per se euenientia & casualia, & quòd a fortuna tantū immutatur eorum causalitas: licet aliqui eorum hoc dixerint, vt Empe. & quicunque posuerunt causam materialem tā tum: sicut patet. ij. Physi. Quod tamē patet etiam esse falsum per hoc, quòd huiusmodi bonę dispositiones, inueniuntur vel semper vel i maiori parte. Ea autem, quæ sunt a casu, vel a fortuna, non sunt sicut semper, sed nec sicut frequenter, sed vt raro. Et propter hoc necessariū fuit alterū inuenire principium bonę dispositionis rerum, præter quatuor elementa. Alia litera habet {nec ipsi Automato & Fortunę.} & est idem sēsus ꝙ prius. d ¶ Hic pōit in speciali opiniōes de pdicto principio, & primo ponit opiniones ponentiū vnam cām. Scđo ponentiū duas, ibi: { Quoniam vero contraria bonis. &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones ponentium causam primam efficientem intellectū. Secūdo ponentium amorem, ibi: { Suspicatus est autem &c.} Dicit ergo, quòd post prædictā rationem apparuit aliquis dicens intellectum esse in tota natura, sicut est in animalibus, & ipsum esse cām mūdi & ordinis totius. i. vniuersi, in quo ordine cōsistit bonū toti⁹ vniuscuiusq;. Et hic purificauit priores philosophos, ad puram veritatem eos reducens, qui inconuenientia dixerunt homini, causam non tangentes. Hanc autem sententiam manifeste tangit Anaxa. licet causam huiusmodi sententiam proferendi, dederit ei primo quidam alius philosophus, scilicet Hermotimus Clazomenius. Vnde patet, quòd illi, qui sunt opinati sic, simul posuerūt idē rebus esse principiū ꝙ bene haberent se, & quòd esset vnde principium motus est. e ¶ Ponit opinionem ponentium amorem esse principium primum, quem tamen non ita expresse, vel plane, posuerunt. Et ideo dicit, ꝙ suspicio fuit apud aliquos, quod Hesiodus quæsiuisset huiusmodi principium bonæ habitudinis rerum,

Lect.6. parte.1.

parte.3. Lect. 6.

parte seq.

T.c.9.

Post hoc autem, & huiusmodi principia tanquàm non sufficientia vt entium naturam generarent, rursus ab ipsa veritate, vt diximus, coacti, illud, quod sequitur, quæsierunt principium. vt enim entia bene se partim habeant, partim fiant, nec ignem fortasis, nec terram, nec aliud huiusmodi quicquam verisimile est causam esse: nec illos verisimile est arbitrari: nec rursus casu, & fortunæ tantam attribuere rem probe se habet,

B

Quare, qui vt animalibus, ita in natura intellectum in esse causam mundi, totiusque ordinis dixerat, quasi sobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes, apparuit. Istas autem rationes qui palam attigit, Anaxagoram fuisse scimus. attamen Hermotimus Clazomenius dicitur causam prius dixisse. Qui igitur ita arbitrati sunt, principium entium posuerunt simul tam causam ipsius bene, quam illam, unde motus entibus inest.

C

Suspicaretur autem aliquis Hesiodum primum hoc quæsiuisse, & siquis alius amorem, aut desiderium in entibus, ut principium posuit, sicuti Parmenides. eterim is uniuersi generationem monstrando,

Primum quidem inter omnes Deos amorem, ait produxit.

Hesiodus uero, ante omnia fuisse chaos,

Deinde terram spatiosam, atque amorem.

Qui inter omnes immortales eluceat.

Tanquam oportunum sit, ut in entibus aliqua causa insit, quæ res ipsas moueat atque coniungat. Hos autem quomodo ordinare oportet, quis scilicet eorum primus fuit, liceat posterius indicare.

D

rum, vel quicunque alius posuit amorem: vel desiderium in rebus. Cum.n. Parmenides vniuersi generationem monstrare F
Lect.5. Lect.6. par.1. nata, non sunt vt in pluribus, sed vt in paucioribus. Vnde cum contrariorum sint contrariæ causæ, oportet non solum causam rerum ponere amorem, ex quo proueniunt ordinationes & bona, sed & odium, ex quo proueniunt inordinationes & turpia, vel mala: vt sic singula mala & bona, proprias causas habeant. Et q̃ ista fuerit ratio mouẽs Emped. patet, siquis assequatur sententiam eius, & accipiat sciẽtiam quã dicere voluit, & nõ ad verba, quæ imperfecte, & quasi balbutiẽdo dixit. Dixit.n. q̃ amoris est congregare, odij disgregare. Sed quia ex congregatione est rerum generatio, ex qua rebus est esse & bonum: per se gregationẽ vero est corruptio, quæ ẽ via ad non esse & malũ: iam patet q̃ voluit amorẽ esse causam aggregatorũ, idest, bonorum: & odium esse causam malorũ. Et ita, si quis dicat, q̃ Empedocles fuit primus, qui dixit bonum & malum esse principia, forsitan bene dixit. Si tamen secundũ Emped. fuit hoc, q̃ bonũ est causa omnium bonorũ, & malum omnium malorum. Quod.n. aliquorum malorũ posuit causam malã, scilicet corruptiõis: & aliquorum bonorum bonum, s. generationis, manifestũ est. Sed quia non se quebatur q̃ omnia bona essent per amicitiã, nec omnia mala per odium, cum distinctio partium mũdi adinuicem esset per odium, & cõfusio per amicitiam: ideo non vsquequaque posuit bonum causam bonorum, & malum causam malorum.

LECTIO VII.

IVM autem contraria quoque bonis inesse naturæ apparerent, nec solum ordo, & pulchrum, verum etiam in ordinatio, & turpe, pluraq; mala quam bona, & turpia quam pulchra, ideo alius quidam amicitiam introduxit, & contentionem, utrunque utriusque horum causam. Siquis enim sequatur, et secundum sententiam accipiat, non secundum ea, quæ balbutiens Empedocles dicit, inueniet amicitiam quidem bonorum causam esse, contentionem uero malorum, Quare, si quis dicat quodam modo dicere, & primum Empedoclem dicere malũ, & bonũ esse principia, fortasse bene inquiet: siquidem bonorum omnium causa ipsum bonum, ac malorum ipsum malum est.

Hi quidem, ut diximus, & hucusque duas causas, quas nos in de Naturalibus determinauimus, attigerunt, materiam, & unde motus. obscure tamẽ, & non clare, sed quem admodum inexercitati in prælio faciunt. Etenim illi circumeuntes, egregias plerunque plagas infligunt: sed nec illi ex scientia, nec isti uidentur scire quid dicant. Fere etenim nullo modo uidentur his uti, nisi paulum quiddam.

Nam & Anaxagoras, tanquam machina utitur intellectu ad mundi generationem. &, cum dubitat propter quam causam necessario est, tunc eum attrahit. In cæteris uero magis cætera omnia, quàm intellectum causam eorum, quæ fiunt, ponit.

LECTIO VII.

IAMONIAM vero contraria bonis videbant esse in natura, & nõ solum ordinatio & bonum, sed inordinatio & turpe, plura mala melioribus, & praua bonis, sic ali' aliquis amorẽ induxit, & litẽ, singula singulorum causam horum. Si quis.n. assequatur, & accipiat ad intellectum, & non ad ea quę balbutiendo Empedocles dixit, inueniet amorem quidem esse causam aggregatorum, litem vero malorum. Quare siquis dixit, & quo dãmodo dicere & primum dicere, Empedoclem, bonum, & malum principia, forsan bene dicet: si bonorum omnium bonum est causa, & malorũ malũ.

Text.c.6. 4.Phy.

b. Isti quidẽ igitur, sicut diximus, & vsq; ad hoc duas causas retigerunt, quas in physicis determinauimus, materiã, & id vnde motus. obscure quidẽ, & non manifeste, sed qualiter in bellis ineruditi faciũt. Etenim illi circunducti sepe bonas plagas faciunt, at nec illi ex scientia, nec isti visi sunt sciẽtibus dicere quod dicũt. His etenim fere vsi nihil vidẽtur, nisi parum. I

par.2. c. Anaxagoras autẽ artificialiter ad mundi generationem vtitur intellectu. Nam quando dubitat, quę causa ex necessitate est, tunc attrahit ipsum. In alijs vero oia magis causantur eorum, quę fiunt, q̃ intellectu.

par.3 Quòd autem amor congreget, ex hoc patet, quia ipse amor est vnio quędam amantis & amati, dum amans amatum quasi se reputat. Iste autem Hesiodus ante philosophorum tempora, fuit in numero poetarum. Quis autem horum sit prior, idest, potior in sententia, vtrum ille qui dixit amorem esse primum principium, vel qui dixit intellectũ, posteri[e] poterit iudicari, scilicet vbi agetur de Deo. Et hoc iudicium distributionem vocat, quia per hoc vnicuiq; suus gradus attribuitur dignitatis. Alia translatio planius habet. Hos quidem igitur quomodo congruat transire, & quis de hoc sit prior, posterius poterit iudicari.

LECTIO VII.

a HIC ponit opinionem ponentium contrarietatem in huiusmodi, & rationem eos mouentem, quæ talis erat. In rerum natura videbantur aliqua esse cõtraria bonis: quia in natura nõ solum inuenitur ordinatum & bonum, sed aliquando inordinatum, & turpe Nõ potest autẽ dici, quòd mala non habeant causam, sed accidant a casu: quia mala sunt plura melioribus, & praua sunt plura bonis simpliciter. Quæ autem sunt a casu sine causa determi

b ¶ Hic ostendit q̃ in ponendo ꝺictas causas deficiebant. Et primo loquitur gñaliter de eis. Secũdo specialiter, ibi: {Anaxa. aũt &c.} Dicit ergo primo, q̃ prædicti philosophi. s. Anaxa. & limp. vsq; ad hoc peruenerunt, q̃ posuerunt duas causas illarũ quatuor, quæ sunt determinatæ in physicis. s. materiam, & causam motus: sed obscure & non manifeste tradiderunt, quia nõ exprimebant, q̃ illa, quæ causas esse ponebãt, ad ista causarum genera reducerentur. Sed in hoc, q̃ de causis posuerunt duas, conuenienter assimilabatur bellatoribus non eruditis, qui ab aduersarijs circunducti, faciunt aliq̃n bonos ictus, sed non per artem, sed a casu. Quod ex hoc patet, quia & si aliq̃n accidit eis, nõ tñ semper, aut frequenter. Similiter ẽt prædicti philosophi nõ sunt vsi dicere quod dñt, nec vsi sunt scientibus .i. sicut scientes. Unde alia translatio habet: Sed nec illi scientiam, nec hi assimilati sunt sciẽtib[e] dicere quod dicũt. Quod ex hoc patet, quia cum prædictas causas posuissent, fere non sunt eis vsi, quia in paucis vtebantur. Unde videtur quòd non ex arte, sed quadam inducti necessitate eas casualiter induxerunt.

c ¶ Hic ostendit, in quo specialiter eorum vterque defecerit. Et primo de Anaxag. Secundo de Emp. ibi: {& Emped.} Dicit ergo primo, quòd Anax. vtitur intellectus ad mundi generationem,

part.seq. part.seq.

tionem, in quo videtur artificialiter loqui, non dubitans de causis generationis mundi, ex necessitate attrahit. i. producit ipsum intellectum, non valens reducere mũdi generationem in aliquam aliam causam distinguentem res, nisi in aliquod in se distinctum & immixtum, cuiusmodi est intellectus. Sed in omnibus alijs assignat causas magis ex omnibus alijs, q̃ ex intellectu, sicut in specialibus rerum naturis.

par.3. d Hic ostendit in quo deficiat Empedo. & circa hoc duo facit. Primo ostẽdit in quo deficit. Secũdo quid proprium præ alijs dixit, ibi: Emped. igitur} Dicit ergo primo, q̃ Emped. in determinando de particularibus rerum naturis, {plus vtitur causis} a se positis, scilicet quatuor elementis, & odio & amore, q̃ Anaxa. quia singulorum generationem & corruptionem in prædictas causas reducit, non autẽ Anaxa. in intellectũ. Sed in duobus deficit.

1. com 32. Primo quia nõ sufficienter huiusmodi causas tradit. Vtitur enim eis quasi dignitatibus per se notis, quæ non sunt per se nota, vt dicitur Primo Phy. dum scilicet supponebat quab per se notum, q̃ lis determinato tempore dominabatur in elementis, & alio tẽpore determinato, amor. Secundo quia in his, quæ quærit, nõ inuenit illud q̃ est ab eo cõfessum. i. suppositũ quasi principium, s. q̃ amor cõgreget & odium disgreget, quia in multis locis oportet q̃ e contrario amor {secernat.} idest diuidat, & odium {concernat} idest congreget, qa quãdo ipsum vniuersum in partes suas per odium {distrahitur} idest deiicitur q̃ est in generatione mundi, tunc omnes partes ignis in vnum conueniunt, & similiter singulæ partes aliorum elementorum {Concernuntur} idest adinuicem coniungũtur. Sic igitur odium non solum partes ignis diuidit a partibus aeris, sed etiam partes ignis coniungit adinuicem. E contrario autẽ cum elementa in vnum conueniunt per amorem, quod accidit in destructione vniuersi, tunc necesse est vt partes ignis adinuicem separentur, & similiter singulorum partes adinuicem secernantur. Non enim posset ignis commisceri aeri nisi partes ignis abinuicem separarentur, & similiter partes aeris nisi inuicem se elementa prædicta penetrarent, vt sic amor sicut coniungit extranea, ita diuidat similia, secundum quòd sequitur ex eius positione.

e Hic ostendit quomodo Emped. præ alijs philosophis proprium posuit. Et dicit q̃ duo præ alijs posuit. Vnum est, q̃ eam vnde motus diuisit in duas contrarias partes. Aliud est q̃ causam materialem dixit esse quatuor elementa, non q̃ vtatur quatuor elementis vt quatuor, sed vt duobus, quia ignem cõparat alijs tribus dicens, q̃ ignis habet naturam actiuam, &

A alia passiuam. Et hoc potest aliquis sumere ex elementis rerum ab ipso traditis, vel {elementis} principijs suæ doctrinæ quæ posuit. Alia litera habetur ex versib[s], quia dẽ metrice suã philosophiam scripsisse. Et huic concordat alia translatio quæ dicit: Ex rationibus. Hic igitur (vt dictum est) sic & tot prim[a] posuit principia, qa quatuor, & ea quæ dicta sunt.

d Et Empedocles plus quidẽ hic vtitur causis: sed tñ nec sufficiẽter, neq; in his inuenit qd' confessum est. A multis igit' arguit in locis apud ipsũ, amor disgregat, lis autem cõgregat. Nam, cum in elemẽta quidem ipsum esse a lite distrahit, tunc ignis in vnũ & aliorũ elemẽto B rũ singula concernunt: cũ autẽ iterũ in vnũ ab amore conueniunt, necesse rursum, vt ex singulis particulæ secernantur.

e Empedocles quidẽ, præter priores, primus hanc cãm diuidens induxit, non vnum faciẽs motus principium, sed diuersa & contraria. Amplius aũt q̃ in materiæ specie dicuntur elementa, quatuor primus dixit, non tñ vtit quatuor, sed vt duo C bus existentibus, solũ quidem igne secundum se, oppositis vero quasi vna natura terra, aere, & aqua. Sumet autem vtiq; aliquis id speculans ex elementis. Hic quidẽ ergo, sicut diximus, sic & tot dixit principia.

LECTIO VII.

a EUcippus & collega eius Democritus, elementa quidẽ plenũ, & D inane dicunt esse, dicentes velut hoc quidem ens, illud vero nõ ens: horum autem plenum quidem & solidum ens, inane vero non ens. Propter quod & nihil magis ens non ente dicũt esse: quia neque inane corpore. Causas autem entium hæc vt materia.

Et Empedocles plus quidem istis causis vtitur: neque sufficienter tamen, neque in his reperit, quod sequitur. nullis enim in locis apud eum amicitia quidem disiungit, contentio uero coniungit. cum enim in elementa per contentionem uniuersum dissoluitur, tunc ignis in unum coalescit, & cæterorum elementorum unumquodque, cum autem rursus per amicitiam in unum conueniant, necesse est iterum particulas uniuscuiusque separari.

Empedocles itaque, præter alios Antiquiores, primus hanc causam duidens, introduxit, nec unum motus principium, sed diuersa fecit, & contraria. & adhæc elementa, quæ in materiæ specie dicuntur, quatuor esse primus asseruit. non tamen eis ut quatuor utitur, sed tanquam duo essent sola, igne quidem per seipsum, oppositis uero terra, aere, & aqua tanquam una natura. comprehendat autem quispiam idipsum, ex eius carminibus contemplans. Is igitur, ut diximus, ita, & tot principia asserit.

LECTIO VII.

Eucippus uero, ac eius familiaris *Democritus elementa quidem plenum, & uacuum esse aiunt, dicentes hoc quidem ens, hoc uero non ens: & ut ita, eius quidem plenum & solidum, non ens autem uacuum & rarum. Quare nihilo magis ipsum ens, quàm ipsum non ens esse aiunt, quia neque uacuum quam corpus. hæc autem causas entium, ut materiam esse.*

Lect.9. par.1.

Lect. pe. par.3.

T.c.60.

HIc incipit põere positiões eorum, qui posuerunt de principijs positiones extraneas non manifestas. Et primo illorum, qui posuerunt plura principia rerum. Secundo illorum, qui posuerunt trẽ vnum ens, ibi: {Sunt aũt alij &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Leucippi & Democriti, qui posuerunt principia rerum corporea. Secundo ponit opinionem Pythagoricorum, qui posuerunt principia rerum incorporea, ibi: {In his autem &c.} Circa primũ duo facit. Primo ponit opinionem Democriti & Leucippi de cã materiali rerum. Secundo de causa diuersitatis, quo. s. ex materia plures res diuersificantur, in quo ẽt apparet causã generatiõis & corruptionis rerum, in quo ẽt cum antiquis philosophis cõueniebat, ibi: {Et quemadmodum in vnum &c.} Dicit ergo, q̃ duo philosophi: qui amicõ dicuntur, quia in omnibus sequebantur. s. Democritus & Leucippus, posuerũt rerum principia plenum & inane, siue vacuum: quorũ plenum est ens, & vacuũ siue inane nõ ens. Ad huius aũt opinionis euidentiã recolendũ est hoc, qd' Philosophus dicit in Primo de Generatione, vbi diffusius eam tradit. Cum.n. quidam Philosophi posuissent oia esse vnum ens continuũ immobile: quia nec motus sine vacuo esse' põt, vt vi, nec ẽt rerum distinctio, vt dicebant: cum continuitatis priuatione, ex qua oportet} intelligere corporũ diuersitatẽ, nisi p vacuũ non possent cõprehẽdere, vacuum aũt nullo modo esse ponerent, superuenit Democritus, qui eorũ rationi consentiens, diuersitatem aũt & motum a rebus auferre non valens, vacuum esse posuit: & omnia corpora ex quibusdam indiuisibilibus corporibus esse cõposita propter hoc, quia non videbatur sibi q̃ ratio posset assignari, quare ens vniuersum magis in vna parte esset diuisum quam in alia, ne poneret totum esse continuum, prælegit ponere vbique totum & totaliter esse diuisum: quod esse non posset, si remaneret aliquod diuisibile indiuisum. Huiusmodi autem indiuisibilia corpora inuicem coniungi nõ possunt, nec esse vt ponebat, nisi vacuo mediante: quia, nisi vacuum inter duo eorum interueniret, oporteret ex eis duobus vnum esse continuum, quod ratione prędicta non ponebat. Sic igi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cur vniuſcuiuſque corporis magnitudinem conſtituram dicebat ex illis indiuiſibilibus corporibus implentibus indiuiſibilia ſpatia, & ex quibuſdam ſpatiis vacuis ipſis indiuiſibilibus corporibus interiacentibus, quæ quidem poros eſſe dicebant. Ex quo patet, quòd cum vacuum ſit non ens, & plenum ſit ens, nó magis ponebat rei cõſtitutionẽ ens, quã non ens: qa nec corpora magis, q̃ vacuũ, nec vacuum magis quã corpora, ſed ex duobus ſimul dicebat, vt dictum eſt, corpus cõſtitui. Vnde prædicta duo ponebat rerum cauſſas, ſicut materiam.

part.1.

b ¶ Hic oſtendit in quo conueniebant prędicti Philoſophi cum antiquis Philoſophis, qui ponebant vnam tantum materiam. Oſtendit autem, quòd conueniebant cum eis in duobus. Primo quidem, quia ſicut ſunt ponentes vnam materiam, & ex illa materia vna generabãt aliam ſecundum diuerſas materiæ paſſiones, quæ ſunt rarum, & denſum, quæ accipiebant vt principia omnium aliarum paſſionum, ita & iſti, ſcilicet Democritus, & Leucippus dicebant, quòd cauſæ differentes erant aliorum, ſ. corporum conſtitutorum ex indiuiſibilibus: videlicet quòd per aliquas differentias illorum indiuiſibilium corporum, & pororum diuerſa entia conſtituebantur. Eas autem differẽtias dicebãt eſſe vnam ſecundum figuram, quæ attenditur ex hoc, quòd aliquid eſt angulatũ, circulare & rectum: aliam ſecũdum ordinem, quæ eſt ſecundum prius & poſterius: aliam ſecundum poſitionem, quæ eſt ſecundum ante & retro, dextrum & ſiniſtrum, ſurſum & deorſum. Et ſic dicebãt, quòd vnum ens differt ab alio vel ſ. rhyſmo } id eſt, figura: {vel diathyge } id eſt ordine {vel trope } id eſt poſitione. Et hoc probat per exemplum in literis Græcis, in quibus vna litera differt ab alia figura; ſicut & in noſtris differt vna ab altera. A enim differt ab N, figura: A N vero ab N A, differunt ſecundum ordinem, nã vna ante aliam ordinatur. Vna etiam differt ab altera poſitione, vt Z, ab N, ſicut & apud nos videmus, quòd ſeminocales poſt liquidas poni nõ poſſunt, ante quas ponũtur mutæ in eadem ſyllaba. Sicut ergo propter triplicem diuerſitatem in literis ex eiſdem literis diuerſimode ſe habentibus fit tragœdia & comœdia, ita ex eiſdem corporibus indiuiſibilibus diuerſimode ſe habentibus, fiunt diuerſæ ſpecies rerum. Aliud vero, in quo conueniebant iſti Philoſophi cum antiquis eſt, quòd ſicut antiqui neglexerunt ponere cauſam, ex qua motus ineſt rebus, ita & iſti, licet illa indiuiſibilia corpora dicerẽt eſſe per ſe mobilia. Sic ergo patet, quòd per prædictos Philoſophos nihil dictum eſt, niſi de duabus cauſis, ſcilicet de cauſa materiali ab omnibus, & de cauſa mouente a quibuſdam.

Lect.3.

part.3.

c In his autem, & ante hos vocati Pythagorici mathematica tangentes primi, ea produxerunt, & in eis nutriti, horum principia omnia eſſe putauerunt. Horum autem quoniam natura numeri primi, & in numeris ſpeculari multas ſimilitudines inexiſtentibus & factis magis, quàm in igne & terra: quia talis numerorum paſſio, iuſtitia: illa vero talis, anima & intellectus: alia vero, tempus & aliorum, vt eſt dicere, vnumquodque ſimiliter.

d Amplius aũt harmoniarum in numeris ſpeculantes paſſiones, & rationes, q̃n & alia quipia Mathematicorum credebãt eſſe principia omnium entiũ. Conſueuerũt enim apud homines, quòd per ea, quæ nouerũt, de rebus iudicare velint. Et quia inter Mathematica numeri ſunt priores, ideo conati ſunt ſpeculari ſimilitudines rerũ naturalium & quantum ad eſſe, & quantum ad fieri magis in numeris, quàm in ſenſibilibus elementis, quæ ſunt terra & aqua & huiuſmodi. Sicut enim prædicti Philoſophi paſſiones rerũ ſenſibilium adaptant paſſionibus rerum naturalium, per quãdam ſimilitudinem ad proprietates ignis & aquæ & huiuſmodi corporum: ita Mathematici adaptabant proprietates rerum naturalium ad numerorum paſſiones, quando dicebant, quòd aliqua paſſio numerorũ eſt cauſa iuſtitiæ: & aliqua cauſa animæ & intellectus, & aliqua eſt cauſa temporis, & ſic de aliis. Et ſic paſſiones numerorum intelligũtur eſſe rationes & principia quædam omnium apparentium in rebus ſenſibilibus: & quãtum ad res voluntarias, quod deſignatur per iuſtitiam: & quantum ad formas ſubſtantiales rerum naturalium, quod deſignatur per intellectum & animã: & quantum ad accidentia, quod deſignatur per tempus.

d ¶ Hic ponit ſecundum motiuum. Conſiderabant enim paſſiones harmonicarum, conſonantiarum muſicalium, & earum rationes, ſcilicet proportiones ex natura numerorũ. Vnde, cum ſoni conſonantes ſint quædam ſenſibilia, eadem ratione ſunt conati & cætera alia ſenſibilia ſecundum rationem & ſecundum totam naturam aſſimilare numeris, ita q̃ numeri ſunt primi in tota natura. Et propter hoc etiam æſtimauerunt, q̃ principia numerorum eſſent principia omnium entium exiſtẽtium, & totum cœlum nihil aliud eſſe dicebant, niſi quandam naturam & harmoniam numerorum, id eſt proportionem quãdam numeralem, ſimilem proportioni, quæ conſideratur in harmonijs. Vnde quæcunq; habebãt conſeſſa monſtrare, & in numeris & in harmonijs & ad cœli paſſiones & partes, & ad ornatum totũ ea colligentes adaptabant. Et ſi quid alicubi deficiebat, aduocabant continuatum ipſis eſſe negotium. Dico autẽ q̃n perfectus denarius eſſe videtur; & omnem comprehendere numerorũ naturã, & quæ ſecundum cœlũ feruntur decẽ quidẽ eſſe dicuntur, ſolũ aũt nouẽ exiſtentibus manifeſtis: & ideo antitomam decimam faciunt. De his autem certius eſt a nobis in alijs determinatum.

e ¶ Hic ponit opiniones Pythagoricorum ponentiũ numeros eſſe ſubſtantias rerum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones de rerum ſubſtantia. Secundo de rerum principiis ibi: {Sed cuius gratia aduenimus. } Circa primum ponit duo, ex quibus inducebantur ad ponendum numeros eſſe rerum ſubſtantias. Secundum ponit, ibi: {amplius autem harmoniarum &c. } dicit ergo quòd Pythagorici Philoſophi, qui fuerunt {in his } id eſt, cõtẽporanei aliquibus dictorum Philoſophorum {& ante hos } quia fuerũt quidam quibuſdam priores. Sciendum eſt autẽ, duo fuiſſe Philoſophorum genera. Nam quidam vocabantur Ionici, qui morabantur in illa terra, quæ nunc Græcia dicitur. Et iſti ſumpſerũt principium a Thalete, vt ſupra dictum eſt. Alij Philoſophi fuerunt Italici, in illa parte Italiæ, quæ quondã Magna Græcia dicebatur, quæ nunc Appulia, & Calabria dicitur: quorum Philoſophorũ princeps fuit Pythagoras nãtione Samius, ſic dictus a quadã Calabriæ ciuitate, & hæc duo Philoſophorum genera ſimul concurrerunt. Et propter hoc dicit, quòd fuerunt {in his & antehos. } Iſti autẽ Italici Philoſophi, qui & Pythagorici dicuntur, primi produxerunt quædam Mathematica, vt ea rerum ſenſibilium ſubſtantias, & principia eſſe dicerent. Dicit ergo {Primi } quia Platonici eos ſunt ſecuti. Ex hoc autem moti ſunt vt Mathematica introducerent, quia erãt nutriti in eorũ ſtudio. Et ideo princi-

part.1.
part.ſeq.

Et quemadmodum qui vnum faciunt ſubiectam ſubſtantiam, cætera paſſionibus eius generant, rarum, & denſum paſſionum ſtatuentes principia, ſimili modo hi quoque differentias cauſas cæterorum aiunt eſſe. Has autem tres eſſe dicunt, figuram, ordinem, & ſitum, differre etenim ens aiunt duntaxat rhyſmo, diathyge, & trope. quorum rhyſmus quidem figura, diathyge vero ordo, trope autem ſitus eſt. Differt autem A ab N, figura: A N vero a N A, ordine: Z autem ab N, ſitu. De motu vero vnde, vel quomodo exiſtentibus ineſt, & hi perinde, atque alij, per negligentiam omiſerunt. Hactenus itaque de duabus cauſis, vt dicebamus quæſitum a prioribus fuiſſe.

Inter hos vero, & ante iſtos, qui appellati Pythagorici, primi Mathematicis operam dederunt, hæc præponebant, & in eis nutriti. eorũ principia, entiũ quoq; cũctorũ eſſe putarũt principia. Cũ autẽ numeri priores his natura ſint, in numeris etiã plures ſimilitudines tũ ad exiſtentia, tũ ad ea, quæ fiunt, magis quàm in igne, in terra, & in aqua contemplari videbantur. talis etenim, vt puta numerorum paſſio iuſtitia, talis uero anima, & intellectus, alia uero tempus, cæterarũ quoq;, ut ita dicã, unaquæq; ſimiliter.

Et quemadmodum qui vnum ſaciunt ſubiectam ſubſtantiam, cætera paſſionibus eius generant, rarum, & denſum paſſionum ſtatuentes principia, ſimili modo hi quoque differentias cauſas cæterorum aiunt eſſe. Has autem tres eſſe dicunt, figuram, ordinem, & ſitum, differre etenim ens aiunt duntaxat rhyſmo, diathyge, & trope. quorum rhyſmus quidem figura, diathyge vero ordo, trope autem ſitus eſt. Differt autem A ab N, figura: A N vero a N A, ordine: Z autem ab N, ſitu. De motu vero vnde, vel quomodo exiſtentibus ineſt, & hi perinde, atque alij, per negligentiam omiſerunt. Hactenus itaque de duabus cauſis, vt dicebamus quæſitum a prioribus fuiſſe.

Inter hos vero, & ante iſtos, qui appellati Pythagorici, primi Mathematicis operam dederunt, hæc præponebant, & in eis nutriti. eorũ principia, entiũ quoq; cũctorũ eſſe putarũt principia. Cũ autẽ numeri priores his natura ſint, in numeris etiã plures ſimilitudines tũ ad exiſtentia, tũ ad ea, quæ fiunt, magis quàm in igne, in terra, & in aqua contemplari videbantur. talis etenim, vt puta numerorum paſſio iuſtitia, talis uero anima, & intellectus, alia uero tempus, cæterarũ quoq;, ut ita dicã, unaquæq; ſimiliter.

dem numeris ſecundum naturam omnem videbãtur aſſimilata eſſe, & numeri ſunt omnes natura primi, elementa numerorum, exiſtentium elementa cunctorũ eſſe exiſtimabãt & totum cœlum harmoniam eſſe & numerum: & quæcũq; habebãt conſeſſa monſtrare, & in numeris & in harmonijs & ad cœli paſſiones & partes, & ad ornatum totũ ea colligentes adaptabant. Et ſi quid alicubi deficiebat, aduocabant continuatum ipſis eſſe negotium. Dico autẽ q̃n perfectus denarius eſſe videtur; & omnem comprehendere numerorũ naturã, & quæ ſecundum cœlũ feruntur decẽ quidẽ eſſe dicuntur, ſolũ aũt nouẽ exiſtentibus manifeſtis: & ideo antitomam decimam faciunt. De his autem certius eſt a nobis in alijs determinatum.

LECTIO VIII.

Sed cuius gratia aduenimus, hoc eſt, vt accipiamus & de his, quæ ponunt eſſe principia, & quomodo in dictas cadunt cauſas. Videntur autem igitur & hi numerum putare principiũ eſſe, quaſi materiam exiſtentibus, & quaſi paſſiones & habitus. Numeri vero elementa par & impar, & quidem hoc finitum, illud vero infinitum. vnum autem ex his vtriſque eſſe. etenim par eſſe & impar. numerum vero ex vno. Numerus autem, ſicut dictum eſt, totum cœlum.

Lib.13.14.

LECTIO VIII.

Ic ponit opinionem Pythagoricorum de principijs, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quid circa rerum principia æſtimabant. Secundo ad quod genus cauſæ principia ab eis poſita reducuntur, ibi: {Ab his igitur anbobus &c. } Ponit autem circa primũ tres opiniones. Secunda incipit ibi: {Eorundem autem alij &c. } Tertia ibi: { Quemadmodum videtur. } Dicit ergo primo, q̃ huius gratia venit ad opiniones Pythagoricorum recitandas, vt oſtenderet per eorum opiniones, quę ſunt rerum principia, & quomodo rẽ principia ab eis poſita incidunt in cauſas ſuprapoſitas. Videnẽ enim Pythagorici ponere numerum eſſe principiũ entium, & paſſiones numeri eſſe ſicut paſſiones entium, & ſicut habitus, vt p paſſiones intelligamus accidentia cito trauſeuntia, per habitus accidentia permanẽtia. Sicut ponebant, q̃ paſſio alicuius numeri ſecundum quã dicit aliquis numerus par, erat iuſtitia propter æqualitatẽ diuiſionis, quia taliꝫ numerus æqualiter per media diuiditur vſq; ad vnitatẽ, ſicut octonarius in duos quaternarios, quaternari⁹ vero i duos binarios, & binarius in duas vnitates. Et ſimili modo alia accidentia rerum aſſimilabant accidentibus numerorum dicebãt eſſe par & impar, quæ ſunt primo numerorum differentiæ. Parem q. numerum dicebat eſſe principium infinitatis, imparem vero principium finitatis, ſicut exponitur in iij. phyſi. quia infinitum in rebus præcipue videtur ſequi diuiſionem continui. Par autem eſt numerus aptus diuiſioni. Impar enim ſub ſe numerum parem concludit addita vnitate, quæ indiuiſionem cauſat. Probat etiam hoc, quia numeri impares per ordinem ſibi additi ſemper retinent figuram quadrati, Pares autem figuram variant. Ternarius enim vnitati, quæ eſt principium numerorum additus, facit quaternarium, qui primus eſt quadratus. Nam bis duo quatuor ſunt. Rurſus quaternario quinarius, additus, qui eſt impar, ſecundum nouenarium conſtituit, qui etiam eſt quadratus, & ſic de alijs. Si vero binarius, qui eſt primus par, vnitati addatur, triangularem numerum conſtituit, ſcilicet ternarium. Cui, ſi addatur quaternarius, qui eſt ſecundus par, conſtituit heptãgulum numerum, qui eſt ſeptenarius. Et ſic deinceps numeri pares ſibi inuicem additi, figuram non eandem ſeruant. Et hac ratione infinitum attribuebant pari, finitum verò impari. Et quia finitum eſt ex parte formæ, cui competit vis actiua: infinitum vero ex parte materiæ, cui competit vis paſſiua: ideo pares numeros dicebant eſſe fœminas, impares vero maſculos.

1 Lect.pri. par.4. par.ſeq. Lec.pri. par.3. T.cõ.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

masculos. Ex his vero duobus, scilicet pari & impari, finito & infinito, non solum numerum constituebant, sed etiam ipsum vnum, i. vnitatem. Vnitas enim & par est virtute & impar. Omnes enim differentiæ numeri, vnitati conueniunt in virtute, quia quæcunque differentiæ numeri in vnitate resolnuntur. Vnde in ordine imparium primum inuenitur vnitas. Et similiter in ordine parium & quadratorum & perfectorum numerorum, & sic de alijs numeri differentijs: quia vnitas, licet non sit actu aliquis numerus est tamen omnis numerus virtute. Et sicut vnum dicebat componi ex pari & impari, ita numerum ex vnitatibus: cœlum vero & omnia sensibilia ex numeris. Et hic erat ordo principiorum quem ponebant.

par.2. b Hic ponit aliam opinionem Pythagoricorum de principijs dicens, q̃ de numero eorundem Pythagoricorum fuerunt aliqui, qui non posuerunt vnam tantum contrarietatem in principijs, sicut prædicti, sed posuerunt .x. principia secundum G coelementationem dicta, ideſt accipiendo vnumquodque illorum cum suo coelemento, i. cum suo contrario. Et huius positionis ratio fuit, quia non solum accipiebant prima principia, sed etiam proxima principia singulis rerum generibus attributa. Ponebant ergo primo finitum & infinitum, sicut & illi, qui prædicti fuit: & consequenter par & impar, quibus finitum & infinitum attribuitur. Et quia par & impar sunt prima rerum principia, & primo ex eis causantur numeri, ponebant tertio differentiam numerorum. s. vnum & plura, quæ duo ex pari & impari causabantur. Et quia ex numero constituebantur magnitudines, secũdum quòd in numeris positionem accipiebant. Nam secundum eos punctus nihil aliud erat quàm vnitas positionem habens, & linea dualitas positionem habens, ideo consequenter ponebant principia positionum dextrum & sinistrum. Dextrum enim inuenitur perfectum, sinistrum autem imperfectum. Et ideo dextrũ erat ex parte imparis, sinistrũ ex parte paris. Quia vero naturalia super magnitudines mathematicas adduntvirtutem actiuam & passiuam, ideo vlterius ponebant principia masculinum & fœmininum. Masculinum enim ad virtutem actiuam pertinet, fœmineum ad passiuum: quorum masculinum pertinet ad imparem, fœmineum vero ad parem numerum, vt dictum est. Ex virtute autem actiua & passiua, sequitur in rebus motus & quies: quorum motus, quia deformitatem habet & alteritatem in ordine in finiti & paris ponitur, quies vero in ordine infiniti & imparis. Differentiæ autem motuum primæ sunt circulare & rectum. Et ideo consequenter rectum & curuum principia posuerunt, quorum rectum ad parem numerum pertinet, (vnde & lineam rectam dualitatem esse dicebant:) Curuum vero sine circulare ratione vniformitatis pertinet ad imparem, qui indiuisionem ex forma vnitatis retinet. Nec solum ponebant principia rerum quantum ad actiones naturales & motus, sed etiam quantum ad actiones animales. Et quãtum qui dem ad cognitionem, ponebant lucem & tenebras: quantum vero ad appetitum, bonum & malum. Nam lux est cognitionis principium, tenebræ vero ignorantiæ ascribitur. Bonum etiam est in quod appetitus tendit. Malum vero a quo recedit. Diuersitas autem perfectionis & imperfectionis non solum naturalibus & voluntarijs virtutibus & motibus inuenitur, sed etiam in magnitudine & figuris. Quæ quidem figuræ intelliguntur vt superuenientes substantijs magnitudinum, sicut virtutes motus & actiones substantijs rerum naturalium. Et ideo quantum ad hoc, ponebant principium quadrangulare, i. quadratum, & altera parte longius. Dicitur autem quadratum figura constans ex quatuor lateribus æqualibus, cuius quatuor anguli sunt recti. Et puenit talis figura ex ductu alicuius lineæ in seipsam. Vnde, cum ex ipsa vnitate causetur, ad numerum imparem pertinet.



Figura vero altera parte longior dicitur, cuius omnes anguli sunt recti, & latera vicissim sibi opposita sunt æqualia, non tamen omnia latera sunt æqualia omnibus.

Vnde patet q̃ sicut quadratum consurgit ex ductu vnius lineæ in seipsam: ita figura altera parte longior, ex ductu duarum linearum in vnam. Et sic pertinet ad numerum parem, qui primus est dualitas.

c Hic ponit tertiã opinionem Pythagoricorum dicens, q̃ Alcmeon Crotoniates, sic dictus a ci parte.3 uitate vnde oriundus fuit, videtur suscipere quantum ad aliquid idem, quod prædicti Pythagorici dixerunt. s. q̃ plura cõtraria sint principia. Aut enim accepit a Pythagoricis, aut illi ab isto. Et q̃ vtrunque esse potuerit, patet per hoc q̃ fuit contemporaneus Pythagoricorum: ita tamen q̃ incepit philosophari Pythagorã sene existente. Sed qualitercunque fuerit multum similiter enunciauit Pythagoricis. Dixit enim multa, quæ {sunt humanarum}. i. multa rerum sensibilium esse in quadam dualitate constituta, intelligens per dualitatem oppositã contrarie. Sed tamen in hoc differt a prædictis, quia Pythagorici dicebant determinatas contrarietates esse rerum principia. Sed ille proiecit quasi inordinatæ ponens quascunque contrarietates, quæ a fortuna ad mentem suam deueniebant, esse rerum principia: sicut album, & nigrum, dulce, & amarum, & sic de alijs.

Horum autem alij decem aiunt, inter se coordinata esse principia. finitum, infinitum: impar, par: unum, plura: dextrum, sinistrum: masculinum, fœmininum: quiescens, motum; rectum, curuum: lumen, tenebras: bonum, malum, quadratum, longius altero latere.

Quemadmodum etiam Alcmæo Crotoniates putasse videtur. & aut iste ab illis, aut illi ab isto hanc mutuati sunt opinionem. fuit etenim ætate Alcmæo Pythagoræ iam senioris. Asseruit autem istis similiter. in duo nanque plerunque humanas res ait distingui, contrarietates dicens. non tamen, ut illi, determinatas, sed quascunque. utputa album, & nigrum: dulce, amarum: bonum, malum: paruum, magnum. itaque indistinctum dereliquis effudit sermonem. Pythagorici vero quot etiam, & quæ sunt contrarietates, asseruerunt.

Ex ambobus igitur his tantum accipere est, quòd contraria principia entium sunt. quot autem, & quæ il-

d Hic colligit ex prædictis qd Pythagorici de principijs sen- P 1.4
serunt, & quomodo principia ab eis posita ad aliquod genus causæ reducantur. Dicit ergo, quòd ex ambobus prædictis, scilicet Alcmeone & Pythagoricis, vna communis opinio accipi

accipi potest, scilicet quòd principia entium sunt contraria, A quod non est ab alijs dictum. Quod intelligendum est circa causam materialem. Nam circa causam efficientem posuit Empedocles contrarietatem. Antiqui vero naturales contraria posuerunt principia, vt rarum & densum: contrarietatem tamen ex parte formæ assignantes. Emped. vero, etsi princ pia materialia posuerit quatuor elementa, non tamen posuit ea principia prima materialia ratione cõtrarietatis, sed propter eorum naturas & substantiam: isti vero contrarietatem ex parte materię posuerunt. Quę etiã sunt ista contraria, quę isti posuerunt, patet ex dictis. Sed quomodo prędicta principia cõtraria ab eis posita possunt {conduci}, ideſt reduci ad prędictas species causarum, nõ est manifeste {articulatũ} ideſt distincte expressum ab eis. Tamen videtur, quòd a. part.2. huiusmodi principia ordinentur secundum speciẽ causę materialis. Dicunt enim quòd substantia rerum constituitur & plasmatur ab istis principijs sicut ex his quę insunt: quod est ratio causę materialis. Materia enim est ex qua fit aliquid cũ insit. Quod quidem dicitur ad differentiam priuationis, ex qua etiam dicitur aliquid fieri, non tamen ineſt, sicut dicitur musicum fieri ex nõ musico. parte.3. c.

Secus autem est de antiquis naturalibus, qui tantum eius posuerũt esse vnum, de quibus debet hic sermo haberi. Illi enim ex illo vno generant multa, sicut ex materia. Et sic ponunt causam & causatum. Sed isti, de quibus nunc agitur, alio modo dicunt. Non enim dicunt, quòd sint omnia vnum secundum materiam, ita quòd ex vno omnia generentur, sed dicunt q̃ simpliciter sunt vnum. Et ratio huius diuersitatis est, quòd antiqui naturales apponebãt motum illis, qui ponebant vnum principium, & vnum ens, dicentes ipsum esse mobile. Et ideo per aliquem modũ motus, sicut per rarefactionem & condensationem, poterant ex illo vno diuersa generari. Et per hũc modum dicebãt generari totum vniuersum, secundum diuersitatem, quę in partibus eius inuenitur. Et tamẽ quia parte.1. non ponebant variationem secũdum substantiam, nisi secũdum accidentia, vt supra dictum est, ideo relinquebatur, quòd totum vniuersum esset vnum secundum substantiã, diuersificatũ tamen secundum accidentia. Sed isti dicebãt illud, quod ponebãt esse vnum, penitus immobile. Et ideo ex illo vno non poterat aliqua diuersitas rerũ causari: Et propter hoc nec secundum accidentia pluralitatem in rebus ponere poterãt. Lect.4.

c ¶ Hic ostendit quomodo eorum opinio pertineat ad præsentem perscrutationem. Et primo generaliter de omnibus. Secundo specialiter de Parmenide, ibi: {Igitur hi.} Dicit ergo primo, quòd licet diuersitatem rebus auferrent, & per consequens causalitatem, tamen eorum opinio est propria præsenti inquisitioni secundum tantum quantum dicetur, quantum scilicet ad modum ponendi, & quantum ad rationem positionis. Parmenides enim qui fuit vnus ex eis, videtur tangere vnitatem {secundum rationem}. i. ex parte formæ. Argumentatur enim sic. Quicquid est præter ens, est nõ ens: & quicquid est non ens, est nihil: ergo quicquid est præter ens est nihil. Sed ens est vnum, Ergo quicquid est præter vnum, est nihil. In quo patet, quòd consideranda est ipsa ratio essendi, quæ videtur esse vna, quia non potest intelligi quòd ad rationem entis aliquid superueniat per quod diuersificetur: quia illud, quod superuenit enti, oportet esse extraneum ab ente. Quod autem est huiusmodi, est nihil. Vnde nõ videtur quòd possit diuersificare ens. Sicut etiam videmus, quòd differentiæ aduenientes generi diuersificant ipsum, quæ tamen sunt præter substantiam eius. Non enim participant differentiæ genus, vt dicitur .iij. Topicorum: aliter genus esset de substantia differentiæ, & in diffinitionibus esset nugatio, si posito genere, adderetur differentia, si de eius substantia esset genus. sicut esset nugatio si species adderetur. In nullo etiã differẽtia a specie differret. Ea vero, quę sunt præter substantiam entis, oporteret esse non entia, & ita nõ possunt diuersificare ens. Sed in hoc decipiebantur, quia vrebatur ente qua si vna ratione, & vna natura, sicut est natura alicuius generis.

LECTIO IX.

a. Lect.pñ. parte.3. Part.seq. HIC ponit opiniones philosophorum de toto vniuerso, sicut de vno ente, & circa hoc duo facit. Primo ponit eorum opiniones in communi. Secundo ostendit, quomodo consideratio huius opinionis ad præsentem tractatum pertineat, & quomodo non, ibi. {Igitur ad præsentem &c. Dicit ergo, quòd aliqui alij philosophi a prędictis fuerunt, qui enunciauerunt {de omni}, ideſt de vniuerso quasi de vna natura, ideſt quasi totum vniuersum In hac eadem lec. esset vnum ens, vel vna natura. Quod tamen non eodem modo omnes posuerunt, sicut infra patebit. Ipso tamen modo, quo diuersificati sunt, nec bene dixerunt, nec naturaliter. Nullus enim eorum naturaliter locutus est, quia motum rebus subtrahunt. Nullus etiam bene locutus est, quia positionem impossibilem posuerunt, & per rationes sophisticas: sicut patet primo Physicorum. E

part.seq. parte.3. b ¶ Hic ostendit quomodo consideratio huius positionis ad præsentem tractatum pertinet, & quomodo non. Et primo ostendit, quòd non pertinet, si consideretur eorum positio. Secundo ostendit, quòd pertinet, si consideretur positionis ratio, vel positionis modus, ibi. {Sed quidem secundum tantũ &c.} Dicit ergo, quòd quia isti Philosophi posuerunt tãtum vnum ens, & vnum non potest suiipsius esse causa, patet quòd ipsi nõ potuerũt inuenire causas. Nã positio, i. pluralitas causarum diuersitatẽ in rebus exigit. Vnde quãtum ad præsentẽ perscrutationẽ, quæ est de causis, non cõgruit vt sermo de eis habeatur,

Igitur ad presentẽ causarum perscrutationẽ nullatenus congruit de ipsis sermo. Non.n. vt Philosophorum quidã, qui vnũ posuerunt ipsum ens, tñ generãt ex materia quasi ex vno. sed alio dicunt hi modo. Illi nanque motum apponunt ipsum omne generantes, hi vero immobile dicunt esse.

Sed quidẽ secundum tantum, presenti propriũ est inquisitioni. Parmenides.n. videt vnum secundum rationẽ tãgere. Melissus vero, ipsum secundum materiã. Quare & hic quidẽ finitũ, ille vero ĩfinitum id esse ait. Xenophanes autem, ex exteris solum. verum quomodo illa ad dictas causas applicentur, clare quidem ab eis non est determinatum: videntur tamen, vt in materiæ specie ponere elementa. ex his enim tanquam intrinsecis constare, ac fingi substantiam aiunt. Veterum itaque, ac plura elementa naturæ dicentium mentem ex his satis speculari licet.

LECTIO IX.

VNT autem qui de vniuerso, tanquam si vna natura esset, ita asseruerunt. non tamen modo eodem omnes. neque eius, quod bene, neque eius, quod secundum naturam est.

In præsenti itaque causarum considerationẽ nullo modo conuenit sermo de eis. Non enim, ut quidam Physicorum, unum supponentes ipsum ens, nihilominus ex uno tanquam ex materia generant, sed alio modo hi dicunt. ipsi enim, cum generent uniuersum, addunt tamen motum. hi uero immobile esse aiunt,

Attamen aliquatenus præsenti perscrutationi proprium est. Parmenides etenim unum secundum rationem attigisse uidetur: Melissus uero secundum materiam. Quare & id ille quidem finitum, hic uero infinitum ait esse. Xenophanes au-

Universidad de Puerto Rico Biblioteca

Hoc enim eſt impoſſibile. Ens enim non eſt genus, ſed multipliciter dicitur de diuerſis. Et ideo in primo Phyſicorum dicitur, quòd hæc eſt falſa, ens eſt vnum. Non enim habet vnam naturam, ſicut vnum genus, vel vna ſpecies. Sed meliſſus conſiderabat ens ex parte materiæ. Argumentabatur enim vnitatem entis, ex eo quòd ens non generatur ex aliquo priori, quod proprie pertinet ad materiam, quæ eſt ingenita. Arguebat enim ſic. Quod eſt generatum, habet principium: ergo quod nõ eſt generatum, non habet principium: hoc non eſt generatum: ergo nõ habet principium. quod autem caret principio, & fine caret. ergo eſt infinitum. Et ſi eſt infinitũ eſt immobile: quia infinitum non habet extra ſe, quo moueat. Quod autẽ ens nõ generetur, Probat ſic. quia ſi generat, aut generatur ex ente, aut ex nõ ente, quia non ens eſt nihil, & ex nihilo nihil fit. Nec ex ente, quia ſic aliquid eſſet antequam fieret, ergo modo generatur. In qua quidem ratione patet, quòd tegit ens ex parte materiæ, quia non generari ex aliquo prius exiſtẽte materie eſt. Et quia finitum pertinet ad formam, infinitum vero ad materiam. Meliſſus, qui conſiderabat ens ex parte materiæ, dixit eſſe vnum ens infinitũ. Parmenides vero, qui cõſiderabat ens ex parte formæ, dixit ens eſſe finitum. Sic igitur inquantũ conſideratur ens ratione materiæ & formæ, tractare de his pertinet ad præſentẽ conſiderationẽ, quia materia & forma in numero cauſarũ ponuntur. Xenopha. vero, q fuit prim⁹ inter dicentes oia eſſe vnũ vẽ & Parmen. ſuit ei⁹ diſcipul⁹, nõ explanauit, qua ratione diceret oia eſſe vnũ, nec ſumẽdo ratione aliquã ex parte materiæ, nec ex parte formæ. Et ſic de neutra natura. ſ. neq. de materia, neq; de forma viſus eſt {tãgere hos}. i. pertingere & adequare eos irrationalitate dicẽdi, ſed reſpiciẽs ad totum cœlũ dixit eſſe ipſum vnũ Deum. Antiqui. n. dicebant ipſum mundũ eſſe deũ. Vnde videns omnes partes mũdi in hoc eſſe ſimiles, quia corporeæ ſunt, indicauit de eis quaſi omnia eſſent vnum. Et ſicut prædicti poſuerũt vnitatem entium per conſiderationem eorum, quæ pertinent ad formam, vel ad materiam, ita iſte reſpiciens ad ipſum compoſitum.

d ¶ Hic ſpecialiter intendit dicere, quomodo opinio Parmenidis ad perſecutationem preſentem pertineat, concludens ex prædictis, quòd quia diuerſitatem ab entibus auferebãt, & per conſequens cauſalitatem, quantum ad præſentem quæſtionẽ pertinet, omnes prætermittendi ſunt. Sed duo eorum, ſcilicet Xenophanes & Meliſſus, iunt penitus prætermittendi, quia ali quantulum fuerunt {agreſtiores}. i. minus ſubtiliter procedentes. Sed Parmenides viſus eſt dicere ſuam opinionem {magis videns}. i. quaſi plus intelligens. Vtitur enim tali ratione. Quicquid eſt præter ens, eſt non ens: quicquid eſt non ens {ſignatur eſſe nihil}. i. dignum reputat eſſe nihil. Vnde ex

Lect. 11. Tex. 18.

par. 4.

Lect. 11. T.cõ. 1. par. 5.

nophanes vero, prim⁹ horum, vnum dixit. Parmenides enim, qui huius dicitur fuiſſe diſcipulus nihil explanauit. Neque de natura horum neuter viſus eſt tãgere, ſed ad totum cœlũ reſpiciẽs, ipſum vnũ dicit eſſe Deũ.

Igitur ij, ſicut dixim⁹, prẽter mittẽdi ſunt ad preſentẽ inquiſitionem. Duo quidẽ & penitus tãquam exiſtẽtes parũ agreſtiores, Xenophanes & Meliſſus. Parmenides autẽ magis videns viſus eſt dicere. Præter. n. ens, non ens, nihil dignat eſſe, vnde ex neceſsitate opinatur vnũ eſſe ens, & aliud nihil: de quo in phyſicis manifeſtius diximus. Coactus vero apparẽtia ſequi, & quid vnum quidẽ ſecundũ rationẽ, plura vero ſecundũ ſenſum opinat⁹ eſſe, duas cauſas & duo principia rurſus ponit, calidũ & frigidũ, vt ignẽ & terrã dicẽs. Horum autẽ quod quidẽ eſt ſecundũ ens, calidũ ordinat: alterum vero ſecundũ, nõ ens.

c. Igitur ex dictis & a ſapiẽtib⁹ iam rationi conſentientibus ea accepimus. A primis quidẽ igitur principium eſſe corporeũ. Aqua nanq; & ignis & conſimilia, corpora ſunt. & ab his quidẽ vnũ, ab illis vero plura principia corporea. Vtriſq; tamen ea vt in materiæ ſpecie ponẽtibus, & a quibuſdã cum hac illã vnde motus. Et hãc ab his quidẽ vnã, ab alijs vero duas. Igitur ex neceſſitate putat ſequi, quòd ens ſit vnũ, & quicquid eſt aliud ab ente, ũr nihil. De qua quidem ratione manifeſtius dictum eſt Primo Phyſico. Licet autem Parmenides iſta ratione cogatur ad ponendum omnia eſſe vnum, tamen quia ſenſui apparebat multitudinem eſſe in rebus, coactus ſequi ea, quæ apparent, voluit in ſua poſitione vtrique ſatisfacere, & apparentiæ ſenſus & ratiõi. Vnde dixit q̃ omnia ſunt vnũ ſecundum rationem, ſed ſunt plura ſecũdum ſenſum. Et inquantum ponebat pluralitatem ſecundũ ſenſum, potuit in rebus ponere cauſam & cauſatum. Vnde poſuit duas cauſas, ſ. calidum & frigidum: quorum vnum attribuebat igni, aliud terræ. Et vnum videbat pertinere ad cauſam efficientem, ſcilicet calidum & ignis, aliud ad cauſam materialem, ſ. frigidum & terra. Et ne eius poſitio ſuæ rationi videret eſſe oppoſita, qua cõcludebat, q̃ quicquid eſt præter vnum, eſt nihil: dicebat quòd vnum prædictorũ, ſcilicet calidũ, erat ens: alterum vero quod eſt pter illud vnum ens. i. frigidũ, dicebat eſſe nõ ens ſecũdum rationẽ & rei veritatẽ, ſed eſſe ens ſolũ ſecundũ apparẽtiam ſenſus. In hoc autẽ aliquo modo ad veritatem appropinquãr. Na principiũ materiale non eſt ens in actu, cui attribuebat terram, ſimiliter etiam alterum contrariorũ eſt vt priuatio, vt dicit primo Phyſicorum. Priuatio autem ad rationem non entis pertinet. Vnde & frigidum quodammodo eſt priuatio calidi, & ſic eſt non ens.

e ¶ Hic recolligit ea: quæ dicta ſunt de opinionibus antiquorum, & circa hoc duo facit. Primo recolligit ea, quę dicta ſunt de opinionibus antiquorum naturalium. Secundo quę dicta ſunt de opinionibus Pythagoricorum, qui mathematicam introduxerunt, ibi: {Pythagorici &c.} Concludit ergo primo ex dictis, quòd ex his prædictis, qui idem conſiderabant, ſ. eſſe cauſam materialem rerum ſubſtantiam, & qui iam incipiebant per rationem ſapere cauſas rerum inquirendo ipſas, accepimus eas, quæ dictæ ſunt. A primis namq; philoſophis acceptum eſt, quòd principium omnium rerum eſt corporeum. Quod patet per hoc, quòd aqua & huiuſmodi, quæ principia rerum ponebant, quædam corpora ſunt. In hoc autem differebant, quòd quidam ponebat illud principium corporeum eſſe vnum tantum, ſicut Thales, Diogenes, & ſimiles. Quidam vero ponebant eſſe plura, ſicut Anaxa. Democri. & Emped. Vtrique tamen eam iſti, qui ponebant vnum, quã illi, qui ponebant plura eſſe, huiuſmodi corporea principia, ponebãt in ſpecie cauſæ materialis. Quidem vero eorum non ſolum eam ſam materialem poſuerunt, ſed cum ea addiderunt cauſam vnde principium motus, quidam eam unam ponentes ſicut Anaxa. intellectum, & Parmenides amorem, quidam vero duas, ſicut Emped. amorem odium. Vnde patet quod prædicti philoſophi, qui fuerunt vſque ad Italicus, ſcilicet Pythagoram {& abſq; illis}. i. ſeparatã opinionem habentes de rebus non cõmunicando opinionibus Pythagoricorum, obſcurius dixerunt de principijs, quia non aſſignabant ad quod genus cauſæ huiuſmodi principia reducerentur: & tamen vtebatur duabus cauſis ſcilicet, principio motus, & materia, & altera iſtarũ, ſ. ipſam vnde principiũ motus, quidã fecerũt vnam, vt dictũ eſt, quidã duas.

f ¶ Hic recolligit quæ dicta ſunt a Pythagoricis, & quantum ad id quod erat commune cum prædictis, & quantum ad id quod erat eis proprium. Cõmune tamẽ fuit aliquibus prædictorum & Pythagoricorũ, quòd ponerent duo principia, aliqualiter eodem modo cũ prædictis. Sicut enim Empedocles ponebat duo principia contraria, quorum vnum erat principium bonorum, & aliud principiũ malorum, ita & Pythagorici, vt patet ex coordinatione principiorum cõtrariorum ſuppoſita a Pythagoricis. In hoc tamen non eodem modo, quia Empedocles illa principia cõtraria ponebat in ſpecie cauſæ mouentis: Pythagorici vero in ſpecie cauſæ materialis, vt ſupra dictum eſt. Pythagorici autem addiderunt, quod erat eis proprium ſupra opinionem aliorũ. primo quidem, quia dicebant quòd hoc, quod dico vnum finitum & infinitum non erant accidentia aliquib⁹ alijs naturis, ſicut igni aut terræ, aut alicui huiuſmodi. ſed hoc qd dico vnum finitum & infinitum, erant ſubſtantiæ eorundẽ, de quibus prædicabantur. Et ex hoc concludebant, quòd numer⁹, qui ex vnitatibus conſtituitur, ſit ſubſtantia rerum omnium. Alij vero naturales, licet ponerent vnum & finitum, ſeu infinitum, tamẽ attribuebant iſta alicui alteri naturæ, ſicut accidentia attribuuntur ſubiecto, vt igni, vel aquæ, vel alicui huiuſmodi. Secundo, addiderunt ſuper alios philoſophos, quia incœperũt dicere & diffinire de {ipſo quid eſt} ſcilicet ſubſtantia & rerum quiditate. Sed tamen valde ſimpliciter de hoc tractauerunt, ſuperficialiter diffinientes. Non enim attendebant in aſſignandis diffinitionibus niſi vnum tantum. Dicebãt enim quòd ſi aliquis terminus dictus ineſſet alicui primo, quod erat ſubſtantia illius rei. ſicut ſi aliquis æſtimet, quòd proportio dupla ſit ſubſtantia dualitatis: quia talis proportio primo in numero binario inuenitur. Et quia ens primo inueniebatur in vno quam in multis, nam multa ex vno conſtituuntur, ideo dicebant, quòd ens eſt ipſa ſubſtantia vnius. ſed hæc eorũ determinatio non erat conueniens, quia licet dualitas ſit dupla, non tamen idem eſt eſſe dualitatis & dupli, ita quòd ſint idem ſecundum rationem, ſicut dimidium & diffinitum. Si autem etiam eſſet verum quod illi dicebant, ſequeretur, quòd multa eſſent vnum. Contingit enim aliqua multa primo ineſſe alicui vni, ſicut dualitati primo ineſt paritas & proportio dupla. Et ſic ſequitur, quòd par & duplum ſint idem, ſimiliter, quòd cuicunq; ineſt duplum ſit idem dualitati, ex quo duplum eſt dualitatis ſubſtantia. Quod idem etiam & Pythagoricis contingebat. Nam multa & diuerſa aſſignabant quaſi vnum eſſent. ſicut proprietates numerales dicebant idem eſſe cum proprietatibus naturalibus rerum. Sic igitur concludit, quòd tot eſt accipere a prioribus philoſophis, qui poſuerunt tantum vnum principium materiale: & ab alijs poſterioribus, qui poſuerunt plura principia.

LECTIO X.

OSitis opinionib⁹ antiquorũ de cauſa materiali & efficiente, hic tertio ponit opi. Platonis, qui primo manifeſte induxit cauſam formalem. Sic diuiditur i partes duas. Primo enim ponit opinionẽ Platon. Secundo colligit ex omnibus prædictis quid de quattuor generib⁹ cauſarum ab alijs philoſophis ſit poſitum. ibi: {Breuiter & recapitulariter &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis de rerum ſubſtantiis. Secundo de rerum principijs. ibi: {Quoniam autem ſpecies &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis quãtum ad hoc quòd poſuit ideas. Secũdo quantũ ad hoc, quòd poſuit ſubſtantias medias, ſ. mathematica ſeparatas. ibi: {Amplius antẽ præter ſenſibilia.} Dicit ergo primo, quòd poſt omnes prædictos philoſophos, ſuperuenit negotium Platonis, qui immediate Ariſt. præceſſit. Nam Ariſt. eius diſcipulus fuiſſe perhibetur. Plato ſiquidẽ in multis ſecutus eſt prædictos philoſophos naturales, ſ. Empedoclem, Anaxa. & alios huiuſmodi. Sed alia quædam habuit propria præter illos prædictos philoſophos, propter philoſophiam Italicorum Pythagoricorum. Nam ipſe vt ſtudioſus erat ad veritatis inquiſitionem, vbique terrarum philoſophos quæſiuit, vt eorum dogmata ſciret. Vnde in Italiam Tarentum venit, & ab Archita tarentino Pythagoræ diſcipulo, de opinionibus Pythagoricis eſt inſtructus. Cum enim naturales philoſophos, qui in Græcia fuerunt ſequi videret, & intra eos aliqui poſteriores ponerent omnia ſenſibilia ſemper eſſe in fluxu, & quòd ſcientia de eis eſſe non poteſt;

Lect. 11

Super ficialiter.

Lect. p. parte. 2

† adoleſcẽtia.

Infra pr. part. ſeq.

quod posuerunt Heraclitus & Cratyllus, huiusmodi positionibus tanquam nouis Plato consuetus, & cum eis conueniens in hac positione ipse posterius ita esse suscepit. Vnde dixit particularium scibilium scientiam esse relinquendam. Socrates enim, qui fuit magister Platonis & discipulus Archelai, qui fuit auditor Anaxa. pro-
T.c. 6. pter hãc opinionẽ, quæ suo tẽpore surrexerat, quòd non potest esse de sensibilibus scientia, noluit aliquid de rerũ naturis perscrutari, sed solum circa moralia negociatꝰ est. Et ipse prius incœpit in moralibꝰ quæ rere quid esset vniuersale, & insistere ad diffiniendum. Vnde & Plato tanquam eius auditor {recipiens Socratẽ} ideſt sequens, suscepit hoc ad inquirendum in rebus naturalibus, quasi in eis hoc posset euenire, vt vniuersale in eis acciperetur, de quo diffinitio traderetur ita quòd diffinitio non daretur de aliquo sensibilium, qa cum sensibilia sint quę semper trãsmutantur, non potest alicuius eorum communis ratio assignari. Nam omnis ra- b. tio, oportet quòd & omni & semper conueniat, & ita aliquã immutabilitatem requirit. Et ideo huiusmodi entia vniuersalia, q̃ sunt a reb⁹ sensibilib⁹ separata, de quibus diffinitiões assignantur, nominauit ideas, & species existentium sensibilium, {Ideas quidem} id-
I est formas, inquantum ad earum similitudinem sensibilia constituebantur. Species vero, inquantum per earum participationem, esse substantiale habebant. Vel ideas inquantum erãt principium essendi. Species vero inquantum erant principiũ cognoscendi. Vnde & sensibilia omnia habent esse propter prædicta s & secundum eas. Propter eas quidem, inquantum ideæ sunt sensibilibus causæ essendi. Secundum eas vero, inquantum sunt eorum exemplaria. Et quòd hoc sit verum patet ex eo, quòd singulis speciebus attribuuntur {multa induidua vniuocorum} ideſt multa indiuidua vniuocæ speciei prædicatione suscipientia, & hoc secundum participationẽ. Nam species, vel idea est ipsa natura speciei, qua est existens homo p essentiam. Indiuiduum autem est homo per participationem, inquantum natura speciei in hac materia designata participatur. Quod enim totaliter est aliquid, nõ participiat illud, sed
K est per essentiam idem illi. Quod vero nõ totaliter est aliquid, habens aliquid aliud adiunctum, propriæ participare dicitur. Sicut, si calor esset calor per se existens, non diceretur participare calorem, quia nihil esset in eo nisi calor. Ignis vero, quia est aliquid aliud quàm calor, dicitur participare calorem. Similiter autem, cum idea hominis separata nihil aliud habeat nisi ipsam naturam speciei est essentialiter homo. Et propterea ab eo vocabuntur per se homo. Socrates vero vel Plato, quia habet præter naturam speciei principium induiduans, quod est materia signata, ideo dicitur secundum Platonem participare speciem. Hoc autem nomen participationis Plato accepit a Pythagora. Sed tamen transmutauit ipsum. Pythagorici enim dicebant numeros esse causas rerum, sicut Platonici ideas. Et dicebant, quòd huiusmodi existentia sensibilia erãt quasi quædam imitationes numerorum. Inquantum enim numeri, qui de se positionem non habent, accipiebant positionem, corpo-
F ra causabant. Sed quia Plato ideas posuit immutabiles ad hoc quòd de eis possent esse scientiæ & diffinitiones, nõ conueniebat ei in ideis vti nomine imitationis. Sed loco eius vsus est nomine participationis. Sed tamen est sciendum quòd Pythagorici, licet ponerent participationem, aut imitationem, non tamẽ perscrutati sũt qualiter species cõmunis participetur ab indiuiduis sensibilibus, siue ab eis imitetur, quod Platonici tradiderunt.

stẽte, hoc quidẽ & posterius ita suscepit, Socrate vero circa moralia negociãte, & de tota natura nihil, in his tamẽ vniuersale quærente, & de diffinitionibus intellectũ firmante, illum recipiens propter huiusmodi susceperat, quasi de alijs hoc eueniens, & non de sensibiliũ aliquo. G Impossibile nanq; est cõmunẽ rationẽ esse alicuius sensibiliũ quia semper transmutãtur. Sic itaq; talia quidem existentium ideas & species appellauit, sensibilia vero propter hoc & secũdum hoc dici omnia. Nã secundum participationẽ esse multa vniuocorũ specieb⁹, participationem vero secundum nomen transmutauit. Pythagorici quidẽ, existẽtia dicũt esse numerorũ imitatione: Plato vero parti H cipatione, nomẽ transmutans. Participationẽ tamen, aut imitationẽ, quę sit vtiq; specierũ, dimiserunt communi quærere.

Amplius aũt præter sensibilia & species, mathematica rerũ intermedia dicit esse, & differentia sensibilibus quidẽ, qa sempiterna sunt & imobilia: A specieb⁹ aũt eo q̃ hęc q̃dẽ multa q̃dam similia sũt species aũt ipsum vnum vnaquęq; solum.

Item præter sensibilia, & formas mathematicas res ait medias esse à sensibilibus quidem differentes, eò quòd perpetuæ & immobiles sunt: a formis verò, eo quod illæ quidem multæ quædam similes sunt, forma vero ipsa quæque vna sola.

Nisi enim essent duo trianguli eiusdem speciei, frustra demonstraret Gæometra aliquos triangulos esse similes, & similiter in alijs figuris: hoc autem in speciebus non accidit. Nam, cum in specie separata nihil aliud sit nisi natura speciei, non potest esse singularis species nisi vna. Licet enim alia sit species hominis, alia asini, tamen species hominis non est nisi vna, nec species asini, & similiter de alijs. Patet autem diligenter intuenti rationes Platonis, quòd ex hoc in sua positione errauit, quia credidit, quòd modus rei intellectæ in suo esse, sit sicut modus intelligendi rem ipsam. Et ideo, quia inuenit intellectum nostrum dupliciter abstracta intelligere, vno modo sicut vniuersalia intelligimus abstracta a singularibus, alio modo sicut mathematica abstracta a sensibilibus, vtrique abstractioni intellectus, posuit respondere abstractionem in essentijs rerum. Vnde posuit & mathematica esse separata & species. Hoc autem non est necessarium. nam intellectus & si intelligat res per hoc, quòd similis est eis quantum ad speciem intelligibilem, per quam fit in actu, non tamen oportet, quòd modo illo sit species illa in intellectu, quo in re intellecta. Nam omne, quod est in aliquo, est per modum eius, in quo est. Et ideo ex natura intellectus, quæ est alia a natura rei intellectæ, necessarium est, quòd alius sit modus intelligendi, quo intellectus intelligit, & alius sit modus essendi quo res existit. Licet enim id in re esse oporteat, quod intellectus intelligit, non tamen eodem modo. Vnde, quamuis intellectus intelligat mathematica non cointelligendo sensibilia, & vniuersalia præter particularia, non tamen oportet quòd mathematica sint præter sensibilia, & vniuersalia præter particularia. Nam videmus, quòd etiam visus percipit colorem sine sapore, cum tamen in sensibilibus sapor & color simul inueniantur.

c ¶ Hic

Lect.pñ. parte ista. parte pñti. part.seq.

c ¶ Hic ponit opinionem Platonis de rerum principijs, & circa hoc duo facit. Primo ponit quæ principia rebus Plato assignauit. Secundo ad quod genus causę reducuntur. ibi: {Palam autem ex dictis &c.} Circa primum duo facit. Primo ponit cuiusmodi principia Plato assignauerit. Secundo ostendit quomodo Plato cũ Pythagoricis com- c.
par.3. municet, & in quo differat ab eis. ibi: {Vnum tamen substantiam} Dicit ergo primo, quòd qa
Te.c.7. secundum Platonẽ, species seperatę, sũt causę omnibus alijs entibus, ideo elemẽta specierum putauerunt esse elementa omnium entium.
par.4. Et ideo assignabant rebus pro materia magnũ & parvum, & quasi {substantiam rerum} ideſt formã dicebant esse vnum. d.
par.5. Et hoc ideo, qa ista e.
T.cõ.8. ponebant esse principia specierum. Dicebant enim, quòd sicut species sũt sensibilibus formæ, ita vnum est forma specierum. Et ideo sicut sensibilia constituũtur ex principijs vniuersalibus per
par.6. participationem specierũ, ita species, quas dicebat esse numeros, constituuntur secundum eum {ex illis} scilicet magno & parvo. Vnitas .n.
par.7. diuersas numerorũ species constituit p g.
additionem & substractionem, in quibus cõsistit ratio magni & parui. Vnde, cum vnum opinaretur esse substantiam entis, quia non distinguebat inter vnum, quod est principium numeri, & vnum quod conuertitur cum ente, videbatur sibi quòd hoc modo multiplicarẽtur diuerse species separate ex vna, quæ est cõmunis substãtia, sicut ex vnitate diuersæ species numerorum multiplicantur.

Quoniam autẽ species causæ sunt alijs, illarum elementa omnium putauerũt existẽtium eleméra esse: vt quidem igitur materiam, magnum & paruum esse principia, vt autem substantiam, vnum. Ex illis enim secundum participationes vnius species esse numeros. B

Vnum tamen substantiam, & non aliquod aliud ens dici vnum, cõsimiliter Pytagoricis dixit, & numeros esse causas merę substantię, similiter vt illi.

Pro infinito vero vt vno, dualitatem facere, & infinitum ex magno & paruo, hoc propriũ. Amplius hic quidem numeros præter sẽsibilia, illi vero numeros esse dicunt res ipsas, & mathematica inter media horum C non ponunt.

Vnũ igitur & numeros præter res facere, & non vt Pythagorici, & specierum introductio, propter eam, quæ in rationibus perscrutationem, euenit. Priores enim non participauerunt Dialectica.

Dualitatem autem facere alteram naturam, quia numeri extra priores, omnes naturaliter ex ea generantur, velut ex D
par.8. aliquo echimagio, ideſt sigillo, vel effigie.

Attamen econtrario contingit. Nõ.n.rõnabile ita. Nunc.n. ex materia multa faciunt, spẽs vero semel generat solum.

Et quoniam forme cause cæteris, illarum elementa omnium putauit entium elementa esse. & ut materiam quidem magnum, & paruum esse principia, tanquam uero substantiam ipsum vnum: Ex illis enim participatione ipsius unius formas numeros esse.

Ipsum tamen unum, ut substantiam esse, & non aliquid aliud dici unum esse, quemadmodum Pythagorici, dicebat quoque numeros causas cæteris substãtiæ ee, similiter atq; illi.

Sed pro infinito tanquam uno, dualitatem facere, infinitum uero ex magno, & paruo, hoc eius proprium est. Item is quidem numeros præter sensibilia, illi uero numeros ipsas res esse aiunt, & mathematica in medio horum non ponebant.

Ipsum igitur unum, & numeros præter res facere, & non ut Pythagorici, & introductio specierum, propter eam, quæ in rationibus fit perscrutationem euenit. Priores enim Dialecticæ expertes erant.

*Dualitatem uero fecisse alteram naturam, propterea quod numeri, præter primos, ex ea aptissime velut ex * quadam effigie generantur,*

Atqui accidit econtra. non enim uerisimile est ita fieri. nunc etenim ex materia multa faciunt: formas uero semel generat solum.

Et quoniam forme causę cæteris, illarum elementa omnium putauit entium elementa esse. & ut materiam quidem magnum, & paruum esse principia, tanquam uero substantiam ipsum vnum: Ex illis enim participatione ipsius unius formas numeros esse.

Ipsum tamen unum, ut substantiam esse, & non aliquid aliud dici unum esse, quemadmodum Pythagorici, dicebat quoque numeros causas cæteris substãtiæ ee, similiter atq; illi.

Sed pro infinito tanquam uno, dualitatem facere, infinitum uero ex magno, & paruo, hoc eius proprium est. Item is quidem numeros præter sensibilia, illi uero numeros ipsas res esse aiunt, & mathematica in medio horum non ponebant.

Ipsum igitur unum, & numeros præter res facere, & non ut Pythagorici, & introductio specierum, propter eam, quæ in rationibus fit perscrutationem euenit. Priores enim Dialecticæ expertes erant.

Dualitatem uero fecisse alteram naturam, propterea quod numeri, præter primos, ex ea aptissime velut ex * quadam effigie generantur,

Atqui accidit econtra. non enim uerisimile est ita fieri. nunc etenim ex materia multa faciunt: formas uero semel generat solum.

vnius, quod Pythagoras posuit, scilicet infiniti, fecit dualitatem ponens ex parte materiæ magnum & paruum. Et sic infinitum, quod Pythagoras posuit vnum principium, Plato posuit consistere ex magno & paruo. Et hoc est proprium opinionis suę in comparatione ad Pythagoram. Secunda differentia est, quia Plato posuit numeros præter sensibilia, & hoc dupliciter. Ipsas enim species, numeros esse dicebat, sicut supra habitum est. Et iterum inter species & sensibilia posuit mathematica, vt supra dictum est, quæ secundum suam substantiã numeros esse dicebat. Sed Pythagorici dicunt ipsas res sensibiles esse numeros, & non ponunt mathematica media inter species & sensibilia, nec iterũ ponunt species separatas.

f ¶ Hic ostẽdit causam differentiæ. & par.pñ. primo secundæ: Secundo causas differentiæ primæ. ibi: {Dualitatem autem fere &c.} Dicit ergo, quòd ponere vnum & numeros præter res sensibiles, & non in ipsis sensibilibus, sicut Pythagorici fecerunt, & iterum introducere species separatas euenit Platonicis propter scrutationem {quę est in rõnibus} ideſt propter hoc quòd perscrutati sunt de diffinitionibus rerum, quas credebant non posse attribui rebus quodam sigillo. sensibilibus, vt dictũ est. Et hac necessitate fuerunt coacti ponere quasdã res, quibus diffinitiones attribuuntur. Sed Pythagorici, qui fuerũt priores Platone, nõ participauerunt Dialecticam, ad quam pertinet considerare diffinitiones & vniuersalia huiusmodi, quarum consideratio induxit ad introductionem idearum.

par.seq.

g ¶ Hic ostendit causam huiusmodi differentię, quę.s. ex parte materię est. Et primo ponit causam huiusmodi differentię. Secundo ostendit Platonem non rationabiliter motum esse. ibi: {Attamen econuerso.} Dicit ergo, quòd ideo Platonici secerunt dualitatẽ esse numerum, quæ est alia natura a speciebus, quia oẽs numeri naturaliter generantur ex dualitate præter numeros primos. Dñr autem numeri primi, quos nullus numerat, sicut ternarius, quinarius, septenarius, undenarius, & sic de alijs. Hi.n. a sola vnitate constituũtur immediate. Numeri vero, quos aliquis alius numerus numerat, non dicunt primi, sed compositi, sicut quaternarius, quem numerat dualitas: & vniuersaliter omnis numerus par, a dualitate numeratur. Vnde numeri pares materiæ attribuuntur, cum eis attribuatur infinitum, quod est materiæ, vt supra dictum est. Hac ratione posuit dualitatem, ex qua sicut {aliquo echimagio} ideſt ex aliquo exemplari, omnes alij numeri pares generantur.

ἐκμαγεῖον

h ¶ Hic ostendit Platonem irrationabiliter posuisse. & circa hoc duo facit. Primo enim ex ratione naturali ostẽdit hoc. Secũdo etiam ponit rationem naturalem, quæ Platonem mouebat ad suam opinionem. ibi: {Videtur autem ex vna materia.}

par.pñ. par.seq.

c ¶ Hic ostendit in quo differebant, & circa hoc duo facit. Primo enim ponit differentiam inter eos. Secundo differentiæ causam. ibi: {Vnum igitur & numeros &c.} Est autem ista differentia in duobus. Primo quantum ad hoc Pythagorici ponebant, vt dictum est, duo principia, ex quibus res constituebatur, scilicet finitum & infinitum, quorum vnum, scilicet infinitum, se habet ex parte materiæ: Plato vero loco huius

Universidad de Deusto Biblioteca

Lect.8. T.c.32.58. 82. & alibi pluries. Tex.c.9. par.9.

ria.} Dicit ergo, quòd quamuis Plato ponerer dualitatem ex parte materiæ, tamen econuerso contingit, sicut attestantur opiniones omnium aliorum philosophorum naturalium, qui posuerunt contrarietatem ex parte formę, & vnitatem ex parte materiæ, sicut patet Primo Physicorum. Ponebant enim rerum materiam ac

par.10.

tem, vel aquam, vel aliquid huiusmodi, ex quo diuersitatem rerum constituebãt per rarum & densũ, quę ponebant qua-

i. Videtur autem ex vna materia vna mensura. Speciem autem, quam inducit vnus existẽs, multa facit. Similiter quo que se habet masculus ad fœminam. Hæc enim ab vno impletur motu, ille vero multas implet. Et tales mutationes principiorum illorũ sunt. Plato quidem igitur de quæsitis ita diffinit.

b principia formalia. non enim est rationabile ponere sicut Plato posuit. Et hoc ideo, quia ex materia viderũt philosophi multa fieri per successionẽ formarum in ipsa. Illa enim materia, quæ modo subsstat vni formæ, postmodum subsstare poterit pluribus, vno corrupto & alio generato. Sed vna species siue una forma solũ {semel generat} id-est constituit aliqd generatum. Cum enim aliquid generatur accipit formã quidem, quæ forma eadem numero non potest alteri generato aduenire, sed esse desinit generato corrupto. In quo manifeste apparet, quòd vna materia ad multas formas se habet & nõ econuerso, vna forma ad multas materias se habet.

par.1. Et sic videatur ratio nabilius ponere ex parte materiæ vnitatem: sed dualitatem siue contrarietatem ex parte formę, sicut posuerunt naturales, quam econuerso, sicut posuit Plato.

i ¶ Hic ponit rationem econuerso ex his sensibilibus acceptam secundum quod vnumquodque recipit in aliquo, secundum mensuram recipientis. Vnde diuersæ receptiones videntur prouenire ex diuersis mensuris recipientium. Vna autem materia est vna mensura recipiendi. Videt etiam, quòd agens, qui inducit speciem, facit multas res speciem habentes cum sit vnus, & hoc propter diuersitatem, quæ est in materijs. Et huius exemplum apparet in masculo & fœmina. Nam masculus se habet ad fœminam sicut agens, & imprimens speciem ad materiam. Fœmina autem impregnatur ab vna actione viri, sed masculus vnus potest impregnare multas fœminas. Et inde est, quòd posuit vnitatem ex parte speciei, & dualitatem ex parte materiæ. Est autem attendendum, quòd hæc diuersitas inter Platonem & naturales, accidit propter diuersam de rebus considerationem. Naturales enim considerant tantum quæ sunt sensibilia, prout sunt subiecta trãsmutationi, in qua vnum subiectum successiue accipit contraria. & ideo posuerunt vnitatem ex parte materię, & contrarietatem ex parte formę. Sed Plato ex consideratione vniuersalium deuenjebat ad ponendum principia sensibilium rerum. Vnde, cum diuersitatis multorum singularium sub vno vniuersali, causa sit diuisio materiæ, posuit diuersitatem ex parte materiæ, & vnitatem ex parte formæ. {Et tales sunt mutationes illorum principiorum, quę posuit Plato} ideſt participationes, vel vt ita dicam, influentias in

causata: sic enim nomen immutationis Pythagoras accepit. Vel immutationes dicit inquãtum Plato mutauit opinionem de principijs, quę primi naturales habuerunt, vt ex prędictis patet. Ex sic patet ex prædictis, quòd Plato de causis quæsitis a nobis ita diffinuit.

LECTIO XI.

a. Reuiter igitur & capitulariter quid & quomodo de principijs & veritate dixerunt pertransiuimus. Attamen ab eis tantum habemus, quia dicentium, de principio & causa, nullus præter ea, quæ sunt in Physicis a nobis determinata, dixit.

Apparet autem ex vna materia una mensura. Qui uero formam inducit, quæ una est, multas facit. Similiter autem & masculus ad fœminam se habet. hæc etenim ex uno congressu impletur, masculus uero multas implet. at ista imitationes illorum principiorum sunt. Plato igitur de propositis quæstionibus ita determinauit.

Patet autem ex dictis, quòd duabus causis utitur solum ea, quæ ipsius quid est, & ea, quæ secundum materiam. formæ enim cæteris ipsius quid sint causæ sunt, formis uero ipsum unum. & quæ subiecta materia, de qua formæ, illæ quidem in sensibilibus, ipsum uero unum in formis dicitur: quia dualitas hæc est, magnum & paruum. Item ipsius bene, ipsiusque male causam elementis attribuit, utrisque utranque: quod etiam primorum quosdam Philosophorum Empedoclem, & Anaxagoram magis dicimus quæsiuisse.

LECTIO XI.

Reuiter igitur, & summatim percurrimus, qui nam, & quomodo locuti sunt de principijs, & ipsa ueritate, tantum tamen ex eis habemus, quod eorum, qui de principio & causa dixerunt, nemo quicquam præter ea, quæ in de naturalibus determinata sunt, dixerit.

Le recolligit omnia, quæ ab antiquis de causis sunt dicta, & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quod priores philosophi nullam causam de quatuor generibus causarum ab eis suprapositis addere potuerunt. Secundo, ostendit qualiter prædictas causas tetigerunt, ibi: {Sed omnes obscure &c.} Tertio, concludit conclusionem principaliter intentam, ibi: {Quod quidem igitur recte &c.} Dicit ergo, quòd breuiter & sub quodam capitulo siue compendio pertranseundo dictum est, quid philosophi, & quomodo locuti sunt de principijs rerum & de veritate, quantum ad ipsam rerum subsstantiam. Sed ex eorum dictis tantum habeti potest, quòd nullus eorum, qui de causis & principijs rerum dixerunt,

par.1. Lect. huius

par.seq.

par.7. Lect. pri.

T.c.18.& inde. par. illa. part. seq.

diserunt, potuit dicere aliquas causas præter illas, quę fuistinctæ sunt, Secundo Physico.

d ¶ Hic ponit qualiter illas causas posuerunt, & primo in generali. Secundo in speciali. ibi. {Illi nanque &c.} Dicit ergo primo quòd non solum nihil addiderunt, sed nec etiam ad eas

par.2. perfectè peruenerũt, sed eis aliquo modo d. appropinquauerũt, & hoc non manifeste, sed obscure. Non enim assignauerunt secundum q genus causæ principia ab eis posita rerum causæ esse: sed solum posuerunt illa, q ad aliquod genus causę aptari possunt.

e ¶ Hic ostendit in speciali quo singulas causas tetigerunt, & primo qua tetigerũt causam materialem. Secũdo quo causam efficientem. ibi: {Alij vero.} Tertio quo causam formalẽ. ibi: {Quid quid erat esse vero &c.} Quarto quo causam finalem. ibi: {Cuius ergo causa &c.} Dicit ergo primo, quòd illi, s. priores philosophi, omnes in hoc cõueniunt, q dant rebus aliquod principium quasi materiam. Differũt tamen in duabus. Primo, quia quidam posuerũt vnam materiam, sicut Thales & Diogenes & similes. Quidam plures, sicut Empe. Secundo, quia quidam posuerunt rerũ materiam esse aliquod corpus, sicut prædicti philosophi. Quidam incorporeum, sicut Plato, q posuit vnum dualitatẽ. Posuit enim Plato magnũ & parvum, quæ non dicũt aliquod corpus Italici verò. i. Pythagorici posuerunt infinitum, quod iterũ non est corpus. Empe. vero quatuor elementa, quæ sunt corpora. Similiter Anaxag. posuit {infinitatem similium partium} .i. infinitas partes consimiles, principia esse. Et hi oẽs tetigerunt {talem causam}. s. materialẽ. Et etiam illi, qui dixerunt aerem, aut aquam, aut ignẽ esse principiũ, vel aliquod medium inter hæc elementa. s. igne spissũ, aere subtilius. Oẽs .n. tales prædicti tale corpus posuerũt esse primũ elementũ. Et sic patet quod dicit, quòd philosophi quatuor

par.3.

par.5.

par.6.

Sed omnes obscure quidem, veruntamen illis appropinquauere.

Illi nanq; vt materiam principium dicunt, siue vnam, siue plures supponant, & siue corpus, siue incorporeum hoc ponant, vt Plato quidem magnũ & paruum dicens, Italici vero infinitum. Empedocles ignem, terram, aquam, & aerem, Anaxagoras autem similium partium infinitatem. Et hi omnes sunt talem causam tangentes. Et amplius quicunque aerem, aut ignem: aut aquam, aut igne spissius, aere autẽ subtilius. Et enim quodam tale primum elementum dixerunt. Hi quidem igitur hanc causam solum tetigerunt.

f. Alij vero quidem vnde principium motus, vt quicunque amicitiam & litem & intellectum, aut amorem, aut extra hæc principium faciunt.

Alij uero quidam unde principium motus, quicunque scilicet amicitiam & contentionem, intellectum, aut amorem principium faciunt.

g. Quod quid erat esse vero, & subsstãtiam plane nullus dedit. Maxime vero hi dicunt, qui species, & eas in speciebus rationes ponunt. Neque enim vt materiam sensibilibus species, & quę sunt in speciebus, neque vt huic principium motus proueniens existimant: immobilitatis autem causas magis, & eius, quod est in quiete, esse dicunt. sed quod quid erat esse aliorũ, singulis species præstant, speciebus autem vnum.

Ipsum uero quid erat esse, & subsstantiam clare quidem nullus assignauit. Maxime uero dicunt, qui formas ponunt. nec enim ut materiam sensibilibus formis, & ea, quæ in formis sunt, neque tanquam illinc principium motus fieret, putant. immobilitatis enim causa, & quietis magis eis esse aunt: sed ipsum quid erat esse unicuique ceterorum formas attribuunt, formis autem ipsum unum.

h. Cui' vero causa actus & trãsmutatiõis & motus modo quo dam dicunt causam, ita vero non dicunt, nec quo vere est. Nam intellectum quidem dicẽtes, aut amorem, vt bonum qui dem has ponunt causas, non vt graria horum, aut existens, aut tactum aliquid entium, sed vt ab his horum motum dicunt. Similiter autem & vnum, aut ens dicentes esse talem naturã, subsstantię quidem causam dicunt esse, non tamen huius causa, aut esse, aut fieri. Quare dicere & non dicere aliqualiter accidit eis bonum esse causam, non enim simpliciter, sed secundum accidens dicunt.

Ipsum uero, cuius gratia actiones, mutationes, & motus quodammodo quidem dicunt causam, non autem ita dicunt, ut aptum esse natum est. Qui enim intellectum, aut amicitiam dicunt, tanquam bonum quoddam hæc ponunt. non tamen tanquam horum causa quicquam entium, aut sit, aut fiat, sed tanquam ex his motus eorum essent, ita dicunt. Similiter & qui unum, uel ens esse hanc naturam aiunt, subsstantiæ quidem causam esse dicunt, non tamen huius causa, aut esse, aut fieri. Quare contingit eius quodammodo dicere, & negare bonum esse tale. non enim simpliciter, sed secundum accidens dicunt.

g ¶ Hic ponit opiniones de causa formali, & dicit, q causa, per quam scitur quid est esse rei, & q est rei subsstãtia, ideſt causam formalẽ, nullus manifeste rebus attribuit. Et si aliqd tangerent antiqui philosophi, quod pertineret ad causam formalem, sicut Empe, qui posuit os & carnẽ habere aliquam rationem, per quam sunt huiusmodi, nõ tamẽ hoc quod pertinet ad causam formalem, ponebat per modum causę. Sed inter alios maxime appropinquauerunt ad ponendum causam formalem, qui posuerunt species, & eas rationes, quę ad speciẽ pertinent, sicut vnitatem & numerum & alia huiusmodi. Species.n. & ea, quę sunt mõ prædicto i speciebus, vt vnitas & numerus, nõ suscipiuntur vel ponuntur ab eis vt materię rerum sensibiliũ, cum potius ex parte rerũ sensibiliũ materia ponant. Nec ponunt eas, vt eãs vnde motus prouenit rebus, immo magis sunt rebus eã immobilitatis. Quicquid.n. necessarium in sensibilibus invenitur, hoc ex spẽbus causari dicebant, & ipsas. s. species dicebãt esse absq; moru. Ad hoc.n. ab eis ponebantur, vt dictum est, q immobiles existentes vniformiter se haberent, ita q de eis possent dari diffinitiones & fieri demonstrationes. Sed sin eorũ opinionem spẽs rebus singulis ſstãt qditatẽ, p modum causę formalis, & vnitas hoc ipsum prælat speciebus.

h ¶ Hic ponit opiniones quorundã de eã finali dicẽs, q philosophi quodammõ finẽ cuius eã motus & trãsmutationes & actiones fiunt, dicũt esse eãm, & quodam

modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo non dicunt, nec dicũt eodem modo, quo vera causa est. Illi enim, qui dicunt causam esse intellectum vel amorem, ponunt eas causas quasi bonum. Dicebant enim huiusmodi esse causas vt res bene se habeant. Boni enim causa esse non potest nisi bonum. Vnde sequitur, quòd ponerent intellectum & amorem esse causam,

T.c.10. par.7. sicut bonum est causa. Bonũ autem potest intelligi duplici ter. Vno modo sicut causa finalis, inquantum aliquid sit gratia alicui⁹ boni. Alio modo per modum causę efficientis, sicut dicimus, quòd bonus homo facit bonum. Isti ergo philosophi non dixerũt prædictas causas esse bonas, quasi horum causa aliquod entium sit aut fiat, quod pertinet ad rationẽ causę finalis, sed quia a prædictis,

par.1. scilicet intellectu & amore procedebat motus quidam ad esse & fieri rerũ, quod pertinet ad rationẽ causę efficientis. Similiter autem Pythagorici & Platonici, qui dixerunt rerum substãtiam esse ipsum vnum & ens, vni eriam & enti attribuebant bonitatem. Et sic dicebant

par.2. b. talem naturam, scilicet bonum esse rebus sensibilibus causam substantię, vel per modum causæ formalis, sicut Plato posuit, vel per modum materiæ, sicut

parte.3. Pythagorici. non tamen dicebant, quòd esse rerum, aut fieri, esset huius causa, scilicet vnius & entis, quod pertinet ad rationem causæ finalis. Et sic, sicut Naturales posuerũt bonum esse causam, nõ per modum causæ formalis, sed per modum causæ efficientis, ita Platonici posuerũt bonum esse causam per modum causę formalis, & nõ per modum causæ finalis: Pythagorici vero per modum causę materialis. Vnde patet, quòd accidebat eis quodammodo dicere bonum esse causam, & quodammodo non dicere. non enim simpliciter dicebant bonum esse causam, sed per accidens. Bonum enim secundum propriam rationem est causa per modum causæ finalis. Quod ex hoc patet, quòd bonum est, quod omnia appetunt. Id autem, in quod tendit appetitus, est finis. bonum igitur secundum propriam rationem est causa per modum finis. Illi igitur ponunt bonum simpliciter esse causam, qui ponunt ipsum esse causam finalem. Qui autem attribuũt K bono alium modum causalitatis, ponunt ipsum esse causam, & hoc per accidens, quia non ex ratione boni, sed ratione eius, cui accidit esse bonum, vt ex hoc quod est esse actiuum vel perfectiuum. Vnde patet, quòd isti philosophi causam finalem non ponebant nisi per accidens, quia scilicet ponebãt pro causa id, cui conuenit esse finem, scilicet bonum. Non tamen posuerunt ipsum esse causam per modum finalis causæ, vt dictum est.

i ¶ Hic concludit conclusionem principaliter intentam, scilicet quòd determinatio facta superius de causis quæ & quot sunt, recte fuit. Huius enim testimoniũ videntur præbere prædicti philosophi, nullum genus causę valentes addere supra prędicta. Et hęc vtilitas prouenit ex prædictarum opinionum recitatione. Alia autem vtilitas est, quia inde palam est, quòd principia rerum sunt quærenda in ista scientia, aut omnia, quę antiqui posuerunt, & quæ superius sunt determinata, aut aliquod horum. Maxime enim hæc scientiã considerat causam formalem & finalem, & aliquo modo etiã mouentem. Nec solum oportet prędictas opiniones recitasse, sed post hæc transeundo dicendum est quomodo quilibet horum dixerit, & in quo bene, & in quo male, & quomodo ea, quæ dicuntur de principijs, habent aliquam dubitationem.

T.c.11. i. Quòd quidẽ igitur recte determinatum est de causis, & quot & quæ, testimonium prę bere nobis uidentur & hi omnes, aliam causam tãgere non valentes. Adhuc autem, quia quęrẽda sunt principia aut sic omnia, aut horum aliquo modo palam. Quomodo etiam G vnusquisque horum dixit: & quomodo habẽt de principijs cõtingẽtes dubitationes, post hoc pertranseamus de ipsis.

LECTIO. XII.

2. Rgo quicunque vnum ipsum omne, & vnam esse quandam naturã quasi materiam ponunt, & eã corpoream, & mensuram habentem palã quòd multiplici- H ter delinquũt. Corporũ. n. elementa ponunt solum, incorporeorum vero non, tanquam non existẽtibus incorporeis.

b. De generatione quoque & corruptione cãm dicere conãtes, & de omnibus physice tractãtes mot⁹ causam auferunt.

c. Amplius autem substantiam nullius posuere causam, neque quod quid est.

I

Quòd igitur de causis, & quot, & quales sint recte determinatum sit, testari nobis etiam isti omnes videntur, eum non possint aliam attingere causam, & ad hæc quòd principia, aut ita omnia, aut horum aliquo modo quærenda sint, patet. Quo uero pacto horum quisque dixerit, & quomodo de pricipijs se res habet, dubitationes, quæ contingere possunt de his ipsis, deinceps percurramus.

LECTIO. XII.

Vicunque igitur vniuersum vnum, & vnam quandam esse naturam, vt materiam ponunt, & hanc corpoream, & magnitudinem habentem, patet quòd multipliciter errant. Corporum enim elementa solum ponunt, incorporeorum vero minime, cum etiam incorporea sint.

Cumque de generatione & corruptione causas dicere conarentur, & de natura omnium rationes reddere, motus causam perimunt.

Item substantiam nullius causam ponendo, nec ipsum quid est.

in speciali. ibi: ⁅ Et ad hoc &c. ⁆ Improbat autem in generali triplici ratione. Prima ratio talis est. Quia in rebus non solum sunt corporea, sed etiam quędam incorporea, vt patet ex libro de anima. Sed ipsi non posuerũt principia nisi corporea. Quod ex hoc patet, quia ipsi ponebant ⁅vnum omne⁆ ideſt vniuersum esse unum, secundum substantiam, & esse unam naturam quasi materiam. & eam esse corpoream, & habentem, ⁅mensuram⁆ .i. dimensionem. Corpus autem non potest esse causa rei incorporeæ. ergo patet, quòd in hoc deliquerunt insufficienter rerum principia tradentes. Et non solum in hoc, sed in multis, vt ex sequentibus rationibus apparet.

b ¶ Hic ponit secundam rationem, quæ talis est. Quicunque habet necesse determinare de motu, oportet quòd ponat causam motus: sed prędicti philosophi habebãt necesse tractare de motu: Quod ex duobus patet, tum quia ipsi conabantur dicere causas generationis & corruptionis rerum, quæ sine motu non sunt: tum etiam, quia de rebus omnibus naturaliter tractare volebant. Naturalis autem consideratio requirit motum, eo quòd natura est principium motus & quietis, vt patet .2. physi. ergo debebant tractare de causa, quę est principium motus. Et ita cum illam auferrent cãm, nihil de ea dicendo. patet etiam quòd in hoc diliquerunt.

c ¶ Hic ponit tertiam rationem. Quælibet enim res naturalis habet⁅ substantiam⁆. ideſt formam partis;⁅ Et quod quid est.⁆ ideſt quiditatem, quæ est forma totius. Formam dicit, inquantum est principium subsistẽdi: & quod quid est, inquantum est principium cognoscendi, quia per eam scitur quid est res. Sed prædicti philosophi formam non ponebant esse alicuius causam: ergo insufficienter de rebus tractabant, in hoc etiam delinquentes, quòd causam formalem prętermittebant.

d Hic

par. prim. Lect. hui par. vlti Le. vlti huius po mi. Lect. 13. in pñ. par. 5. Lect. hui par. 4. Lect. pñ. T.cõ. 3.

d ¶ Hic reprobat opiniones eorum in speciali, & hoc dupliciter. Primo quantum ad hoc, quòd ponebant elementa præter ignem, esse principia. Secundo quantum ad hoc, quòd prætermittebant terram. ibi: ⁅Si vero est ⁊ est generatione &c.⁆ primo ergo resumit eorum positionem, qui videlicet ponebant esse elemẽtum

par.4. quodlibet simpliciũ d. corporũ prætter terram. Et rationẽ opinionis ostẽdit, quia ipsi videbant simplicia corpora ex inuicem generari, ita ⁊ quædam fiunt ex illis per concretionẽ, siue per insp̃issationem, sic grossiora ex subtilioribus. Ostendit etiã modum procedendi contra eorum opiniones ex eorum rationibus. Ponebant enim hac ratione aliquod istorum esse principiũ: quia ex eo generabantur alia concretione, vel discretione. Qui duo modi multũ differũt quantum ad prioritatem, vel posterioritatem eius, ex quo aliquid

T.com.14. generatur. Nam secundum vnum modũ videtur esse prius id, ex quo generatur aliquid per concretionem. Et hanc rationem primo ponit. Secundum vero alium modum videtur esse prius illud, ex quo generat aliquid per rarefactionẽ, & ex hoc sumit secũdam rationem. Quod enim illud, ex quo generatur aliquid per concretionem, sit primum, hoc attestatur opinioni, quæ nunc habetur, quòd illud sit elemẽtum maxime omniũ, ex quo alia fiunt per concretionẽ. Quod quidem patet per rationem, & eorum positiones. Per rationem quidem, quia id, ex quo

par.5. fiunt alia per concretionẽ, est hoc, quod est subtilissimum inter corpora, minutissimas partes habẽs. & hoc esse videtur

* Tex.c.15. simplicius. Vnde, si simplex est prius cõposito, videtur quòd hoc sit primum. Per eorũ vero positiones, quia quicunque posuerunt ignem esse principium, posuerunt ipsum primum esse principium, quia est subtilissimum corporum. Similiter autẽ alij viñ sunt hanc rationem sequi existimantes tale esse elementum corporum, quod est subtiles partes habens. Quod ex hoc patet, quòd nullis posteriorum profecutus est poetas theologos, qui dixerunt terram esse elementum. Et manifestum est, quòd hoc retinentes ponere ⁅propter magnitudinem partialitatis,⁆ ideſt propter grossitiem partium. Constat autem ⁊ quodlibet aliorum trium elementorum accepit aliquem philosophum, qui iudicauit ipsum esse principium. Sed quia non dixerunt terram principium esse, ideo non potest dici, quòd hoc non dixerunt, quia esset cõtra cõem opinionem. Nam multitudo hominum hoc existimabat, ⁊ terra esset substantia omnium. Et Hesiodus ẽt, qui fuit vnus de theologi poetis, dixit, ⁊ inter alia corpora primum facta est terra Et sic patet, ⁊ opinio, ⁊ terra esset principiũ, fuit antiqua: quia ab ipsis poetis theologicis posita, qui fuerũt ante naturales philosophos: & publica, quia in eam consenserunt plures. Vnde restat, ⁊ hac sola ratione posteriores naturales cuitauerunt ponere terram esse principium propter grossitiem partium. Sed constat, ⁊ terra habet grossiores partes ⁊ aqua, & aqua ⁊ aer, & aer ⁊ ignis, & si quid est mediũ inter ea, grossius est ⁊ ignis. Vnde patet sequendo hanc rationem, quòd nullus eorum recte dixit, nisi qui posuit ignẽ esse principium. Nã ex quo ratione subtilitatis aliquid ponitur principiũ, necessarium est, illud poni primum principiũ, quo ⁊ est omnium subtilissimũ.

e ¶ Hic põit aliam rationem, per quam econuerso videtur, quòd terra sit maxime elementũ. Constat enim, quòd illud quod est in generatione posterius, est prius sm̃ natura, eo ⁊ natura in finẽ generationis tendit, sicut in id, qđ est primum in eius intentione. Sed quãto aliquid est magis densum & compositum, tanto est ẽt posterius generatione: quia in via generationis ex simplicibus procedit ad composita, sicut ex elementis fiunt mista, & ex mistis humores, & membra. ergo illud, quod est magis compositũ & spissum, illud est prius sm̃ naturã. Et

* cõcoctũ

Et ad hoc quodlibet simplicium corporum esse principiũ quodcunque, præter terram: non considerantes ea, quæ ex inuicem, generationẽ, aliqualiter faciunt. Dico autem ignẽ, terram, aquam, & aerem. hæc quidem enim concretione, illa vero discretione inuicem fiũt. Hæc autem ad prius esse & posterius plurimum differunt. Aliqualiter enim vtique videbitur maxime elementum esse omnium, ex quo primo fit congregatione primum. Tale vero est quod minutissimæ partis & subtilissimum corporum. Vnde quicunque ponunt ignem principium, maxime consessæ rationi huic dicunt: tale vero & aliorum vnusquisque cõfiteC tur elementum esse quoddam corporum. Nullus enim posteriorum & vnum dicentiũ, terram esse elementum voluit, palam, quia propter magnitudinem partialitatis. Quodlibet autem trium elementorum iudicem quendã accepit. hi nanque ignem, illi vero aquam, alij aerem hoc esse dicunt. Sed quare non terram dicunt, quemadmodum hominũ multi? omnia nanque terrã esse dicunt. Dicit autem Hesiodus terram, primã D corporum factam esse, sic enim antiquam & publicam contingit existimationem esse. Secundum hanc igitur rationem nẽc siquis horũ aliquid dicit ṕter ignem, ne siquis aere quidem spissius hoc ponit, aqua autem subtilius, non recte vtique dicet.

e. Si vero est, quod est generatione posterius natura prius: & quod est densatum, & concretum posterius generatione, E horum erit contrarium: aqua quidem aere prior, & terra aqua. De ponentibus quidem igitur vnam causam qualem diximus, sint hęc dicta.

Et ad hæc facile simplicium corporum quodcunque principium esse, terra excepta: non considerantes mutuam inter ea generationem. quonam modo ponunt. dico autem ignem, terram, aquam, & aerem. quædam enim congregatione, quædam vero disgregatione inuicem fiunt: B hoc vero ut prius & posterius sit, multum differt. Id etenim apparere possit maxime omnium elementale, ex quo primo congregatione fiunt, tale uero illud fuerit profecto, quod partium minutissimarum, subtilissimumque corporum sit. Quapropter quicunque ignem principium statuunt, maxime conuenienter huic rationi dicent. tale autem cæterorum quoque quisque fatetur elementum corporum esse. Quare nemo posteriorum, qui unum ponebant, terram elementum existimauerat, scilicet propter partium magnitudinem. Trium uero quodcunque elementorum habuit authorem aliquem. quidam enim ignem, quidam aquam, quidam aerem hoc aunt esse. At cur non dicunt & terram, ut multi hominum? omnia etenim terram esse dicunt. Hesiodus quoque primum corporum terram ait esse, tam uulgarem & publicam accidit hanc opinionem esse. Secundum hanc itaque rationem, si quis aut quicquam horum, excepto igne, dicat aut aere quidem densius, aqua uero tenuius hoc ponat, non recte proiecta inquiet.

*Quòd si id generatione posterius, natura prius sit, quod uero * digestum, & congregatum generatione posterius sit, contrarium his esset utique. aqua quidem aere prior, terra uero hac ipsa aqua. De his igitur, qui unam, qualem diximus, causam ponunt, hæc dicta sint.*

sic sequit cõtrariũ ei⁹, ⁊ prima rõ cõcludebat. s.⁊ aqua sit prior aere, & terra prior aqua quasi primũ principiũ. Est aũt attendẽdũ, ⁊ differt ꝗrere illud, qđ est prius in vno & eodẽ, & illud qđ est prius simpliciter. Si.n.ꝗrat quid est prius simpliciter, oportet perfectũ esse prius imperfecto, sicut & actum potentia. Nihil n.reducitur de imperfecto ad perfectum, vel de potentia in actum nisi per aliquod perfectum eius actu. Et ideo, si loquamur

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur de primo vniuersi, oportet ipsum esse perfectissimũ. Sed respectu unius particularis quod procedit de potentia in actũ perfectum, potentia est prius tempore actu, licet posterius natura. Constat etiam, ꝙ primum omnium oportet esse simplicissimum, eo ꝙ composita dependent a simplici & non econuerso. Necessarium ergo erat antiqs naturalibus, ꝙ utrunq; attribuerent primo principio totius uniuersi, scil. cũ summa simplicitate maximam perfectionẽ. Hęc autem duo nõ possunt simul attribui alicui principio corporali. Nam in corporibus generabilibus & corruptibilib⁹ sunt simplicissima imperfecta. Ideo cogebantur quasi rationibus contrarijs diuersa principia ponere. Prælegebant autem rationẽ simplicitatis, qa non h. considerabant res nisi secũdum modum, secundum quem aliquid exit de potẽtia in actum. In cuius ordine non oportet id quod est principium esse perfectius. Huiusmodi autem contrarietatis dissolutio haberi non potest nisi ponẽdo primum entium principium incorporeum, quia hoc erit simplicissimũ, ut de eo inferius Aristote. probabit. Concludit autẽ in fine, ꝙ de positionibus eorum, qui dixerunt unam causam materialem, ea sufficiant quo ad præsens dicta.

Par. 6.

Par. 7.

Par. 8.

T.c. 16. Parte. 9. Te.c. 17.

f. Idem quoque & si quis hæc plura ponit, uelut Empedocles quatuor dicit esse corpora, materiam. & enim huic hæc quidẽ eadẽ, alia uero propria accidere est necesse. Ex adinuicem enim generata cernimus, quasi nõ semper igne & terra eodem corpore permanente. Dictum G est autem de his in physicis.

g. Et de mouẽrium causa, utrũ unum, aut plura ponendũ, nec recte, nec rationabiliter putandum est omnino dictum esse.

h. Et ex toto alterationem auferre est necesse sic dicentibus. Non. n. ex calido frigidũ, nec ex frigido calidum erit. Quod enim ea patietur contraria, & quę ẽ una natura, quę sit ignis, & aqua? quod ille non ponit. H

i. Anaxagoram uero siquis susceperit, duo elementa dicere, suscipiant maxime secundum rationem: quam ille quidẽ non dearticulauit, secutus tamẽ est ex necessitate dicentes eã. Nã absurdo existente taliter dicere permista esse a principio omnia, & quia oportet accipere, ꝙ impermista præexistant, & quia non aptum cuilibet permiscери quodlibet. Adhuc autem quia passiones & accidentia separanť a subst̃atijs: corũdem enim permistio & separatio. Tamen siquis exequitur articulãs quod vult dicere, forte apparebit mirabilius dicẽs. Quãdo nanq; nihil erat discretum, palam quia nihil erat uerum dicere de substantia illa. Dico autem quia neque album neque nigrum, aut fuscum, aut alium colorem, sed neque colorata erat ex necessitate: horum enim colorẽ aliquem haberet. Similiter autem & sine humoribus, eadem quoque ratione, neq; aliud similium. Nihil enim neque quale aliquid id possibile est esse, neque quãtum, neque quid. Aliqua enim

K

I

Idipsum autem & siquis hæc plura ponit, ut Empedocles quatuor corpora ait esse materiam. & enim huic partim eadem, partim propria necesse est accidere. Nam & quòd inuicem fiunt, uidemus, tanquam non semper igne, & terra manente eodem corpore. dictum autem de eis in de Naturalibus est.

Deque causa mouentium, utrum unum: an duo ponenda sint, neque recte, neque irrationabiliter omnino arbitrandum est dictum fuisse.

Et simpliciter alterationẽ auferãt necesse est, qui ita dicunt. non enim ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit. Quid enim ipsa contraria patiuntur, & quænam una natura sit, quæ ignis & aqua fiat? quod ille minime inquit.

Anaxagoram uero siquis putauerit duo dicere elementa, maxime secundum rationem arbitrabitur: quam ille quidem ipse non digessit, necessario tamen secutus fuisset eos, qui eam inferrent. Quandoquidem & aliter cum absurdum sit dicere a principio omnia mista esse, tum quoniam accidit immista oportere antea esse, tum quoniam non est natura aptum quodcunque cuicunque miscери, & ad hæc, quoniam passiones, & accidentia separarentur a substantijs: eorundem enim est mistio, & separatio, siquis tamen sequatur, digerens unà cum eo, quæ dicere vult, fortassis uidebitur quædam noua decentius dicere. Quando enim nil erat, separatum, patet quòd nil erat vere de illa substantia dicendum. dico autem quòd neque album, neque nigrum, aut fuscum. aut alium colorem sed quod colore vacans necessario esset. alioqui nanque aliquem horum colorum haberet. similiter etiam sine sapore eadem ratione, nec aliud quicquam similium. nec enim quare quid possibile est illud esse, neque quantum, neq; quid. formarum enim, quæ in parte dicuntur, aliquæ ei sane inessent. hoc uero impossibile, si mista

ut dictum est primo physi. Sed ad sensum nidemus ꝙ quatuor elementa ex inuicem generantur. Vnde & de eorum generatione in scientia naturali determinatur. Ergo inconuenienter posuit quatuor elementa prima rerum principia.

g ¶ Hic ostendit secundum inconuenjens, quod pertinet ad cãm mouentem. Ponere. n. plures causas mouentes & contrarias non omnino dictũ est recte, nec omnino rationabiliter. Si enim causæ mouẽtes accipiantur proxime, oportet eas esse contrarias, cum earum effectus contrarij appareant. Si autẽ accipiatur prima causa, tũc oportet esse unum, sicut apparet in. xij. huius scięt. & in viij. phy. Cum igitur ipse intẽdat ponere primas causas mouentes, inconuenienter posuit eas contrarias.

T.c. 50. lib. 1. T.com. 2.

h ¶ Hic ponit tertiã rationem, quę ducit ad inconueniens, & est talis. In omni alteratione oportet esse idem subiectum, quod patitur cõtraria. Et hoc ideo, quia ex uno contrario nõ fit alterum, ita ꝙ unũ contrariũ in alterũ conuertatur, sicut ex calido non fit frigidũ ita ꝙ ipse calor fiat frigus, uel econuerso licet ex calido hat frigidũ, suppositio uno subiecto tantum, inquantum unum subiectũ quod suberat calori, postea subest frigori. Empedoc. uero non posuit unum subiectum cõtrarijs immo cõtraria in diuersis subiectis posuit, sicut calidum in igne, & frigidum in aqua. Nec iterum posuit illis duobus unã naturam subiectam, ergo nullo modo potuit alterationem ponere. Et hoc est incõueniens, ꝙ alteratio totaliter auferatur.

i ¶ Hic prosequitur de opinione Anaxago. & circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter opinio Anaxag. est suscipienda quasi uera, & quomodo quasi falsa in generali. Secundo explicat utrunq; in speciali. ibi: Nam absurdo existente &c.} Dicit ergo primo, ꝙ si quis vult suscipere opinionem Anaxagoræ ueram de eo ꝙ posuit duo principia, s. materiam, & causam agentem, accipiat eam secũdum rationem, quam uidetur ipse secutus, quasi quadam necessitate ueritatis coactus, ut sequeretur eos qui hanc rationem exprimunt. Ipse uero { non articulauit eam }. i. nõ expresse distinxit. Eius ergo opinio est uera quantum ad hoc quòd

quòd non exp⁹ esset, falsa quantum ad hoc quòd expressit. Et A hoc in speciali patet sic. Quia si totaliter accipiatur eius opinio secundũ ꝙ in superficie apparebat ex eius dictis, apparebit maior absurditas pp quatuor rationes. Primo, quia hoc ipsum quod est omnia in principio mũdi fuisse pmixta, est absurdũ, cũ distinctio partiũ mundi æstimetur secũdum sententiam Aristotelis sempiterna. Secũda rõ est, quia im permixtũ se habet ad pmixtũ sicut simplex ad compositũ: sed simplicia præexistunt compositis, & non econuerso: ergo impermixta oportet præexistere mixtis: cuius cõtrarium Anaxag. dicebat. Tertia ratio est quia nõ quodlibet natũ est misceri cui libet in corporibus: sed illa sola nata sũt adinuicem misceri, quæ nata sunt adinuicem transire per aliquam alterationẽ, eo ꝙ mixtio est miscibilium alteratorũ unio. Anaxag. uero ponebat quod libet esse mixtũ cui libet. Quarta ratio est, quia eorundem est permixtio & separatio. Non enim dicũtur misceri nisi illa, quæ apta nata sunt separata existere: sed passiones & accidentia sunt permixta substantijs, ut Anaxa. dicebat. ergo sequeretur ꝙ passiones & accidẽtia possint a subst̃atijs separari, quod est manifeste falsũ. Ist̃igit absurditates apparent, si consideretur opinio Anax. superficialiter. Tamen siquis exequatur {articulariter} ideſt diligẽter & manifeste perquirat quod Anaxagoras {vult dicere} ideſt ad quod eius intellectus tendebat, licet exprimere nesciret, apparebit eius dictum mirabilius & subtilius precedentiũ philosophorum dictis. Et hoc pp duo. Primo, quia magis accessit ad ueram materię cognitionem. Quod ex hoc patet, quia in illa pmixtione rerũ qñ nihil erat ab alio discretũ, sed oia erant permixta, de illa substantia sic pmixta, quã ponebat rerũ materiã, nihil vere poterat pdicari, vt patet de coloribus. Non. n. poterat de ea prædicari aliquis spalis color, vt diceret esse alba, uel nigra, uel sẽm aliquẽ aliũ colorẽ colorata, qa secundũ hoc, oporteret illum colorem nõ esse alius permixtum. Et similiter color in genere non poterat de ea prędicari, ut diceretur esse colorata, quia de quocunque prædicatur genus necesse est aliqnã eius speciem prædicari, siue sit prædicatio uniuoca, siue denominatiua. Vnde si illa substantia esset colorata, de necessitate haberet aliquem determinatum colorem, quod est contra prædicta. Et similis ratio est de { humoribus }. ita. poribus, & de omnibus aliis hmõi. Vnde nec ipsa genera prima poterant de ipso prædicari, ut. s. esse qualis, uel quanta, uel aliquid hmõi. Si. n. genera prędicarentur oporteret ꝙ aliqua specierum particularium inesset, ei, quod est impossibile, si ponantur omnia esse permixta, quia iam ista species quæ de illa substantia diceretur, esset ab aliis distincta. Et hæc est uera natura materiæ, ut. s. non habeat actu aliquam formam, sed sit in potentia ad omnes, quia & ipsum mixtum non habet actu aliquid eorum, quę in eius mixtionem conueniunt, sed potẽtia tñ. Et propter hanc similitudinem materiæ primæ admixtũ, videtur posuisse mixtionem prædictam, licet aliqua differentia sit inter potentiam materiæ & potentiam mixti. Nam miscibilia etsi sint in potentia in mixto, tñ nõ sunt in eo in potẽtia pure passiua. Manẽt. n. uirtute in mixto. Quod ex hoc põt patere quia mixtum habet motum & operationes ex uirtute corporum miscibilium. quod non posset dici de his, quæ sunt in potentia in materia prima. Est & alia differentia, quia mistum, etsi nõ sit actu aliquod miscibiliũ, est tamen aliquid actu, quod de materia prima dici non potest. Sed hanc differentiam uidetur remouere Anaxagor. ex hoc, quòd non posuit particulare aliquam mixtionem, sed uniuersalem omnium. Secundo subtilius cæteris dixit, quia magis accessit ad ueram cognitionẽ primi principii agentis. Dixit enim omnia esse permixta præter intellectũ, & hunc dixit solum esse impermixtum & purum. Ex quibus patet, quòd ipse posuit duo esse principia, & ipsum intellectum posuit esse unum secundum ꝙ ipse ẽ simplex & impermixtus, & alterũ principium posuit materiam primam, quam ponim⁹ sicut indeterminatam, antequam determinetur, & antequam aliquam speciem participet. Materia enim cũ sit infinita in potentia, inquantum est susceptiua infinitarum formarum, determinatur per formam, & per eam cõsequitur aliqua speciem. Patet igitur quòd Anax. secundum illa, quæ exprimit, nec dixit recte, nec plene. Tamen uidebatur directe dicere aliquid propinquius opinionibus posteriorum, quæ sunt uerius, s. opinioni Platonis & Aristo. qui recte de materia prima senserunt. Quæ quidem opiniones tunc erant magis apparẽtes. Vltimo excusat se Arist. a perscrutatione diligentiori harum opinionum, quia sermones dictorum Philosophorum sunt proprii sermonibus naturalibus, ad quos pertinet tractare de generatione & corruptione. Ipsi enim fere posuerunt principia & causas talis subst̃antiæ, scilicet materialis & corruptibilis. Dicit autem { fere } quia de aliis subst̃antiis non tractabant, quamuis quædã principia ab eis posita, se possent ad alia etiam extendere, ut patet de intellectu maxime. Quia igitur non posuerunt principia communia omnibus subst̃antiis, quod pertinet ad istam scientiam, sed principia solum subst̃antiarum corruptibiliũ, quod pertinet ad Scientiam Naturalem, ideo diligens inquisitio de prædictis opinionibus magis pertinet ad Scientiam Naturalem, quam ad istam.

dictarum in parte specierũ inessent vtique ei. sed hoc palam impossibile permixtis omnibus. iam enim discreta essent. Dicit autem permixta esse omnia præter intellectum: hunc autem impermixtum solum & purum. Ex his autem accidet eidem dicere duo principia intellectum ipsum: hoc enim simpliciter impermixtum, & alterũ, quale ponimus indeterminatum, antequam determinetur, & quadam specie participet. Quare dicit ꝙ quidem, neque recte, neque plane. Vult tamen aliquid posterius dicenti bus propinquum, & nunc apparentibus magis. Verum hi quidem his qui circa generationẽ sermonibus & corruptionem & motum proprij sunt solum. Fere nanq; circa talis subst̃atię principia & cãs querũt solum.

B

C

LECTIO. XIII.

a Vicunque uero de omnibus existentibus faciunt theoricam. existentium autem hec quidẽ sensibilia, illa uero insensibilia ponunt, palam quia de vtrisq; generibus pscrutationẽ faciũt. Propter quod magis vtiq; im

D

LECTIO XIII.

Vicunque vero de cunctis quidem entibus speculantur, entiũ autem quædã nõ sensibilia ponunt, manifestum est, quòd de vtrisque generibus perscrutantur. Quare magis immoretur quispiam de ijs quid bene, quidue non be

sunt omnia. essent enim iam separata.

Ait autem omnia esse mista, intellectu excepto: hunc uero solum impermistum, & purum. Ex his vero accidit principia dicere. & ipsum unum (hoc enim simplex & impermistum) & alterum tanquam ens, quale indeterminatum ponimus. an te quàm determinetur, & aliqua participet forma. Quare dicit quidem, neque recte, neque clare, vult autem simile quiddam & ita. quæ posterius dicunt, & ut, quæ nunc magis apparent. Verum hæ quidem illarum: quæ circa generationem, & corruptionẽ, & motum sunt rationum, propriæ sunt solum. ferè enim de tali subst̃antia & principia, & causas inuestigant solum.

E

I C disputat contra opiniones Pythagoræ & Platonis, qui altiora principia posuerũt quàm naturalia. & circa hoc duo facit: Primo ostendit, ꝙ consideratio harum opinionum magis pertinet ad scientiam presentem, quàm prędictarum. Secũdo incipit cõtra eas disputare. ibi: {Ergo qui Pythagorici sunt vocati.} Dicit ergo primo

a

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd illi, qui ſ faciunt theoricam, } ideſt conſiderationem de omnibus entibus, & ponunt quòd entium quædam ſunt ſenſibilia, quædam inſenſibilia, perſcrutantur de vtroque genere entium. Vnde inueſtigare de opinionibus eorũ, qui bene & qui non bene dixerunt, magis pertinet ad perſcrutationem quam proponimus tradere in hac ſcientia. Nam hæc ſcientia eſt de omnib⁹ entibus, non de aliquo particulari genere entis. Et ſic illa, quæ pertinent ad omnia entis genera, magis ſũt hic conſideranda q̃ illa, quę pertinẽt ad aliquod particulare genus entis &c.

T. com. 19. parte. 2.

morabitur aliquis, de eis quòd bene, aut non bene dicunt, ad preſentẽ nobis propoſitorum perſcrutationem.

b. Ergo qui Pythagorici ſunt vocati, principijs & elementis extrance a phyſiologis ſunt vſi. Cauſa vero, quia acceperunt ea ex non ſenſibilibus. Nã mathematica exiſtentium ſine motu, ſunt extra ea, quę ſunt circa aſtrologiam. Diſputãt tamen & tractant omnia de natura. genera nt. n. cœlũ, & quod circa huius partes & paſsiones & opera tiones accidit obſeruãt, & principia & cãs in hoc diſpenſant, quaſi alijs phyſiologis conſentientes: quia ens, hoc eſt quodcunque ſenſibile eſt, & compre hendit vocatum cœlum. Cauſas vero & principia, ſicut diximus, dicunt ſufficientia pertin gere vſque ad ea, quæ ſunt entium ſuperiora, & magis quãm de natura rõnibus cõueniẽtia.

Par. pñ. & ſequenti Lect. 4. Hac par. Part. ſeq.

b ¶ Hic diſputat cõtra opiniones prædictorum Philoſophorũ, & primo contra Pythagoram. Secundo contra Plato nem. ibi: { Qui vero ideas. } Circa primũ duo facit. Primo oſtendit in quo Pythagoras conueniebat cũ naturalibus, & in quo ab eis differebat. Secundo di ſputat cõtra eius opinionẽ. ibi: { Ex quo tamen modo motus &c. } Sciendum eſt ergo, quòd Pythagorici in vno cõueniebant cum naturalibus, in alio ab eis differebant. Differebãt quidem in poſitione principiorũ. Vſ ſuntenim principijs rerum extraneo modo a Naturalib⁹. Cuius cauſa eſt, q̃a principia rerum non acceperunt ex ſenſibilibus, ſicut Naturales, ſed ex mathematicis, quæ ſunt ſine motu. Vnde nõ ſunt naturalia. Quod autem mathematica dicuntur eſſe ſine motu, referẽdum eſt ad illas ſcientias, quę ſunt puræ mathematicæ, ſicut Arithmetica, & Geometria. Aſtrologia enim cõſiderat motum, quia Aſtrologia eſt media ſciẽtia inter Mathematicam, & Naturalem. Principia enim ſua Aſtrologia, & aliæ medię applicant ad res naturales, vt patet. 2. phyſico. Conueniebat autem Pythagoras cum Naturalibus quantum ad ea, quorum principia quærebat. Diſputabat enim & tractabat de omnibus naturalibus. Tractabat enim de generatiõe cœli, & obſeruabat omnia, quæ accidunt circa partes cœli, quæ dicuntur diuerſæ ſphęre, uel etiam diuerſę ſtellę: & quæ accidunt circa paſſiones, vel circa eclipſes luminarium, & quę accidunt circa operationes & circa motus corporum cœleſtium, & circa eorum effectus in rebus inferioribus. Et ſingulis huiuſmodi diſpenſabat cauſas, adaptando ſcilicet unicuique propriam cauſam. Et videbantur etiam in hoc conſentire aliis Naturalibus, quòd ſolum ſit illud ens quòd eſt ſenſibile, quod comprehenditur a cœlo, quod videmus. Non enim ponebant aliquod corpus ſenſibile infinitum, ſicut alij Naturales poſuerunt. Nec iterum ponebant plures mundos, ſicut poſuit Democritus. Ideo autem videbatur eſtimare, quòd nulla entia eſſent niſi ſenſibilia, quia non aſſignabat principia, & cauſas, niſi talibus ſubſtantijs. Nihilominus tamen cauſæ & principia, quæ aſſignabat, non erant propria & determinata ſenſibilibus, ſed erãt ſufficiẽtia aſcendere ad ſuperiora entia, ideſt ad entia intellectualia. Et erant adhuc magis conuenienti a quãm rationes Naturalium, quę non poterant extendi vltra ſenſibilia, quia ponebant principia corporea, Pythagoras vero, q̃a ponebat principia incorporea, ſcilicet numeros, quãmuis non poneret principia niſi corporum ſenſibilium, ponebat tamen entium intelligibilium, quæ non ſunt corpora, principia pœnæ, ſicut & Plato poſterius fecit.

T.c.20. ουσιολογ.

c. Ex quo tamen modo motus inerit finito & infinito ſolum, ſuppoſitis pari & impari, non dicunt. Quomodo autem poſſibile ſine motu & trãſmutatione, generationem & corruptionem eſſe, aut eorum, quæ gerũtur, opera circa cœlum?

c ¶ Hic ponit treu rationes contra opinionem Pythagorę. quarum prima talis eſt. Pythagoras non poterat aſſignare } quomodo motus ad uenıat rebus: quia non ponebat principia niſi finitum & infinitum, par & impar, quæ ponebat principia ſicut ſubſtantia, ſiue materialia principia: ſed oportebat eum concedere motũ rebus ineſſe. Quomodo enim eſſet poſſibile ſine motu & tranſmutatione eſſe generationem, & corruptionem in corporibus, & operationes eorum, quæ geruntur circa cęlum, quæ per motus quoſdam fiunt: patet quòd nullo modo. Vnde, cum Pythagoras conſideraũr de generatione & corruptione, & eis, quę geruntur circa cœlum, patet quòd inſufficienter poſuit non aſſignans aliqua principia motus.

T.c.21. parte. 4.

Amplius autem ſiue quis det ex eis eſſe magnitudinem, ſiue hoc oſtendatur, tamen quomodo erunt hęc corporum leuia, illa vero grauitatem habentia? Ex quibus enim ſupponunt, & dicunt, nihil magis de mathematicis corporibus dicũt, quã de ſenſibilibus. vnde de igne &

d ¶ Hic ponit ſecundam rationem. Pythagoras enim ponebat ex numeris componi magnitudines. Sed ſiue hoc probet, ſiue concedatur, non poterit ex numeris aſſignare cauſam, quare quædam ſunt grauia, quædam leuia. Quod ex hoc patet, quia rationes numerorum non magis adaptantur corporibus ſenſibilibus, quàm mathematicis, quæ ſunt non grauia & leuia. Vnde patet, quòd ipſi nihil dixerunt plus de corporibus ſenſibilibus, quàm de mathematicis. Et ſic patet, quòd cum corpora ſenſibilia, vt ignis & terra & huiuſmodi, inquantum talia, addant aliquid ſupra mathematica, nihil proprium de iſtis ſenſibilibus dixerunt ſecundum veram æſtimationem. Et ſic iterum patet, quod inſufficienter poſue-

Qui itaque Pythagorici appellantur, principijs quidem, & elementis aliquori modo quàm Phyſiologi vtuntur. Cauſa uero eſt, quoniam ea non ex ſenſibilibus acceperunt. Entium enim, quæ mathematica ſunt, ſine motu ſunt, præter illa, quæ circa Aſtrologiam ſunt. diſputant tamen, & tractant omnia de natura. etenim generant cœlum, & circa eius paſſiones, partes, & opera obſeruant quod accidit, & principia, & cauſas in his conſumunt, tanquam cæteris Phyſiologis conuenientes: quia ipſum ens hoc eſt, quodcunque ſenſibile eſt, & quod continet id, quod uocatur cœlum. Cauſas uero, & principia, ſicut diximus, ſufficientia, ut dicunt, etiam uſque ad ſuperiora entium tranſcendere, & magis quàm de natura ſermonibus conuenientia.

Ex quo uero modo motus erit, finito & infinito, & pari & impari ſolum ſuppoſitis, nihil aiunt. Aut quomodo poſſibile eſt ſine motu & mutatione generationem & corruptionem eſſe, aut actiones eorum, quæ in cœlo feruntur.

Item ſiue quis eis concedat ex his magnitudinem eſſe, ſiue monſtretur hoc, quomodo tamen quædam corporum, leuia, quædam grauitatem habentia erunt? e quibus enim ſupponunt, & aiunt, nil magis quàm de mathematicis corporibus, de ſenſibilibus dicunt. quare de igne, aqua, aut de huiuſmodi cæteris cor-

poribus nihil dixerunt, tamquàm nil de ſenſibilibus proprium dicentes.

Item, quomodo paſſiones quidẽ numeri, & ipſum numerum putandum cauſas eorum eſſe, quæ ſunt a principio, ac de nouo in cœlo, ſunt: numerũ vero alium præter hunc numerũ, ex quo mundus cõſtat, nullũ eſſe?

*Cùm enim in hac quidem parte opinio eis, & tempus ſit, paululum uero deſuper aut deorſum *iniuria, & diſiunctio, aut miſtio, probationem autem afferant, quòd horum quidem unumquodque numerus eſt, contingit autem in hunc locum multitudinem iam conſtitutarum magnitudinem eſſe, eò quòd paſſiones hæ ſequuntur ſingula loca, utrum iſte eſt idem numerus, qui in cœlo, quem oportet accipere, quod horum unumquodque eſt, an præter iſtum alter? Plato etenim alium eſſe ait, at ille quoque numeros putat, & illa eſſe, & horum cauſas, ſed intelligibiles quidem cauſas, hos uero ſenſibiles. De Pythagoricis itaq; prætermittamus modo. Sufficit enim in tantum eos attigiſſe.*

*a.l.iniuſtũ

LECTIO XIIII.

LECTIO XIIII.

a VI vero ideas poſuerũt, primũ quidẽ horũ exiſtẽtiũ accipere cauſas q̃rentes, alia his equalia numero attulerũt. Vt ſi qs numerare volens, paucioribus quidẽ exiſtentibus puteꝛ non poſſe, plures vero faciẽtes numeret. Nam fere æquales, aut non pauciores his ſunt ſpecies. De qb⁹

VI uero ideas ponunt, primũ quidem, cum quærerent horum exiſtentiũ cauſas habere, cætera æqualia bis numero attulerunt. velut ſi quis numerare volens, cùm quidem pauciora exiſtant, arbitretur non poſſe, plura vero ea faciat, & ita numeret. Ferè etenim formæ æquales, aut non pauciores ijs. Ex quibus, dum

*a.c.addit cauſas.

T.c.22. parte. 5.

e Amplius autem, quomodo oportet accipere eas quidem eſſe numeri paſsiones, & numerum circa cœlũ exiſtentium & Tex. 23. factorũ, & ab initio, & nũc? numerum vero nullum eſſe præter numerũ hunc, ex quo conſiſtit mundus? Nam, cũ in hac parte opinio & tempus ſit eis, parum vero deſuper, aut ſubtus iniuſtia & diſcretio, aut & pmiſtiõ, demonſtrationẽ autem dicãt, quia horũ vnumquodq; numerus eſt: accidit autẽ ſecundum hũc locum iam pluralitatẽ eſſe conſtitutarum magnitudinũ, quia paſsiones hæ ſequunt ſingula loca: vtrũ idem eſt hic numer⁹, qui in cœlo eſt, quẽ oportet accipere, quia vnũquodque Tex. c.24 generabilia & corruptibilia eſt ex partim ſupra, aut ſubtus, in ordine vniuerſi eſſet inordinatio, vel per modum iniuſtitiæ, dum ſcilicet aliqua res ſortiretur nobiliorẽ locum, vel minus nobilem quàm ſibi debeatur. Aut per modũ diſcretionis, inquantum corpus, ſi poneretur extra locum ſuum, diuideretur a corporibus a ſimilis naturę. Vel per modum miſtionis & confuſionis, dum corpus extra ſuum locum poſitum oportet permiſceri alteri corpori: ſicut ſi aliqua pars aquæ eſſet in aliquo loco aeris, vel in loco terrę. Et videtur in hoc tangere duplicem conuenientiam corporis naturalis ad ſuum locum. Vnam ex ordine ſitus, ſecundum quòd nobiliora corpora ſortiuntur altiorem locum, in quo videtur quędam iuſtitia. Aliam autem ex ſimilitudine, vel diſſimilitudine corporum locatorum adinuicem, cui contrariatur diſcretio & permiſtio. Quia igitur res ſecundum quòd determinatum ſitum habent in vniuerſo, conuenienter ſe habent, quia ſitus in modico mutaretur, ſequeretur inconueniens, vt dictum & manifeſtum eſt, quòd omnes partes vniuerſi ſunt ordinatæ ſecundum determinatam proportionem. Omnis enim determinata proportio eſt ſecundum numeros. Vnde oſtendebat Pythagoras, quòd omnia entia eſſent numer⁹. Sed ex alia parte videmus, quòd magnitudines conſtitutę in diuerſis locis ſunt plures & diuerſæ, quia ſingula loca vniuerſi cõſequuntur proprie paſſiones, quibus corpora diuerſificantur. Nam aliæ ſunt paſſiones corporis exiſtentis ſurſum & deorſum.

Cum igitur Pythagoras ratione prędicta dicat omnia ſenſibilia numerum, & videamus accidere diuerſitatem in ſenſibilibus ſecundum diuerſa loca, utrum ſit idem & vnus numerus tantum, qui eſt { in cœlo } ideſt, in toto corpore ſenſibili, quod in cœlo includatur, de quo oportet accipere, quòd eſt ſubſtantia vniuſcuiuſq; ſenſibilis: aut præter hunc numerum, qui eſt ſubſtantia rerum ſenſibilium, eſt alius numerus, qui eſt eorũ cauſa. Plato autem dixit alium numerum, qui eſt ſubſtantia ſenſibilium, & qui eſt cauſa. Et qa ipſe Plato exiſtimauit, ſicut Pythagoras, numeros eſſe ipſa corpora ſenſibilia & cauſas eorũ, ſed numeros intellectuales æſtimauit cauſas inſenſibiliũ, numeros vero ſenſibiles cauſas eſſe & formas ſenſibiliũ. Quod quia Pythagoras non fecit, inſufficienter poſuit. Cõcludit autem in fine, quòd iſta ſufficiant de Pythagoricis opinionibus, nã eas tetigiſſe ſufficit.

LECT. XIIII.

2 IC diſputat cõtra opinionẽ Platonis: & diuiditur in duas partes. Primo diſputat contra eiꝰ opinionem, quãtum ad hoc, quod ponebat de rerum ſubſtantiis. Secũdo quantum ad hoc, quod de rerũ principijs, ibi: { Omnino autem ſapiẽtia. } Prima diuiditur in duas partes. Primo enim diſputat contra hoc, quòd ponebat ſubſtantias ſpecies. Secundo quantum ad hoc, quòd ponebat de mathematicis, ibi: { Amplius ſi ſunt numeri. } Circa primum duo facit. Primo enim diſputat contra ipſam poſitionẽ Platonis. Secundo contra rationem ipſius, ibi. { Amplius autem ſecũdum quos &c. } Dicit ergo primo, quòd Platonici ponentes ideas eſſe quaſdã ſubſtantias ſeparatas, in hoc videntur deliquiſſe: quia, cum ipſi quærerent cauſas horum ſenſibilium entium, prætermiſſis ſenſibilibus, adinuenerunt quædam alia noua entia æqualia numeris ſenſibilibus. Et hoc videtur inconueniens: quia qui quęrit cauſas aliquarum rerum, debet ipſas certificare, nõ alias res addere, ex quarum poſitione accreſcat neceſſitas inquiſitionis. Hoc enim ſimile eſt, ac ſi aliquis vellet numerare res aliquas, quas non putet ſe poſſe numerare, ſicut pauciores, ſed vult eas numerare multiplicando eas per additionem aliquarum rerũ. Conſtat enim, quòd talis ſtulte mouetur, quia in pauciorib⁹ eſt via magis, quia melius & facilius certificant pauca q̃ multa. Et numerus tanto eſt certior, quanto eſt minor, ſicut propinquior vnitati, quę eſt menſura certiſſima.

Sicut

par. 2. Lect. huius

Lect. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sicut autem numeratio est quædam rerum certificatio quantum ad numerum, ita inquisitio de causis rerum, est quædam certa mensura ad certificationem naturæ rerum. Vnde sicut numeratæ pauciores res, facilius certificantur quantum ad earum numerum, ita pauciores res facilius certificantur quantum ad earum naturam. Vnde, cum Plato ad notificandum res sensibiles tantum, multiplicaverit rerum genera, adiunxit difficultates accipiés quòd est difficilius ad manifestationem facilioris: quod est incõueniens. Et quòd ideæ separatæ sint æquales numero, aut non pauciores sensibilibus, de quibus Platonici inquirunt causas (quibus Aristoteles se connumerat, quia Platonis discipul⁹ fuit) & determinauerunt procedentes de his sensibilibus ad prædictas species, manifestum est, si consideretur qua ratione Platonici ideas induxerunt, hæc scilicet, quia videbãt in omnibus vniocis vnũ esse in multis. Vnde id vnum ponebant esse speciem separatam. Videmus tamẽ, quòd circa omnes substãtias rerum aliarum ab ideis inuenitur vnum i multis per modũ vniuocę prędicationis, inquantum inueniuntur multa unius speciei. Et hoc non solum in sensibilibus corruptibilibus, sed etiam in mathematicis, quæ sunt sempiternæ: quia & in eis multa sunt vnius speciei, ut supra dictum est. Vnde relinquitur, quòd omnibus speciebus rerum sensibiliũ respondeat aliqua idea. Quelibet igitur earum est quoddam æquinocum cum istis sensibilibus, quia communicat in nomine cum eis. Sicut enim Socr. dicitur homo, ita & illa: tamen differunt ratione. Ratio enim Socra. est cum materia, ratio uero hominis idealis est sine materia. Vel secundum aliam literam. Vnaquæq; species dicitur esse aliquid vniuocum, inquantum scilicet est vnum in multis, & conuenit cum illis, de quibus prædicatur quantum ad rationem speciei. Ideo autem dicit æquales, aut non pauciores, quia ideæ uel ponuntur solum specierum, & sic erunt æquales numero istis sensibilibus, si numerentur hic sensibilia, secundum diuersas species, & non secundum diuersa individua, quæ sunt infinita. Vel ponuntur ideæ non solum specierum, sed etiam generum, & sic sunt plures ideę quàm species sensibilium, quia ideæ tunc erunt species omnes, & præter hæc omnia & singula genera. Et propter hoc dicit, aut non pauciores: quasi dicat, sed plures. Vel aliter, vt dicantur esse æquales, inquantum ponebat eas esse species sensibiliũ. non pauciores autem, sed plures, inquantum ponebat eas nõ solum species sensibilium, sed etiam mathematicorum.

T.com. 27. part. 2.

part. 3.

part. 4.

T.c. 28. part. 5.

quærẽtes causas ab his ad illas peruenerunt. Secundũ vnumquodq; enim æquiuocũ homogeneũ aliquid est, & circa substantias aliorum est in multis vnũ, & in his & in sempiternis.

b Amplius autem secundum quos modos ostendimus quia sunt species, secundũ nullum videntur horũ: ex quibusdam enim non est necesse fieri syllogismum ex quibusdã vero ita, & non quorum putamus, horum fiunt species.

c Quia secundũ rationes eas, quę fiunt ex scientijs, omnium erunt species quorumcunque sunt scientię, & secundũ vnum in multis, & in negationibus.

d Et secundum quòd intelligitur aliquid corrumpi corruptibilium: Phantasma enim aliquid horum est.

e Amplius autem rationũ certissimę, aliæ quidẽ eorum, quę ad aliquid, ideas faciunt, quorum non dicunt esse secundum se genus: alię uero tertium hominem dicunt.

b ¶ Hic disputat contra Platonem quantum ad rationem suæ positionis, & circa hoc duo facit. Primò tangit modos in generali, quibus rationes Platonis deficiebant. Secundo exponit illos in speciali, ibi, ‡ Quia secundum rationes scientiarum. ‡ Dicit ergo primo, quòd secundum nullum illorum modorum videntur species esse, secundum quos nos Platonici ostendimus species esse. Et hoc ideo, quia ex quibusdam illorum modorum non necessarium est ‡ fieri syllogismum ‡ idest quasdam rationes Platonis, quia scilicet non de necessitate possunt syllogizare species esse. Ex quibusdam vero modis fit syllogismus, sed non ad propositum Platonis, quia per quasdam suas rationes ostenditur, quòd species separatæ, sunt quarundam rerum, quarum esse species Platonici non putauerunt similiter, sicut & illarum quarum putauerunt esse species.

c ¶ Hic prosequitur istos modos in speciali. & primo prosequitur secundum, ostendendo, quòd sequitur per rationem Platonis species esse aliquorum, quorum species Plato non ponebat. Secundo prosequitur primum, ostendens, quòd rationes Platonis non sunt sufficientes ad ostendendum esse ideas, ibi: ‡ Omnium autem dubitabit aliquis &c. ‡ Circa primum ponit septem rationes: quarum prima talis est: Vna rationum inducentiũ Platonem ad ponẽdum ideas sumebatur ex parte scientię, quia videlicet scientia, cum sit de necessarijs, non potest esse de his sensibilibus, quæ sunt corruptibilia, sed oportet quòd sit de entibus separatis in corruptibilibus. Secundum igitur hãc rationem ex scientijs sumptam, sequitur, quòd species sint omnium quorumcunq; sunt scientiæ. Scientiæ autem non solum sunt de hoc, quod est esse vnum in multis, quod est per affirmationem, sed etiam de negationibus: quia sicut sunt aliquæ demonstrationes concludentes affirmatiuam propositionem, ita sunt etiam demonstrationes concludentes negatiuam propositionem: ergo oportet etiam negationum ponere ideas.

d ¶ Hic ponit secundam rationem. In scientijs enim non solum intelligitur, ꝙ quædam semper se eodem modo habent, sed etiam ꝙ quædam corrumpuntur: aliter tolleretur scientia naturalis, quæ circa motum versatur. Si igitur oportet esse ideas omnium illorum, quæ in scientijs intelliguntur, oportet esse ideas corruptibilium, inquantum corruptibilia, hoc est inquantum sunt hæc sensibilia singularia. Sic enim sunt corruptibilia. Non autem potest dici secundum rationem Platonis, quòd scientiæ illæ, quibus intelligimus corruptiones rerum, intelligantur corruptiones horum sensibilium: quia horum sensibilium non est intellectus, sed imaginatio, uel phantasia, quę est motus factus a sensu secũdum actum, secundum quod dicitur Secundo de Anima.

e ¶ Hic ponit tertiam rationem, quæ continet duas conclusiones, quas certissimis rationibus dicit concludi. Vna est, quia, si ideę sunt omnium, quorum sunt scientiæ; scientiæ autem non solum sunt de absolutis, sed etiam sunt de his, quę dicuntur ad aliquid: sequitur hac ratione faciente, quòd ideę sunt etiam eorum, quę sunt ad aliquid: quod est contra opinionem Platonis: quia, cum ideæ separatæ, sint secundum se existentes, quod est contra rationem eius, quod est ad aliquid, non ponebat Plato eorum, quæ sunt ad aliquid, aliquod esse genus idearum, quę secundum se dicuntur. Alia conclusio est, quæ ex aliis rationibus certissimis sequitur, quòd scilicet sit tertius homo. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Vno modo, quòd intelligatur, quòd homo idealis sit tertius a duobus hominibus sensibilibus, qui communis hominis prædicationem suscipiunt. Sed hæc non videtur eius esse intentio, licet hoc tangatur Secundo Elenchorum. Hec enim est positio, contra quam disputat. Vnde ad hoc non duceret

T.c. 29.

duceret quasi ad inconueniens. Alio modo potest intelligi, vt dicatur tertius homo, scilicet qui sit cõmunis & homini idealí, & homini sensibili. Cũ enim homo sensibilis, & homo idealis conueniant in ratione, sicut duo homines sensibiles, & sicut homo idealis ponitur tertius prꝫter duos homines sensibiles, ita alius homo debet poni tertius prꝫter hominem idealem, & hominẽ sensibilem. Et hoc etiã nõ videtur hic esse eius intentio, quia ad hoc inconueniens statim alia ratione ducit. Vnde esset superflus hic ad idẽ inconueniens ducere. Tertio modo potest intelligi, quia Plato ponebat in quibusdam generibus tria, quædam scilicet sensibilia, mathematica, & species, sicut in numeris, & lineis, & omnibus huiusmodi. Nõ est autem maior ratio, quare in quibusdam rebus ponantur media, & non alibi, ergo oportebat etiã in specie hominis ponere hominẽ medium, qui erit tertius inter hominẽ sensibilem & idealem. Et hanc etiam rationem in posterioribus libris Aristoteles ponit.

f ¶ Hic ponit quartam rationem, quæ talis est. Quicunq; per suam rationẽ removet aliqua, quę sunt apud eum magis nota, quam ipsa positio, inconuenienter ponit: sed istę rationes, quas Plato posuit de speciebus separatis, auferunt quædam principia, quæ Platonici dicentes esse species, magis volunt esse vera, quàm hoc ipsum qd est ideas esse. ergo Plato inconuenienter posuit. Minorem autẽ sic manifestat. Ideæ secundum Platonem, sunt priores rebus sensibilibus & mathematicis: sed ipsæ ideæ sunt numeri secundum eum, & magis numeri impares, ꝙ pares: quia numerũ imparem attribuebat formæ, parem autẽ materiæ, unde & dualitatem dixit esse materiam. Sequitur ergo, ꝙ alij numeri sunt priores dualitate, quam ponebat sicut materiam sensibilium, ponens magnum & parvum. Cuius contrarium Platonici maxime asserebat, scilicet dualitatẽ esse primam in genere numeri. Item si, sicut per superiorem rationem probatum est, oportet esse aliquas ideas relationum, quæ sint secundum se ad aliquid, & ipsa idea est prior eo, quod participiat idea, sequitur quòd hoc ipsum, quod est ad aliquid, est primo absolutum, quod secundum se dicitur. Nam huiusmodi substantiæ sensibiles, quæ participant ideas, absolute dicuntur. Et similiter de omnibus est quęcunque illi, qui sequuntur opinionem de ideis, dicunt opposita principijs per se notis, quæ etiam ipsi maxime concedebant.

g ¶ Hic ponit quintam rationẽ, quę talis est. Ideæ ponebant a Platone, vt eis competerent rationes, siue diffinitiones positę in scientijs, vt etiam de eis scientiæ esse possent. Sed ‡ intelligentia una ‡ id est simplex & indiuisibilis, qua scitur de vnoquoque quid est, non solũ est circa substantias ‡ sed & de aliis ‡ scilicet accidentibus. Et similiter scientiæ non solum sunt substantiæ, & de substantia, sed etiam inueniuntur scientiæ ‡ aliorum ‡ scilicet accidentium. ergo patet quòd ad æstimationem, secundũ quam vos Platonici, esse dicitis ideas, sequitur quòd species nõ solum essent substantiarum, sed etiã multorum aliorum, scilicet accidentium. Et hoc idem sequitur non solum propter diffinitiones & scitias, sed etiam accidunt multa ‡ alia talia ‡. s. plurima, ex quibus oportet ponere ideas accidentium secundum rationes Platonis. Sicut quia ponebat ideas principia esse di & fieri rerum, & multorũ huiusmodi, quę conueniunt accidentibus.

Sed ex alia parte, secundum ꝙ Plato opinabatur de ideis & secundum necessitatem, qua sunt necessarię sensibilibus ‡ inquantum ‡ scilicet sũt participabiles a sensibilib⁹, est necessarium ponere quòd ideæ sint solũ substantiarũ. quod sic patet. Ea, quæ sunt secundum accidens, non participantur: sed ideam oportet participari in vnoquoque, inquantum non dicitur de subiecto.

Quod sic patet, quia si aliquod sensibile participat ‡ per duplo ‡ idest, duplo separato (sic enim appellabat Plato omnia separata, scilicet ꝑ se entia) oportet quòd participet sempiterno, non quid em per se: quia tunc sequeretur, quòd dupla sensibilia essent sempiterna, sed per accidens, inquantum scilicet ipsum per se duplum, quod participatur, est sempiternum. Ex quo patet, quòd participatio non est eorum, quæ accidentia sunt, sed solummodo substantiarum. Vnde secundum opinionem Plato, non erat aliquod accidens species separata, sed solum substantia. Et ramen secundum rationem sumptam ex scientijs, oportebat quòd esse species etiam accidentium, vt dictum est.

*a l. de subiecto dicit.

h ¶ Hic ponit sextam rationem, quæ talis est. Iste res sensibiles substantiam significant in rebus quę videntur: & similiter illic, vt in rebus intelligibilibus, quæ substantiam significant, quia tam intelligibilia quam sensibilia substantiam ponebant. Ergo necesse est ponere prꝫter vtrasque substantias, scilicet intelligibiles & sensibiles, aliquid commune eis, quod sit vnum in multis. Ex hac enim ratione Platonici ideas ponebant, quia inuenichant vnum in multis, quod credebant esse prꝫter illa multa. Et quòd hoc ponere sit necessarium, scilicet aliquod vnum prꝫter substantias sensibiles, & prꝫter species, sic ostendit. Aut enim ideę, & sensibilia, quæ participant ideas, sunt vnius speciei, aut nõ. Si sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnius speciei, omnium autem multorum in specie conuenientium, oportet ponere secundum positionem Platonis vnam speciem separatam communem: oportebit igitur aliquid ponere commune sensibilibus & ipsis ideis, quod sit separatum ab vtroque. Non potest autem responderi ad hanc rationem, quòd ideæ, quæ sũt incorporales & immateriales, non indigent alijs speciebus superioribꝫ: qa similiter mathematica, quæ ponuntur a Platone media inter sensibilia & species, sunt incorporea & immaterialia, & tamen quia plura eorum inueniuntur vnius speciei, Plato posuit eorum speciem communẽ separatam, qua etiã participant non solum mathematica, sed etiã sensibilia. Si igitur est una & eadem dualitas, quę est species, vel idea dualitatis, quæ quidem est etiã in dualitatibꝫ sensibilibus, quæ sunt corruptibiles, sicut exẽplar est in exemplato, & in dualitatibus etiam mathematicis, quæ sunt multæ vnius speciei, sed tamen sunt sempiternæ: eadem ratione in eadem dualitate, scilicet quæ ẽ idea, & i alia, quæ est mathematica, vel sensibilis, erit alia dualitas separata. Non enim potest reddi propter quid illud sit, & hoc non sit. Si autem detur alia pars, scilicet sensibilia, quæ participant ideas, non sunt eiusdem speciei cum ideis, sequitur quòd nomen, quod dicitur de ideis & de substantia sensibili, dicatur omino equiuoce. Illa enim dicuntur æquiuoce, quorum solum nomen commune est, ratione speciei existente diuersa. Nec solum sequitur quòd sint quocunqꝫ modo æquiuoca: sed simpliciter æquiuoca, sicut illa quibus imponitur vnum nomen sine respectu ad aliquam communicationem, quæ dicuntur æquiuoca a casu. Sicut si aliquem hominem aliquis uocaret Calliam, & aliquod lignum. Hoc autem ideo addidit Aristoteles, quia posset aliquis dicere, quòd non omnino æquiuoce aliquod nomen prædicatur de idea, & de substantia sensibili, cum de idea prædicetur essentialiter, de substantia vero sensibili per participationẽ. Nam idea hominis secundum Platonem dicitur per se homo, hic autem homo sensibilis dicitur p participationem. Sed tamen talis æquiuocatio non est pura, sed nomẽ quod per participationem prædicatur, dicit per respectũ ad illud quod prædicatur per se, qđ non est pura æquiuocatio, sed multiplicitas analogiæ. Si aũt essent omnino æquiuoca a casu idea & substantia sensibilis, sequereꝰ, quòd per vnũ non posset cognosci aliud, sicut æquiuoca non se inuicem noti ficant.

Tex.c.31, part.1.

a

b

c

LECTIO XV.

MNium autem dubitabit aliquis maxime, quid conferunt species sempiternis sensibiliũ, aut his, quæ fiunt & corrumpũtur.

Neq; enim motus, nec transmutationis vllius sunt cã in eis.

Sed nec ad scientiã auxiliantur eis. nec enim illæ horum substãtia. nã essent in eis. Nec ad esse, cũ non participantibus insint. Sic enim forsan causa videbit esse album permistũ albo. Sed hæc quidem ratio valde mobilis est, quã Anaxagoras prius, & Hesiodꝰ posterius, & alij quidem dixerunt. Facile nanq. colligere multa & impossibilia ad talem opinionem. At uero nec ex speciebus sunt alia secundũ vllum modum consuetorum.

part.3.

d

e

f

g

h

LECTIO XV.

a IC improbat opinionem Platonis quantum ad hoc quòd non concludebat, quod concludere intendebat. Intendebat .n. Plato concludere ideas esse per hoc, quòd sunt necesse sensibilibus rebus secundum aliquem modum. Vnde Aristoteles ostendens, q ideæ ad nihil possunt sensibilibus vtiles esse, destruit rationes Platonis de positione idearum. Et ideo dicit, q inter omnia dubitabilia, quę sunt contra Platonem, illud est maximum, quòd species a Platone positæ non videntur aliquid conferre rebus sensibilibus, nec sempiternis, sicut sunt corpora cœlestia: nec his, quę fiunt & corrumpuntur, sicut corpora elementaria. Quod singillatim de omnibus ostẽdit, propter quę Plato ponebat ideas, cum dicit.

b ¶ Vbi incipit quinque ostendere. Primo, quòd non prosunt ad motum. Secundo, quòd non prosunt ad scientias, ibi: {Sed nec ad scientiam.} Tertio, quòd non prosunt sicut exemplaria, ibi: {Dicere vero exẽplaria &c.} Quarto, quòd non prosunt sicut substãtiæ, ibi: {Amplius opinabitur.} Quinto, quòd nõ prosunt sicut causæ fiendi. ibi: {In Phædone vero &c.} Dicit ergo primo, quòd species non possunt cõferre sensibilibꝫ, ita quòd sint eis causa motꝰ, vel transmutationis alicuius. Cuius rationem hic non dicit, sed superius tetigit: quia videlicet ideæ non introducebantur propter motum, sed magis propter immobilitatẽ. Quia enim Platoni videbatur, quòd omnia sensibilia semper essent in motu, volens aliquid ponere extra sensibilia fixum & imobile, de quo posset esse certa scientia. Vnde species nõ poterant ab eo poni, sicut principia sensibilia motus, sed potius sicut immobiles, & immobilitatis principia, vt scilicet si aliquid fixum & eodẽ modo se habens in rebꝰ sensibilibus inueniretur, hoc sit secundum participantiam idearum, quæ per se sunt immobiles.

part.1 primi re lect. part.6 part.4 & seq. Par.7 par.9

c ¶ Ostendit secundo, q species non prosunt sensibilibus ad scientiam tali ratione. Cognitio vniuscuiusque perficitur per cognitionem suæ substantiæ, & non per cognitionem aliquarum substantiarum extrinsecarum: sed substantiæ separatæ, quas dicebant species, sunt omnino alię ab istis substãtijs sensibilibus: ergo earum cognitio non auxiliatur ad scientiam illorum sensibilium. Nec potest dici, quòd illæ species sunt substantiæ istorum sensibilium. Nam cuiuslibet rei substantia est in eo, cuius est substantia. Si igitur illæ species essent substantiæ rerum sensibilium, essent in his sensibilibus: quod est contra Platonem. Nec iterum potest dici, quòd illæ species adsint istis substantijs sensibilibus, sicut participantibus eas. Hoc enim modo Plato opinabatur aliquas species horum sensibilium causas esse. Sicut nos intelligeremus ipsum album per se existens, ac si esset quoddam album separatum permisceri albo, quod est in subiecto, & albedinem participare, vt sic etiam dicamus quòd homo iste, qui est separatus, permisceatur huic homini, qui componitur ex materia & natura speciei, quam participat. Sed hæc ratio est valde {mobilis} imo {destructibilis}. Hanc enim rationem primo tetigit Anaxag. qui posuit etiam formas & accidẽtia permisceri rebus. Et secundo tetigit Hesiodus & alij quidam. Et ideo dico, q est valde mobilis, s. quia facile est colligere multa impossibilia contra talem opinionem. Sequitur .n. sicut supra dixit cõtra Anaxag. q accidentia & formæ possunt esse sine subſtantijs. Nam ea sola nata sunt misceri, quę possunt separatim existere. Sic igitur non põt dici, q species sic cõferant ad scięti̇a sensibiliũ vt eorũ substantiæ, nec q sint eis principia existendi per modũ participandi. Nec etiã põt dici q ex speciebus sicut ex principijs sunt alia. s. sensibilia scđm vllum eorũ modũ qui cõsueuerũt dici. Vnde si eadem sunt principia essendi, & cognoscẽdi, oportet q species non conferant ad scientias, cum principia essendi esse nõ possint. Ideo autem dicit secundũ vllum modum consuetorũ dici quia Plato inuenerat nouos modos aliqd ex alio cognoscẽdi.

d ¶ Hic

T.c.32, parte.4. par. seq.

d Hic tertio ostendit, q species non conferant sensibilibus sicut exemplaria. & primo proponit intentum. Secundo, probat. ibi {Nam quid opus est &c.} Dicit ergo primo, q dicere spẽs esse exemplaria sensibiliũ & mathematicorũ, eo q huiusmodi cãs participent, est dupliciter inconueniens. Vno mõ, quia vanum & nulla veritas est huiusmodi exemplaria ponere, sicut ostendet. Alio mõ, quia est simile metaphoris, quas Poetæ inducunt, qđ ad philosophũ non pertinet. Nam philosophus ex ꝓprijs ducere debet. Ideo ãt hoc dicit esse metaphoricum, q a Platone deductionem rerũ naturaliũ assimilauit factioni rerũ artificialium, in q bus artifex ad aliquod exemplar respiciẽs, operatur aliquod simile suæ arti.

Dicere vero exemplaria esse, & eis alia participare, vaniloquium est, & metaphoras dicere poeticas.

e Nam quid est opus ad ideas respiciens. Contingit .n. & esse & fieri simile aliquod, & non assimilatum ad illud. Quare existente Socrate & non existẽte fiet qualis Socrates.

B

f Similiter autem palam, quia etiam si sit Socrates sempiternus, erit eiusdem exemplaria plura, quare & species. vt homines animal & bipes: similiter autem & autosanthropos.

Dicere uero exemplaria eas esse, & cætera eis participare, uaniloqua, & metaphoras poeticas dicere est.

Quod enim est, quod agit, ad ideas inspiciens? possibile enim est & esse, & fieri quodcunque simile, etiam non ad illius imaginem. quare & existente Socrate, & non existente, fiet utique qualis Socrates est.

Similiter autem etiam si Socrates sempiternus esset. At eiusdem erunt plura exemplaria. ergo etiam formæ. veluti hominis. animal, & bipes. simul autem & idealis homo.

par.6.

g Amplius autem non solum sensibilium species exẽplaria, sed etiã ipsarum, vt genus specierum. quare idem erit exemplar & imago.

C

h Amplius opinabitur vtique impossibile esse separatim subſtantiam, & cuius est subſtãtia. Quare quo ideæ subſtãtiæ rerũ existentes separatim erunt?

Item non solum sensibilium exemplaria formæ erunt, uerum etiam ipsarum. ut puta genus, tanquam genus specierum. quare idem erit exemplar, & imago.

Item videri possit impossibile esse separatam substantiam, & cuius est substantia. quare quomodo ideæ, cum rerum substantiæ sint, separatæ fuerint?

i In Phędone vero sic dicitur, q ipsius esse & fieri causæ sint species, & etiam existentibus speciebus tamẽ, non fiunt participantia nisi fit quod mouit.

D

In Phædone autem ita dicitur, quòd tum ipsius esse, tum ipsius fieri formæ causæ sunt, Quanquam formis existentibus, non tamẽ participantia fiunt, si non sit, quod moueat.

k Et multa fiunt alia, vt domus & annulus, quorum non dicimus esse species. quare palam, quia contingit & alia & esse & fieri. & propter tales causa, quales & nunc dictas.

At multa alia fiunt. ut lat domus, aut annulus, quorum non dicimus esse formas. quare patet posse contingere cætera quoque & esse, & fieri etiam propter tales causas, quales eorum, quæ nunc dicta sunt.

E

parte.6.

f Hic ponit secundam rationem, quæ talis est: Sicut Socr. ex eo q est Socra. addit aliquid supra hominem, ita etiam homo addit aliquid supra animal. & sicut Socr. participat hominem, ita homo participat animal. Sed, si præter istum Socra. sensibilem poneretur alius Socra. sempiternus, quasi exemplaris, sequeretur, quòd huius Soc. sensibilis essent plura exemplaria, scilicet Soc. sempiternus, & idea hominis. ergo & eadem rõne species hominis haberet plura exemplaria. Erit enim exemplar eius & animal, & bipes, & iterũ {Autosanthropos}. i. idea hominis. Hoc autẽ est inconueniens, q vniꝰ exemplati sint plura exemplaria: ergo inconueniens est ponere huiusmodi exẽplaria.

αὐτὸς ἄνθρωπος.

g Hic ponit tertiã rationem, quæ talis est. Sicut se habet spes. ad individuũ, ita se habet genus ad spẽm. Si igit species sunt exemplatia sensibilium individuorum, vt Plato ponit, ipsarum etiã specierum erunt alia exemplaria, s. genus specierũ: qđ est inconueniens, quia tunc sequeret, q idẽ. s. species, erit exemplum alterius. similitudo sensibilis, & imago alio exemplata. s. a genere. videtur esse inconueniens.

T.c.33. parte.7.

*ipse l.6.

h Hic quarto ostendit, q spes non conferunt rebus sensibilibus, sicut earũ substãtiæ, vel causæ formales, quia huiusmodi opinabitur ideæ. i. ideæ sunt, hoc est opinatum, vt impossibiliter ponatur, q impossibile est separari substãtiam ab eo, cuius est substantia: sed hæ separatur ab eo, cuius sunt ideæ. i. a sensibilibus. ergo non sunt substãtiæ sensibiliũ.

parte.8. T.cõ.34. parte.9.

i Hic ostendit, q non conferunt spes sensibilibus ad eorum fieri, quamuis Plato dixerit {in Phædone}. i. in quodam suo libro, q species sunt causæ rebus sensibilibus essendi & fiendi. Sed hoc improbat duabus rationibus. quarum prima talis est: Posita causa ponitur effectus: sed existentibus speciebus, non propter hoc sunt cætera particularia, siue individua participantia species, nisi sit aliquod motiuum, quod moueat ad speciem, quod ex hoc patet, quia species semper eodem modo sunt secundum Platonem. Si igitur eis positis essent, vel fierent individua participantia eas, sequeretur q semper essent huiusmodi individua: quod patet esse falsum: ergo non potest dici, quòd species sint causæ fieri & esse rerum, & præcipue cum non ponerent species causas esse motiuas, vt supra dictum est. Sic enim a substantijs separatis immobilibus ponit Aristot. procedere & fieri & esse inferiorum, inquantum illæ substantiæ sunt motiuæ cœlestium corporum, quibus mediantibus causatur generatio, & corruptio in istis inferioribus.

parte.10.

k Hic ponit secundam rationem, quæ talis est. Sicut se habẽt artificialia ad causas artificiales, ita se habent naturalia ad eas naturales: sed videmus, q multa alia a naturalibus, vt domus & annulus, fiunt in istis inferioribus, quorum Platonici species non ponebant: ergo {& alia}. s. naturalia contingit esse & fieri propter tales causas proximas, quales nõ contingit esse nũc dictas, scilicet artificiales, vt scilicet sicut res artificiales fiunt a proximis agentibus, ita & res naturales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO XVI.

T. com. 35. par. primu. T.c.36. Lec. pñ. Part. pri. Par. 8. lec. huius.

Ic improbat opinionem Platonis de speciebus, inquãtum ponebat eas esse numeros. & circa hoc duo facit. Primo disputat contra ea, quæ posita sunt ab ipso de numeris. Secũdo contra ea, quæ posita sunt ab ipso de alijs mathematicis, ibi: {Vo sentes autem substãtias &c.} Circa primum ponit sex rationes, quarum prima talis est. Eorum, quæ sunt idem secundum substantiã, vnum non est causa alterius: sed sensibilia secundum substantiam, sunt numeri secundum Platonicos & Pythagoricos: Si igitur species sunt etiam numeri, nõ poterunt species esse causę sẽsibiliũ. Si autem dicatur, q alij numeri sunt species, & alij sunt sensibilia, sicut ad literam Plato ponebat: vt, si dicamus q hic numerus est homo, & ille alius numer⁹ est Socr. & alius numerus est Callias, istud adhuc non videtur sufficere: quia secundum hoc, sensibilia & species cõueniunt in ratione numeri: & eorum quæ sunt idem secũ dum rationem, vnũ nõ videtur esse causa alterius: ergo species non erunt causę horum sensibiliũ. Non iterum potest dici, q sunt causæ, quia illi numeri, q sunt spẽs, sunt sempiterni. Illa.n. differentia nõ sufficit ad hoc, q quædam ponantur causæ aliorum, qa aliqua differunt per sempiternum & non sempiternum secundum esse suum absolute consideratum, sed per causam & causatum differunt secundum habitudinem vnius ad alterum: ergo diuersa numero non differunt per causam & causatum per hoc quòd quædam sunt sempiterna, & quædam non sempiterna. Si autem dicatur, q hæc sensibilia sunt quædam {rationes}, i. proportiones numerorum, & per hunc modum numeri sunt causæ horum sensibilium, sicut videmus in {symphonijs} idest in musicis consonantijs: quia numeri dicuntur esse causæ consonantiarum: inquantum proportiones numerales, quæ applicantur sonis, consonantias reddunt: palam est, quòd oportebat præter ipsos numeros in sensibilibus ponere aliquod vnum secundum genus, cui applicantur proportiones numerales, vt scilicet eorum, quæ sunt illius generis proportiones, sensibilia constituant, sicut præter proportiones numerales in consonantijs inueniuntur soni. Si autem illud, cui applicatur illa proportio numeralis in sensibilibus, est materia, manifestum est, quòd oportebat dicere, quòd ipsi numeri separati, qui sunt species, sint proportiones alicuius vnius, scilicet ad aliquod aliud. Oportet enim dicere, quòd hic homo, qui est Callias vel Socra. est similis homini ideali, qui dicitur {atosanthropos idest per se homo. Si igitur Callias non est numerus tantum, sed magis est ratio quædam, vel proportio in numeris elementorum, scilicet ignis, terræ, aquæ & aeris, & ipse homo idealis erit quædam ratio, vel proportio in numeris aliquorum, & non erit homo idealis numerus per suam substantiam. Ex quo sequitur, quòd nullus numerus erit {præter ea} idest præter res numeratas. Si enim numerus specierum est maxime separatus, & ille non est separatus a rebus, sed est quædam proportio rerum numeratarum, nunc nullus alius numerus erit separatus: quod est contra Platonicos. Sequitur autem, quòd homo idealis sit proportio aliquorum numeratorum, siue ponatur esse numerus siue non. Tam.n. secundum ponentes substantias esse numeros, q̃ secundum Naturales, qui numeros substantias esse non dicebant, oportet quòd in rerum substantijs, aliquæ proportiones numerales inueniantur. Quod patet præcipue ex opinione Empedoclis, qui ponebat vnãquãq; rerũ sensibilium constitui per quãdam harmoniam & proportionem.

συμφωνία

LECTIO. XVI.

Item, si formæ numeri sunt, quomodo erunt causæ? Vtrum quoniam ipsa entia sunt diuersi numeri, vt puta hic quidem numerus homo, hic uero Socrates, hic autem Callias? Cur igitur illi his causæ sunt? etenim si hi quidem æterni, hi uero non, nihil differt. Quod si quoniam proportiones numerorum ea, quæ hic, aut consonantia, patet quòd unum quiddam erit, quorum proportiones sunt. Si igitur hoc materia est, manifestum est quòd ipsi etiam numeri proportiones cuiusquam alterius ad alterum erunt. Dico autem, vt si Callias proportio est in numeris ignis, terræ, aquæ, & aeris, & ipse homo aliquorũ aliorum subiectorum erit, & idea numerus, ac etiam ipse ideali: homo, siue aliquis numerus sit, siue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus. & non erit aliquis propterea numerus.

Item è multis numeris unus numerus fit, ex speciebus uero, quomodo species una?

Quòd si nec ex his, sed ex numerabilibus, ut ex decem millibus, quomodo se habent unitates? Siue.n. eiusdem speciei sunt, multa inconuenientia sequuntur. siue non eiusdem speciei, nec eædem inuicẽ, nec cæteræ oẽs omnibus. Quo nãque differẽt, cum impassibiles sint? hæc enim nec rationabilia sunt, nec intellectioni consentanea.

b Amplius ex multis numeris fit vnus numer⁹, ex specieb⁹ aũt vna species qualiter, vel qũo.

c Sed, si nec ex eis, sed ex vnis, vt in millenario, qũo se habent vnitates? Siue.n. eiusdẽ speciei, multa incõuenientia accidũt. siue nõ eiusdem speciei. nec.n. eędẽ sibi sunt inuicem, nec alię omnes omnibus. Quomodo nãq; different impassibiles existentes? nec enim rationabilia hęc, nec intelligentię confessa.

b Hic ponit secundam rationem, quæ talis est. Ex multis numeris fit vnus numerus: si igitur species sunt numeri, ex multis speciebꝫ fiet vna species: quod est impossibile. Nã, si ex multis diuersarum specierum aliquid vnum in specie cõstituatur, hoc fit per mixtionem, in qua non saluãtur species eorum, quæ miscentur, sicut ex quattuor elementis fit lapis. Et iterum ex huiusmodi diuersis secundum speciẽ non fit aliquod vnũ ratione specierum; quia ipsæ species nõ coniunguntur ad aliquod vnum constituendum, nisi secundum rationem indiuiduorum, quæ alterantur, vt possint permisceri: ipsæ autem species numerorum simul coniunctę numerum constituunt, vt species numeri binarij, & species numeri ternarij simul iũctę constituũt numerum quinarium, ita quod in quinario vterq; numerus remanet & saluatur. Sed quia ad hanc rationẽ posset responderi ex parte Platonis, quòd ex multis numeris nõ fit vnus numerus, sed quilibet numerus immediate constituitur ex vnitatibus: ideo consequenter cum dicit.

c Excludit etiam hanc responsionem. Si.n. dicitur, q aliquis numerus maior, vt millenarius, non constituatur {ex eis} scilicet ex duobus vel pluribus numeris minoribus, sed constituitur {ex vnis} idest ex vnitatibus, remanebit quæstio, quomodo se habent vnitates adinuicem, ex quibus numeri constituuntur? Aut.n. oportet, q oẽs vnitates sint conformes adinuicem, aut q sint difformes adinuicem. Sed primo modo se quuntur multa incouenientia, & præcipue quantum ad ponentes species esse numeros, quia sequitur, q diuersę species non differant secundum substantiam, sed solum secundum excessum vnius speciei super aliam. Inconueniens etiam videtur, q vnitates nullo modo differant, & tamen sint multę, cum diuersitas multitudinem consequatur. Si vero non sint conformes, hoc potest esse dupliciter. Vno modo, quia vnitates vnius numeri sunt differẽtes ab vnitatib⁹ alterius numeri, sicut

sicut vnitates binarij ab vnitatibus ternarij, & tamen vnitates vnius & eiusdem numeri sibi inuicem sunt conformes. Alio modo, vt vnitates eiusdem numeri nõ sibi inuicem, nec vnitatibus alterius numeri conformes existant. Hanc diuisionem significat, cum dicit, {Nec eædem sibi inuicem} idest quę ad eundem numerum pertinent {nec aliæ omnes &c.} scilicet quæ pertinent ad diuersos numeros. quocunque autem modo ponatur difformitas inter vnitates, vt inconueniens. Nam omnis difformitas est per aliquam formã, vel passionem. sicut videmus q corpora difformia differunt calido & frigido, albo & nigro, & huiusmodi passionibus. Vnitates autem huiusmodi passionib⁹ carent, cum sint impassibiles secundum Platonicos. Ergo nõ poterit inter ea poni talis difformitas vel differentia, quæ causatur ab aliqua passione. Et sic patet, q ea, quæ Plato ponit de speciebus & numeris, nec sunt rationabilia, sicut ilia, quæ per certam rationẽ probantur, nec sunt intelligentiæ confessa, sicut ea quæ sunt per se nota, & solo intellectu certificantur, vt prima demonstrationis principia.

T.c.39. parte.4.

d Hic ponit tertiã rationem cõtra Platonem, quę talis est. Omnia mathematica, quæ a Platone sunt dicta intermedia sensibilium, & specierum, sunt ex numeris, aut simpliciter sicut ex proprijs principijs, aut sicut ex primis. Et hoc ideo dicit, quia secundum vnam viam videtur, q numeri sint immediata principia aliorũ mathematicorum. nam vnum dicebant constituere punctum, binarium lineam, ternarium superficiem, quaternarium corpus. Secundum vero aliam viam, videntur resolui mathematica in numeros, sicut in prima principia & non in proxima. Nam corpora dicebant componi ex superficiebus, superficies ex lineis, lineas ex punctis, puncta autem ex vnitatibus, quæ constituunt numeros. Vtroque autem modo sequebatur, numeros esse principia aliorum mathematicorum. Sicut igitur alia mathematica erant media inter sensibilia & species, ita necessarium est facere aliquod genus numeri, quod sit aliud a numeris, qui sunt species, & a numeris, qui sunt substantia sensibilium: & quod de huiusmodi numero sit Arithmetica, sicut de proprio subiecto, quæ est vna mathematicarum, sicut Gæometria de magnitudinibus mathematicis. Hoc autem ponere videtur superfluum esse. nam nulla ratio poterit assignari, quare sunt numeri medij {inter præsentia} idest sensibilia & {eas} scilicet species, cum tam sensibilia quam species sint numeri.

T.c.40. par.5.

e Hic ponit quartam rationem, quæ talis est. Ea, quæ sunt in sensibilibus & in mathematicis sunt causata ex speciebus: si igitur aliqua dualitas in sensibilibus, & in mathematicis inuenitur, oportet quòd vtraque vnitas huius posterioris dualitatis, sit causata ex priori dualitate, quæ est species dualitatis. Et hoc est {impossibile} scilicet quòd vnitas ex dualitate causetur. Hoc enim præcipue oportet dicere, si vnitates vnius numeri, sint alterius speciei ab vnitatibus alterius: quia tunc a specie ante illius numeri vnitates, species sortientur. Et sic oportet quòd vnitates posterioris dualitatis, sint causatæ ex priori dualitate.

f Hic ponit quintam rationem, quæ talis est. Multa non conueniunt ad vnum constituendum, nisi propter aliquam causam, quæ potest accipi vel extrinseca, sicut aliquod agens, quod coniungit: vel intrinseca, sicut aliquod vinculum vniens. Vel si aliqua vniuntur per seipsa, oportet vt vnum sit, vt potentia. & aliud vt actus. Nullum autem horum potest dici in vnitatibus {quarũ numerus} idest ex qua causa numerus erit quoddam {comprehensum} idest congregatum ex pluribus vnitatibus: quasi dicat, non erit hoc assignare.

parte.6.

g Hic ponit sextam rationem, quæ talis est. Si numeri sunt species & substantię rerum, oportet, sicut prædictum est, dicere, vel quòd vnitates sint differentes, aut conuenientes: si autem differentes, sequitur, q vnitas, inquantum vnitas, non sit principium. Quod patet per simultudinem sumptam a Naturalium positione. Naturales enim aliqui posuerunt quattuor corpora esse principia. Quamuis autem commune sit ipsis hoc, q est esse corpus, non tamen ponebãt corpus commune esse principium, sed magis ignem, terram, aquam & aerem, quæ sunt corpora differentia. Vnde, si vnitates sint differentes, quamuis omnes conueniant in ratione vnitatis, non tamen erit dicendum, quòd ipsa vnitas, inquantum huiusmodi, sit principium, quod est contra positionem Platonicorum. Nam nunc ab eis dicitur, q vnum sit principium, sicut etiam de Naturalibus dicitur, q ignis, aut aqua, aut aliquod corpus similium partium principium sit. Sed si hoc est verum quod conclusum est contra positionem Platonicorum, scilicet, q vnum, inquantum vnum, non sit principium & substantia rerum, sequeretur q numeri non sunt rerum substantia. Numerus enim non ponitur esse rerum substantia, nisi inquantum constituitur ex vnitatibus, quæ dicuntur esse rerum substantiæ. Quod iterum est contra positionem Platonicorum, quam nunc prosequitur, qua scilicet ponitur, q numeri sint species. Si autem dicas, quòd omnes vnitates sunt indifferentes, sequitur {q omne} idest vniuersum totum sit aliquid vnum & idem, ex quo substantia rei cuiusliber est ipsum vnum: qđ est commune indifferẽs. Et vlterius sequitur, quòd idem illud sit vnum principium omnium: quod est impossibile ratione ipsius rationis, quæ de se est inopinabilis, vt scilicet fiat omnia vnum secundum rationem substantiæ. tum quia includit contradictionem ex eo, quòd ponit vnam esse substantiam rerum, & tamen ponit illud vnum esse principium. Nam vnum & idem non est sui ipsius principium nisi forte dicatur, quòd vnum multipliciter dicitur, vt distincto vno ponantur omnia esse vnum genere, & non specie, vel numero.

Volentes autem substantiam referre ad principia. Longitudines qui dẽ ex longo et breui ponũt, ex quodã

Item necesse est aliud quiddam numeri genus ponere circa quod Arithmetica. Et omnia, quæ media dicuntur a quibusdam, quæ quomodo, aut ex quibus principijs sunt, aut cur ista sunt, quæ media illorum, & horum erunt?

Item unitates, quæ in dualitate sunt, utraque ex aliqua priore dualitate. at hoc impossibile est.

Item cur unum est numerus collectus.

Item adhæc, quæ dicta sunt, si unitates differentes sunt, oportet ita dicere, sicut quicunque quattuor, aut duo dicunt elementa. Etenim horum singuli non dicunt elementum, quod commune est, ut puta corpus, sed ignem, & terram, siue commune quid sit corpus, siue non, nunc autem dicitur, ac si unum ita esset (ut ignis, aut aqua) similium partium. quod si ita sit, numeri non erunt substantiæ. Sed si ipsum unum aliquid est, & hoc principium est, patet quòd unum multipliciter dicitur. aliter nanque impossibile est.*

* a.l. indifferentes. T.c.41. parte.7.

h Volẽtes aũt substãtias ad principia reducere, Logitudines quidem.n. ponimus ex ꝓducto &

h Hic disputat contra positionem Platonis quantum ad hoc, quòd posuit de magnitudinibus mathematicis. Et primo ponit eius positionem. Secundo obiicit contra ipsam, ibi {Attamen quomodo habebit &c.} Dicit ergo primo, quòd

parte.8. T.cõ.42. par. se.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Platonici volentes rerum substantias reducere ad prima principia, cum ipsas magnitudines dicerent esse substantias rerum sensibilium, lineam, superficiem, & corpus: istorum principia assignantes, putabant se rerum principia inuenisse. Assignando autem magnitudinum principia, dicebant {longitudines} idest lineas, compo ni ex producto, & breui, eo quòd principia rerum omniũ ponebant esse contraria. Et quia linea est prima inter quãtitates continuas, et per prius attribuebant magnũ & paruum, ut per hoc, quòd hęc duo sunt principia lineę, sint etiam principia aliarum magnitudinũ. Dicit autem {Ex aliquo paruo & magno} quia paruum & magnũ etiam in speciebus ponebantur, ut dictum est, {et secundum quòd per situm determinatur & quodãmodo particulari ad genus magnitudinũ, constituunt primo lineam, & deinde alias magnitudines {Planum autem} idest superficiẽ, eadem ratione dicebant componi ex lato & arcto, & corpus ex profundo & humili.

part.9.

T.c.43. par.10.

T.c.44. par.prima.

breui, & ex aliquo paruo & magno: & planum ex lato & arcto: corp' vero ex, profundo & humili.

i. Attamẽ quomõ habebit aut planũ lineã, aut solidũ lineã, & planum? Aliud enim est genus latum & arctum & profundum & humile. Quemadmodũ ergo nec numer' est in eis, quia multum & paucũ ab his alterũ, palã quia nec aliud nihil superiorũ inerit inferioribus. At vero nec genus profundi latũ. Erit enim planum aliquod corpus.

k. Amplius puncta ex quo existunt. Huic quidẽ generi & Platoni oppugnabat, tãquã existẽte geometrico dogmate. sed lineę principiũ vocabat. Hic autem multoties indiuisibiles lineas posuit, quãuis necesse est aliqd horum esse. Quare ex qua ratione linea est, & punctum est.

LECTIO XVII.

a. MInimo autẽ sapientia de manifestis causam ingrente, hoc quidẽ pretermittimus. nihil .n. de causa dicim', vnde principiũ est trãs mutationis. horũ aũt substãtiã dicere putãtes ipsorũ alias qui dem substantias dicimus esse. Quomõ vero illæ substantię horum vane dicimus: nã & participare, sicut pri' diximus, nihil est. Nec quã in scientijs videm' existens causa, propter quam omnis intellectus & omnis natura facit: nec

i ¶ Hic obiicit contra prędictam positionem duabus rationibus, quarũ prima talis est. Quorũ principia sunt diuersa, ipsa etiã sunt diuersa: sed principia dictarũ magnitudinum secũdum prędictam positionem sunt diuersa. Latum enim & arctum, quę ponũtur principia superficiei, sunt alterius generis, quàm profundũ & humile, quę ponuntur principia corporis. Et similiter potest dici de longo & breui, quòd differunt ab utroq;, ergo etiã linea. & superficies & corpus, erunt adinuicem distincta. Quomodo ergo poterat dici, quòd superficies haberet in se lineã, & quòd corpus haberet lineam & superficiem? Et ad huius rationis confirmationem inducit simile de numero. Multum enim & paucum, quę simili ratione ponuntur principia rerũ, sunt alterius generis a longo & breui, lato, & stricto, & profundo & humili. Et ideo numerus non continetur in his magnitudinibus, sed est separatus per se. Vnde & eadem ratione nec superius inter prędicta erit etiam in inferioribus, sicut linea non in superficie, nec superficies in corpore. Sed quia posset dici, quòd quædam prædictorum contrariorum sunt genera aliorum, sicut quòd longum esset lati genus, & latum genus profundi, hoc remouet tali ratione. Sicut se habent principia adinuicem, & principiata. Si igitur latum est genus profundi, & superficies erit genus corporis: & ita corpus erit aliquod planum, ideſt aliqua species superficiei: quod patet esse falsum.

k ¶ Hic ponit secundam rationem, quę sumitur ex punctis, circa quam Plato videtur dupliciter deliquisse. Primo quidẽ, quia, cum punctus sit terminus lineæ, sicut linea superficiei, & superficies corporis: sicut posuit aliqua principia, ex quibus componuntur prędicta, ita debuit aliquid ponere, ex quo existerent puncta, quod videtur prętermisisse. Secundo, quia circa puncta videbatur diuersimode sentire. Quandoque enim contendebat totam doctrinam Geometriam de hoc genere existere, scilicet de punctis, inquantum scilicet puncta ponebat principia & substantiam omnium magnitudinum. Et hoc non solum implicite, sed etiam explicite punctum vocabat principium lineę, sic ipsum diffiniens. Multoties vero dicebat, quòd lineæ indiuisibiles essent principia linearum, & aliarum magnitudinum, & hoc genꝰ esse, de quo sit Geometria, scilicet lineæ indiuisibiles. Et tamen per hoc, quòd ponit ex lineis indiuisibilibus cõponi omnes magnitudines, nõ euãdit, quin magnitudines cõponantur ex punctis, & quin puncta sint principia magnitudinum. Linearum enim indiuisibilium necessarium esse aliquos terminos, qui nó possunt esse nisi puncta. Vnde ex qua rõne ponitur linea indiuisibilis principiũ magnitudinũ, ex eadẽ ratione & punctum principium magnitudinis ponitur.

parvo & magno: planum vero ex lato & stricto: corpus autem ex alto & humili.

At quomodo aut planum habebit lineam, aut solidum lineam atque planum? aliud nanque genus latum & strictum, altum & humile. Quemadmodum igitur neque numerus est in eis, eo quod multum & paucum ab his aliud est, ita manifestũ est, quod nec aliud quicquam superiorum inferioribus inerit. At vero nec latũ genus altum est, etenim corpus esset planũ quid.

Item puncta, ex quo insunt? At huic generi aduersabatur Plato, tanquam existenti dogmati Geometrico. sed nominabat principium lineæ, hoc vero sæpius ponebat lineas indiuisibiles. atque necesse est harum aliquem esse terminum. quare ex qua ratione linea est, punctum quoque est.

LECTIO XVII.

T omnino cum Sapientiæ sit de manifestis causam quærere, hanc quidem prætermisimus. nihil enim de causa dicimus, vnde principium transmutationis. Substantiam vero eorum dicere putantes, alias substantias esse dicimus. Quomodo vero illæ horum substantiæ, incassum dicimus. participare nanque, ut prius diximus, nihil est. Nec illam etiam, quam scientijs esse causam videmus, propter quam omnis intellectus, & omnis natura facit: nec

LECT. XVII.

Ic improbat positionẽ Platonis quantum ad hoc, quòd ponebat de rerũ principiis. Et primo quantum ad hoc quòd ponebat principia essendi. Secũdo, quantũ ad hoc quòd ponebat principia cognoscẽdi, ibi: {Quomodo aut& c.} Circa primum ponit sex rationes, quarũ prima sumitur ex hoc, quòd genera cantarũ prætermittebat. Vnde dicit, quòd {omnino sapientia} scilicet philosophia habet inquirere causas {de manifestis} ideſt de his, quę sensui apparent. Ex hoc enim homines incœperunt philosophari, quòd causas inquisiuerunt, vt in prœmio dictum est. Platonici autem, quibus se connumerat, rerum principia prætermiserunt; quia nihil dixerunt de causa efficiente, quę est principium transmutationis. Causam vero formalem putauerunt se assignare ponentes ideas. Sed, dum ipsi putauerunt se dicere substantiam eorum, scilicet sensibilium, dixerunt quasdam esse alias substantias separatas ab istis diuersas. Modus autem, quo assignabant illa separata esse substantias horum sensibilium {est superuacuus} ideſt efficaciam non habens, nec veritatem. Dicebant enim, quòd species sunt substantiæ eorum, inquantum ab istis participantur. Sed hoc, quòd de participatione dicebant, nihil est, sicut ex supradictis patet. Item species, quas ipsi ponebant, non tangunt causam finalem, quod tamen videmus in aliquibus scientiis, quæ demonstrant per causam finalem, & propter quam causam omne agens per intellectum, & agens per naturam operatur, vt secundo Physicorum ostensum est. Et sicut ponendo species non tangunt causam, quę dicitur finis, ita nec causam, quæ dicitur principium, scilicet efficientem, quę

quæ sint quasi opponitur. Sed Platonicis prætermittentibus huiusmodi causas facta sunt naturalia, ac si essent mathematica sine motu, dum principium & finem motus prætermittebant. Vnde & dicebant, quòd mathematica debent tractari non solum propter scipsa, sed aliorum gratia, id est naturaliũ, inquantum passiones mathematicorum sensibilibus attribuebant.

b ¶ Hic ponit secundam rationem, quæ talis est. Illud, quod ponitur tanquam rei materia, magis est substantia rei & prædicabile de re, quàm illud, quod est separatum a re sed species est separata a rebus sensibilibus: ergo secundum Platonicorum opinionẽ magis aliquis suscipiet substãtiam subiectam, vt materiam, esse substantiam mathematicorum, quàm speciem separatam. Magis etiam suscipiet eam prædicari de re sensibili, quã speciem prędictam. Platonici enim ponebant magnum & paruum esse differentiam substantiæ & materiei. Hęc enim duo principia ponebant ex parte materię, sicut naturales ponentes rarum, & densum esse primas differentias {subiecti} id est materię, per quas, scilicet materia trãsmutabatur, dicentes eas quodammodo, scilicet magnũ & paruum. Quod ex hoc patet, quia rarum, & densum sunt quędam superabundantia & defectio. Spissum enim est quod habet multum de materia sub eisdem dimensionibus. Rarum quod parum. Et tamen Platonici substantiam rerum sensibiliũ magis dicebant species, quã mathematica, & magis prędicari.

T.com.45. part.2.

part.3. Tex.c.46.

part.4.

par.5.

par.6.

c ¶ Hic ponit tertiam rationem, quę talis est. Si ea, quę sunt in sensibilibus, causantur a speciebus separatis, necessarium est dicere: quòd sit in speciebus idea motus, aut non. si est ibi aliqua species & idea motus, etiam constat, quòd non potest esse motus sine eo quod mouetur, & necesse erit, quòd species mouentur: quod est contra Platonicorum opinionem, qui ponebant species immobiles. Si autem non sit idea motus, ea autẽ, quę sunt in sensibilibus, causantur ab ideis, non erit assignare causam vnde motus veniat ad ista sensibilia. Et sic auferetur tota perscrutatio scientię naturalis, quę inquirit de rebus mobilibus.

d ¶ Hic ponit quartam rationem, quæ talis est. Si vnum esset substantia rerum omnium, sicut Platonici posuerunt, oporteret dicere, quòd omnia sint vnum, sicut & naturales, qui ponebant substantiam omnium esse aquam, & sic de elementis

A aliis. Sed facile est monstrare, quòd omnia non sunt vnum: ergo positio, quę ponit substantiam omnium esse vnum, est improbabilis. Si autem aliquis dicat, quòd ex positione Platonis non sequitur, quòd omnia sint vnum simpliciter, sed aliquod vnum, licut dicimus aliqua esse vnum secundum genus, vel secundum speciem, si quis velit dicere sic omnia esse vnum, nec hoc etiam poterit sustineri, nisi hoc, quod dico vnum, sit genus, vel vniuersale omnium. Per hunc enim modum possemus dicere omnia esse vnum specialiter, sicut dicimus hominem, & asinum esse animal substantialiter. Hoc autem quibusdam videtur impossibile, scilicet quòd sit vnum genus omnium: quia oporteret, quòd differentiæ diuisiua huiusmodi generis non esset vna, vt in tertio dicetur: ergo nullo modo potest poni, quòd substantia rerum omnium sit una.

illam causam, quam vnam de principiis esse dicimus, ipsæ formæ attingunt. sed qui hæc ætate sunt his Mathematica facta sunt philosophia, quãuis dicant aliorum gratia ea oportere tractare.*

B *Item subiectam substantiam, vt materiam magis mathematicam, quis profecto putauerit, ac magis prædicari, & differentiam substantiæ, ac materiæ esse, veluti magnum, & paruum, sicut aunt Physiologi rarum, & densum primas subiecti dicentes has differentias esse. hæc etenim excessus quidam, & defectus sunt.*

C *De motu autem, si hæc quidem motus erunt, patet quod formæ mouebuntur. Quòd si non, vnde euenit? tota etenim de natura consideratio perit.*

D *Et quod facile probare videtur, quòd omnia vnum non sit. expositione etenim non fiunt omnia vnum. Sed ipsum vnum si quis concedat omnia, nec hoc quidem. nisi quis vniuersale concedat esse genus. hoc autem in quibusdam impossibile.*

Nullam autem rationem habent. nec illæ, quæ post numeros, longitudines, plana, & solida sunt: nec quomodo sunt, aut futura sunt, nec si quam vim habent. hæc enim nec formas possibile est esse. non enim sunt numeri, nec media (mathematica enim illa sunt) nec corruptibilia. Sed rursus quartum aliud quoddam hoc genus apparet.

E *Et omnino elementa quærere entium non diuidendo, cum multipliciter dicantur, impossibile est inuenire: præsertim cum hoc modo quæ-*

tura facit, nec hãc causam, quã modo dicimus esse vnũ principiorũ, nihil rangũt species. Sed facta est mathematica præsentibus philosophia dicẽtiũ alio rũ gratia, ea oportere tractari.

b Amplius autẽ subst̃ãtiam subiectam, vt materiam magis mathematicam, aliquis suscipiet, & magis prędicari, & differẽtiam esse substantiæ, & materiei, vt magnum & paruum, sicut physiologi aiũt rarum & spissum primas subiecti dicentes esse differentias has. Hæc autem superabundãtiæ sunt quædam & defectio.

c Et de motu, si quidẽ hæc erit motus, palam quia mouentur species. sin autem, vnde venit? Tota nanque de natura auferetur perscrutatio.

d Et quod videtur facile esse monstrare, quòd vnum omnia non sint. Expositione enim omnia vnum non fiunt. Sed id aliquid vnũ, si quis dicat, omnia: & nec hoc, si non dat genus vniuersale esse. Hoc autem in quibusdam impossibile.

e Nullam nanq; rationem habẽt, nec quę sunt post numeros longitudines, latitudines, solida, nec quæ præsentia, aut futura sunt, nec si aliquã habent potestatem. Hęc enim nec species posibile esse. non enim sunt numeri. Nec inter media (sunt. n. ille mathematica) nec corruptibilia. Sed rursum quartum videtur hoc aliquod genus.

f Et omnino existentium quærere elementa, nõ diuidentem multipliciter dicta, inuenire impossibile est. & aliter secun-

mathematica, quæ media sunt. Huiusmodi autem lineæ & superficies, ex quibus componuntur corpora sensibilia, non est possibile esse species: quia species sunt numeri essentialiter. Huiusmodi autem sunt post numeros, nec iterum potest dici, quòd sunt intermedia inter species & sensibilia. Huiusmodi enim sunt entia mathematica, & a sensibilibus separata, quod non potest dici de illis lineis & superficiebus, ex quibus corpora sensibilia componuntur. nec iterum possunt esse sensibilia. Nam sensibilia sunt corruptibilia, huiusmodi autem incorruptibilia sunt, vt infra probabitur in tertio. Ergo vel ista nihil sunt, vel sunt quartum aliquod genus entium, quod Plato prætermisit.

f ¶ Hic ponit sextam rationem, quæ talis est. Impossibile est inuenire principia alicuius multipliciter dicti, nisi multiplicitas

*disciplinę

Universidad de Deusto
Biblioteca

cirás diuidatur. Et enim, quæ solo nomine cõuenientia sunt, & differunt ratione, non possunt habere principia communia, quia sic haberent rationem eandem, cum rei cuiuscunque ratio ex suis principiis sumatur. Distincta autem principia his, quibus solum nomen commune est, assignari impossibile est, nisi his

T.c.47. quorum principia sunt assignanda ad inuicẽ diuersis. Cũ igitur ens multipliciter dicatur, & nõ uniuoce de substantia & aliis generibus; inconuenienter assignat Plato principia existentiũ non diuidendo ab inuicem entia. Sed,

parte.8. quæ aliquis posset aliquibus rõne differentibus, quibus nomen commune é principia assignare, singulis propria principia coaptando, sine hoc q nominis cõis multipli

T.c.48. citatem distingueret, hoc etiam Platonici non fecerũt. Vnde [& alites]. i. alia ratione inconuenienter rerũ principia assignauerunt quærentes, ex quibus elementis sunt entia, secundũ hunc modũ, quo quęsierunt, ut. s. non omnibus entibus sufficientia principia assignarent. Nõ enim

Te.c.49. parte.9. ex eorum dictis est accipere, ex quibus principiis est agere aut pati, aut curuũ, aut rectum, aut alia huiusmodi accidentia. Assignabant. n. solũ principia substantiarum, accidentia prætermittẽtes. Sed, si aliquis defendẽdo Platonem dicere vellẽt, q tunc contingit omnium entium elementa esse acquisita aut inuenta, quando contingit solarum substantiarum principia habita esse uel inuenta, hoc opinari non est uerum. Nam licet principia substantiarum etiam quodammodo sint principia accidentium, tamen accidentia propria principia habent. Nec sunt omnibus modis omnium generum eadem principia, ut ostendetur infra. xi. vel xij. huius.

dũ hunc modũ quærẽtes ex quibus sunt elemẽtis. Ex quib⁹. n. facere, aut pati, aut ipsũ rectũ non est accipere. Sed siquidem substantiarũ solũ esse cõtingit tunc quidem existentium omnium elemẽta quęrere, aut putare habere non est uerum.

E Quomodo autẽ aliquis discet omnium elementa? Palam enim, quia nõ est possibile præexistere cognoscẽtem prius. Sicut enim geometrizare discentem, alia quidẽ oportet præscire, quorũ aũt scientia, & de quibus futuris est discere, nõ præscit, ita & in alijs. Quare, si qua est omniũ scientia, & de quibus oportet, vt quidã aiunt, nihil utique hic præexistit cognoscẽs. Quauis sit omnis disciplina per præcognita, aut oĩa, aut quædã, aut per demõstrationẽ aut per diffinitiones. oportet n. ex quibus est diffinitio præscire & esse nota. similiter autem & quæ per inductionem.

h Sed si est existens cõnaturalis, mirũ quo obliuiscimur, habẽtes potissimam scientiarum.

i Amplius autem quomodo aliquis cognoscet ex quibus ẽ, & quo est manifestũ? Et. n. hoc hẽt dubitationẽ. Ambiget. n. aliquis quemadmodũ & circa quasdã syllabas. Hi nãq; S M A ex. S. M. & A dicũr esse: alij uero quendam sonum alium dicunt esse, & cognitorum nullũ.

k Amplius autem & quorum est sẽsus, hęc quomodo aliquis non habẽs sensum cognoscet? quãuis oporteat, si omniũ sunt elementa, ex quibus quemadmodum compositæ sunt uoces ex elementis proprijs.

G *Quomodo uero aliquis cunctorum elementa discet? Manifestum est enim, quod non est possibile quicquam eum cognoscere prius. quemadmodum enim ille, qui Geometriam discit, aliqua quidem præscire contingit: quorum uero illa scientia est, & quæ docendus est nihil præscit. ita & in cæteris. Quare si qua cunctorum est scientia, ut quidam aiunt, nihil profecto is præcognoscere posset. Aliqui omnis disciplina per præcognita, aut omnia, aut aliqua est: & aut per demonstrationem, aut per definitiones: ex quibus enim definitio est, illa præcognoscere oportet, ac nota esse. similiter & quæ per inductionem.*

H *Aisi innata nobis est, mirum est quomodo nos fugit, optimam scientiarum habentes.*

Item quo pacto quis cognoscet, ex quibus est, & quomodo manifestum erit? etenim hoc habet ambiguitatem. Dubitabit enim quispiam, sicuti & de quibusdam syllabis. quidam enim syllabam S M A ex S & M & A aiunt esse: quidam vero alium sonum esse dicunt, & nullum ex notis.

I *Item quorum sensus est, ea quomodo quis nosset sensum nõ habens? atqui oporteret. siquidem eadem cunctorum elementa sunt, ex quibus, sicuti compositæ voces, ex proprijs sunt elementis.*

K

In cognoscendõ ergo, sequitur, quòd aliquis non habens sensum possit cognoscere sensibilia: quod patet esse falsum. Nam cæcus natus non potest habere scientiam de coloribus. A

Li. secundo Tex. c. 27. & inde. l ¶ Hic colligit ea, quæ ab antiquis de principijs dicta sunt, dicẽs, quòd ex prius dictis est manifestum, quòd antiqui philosophi conati sunt querere causas a nobis i libro Physicorum determinatas, & quòd per dicta eorum non habemus aliquam causam extra causas ibi declaratas. Has autem causas obscure dixerunt, & quodammodo omnes ab eis sunt tactæ, quodammodo uero nullam earum tetigerunt. Sicut enim pueri de nouo loqui incipientes imperfecte & balbutiẽdo loquuntur, ita philosophia priorum philosophorũ noua existens, uisa est balbutiendo & imperfecte de omnibus loqui circa principia. Quod in hoc patet, quòd Empe. primo dixit, quòd

Tex. c. 51. Qm̃ ergo dictas cãs in physicis q̃rere uisi sũt oẽs, & extra has nullã habemus dicere: palã ex pri⁹ dictis. Sed obscure hęc, & mõ quodã oẽs pri⁹ dictę sũt, mõ uero quodã nullaten⁹. Balbutiẽs uero uisa prima philosophia de omnibus, uelut noua existẽs circa principiũ & primũ. Quoniã & Empe. osi dicit inesse rõnes. Hoc autẽ est quod quid erat esse & substantia rei. At uero similiter necessariũ & carnis & aliorũ singulorũ esse rõnẽ, aut nihil. pp hoc. n. & caro & os est & aliorũ unũquodque, & nõ pp materiã, quã ille dicit ignẽ, & terrã, & aerem, & aquã. Sed hoc alio dicẽte qdẽ similiter dixit ex necessitate: manifeste uero nõ dixit. De tali⁹ qdẽ igit prius est ostẽsum. Quęcunq; vero de ipsis his dubitabit aliquis, resumam⁹ iterum. nam forsan ex ipsis aliquid inuestigabimus ad posteriores dubitationes. B C

ossa habent quandam rationem, id est commistionem proportionis, quæ quidem ratio est quod quid est & substantia

Quòd igitur illas, quæ in naturalibus dictæ sunt, causas cuncti quærere uideantur, & præter illas nullam aliam dicere habeamus, ex illis, quæ dicta sunt, prius patet. sed eas obscure dixerunt. quodammodo enim omnes dictæ sunt prius, quodãmodo minime. Balbutienti enim assimilata fuit prima Philosophia de omnibus, tanquam in principijs noua existens. Nam & Empedocles os ait esse rationẽ. hoc autem est quod quid erat esse, & rei substantia. At uero similiter necesse est etiam carnis, cæterorumque singulorum esse rationem, aut nihil esse. propter hoc enim & caro, & os, cæterorumque unumquodque est, & non propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam, & aerem ait. Sed & hic, altero dicente, necessario consensisset profecto, clare tamen nõ dixit. De his igitur & antea manifestũ est. quodcunq; aũt de his quispiã dubitauerit, rursus repetamus. fortasse etenim ex eis aliquid facultatis habebimus ad futuras dubitationes.

aliquid utile ad dubitationes, quas posterius per totam scientiam prosequi & determinare oportet.

COMMENTARIORVM
S. THO. SVPER PRIMVM
Metaphy. Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM.

LIBER SECVNDVS,

Cum Diui Thomæ præclarissimis commentarijs.

LECTIO I.

a POstquam Philosophus reprobauit opiniones antiquorum philosophorum de primis principiis rerum, circa quæ uersatur principaliter Philosophi primi intentio, hic accedit ad determinandum ueritatem. Aliter autē se habet considerātio philosophiæ primæ circa ueritatem, & aliarum particularium scientiarum. Tcon. 1. par. 1.

Nam unaquæq; particularis scientia cōsiderat quādam particulārē ueritatē circa determinatū genus entium, ut Geometria circa rerum magnitudines, Arithmetica circa numeros. Sed philosophia prima considerat uniuersālem ueritatem entium. Et ideo ad hunc Philosophum pertinet cōsiderare, quomodo se habeat homo ad ueritatem cognoscēdam. Diuiditur ergo ista pars in partes duas. In prima parte determinat ea quę pertinent ad cōsiderationē uniuersalis ueritatis. In secunda incipit inquirere ueritatē de primis principiis & omnib⁹ aliis, ad quę extenditur huius philosophię cōsideratio, & hoc in tertio libro, qui incipit { Necesse est nobis acquirētam scientiam &c. } Prima autem pars diuiditur in partes tres. In prima dicit qualiter se habet homo ad considerationem ueritatis. In secunda ostendit ad quā scientiam principāliter pertineat cognitio ueritatis. ibi: { Vocari uero philosophiam ueritatis &c. } In tertia parte ostendit modum considerandę ueritatis, ibi: { Contingunt autem auditiones &c. } Circa primum tria facit. Primo ostendit faciliorem existentem in cognitione ueritatis. Secundo ostendit causam difficultatis. ibi: { Forsan autem ex difficultate &c. } Tertio ostendit quomodo homines se inuicem iuuant ad cognoscendum ueritatem, ibi: { non solum autē his dicere &c. } Circa primum duo facit. Primo proponit intentum dicens q⁹ {theoria}, i. consideratio uel speculatio de ueritate, quodammodo est facilis, & quodammodo difficilis. Secundo ibi.

b ¶ Manifestat propositum, & primo quantum ad facilitatē. Secundo quantum ad difficultatem. ibi: { Habere autem totum & partem &c. } Facilitatem autem in considerando ueritatem ostendit tripliter. Primo quidem hoc signo, quòd licet nullus homo ueritatis perfectam cognitionē adipisci possit: tamen nullus homo est ita expers ueritatis, quin aliquid de ueritate cognoscat. Quod ex hoc apparet, quòd unusquisque potest enuntiare de ueritate & natura rerum: quod est signum considerationis interioris. Secundum signum ponit ibi:

c ¶ Dicens, quòd licet id, quod unus homo potest immittere, uel apponere ad cognitionem ueritatis suo studio & ingenio, sit aliquid parum per comparationem ad totam considerationem ueritatis, tamen illud, quod aggregatur ex omnibus { coarticulatis } idest exquisitis & collectis sit aliquid magnum, ut potest apparere in singulis artibus, quæ per diuersorum studia & ingenia ad mirabile incrementum peruenerunt. Tertio manifestat idem per quoddam exemplum uulgaris prouerbii. ibi.

d ¶ Concludens ex præmissis, quòd ex quo unusquisq; potest cognoscere de ueritate, licet parum, ita se habere uidetur in cognitione ueritatis, sicut p̄ uerbialiter dicitur, In foribus, idest in ianuis domorum quis delinquet? Interiora enim dom⁹ difficile est scire, & circa ea facile est hominem decipi, sed sicut circa ipsum introitum domus, qui omnibus patet & primo occurrit, nullus decipitur, ita ēt est in consideratione ueritatis. Nam ea, per quæ intratur in cognitionē aliorum nota sunt omnibus, & nullus circa ea decipitur. Huiusmodi autem sunt prima principia naturaliter nota, ut nō esse simul affirmare & negare, & quòd omne totum est maius sua parte, & similia. Circa conclusiones uero, ad quas p̄ huiusmodi quasi per ianuā intratur, contingit multoties errare. Sic igitur cognitio ueritatis est facilis, quantum scilicet ad minus illud modicum, quod est principium per se notum, per quod intratur ad ueritatem, est omnibus per se notum. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifestat difficultatem, dicens, quòd hoc ostendit difficultatem, quæ est in consideratione ueritatis: quia non possumus habere circa ueritatem totum & partem. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd hic dixit omnibus esse notum, per quod in alia introitur. Est autem duplex uia procedendi ad cognitionem ueritatis. Vna quidem per modum resolutionis, secūdum quam procedimus a compositis ad simplicia, & a toto ad partem, sicut dicitur in Primo Physicorū, q⁹ confusa sunt prius nobis nota. Et in hac uia perficitur cognitio ueritatis, quando peruenitur ad singulas partes distincte cognoscendas. Alia est uia compositionis, per quam procedimus a simplicibus ad composita, qua perficitur cognitio ueritatis cum peruenitur ad totum. Sic igitur hoc ipsum, q⁹ homo nō potest in rebus perfecte totum & partem cognoscere, ostendit difficultatem considerandę ueritatis secundum utrāque uiam. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostēdit cām præmissæ difficultatis. Vbi similiter cōsiderādū est, q⁹ in oibus, quæ cōsistunt in quadā habitudine unius ad alterū pōt impedimētū dupliciter uel ex uno, uel ex alio accidere. sicut si lignū nō cōburat, hoc contingit uel quia ignis est debilis, uel quia lignū nō est bene cōbustibile. & sīr oculⁿ impeditur a uisione alicuius uisibilis, aut quia est debilis, aut qa uisibile est tenebrosum. Sic igitur pōt contingere, q⁹ ueritas sit difficilis ad cognoscendum, uel propter defectum, qui est in ipsis rebus, uel propter defectum, qui est in intellectu nostro. Et quòd quantum ad aliquas res difficultas contingat, in cognoscendo ueritatem ipsarum rerum, ex parte earum patet. Cum enim unumquodque sit cognoscibile inquantum est ens actu, ut infra in Nono huius dicetur, illa, quę habent esse deficiens & imperfectum, sunt secundum seipsa parum cognoscibilia, ut materia, motus, & tempus propter esse eorum imperfectionē, ut Boetius dicit in libro de Duabus Naturis. Fuerunt autem aliqui Philosophi, qui posuerunt difficultatem cognitionis ueritatis, totaliter prouenire ex parte rerum, ponētes nihil esse fixum & stabile in rebus, sed omnia esse in continuo fluxu, ut infra in Quarto huius dicetur. Sed hoc excludit Philosophus dicēs, quòd quamuis difficultas cognoscendę ueritatis forsan possit secundum aliqua diuersa esse duplicater, uidelicet ex parte nostra, & ex parte rerum, non tamē principalis causa difficultatis est ex parte rerum, sed ex parte nostra. Et hoc sic probat. Quia, si difficultas esset principāliter ex parte rerū, sequeretur, quòd illa magis cognoscere mus, quę sunt magis cognoscibilia secundū suam naturam. Sunt autē maxime cognoscibilia secūdum naturā suā, quæ sunt maxime in actu, scilicet immaterialia & immobilia, quæ tñ sunt maxime nobis ignota. Vnde manifestum est, q⁹ difficultas accidit in cognitione ueritatis, maxime propter defectum intellectus nostri. Ex quo contingit, q⁹ intellectus animæ nostrę hoc modo se habet ad entia immaterialia, quæ inter omnia sunt maxime manifesta secundum suam naturam, sicut se habent oculi nyctico racum ad lucē diei, quā uidere nō possunt, quāuis uideant obscura. Et hoc est propter debilitatem uisus eorū. Sed uidetur hęc similitudo non esse cōueniens. Sensus.n. quia est potētia organi corporalis, corrumpitur ex uehemētia sensibilis, intellectus autē, cum non sit potentia alicuius organi corporei, nō corrumpitur ex excellenti intelligibili. Vnde post apprehensionem alicuius magni intelligibilis, non minus intelligimus minus intelligibilia, sed magis, ut dicitur in Tertio de anima. Dicendum est ergo, q⁹ sensus impeditur a cognitione alicuius sensibilis dupliciter. Vno modo, per corruptionem organi ab excellenti sensibili, & hoc, locum nō habet in intellectu: Alio modo, ex defectu ꝓportionis ipsius uirtutis sensitiuæ ad obiectū. Potentię.n. aię non sunt eiusdem uirtutis in omnibus animalibus, sed sicut homini hoc in sua specie cōuenit, quòd habeat pessimum olfactum, ita nyctícoraci, q⁹ habeat debilem uisum, quia non habet proportionē ad claritatē diei cognoscendam. Sic igitur, cum anima humana sit ultima in ordine substantiarum intellectiuarum, minime participat de uirtute intellectiua: & sicut ipsa quidē secundum naturā est actus corporis, eius autem intellectiua potentia non est actus organi corporalis, ita habet naturālē aptitudinem ad cognoscendū corporalium, & sensibilium ueritatem, quę sunt minus cognoscibilia secundum suā naturā propter eorum materialitatem, sed tñ cognosci possunt per abstractionē a sensibilibus phantasmatibus. Et quia hic modus cognoscendi ueritatem conuenit naturæ humanæ animæ, secundū q⁹ est forma talis corporis, q⁹ autē sunt naturalia semper manent, impossibile est, q⁹ anima humana huiusmodi corpori unita, cognoscat de ueritate rerum, nisi quantū potest eleuari per ea, quæ abstrahēdo a phantasmatibus intelligit. Per hęc autem nullo modo potest eleuari ad cognoscēdum quidditates immaterialium substantiarum, quæ sunt improportionatæ istis substantiis sensibilibus. Vnde impossibile est, q⁹ anima humana huiusmodi corpori unita, apprehendat substantias separatas cognoscendo de eis quod quid est. Ex quo apparet falsum esse quod Auerr. hic dicit in cōmento, q⁹ Philosophus nō demonstrat hic res abstractas intelligere, esse impossibile nobis, sicut impossibile est uespertilionis inspicere solem. Et ratio sua, quam inducit, est valde derisibilis. Subiūgit enim, quoniā si ita esset, natura ociose egisset, quia fecit illud, quod in se est naturaliter intelligibile, non esse intellectū ab aliquo, sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo uisu. Deficit enim hęc ratio Primo quidem in hoc, quòd cognitio intellectus nostri nō est finis subsistantiarum separatarū, sed magis econuerso. Vnde non sequitur, q⁹ si non cognoscātur subsistantię separatæ a nobis, quòd propter hoc sint frustra. Frustra.n. est, quod nō sequitur finem, ad quem est. Secundo, quia & si subsistantiæ separatæ nō intelliguntur a nobis secundū suas quidditates, intelliguntur tamen ab aliis intellectibus: sicut solem, & si non uideat oculus nyctícoracis, uidet tamen eum oculus aquilę.

Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit quomodo se homines ad inuicem iuuant ad cōsiderandum ueritatē. Adiuuatur.n. unus ab altero ad considerationem ueritatis dupliciter, Vno modo directe. Alio modo indirecte. Directe quidem iuuatur ab his, qui ueritatem inuenerunt, quia, sicut dictum est, dum unusquisq; præcedentium aliquid de ueritate inuenit, simul in unum collectū, posteriores introducit ad magnam ueritatis cognitionē. Indirecte uero, inquantū priores errantes circa ueritatem, posterioribus exercitij occasionem dederunt, ut diligenti discussione habita, ueritas limpidius appareret. Est autem iustū, ut his, quibus aduti sumus in tanto bono, s. cognitione ueritatis, gratiā agamus. Et ideo dicit, q⁹ {iustum est gratiam referre} non solū his, quos quis existimat ueritatē inuenisse, quorum opinionibus aliquis communicat sequendo eas, sed etiam illis, qui superficialiter locuti sunt ad ueritatem inuestigandam, licet eorū opiniones non sequamur, quia isti etiam aliquid cōferunt nobis. Præstiterunt enim nobis quoddam exercitium circa inquisitionem ueritatis. Et ponit exemplum de inuentoribus musicę. Si enim non {fuisset Timotheus} qui multa de arte musicæ inuenit, non haberemus ad præsens multa, quę scimus circa melodias. Et si non præcessisset quidam Philosophus nomine {Phrynis} Timotheus non fuisset ita instructus in musicalibus. Et similiter est dicendum de philosophis, qui enunciauerunt ꝓpriam ueritatem rerum. A quibusdā enim prædecessorum nostrorum accepimus aliquas opiniones de ueritate rerum, in quibus credimus eos bene dixisse, alias opiniones prętermittentes. Et iterum illi a quibus nos accepimus, inuenerunt aliquos prędecessores, a quibus acceperunt, quiq; fuerunt eis causa instructionis.

LECTIO II.

Ostquam Philosophus ostendit qualiter se habet homo ad considerationem ueritatis, hic ostendit, quòd cognitio ueritatis maxime ad philosophiā primam pertineat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod ad philosophiam primam, maxime pertineat cognitio ueritatis: Secundo excludit quandam falsam opinionem, per quam sua probatio tolleretur, ibi: {At uero quòd sit principium.} Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd ad philosophiam primam pertineat cognitio ueritatis. Secundo quòd maxime ad ipsam pertineat, ibi: {Nescimus autem

Lect. 10

T.cō. 7.

T.c. 3.

Tex. c. 3. par. prima.

Deficiens & imperfectum, sunt secundum seipsa parum cognoscibilia, ut materia, motus, & tempus propter esse eorum imperfectionē, ut Boetius dicit in libro de Duabus Naturis.

Fuerunt autem aliqui Philosophi, qui posuerunt difficultatem cognitionis ueritatis, totaliter prouenire ex parte rerum, ponētes nihil esse fixum & stabile in rebus, sed omnia esse in continuo fluxu, ut infra in Quarto huius dicetur.

Sed hoc excludit Philosophus dicēs, quòd quamuis difficultas cognoscendę ueritatis forsan possit secundum aliqua diuersa esse duplicater, uidelicet ex parte nostra, & ex parte rerum, non tamē principalis causa difficultatis est ex parte rerum, sed ex parte nostra. Et hoc sic probat. Quia, si difficultas esset principāliter ex parte rerū, sequeretur, quòd illa magis cognoscere mus, quę sunt magis cognoscibilia secundū suam naturam. Sunt autē maxime cognoscibilia secūdum naturā suā, quæ sunt maxime in actu, scilicet immaterialia & immobilia, quæ tñ sunt maxime nobis ignota. Vnde manifestum est, q⁹ difficultas accidit in cognitione ueritatis, maxime propter defectum intellectus nostri. Ex quo contingit, q⁹ intellectus animæ nostrę hoc modo se habet ad entia immaterialia, quæ inter omnia sunt maxime manifesta secundum suam naturam, sicut se habent oculi nyctícoracum ad lucē diei, quā uidere nō possunt, quāuis uideant obscura. Et hoc est propter debilitatem uisus eorū. Sed uidetur hęc similitudo non esse cōueniens. Sensus.n. quia est potētia organi corporalis, corrumpitur ex uehemētia sensibilis, intellectus autē, cum non sit potentia alicuius organi corporei, nō corrumpitur ex excellenti intelligibili. Vnde post apprehensionem alicuius magni intelligibilis, non minus intelligimus minus intelligibilia, sed magis, ut dicitur in Tertio de anima. Dicendum est ergo, q⁹ sensus impeditur a cognitione alicuius sensibilis dupliciter. Vno modo, per corruptionem organi ab excellenti sensibili, & hoc, locum nō habet in intellectu: Alio modo, ex defectu ꝓportionis ipsius uirtutis sensitiuæ ad obiectū. Potentię.n. aię non sunt eiusdem uirtutis in omnibus animalibus, sed sicut homini hoc in sua specie cōuenit, quòd habeat pessimum olfactum, ita nyctícoraci, q⁹ habeat debilem uisum, quia non habet proportionē ad claritatē diei cognoscendam. Sic igitur, cum anima humana sit ultima in ordine substantiarum intellectiuarum, minime participat de uirtute intellectiua: & sicut ipsa quidē secundum naturā est actus corporis, eius autem intellectiua potentia non est actus organi corporalis, ita habet naturālē aptitudinem ad cognoscendū corporalium, & sensibilium ueritatem, quę sunt minus cognoscibilia secundum suā naturā propter eorum materialitatem, sed tñ cognosci possunt per abstractionē a sensibilibus phantasmatibus. Et quia hic modus cognoscendi ueritatem conuenit naturæ humanæ animæ, secundū q⁹ est forma talis corporis, q⁹ autē sunt naturalia semper manent, impossibile est, q⁹ anima humana huiusmodi corpori unita, cognoscat de ueritate rerum, nisi quantū potest eleuari per ea, quæ abstrahēdo a phantasmatibus intelligit. Per hęc autem nullo modo potest eleuari ad cognoscēdum quidditates immaterialium substantiarum, quæ sunt improportionatæ istis substantiis sensibilibus. Vnde impossibile est, q⁹ anima humana huiusmodi corpori unita, apprehendat substantias separatas cognoscendo de eis quod quid est. Ex quo apparet falsum esse quod Auerr. hic dicit in cōmento, q⁹ Philosophus nō demonstrat hic res abstractas intelligere, esse impossibile nobis, sicut impossibile est uespertilionis inspicere solem. Et ratio sua, quam inducit, est valde derisibilis. Subiūgit enim, quoniā si ita esset, natura ociose egisset, quia fecit illud, quod in se est naturaliter intelligibile, non esse intellectū ab aliquo, sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo uisu. Deficit enim hęc ratio Primo quidem in hoc, quòd cognitio intellectus nostri nō est finis subsistantiarum separatarū, sed magis econuerso. Vnde non sequitur, q⁹ si non cognoscātur subsistantię separatæ a nobis, quòd propter hoc sint frustra. Frustra.n. est, quod nō sequitur finem, ad quem est. Secundo, quia & si subsistantiæ separatæ nō intelliguntur a nobis secundū suas quidditates, intelliguntur tamen ab aliis intellectibus: sicut solem, & si non uideat oculus nyctícoracis, uidet tamen eum oculus aquilę.

Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit quomodo se homines ad inuicem iuuant ad cōsiderandum ueritatē. Adiuuatur.n. unus ab altero ad considerationem ueritatis dupliciter, Vno modo directe. Alio modo indirecte. Directe quidem iuuatur ab his, qui ueritatem inuenerunt, quia, sicut dictum est, dum unusquisq; præcedentium aliquid de ueritate inuenit, simul in unum collectū, posteriores introducit ad magnam ueritatis cognitionē. Indirecte uero, inquantū priores errantes circa ueritatem, posterioribus exercitij occasionem dederunt, ut diligenti discussione habita, ueritas limpidius appareret. Est autem iustū, ut his, quibus aduti sumus in tanto bono, s. cognitione ueritatis, gratiā agamus. Et ideo dicit, q⁹ {iustum est gratiam referre} non solū his, quos quis existimat ueritatē inuenisse, quorum opinionibus aliquis communicat sequendo eas, sed etiam illis, qui superficialiter locuti sunt ad ueritatem inuestigandam, licet eorū opiniones non sequamur, quia isti etiam aliquid cōferunt nobis. Præstiterunt enim nobis quoddam exercitium circa inquisitionem ueritatis. Et ponit exemplum de inuentoribus musicę. Si enim non {fuisset Timotheus} qui multa de arte musicæ inuenit, non haberemus ad præsens multa, quę scimus circa melodias. Et si non præcessisset quidam Philosophus nomine {Phrynis} Timotheus non fuisset ita instructus in musicalibus. Et similiter est dicendum de philosophis, qui enunciauerunt ꝓpriam ueritatem rerum. A quibusdā enim prædecessorum nostrorum accepimus aliquas opiniones de ueritate rerum, in quibus credimus eos bene dixisse, alias opiniones prętermittentes. Et iterum illi a quibus nos accepimus, inuenerunt aliquos prędecessores, a quibus acceperunt, quiq; fuerunt eis causa instructionis.

enim uespertilionum oculi ad lumen diei se habent, ita & intellectus animæ nostræ ad ea, quæ manifestissima omnium sunt.

Verum non solum illis agendæ sunt gratiæ, quorum opinionibus quis acquieſcet, sed illis, qui superficietenus dixerunt. conferunt enim aliquid etiam isti. habitum nanque nostrum exercuerunt. Si enim Timotheus non fuisset, multum melodiæ nequaquam habuissemus. si tamen Phrynis non extitisset, ne Timotheus quidem. Simili modo & de illis est, qui de ueritate asseruerunt. a quibusdam enim aliquas accepimus opiniones, quidam uero, ut hi fierent, causa fuerunt.

LECTIO II.

Recte autē se habet philosophiam scientiam ueritatis cōtemplatricem appellasse speculatiuæ etenim finis ueri-

Lect. ultima huius. part. 6.

Lect. huius par. 8.

Lect. huius

part. 4.

part. 5.

Lect. huius part. 2.

Lect. huius text.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum sine causa &c.} Hęc autem duo ostendit ex duobus, quæ supra probata sunt in proœmio libri, scilicet quòd sapientia sit nō practica, sed speculativa: & quòd sit cognoscitiva earum primarum. Ex primo autem horum, sic argumentatur ad primam conclusionem. Theorica, id est, speculativa differt a practica secūdum finē: nam finis speculativæ est veritas. Hoc enim est quod intendat, scilicet veritatis cognitionē. Sed finis practicę est opus, quia & si {practici} hoc est operatiui intendant cognoscere veritatem, quomodo se habeat in aliquibus rebus, non tamen quærunt eam tanquam vltimum finem. Non enim cōsiderant causam veritatis secūdum se, & propter se, sed ordinādo ad finē operationis, siue applicādo ad aliquod determinatum particulare, & ad aliquod determinatum tempus. Si ergo huic cō

Tex. c. 1 part. 2.

iunxerimus, quòd sapientia, siue philosophia prima non est practica, sed speculativa, sequetur, quòd rectè debeat dici scientia veritatis. Sed quia multæ sunt scientię speculatiuæ, quę veritatē considerant, vt pote geometria, & arithmetica, fuit necessarium consequenter ostendere, quòd philosophia prima maxime consideret veritatem propter id, quod supra ostensum est, scilicet, quę cōsideratiua primarum causarum: & ideo argumentatur sic. Scientia de vero nō habetur nisi per causam. ex quo apparet, quòd eorū verum, de quibus est scientia aliqua, sunt aliquæ causę, quæ etiam veritatem habent. nō enim potest sciri verum per falsum, sed per aliud verum. Vnde & demonstratio, quę facit scientiam, ex veris est, vt dicitur in primo Posteriorum. Deinde adiungit quandam vniuersālem propositionem, quę talis est. Vnumquodq; inter alia maxime dicitur, ex quo causatur in aliis aliquid vnmoce predicatum de eis, sicut ignis est causa caloris in elementatis. Vnde, cum calor vniuoce dicatur & de igne, & de elementatis corporibus, sequitur quòd ignis sit calidissimus. Facit autem mentionem de vniuocatione, quia quandoq; contingit, quòd effectus non perueniat ad similitudinem causę secundum eādem rationem speciei, propter excellentiam ipsius causę. Sicut sol est causa caloris in illis inferioribus, non tamen inferiora corpora possunt recipere impressionem solis, aut aliorum cœlestium corporum secundum eandem rationem speciei, cū non

Tex. c. 5.

communicent in materia. Et propter hoc, nō dicimus solem esse calidissimum, sicut ignem, sed dicimus solem esse aliquid amplius quam calidissimum. Nomen autem veritatis non est proprium alicui speciei, sed se habet communiter ad omnia entia. Vnde, quia illud, quod est causa veritatis, est causa communicans cum effectu in nomine & ratione communi, sequitur, quòd illud, quod est posterioribus causa, vt sint vera, sit verissimum. Ex quo vlterius concludit, quòd principia eorum quæ sunt semper, scilicet corporū cœlestium, necesse est esse verissima. Et hoc duplici ratione. Primo quidem, quia non sunt {quandoque vera, & quandoque non} & per hoc transcendūt in veritate generabilia & corruptibilia, quę quandoq; sunt, & quandoq; non sunt. Secundo, quia nihil est eis causa, sed ipsa sunt causa essendi aliis. Et per hoc transcendunt in veritate & entitate corpora cęlestia, quę & si sint incorruptibilia, tamen habēt causam nō solum quantum ad suum moueri, vt quidā opinati sunt, sed etiam quantum ad suum esse, vt hic Philosophus expresse dicit. Et hoc est necessariū, quia necesse est vt omnia composita & participantia, reducatur in ea, quæ sunt per essentiā, sicut in causas. Omnia autem corporalia sunt entia in actu, inquantum participant aliquas formas. Vnde necesse est, substantiam separatā, quę est forma, per suam essentiam, corporalis substantiæ principium esse. Si ergo huic deductioni adiōgam⁹, quòd philosophia prima considerat primas causas: sequetur, vt prius habitum est, quòd ipsa considerat ea, quę sunt maxime vera. Vnde ipsa est maxime scientia veritatis. Ex his autē infert quoddam corollariū. Cum enim ita sit, quòd ea quę sunt aliis causa essendi, sint maxime vera, sequitur, quòd vnumquodq; sicut se habet ad hoc, quòd sit, ita etiam se habet ad hoc, quòd habeat veritatem. Ex enim, quorū esse non semper eodem modo se habet, nec veritas eorum semper manet. Et ea, quorum esse habet causam, etiam veritatis causam habent. Et hoc ideo, quia esse rei est causa veræ existimationis, quam mens habet de re. Verū enim & falsum non est in rebus, sed in mēte, vt dicetur sexto huius. Deinde cum dicit.

b ¶ Remouet quoddam, per quod precedens probatio posset infringi, quæ procedebat ex suppositione huius, quòd philosophia prima considerat causas primas. Hoc autē tolleretur, si causæ in infinitum procederent: tunc enim non essent aliquę primę causæ. Vnde hoc hic remouere intēdit. & circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat propositum, ibi {Mediorum. n. extra quæ est aliquid &c.} Dicit ergo primo. Palam potest esse ex hic, quę dicentur, quòd sit aliquod principium esse, & veritatis rerum, & quòd causę existentium non sunt infinitę, nec procedendo in directum secundū vnam aliquā speciem causę, puta, in specie causarum efficientium: nec etiam sunt infinitæ secūdum speciem, ita quòd sint infinitę species causarum. Exponit autem quod dixerat causas infinitas esse in directum. Primo quidem in genere causæ materialis. Non n. possibile est procedere in infinitū in hoc, quòd aliquid fiat ex aliquo sicut ex materia, puta, vt æra fiat ex terra, terra vero ex aere, aer ex igne, & hoc non fiet in aliquo primo, sed procedat in infinitū. Secundo exemplificat in genere causę efficientis dicens, quòd nec possibile est vt causa, quæ dicitur vnde principium motus, in infinitū procedat, puta cum dicimus hominem moueri ad deponendum vestes ab aere calefacto, aerem vero calefieri a sole, solem vero moueri ab aliquo alio, & hoc in infinitum. Tertio, exemplificat in genere causarum finalium: & dicit, quòd similiter non potest procedere in infinitum illud, quod est {cuius causa} scilicet causa finalis. vt si dicamus, quòd iter, siue ambulatio est propter sanitatem, sanitas autem propter fœlicitatem, fœlicitas autem propter aliquid, & sic in infinitum. Vltimo, facit mentionem de causa formali: & dicit, quòd similiter non potest procedi in infinitū in hoc, quòd est {quod qd erat esse} id est in causa formali, quam significat diffinitio. Sed exempla prætermittit, quia sunt manifesta, & probatum est in primo posteriorum, quòd nō proceditur in infinitum in prædicatis, puta quòd animal prædicetur de homine in eo quod quid est, & viuū de animali, & sic in infinitum.

LECTIO III.

Tex. c. 6. par. prima.

Mediorum enim, extraquę est aliquid vltimum & primum, necesse est esse quod prius est causa ipsorum post se. Nā si dicere nos oporteat vnū triū causam, quod primū est dicemus nō. n. quod est vltimū. Nullius enim quod finale est. Sed nec mediū: nam vnius. nihil enim differt vnum, aut plura esse, nec infinita aut finita. Infinitorum vero secundum modū istum & omnino infiniti partes, omnes medię sunt, similiter autem vsque modo. Quare, si nihil est ex toto aliquid primum, nec ex toto causa nulla est.

T. com. 7. part. 2.

b At vero nec in deorsum est posśibile in infinitum procedere, ipso sursum habente principiū. vt ex igne quidem aquā, ex aqua vero terram, & ita semper aliquod aliud fieri genus.

c Dupliciter autem fit hoc ex hoc, non vt hoc dicitur post hoc, vt ex isthmiis olympia,

LECTIO. III.

a part. 3.

Postquā Philosophus p̄misit, q̄ causæ entium non sunt infinitæ, hic probat propositum. Et primo, quòd non sint infinitæ in directum. Secūdo, quòd non sint infinitæ secundum speciem, ibi: {Sed si infinitæ essent &c.} Circa primum quatuor facit. Primo ostendit propositum in causis efficientibus vel mouentibus. Secundo in causis materialibus, ibi: {At vero nec in deorsum.} Tertio in causis finalibus, ibi: {Amplius autem quod est cuius causa &c.} Quarto in causis formalibus, ibi: {Sed nec quod quid erat esse &c.} Circa primum sic procedit. Primo proponit quandam propositionem, scilicet quòd in omnibus his, quæ sunt media inter duo extrema, quorum vnum est vltimum, & aliud primum, necesse est, quòd illud, quod est primum, sit causa posteriorum, scilicet medij & vltimi. Et hanc propositionem manifestat per diuisionē: quia, si oporteat nos dicere quid sit causa inter aliqua tria, quæ sunt primum, medium, & vltimum, ex necessitate dicemus causam esse id, quod est primum. Nō enim possumus dicere id, quod est vltimum, esse causam omnium: quia nullius est causa, alioquin non esset vltimum, cum effectus sit posterior causa. Sed nec possumus dicere, quòd medium sit causa omnium, quia nec est causa nisi vnius tantum, scilicet vltimi. Et ne aliquis intelligat, quòd medium nunquam habeat post se nisi vnum, quod est vltimum, quod tunc solum contingit quando inter duo extrema est vnum medium tantum, ideo ad hoc excludendum concludit, quòd nihil ad propositum differt: vtrum sit vnum tantum mediū, vel plura: quia omnia plura media accipiuntur loco vnius, inquantum conueniunt in ratione medij. Et similiter non differt, verum sint media finita, vel infinita: quia dummodo habeant rationem medij, non possunt esse prima causa mouens. Et quia ante omnem secundam causam mouentem, requiritur prima causa mouens, requiritur quòd ante omnem causam mediam sit causa prima, quæ nullo modo sit media, quasi habens aliam causam ante se. Sed, si predicto modo ponantur causę mouentes procedere in infinitū, sequitur, quòd omnes causæ sint mediæ. Et sic vniuersaliter oportet dicere, quòd cuiuslibet infiniti, siue in ordine causæ, siue in ordine magnitudinis, omnes partes sint mediæ. Si enim esset aliqua pars, quæ nō esset media, oporteret quòd vel esset prima, vel

part. 11. Lect. huius part. sequē. Lect. sequē. part. 5. Lect. sequē.

LECTIO III.

Mediorum enim, quorum extra aliquid ultimum, & primum est, necesse est quod prius est, causam esse eorum quæ post illud sunt. Si enim dicere nos oportuerit quid trium causa est, primum dicemus. non enim ultimum: nullius enim quod ultimum est. neque medium: unius enim: nil enim differt unum an plura sint, nec infinita, aut finita. infinitorum quidem hoc modo, & omnino infiniti omnes partes mediæ sunt similiter huiusq;. Quare, si primum nihil est. omnino nulla causa est.

Et neque deorsum possibile est in infinitum descendere, cum id, quod sursum uersus principium habet. ut ex igne quidem aquam, ex hac uero terram, & ita semper aliud quoddam genus fieri.

Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non ut hoc post hoc dicitur, ut ex isthmiis ludis olympiaci, sed ut aut

A vltima, & vtrunque repugnat rationi infiniti: quod excludit omnem terminum & principium & finem. Est autem & ad aliud attendendum, quòd si alicuius finiti sint plures partes mediæ, non omnes partes simili ratione sunt mediæ. Nam quædam magis appropinquant primo, quædam magis appropinquant vltimo. Sed i infinito, quod non habet primum & vltimū, nulla pars potest magis appropinquare, vel minus principio, aut vltimo. Et ideo, vſq; ad quamcunque partē, quam modo signaueris, omnes partes similiter sunt mediæ. Sic igitur, si causæ mouentes procedant in infinitum, nulla erit causa prima. Sed causa prima erat causa omnium: ergo sequeretur, quòd totaliter omnes causæ tollerētur. Sublata enim causā, tolluntur ea, quorum est causa. Deinde cum dicit,

b ¶ Ostendit, quòd nō est possibile procedere in infinitum in causis materialibus. & primo proponit quod intendit. Secūdo probat propositum, ibi: {Dupliciter enim fit hoc ex hoc &c.} Circa primum consideradum est, quòd patiens subiicitur agēti. Vnde procedere in agentibus est sursum ire, procedere autem in patientibus est in deorsum ire. Sicut autem agere attribuitur causæ mouenti, ita pati attribuitur materię. Vnde processus causarum mouentium est in sursum, processus autem causarum materialium est in deorsum. Quia ergo ostenderat, quòd non est in infinitum procedere in causis mouentibus, quasi in sursum procedendo, subiungit, quòd nec etiam possibile est ire in infinitum in deorsum, secundum scilicet processum causarum materialium, supposito quòd sursum ex parte causarum mouentium inueniatur aliquod principium. Et exemplificat de processu materialium, qui est in deorsum. vt si dicamus, quòd ex igne fit aqua, & ex aqua terra, & sic in infinitum. Et vtitur hoc exemplo secundum opinionem antiquorum naturalium, qui posuerunt vnum aliquod elementorum esse principium aliorum quodam ordine. Potest autem & aliter exponi, vt intelligamus, quòd in causis mouentibus manifesti sunt ad sensum vltimi effectus, qui non mouent. Et ideo, non quæritur si procedatur in infinitū in inferius secūdum illud genus, sed si procedatur in superius. Sed in genere causarum materialium econuerso supponitur vnum primum, quod sit fundamentum & basis aliorum, & dubitatur: vtrum in infinitum procedatur in deorsum, secūdum processum eorum, quę generantur ex materia. Et hoc sonat exemplum propositum. Non enim dicit vt ignis ex aqua, & hoc ex alio, sed econuerso, ex igne aqua, & ex hoc aliud. Vnde supponitur prima materia, & quæritur an sit processus in infinitum in his, quæ generantur ex materia. Deinde cum dicit.

Hac par. parte seq. part. 6. huius lect. part. 7. huius lect.

c ¶ Probat propositum, & circa hoc quatuor facit. Primo distinguit duos modos, quibus fit aliquid ex aliquo. Secundo ostendit duplicem differentiam inter illos duos modos, ibi: {Ergo sic ex puero.} Tertio ostendit, quòd secundum neutrū eorum contingit procedere in infinitum, ibi: {Vtroq; autem modo impossibile est &c.} Quarto, ostendit secundum quem illorum modorum ex primo materiali principio alia fiant, ibi: {Simul autē impossibile sit &c.} Dicit ergo primo, quòd duobus modis fit aliquid ex aliquo, proprie & per se. Et vtitur isto modo loquendi, vt excludat illum modum, quo dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur improprie aliqd fieri ex aliquo, ex hoc solo, quòd fit post illud. Vt si dicamus quòd quædam festa Græcorum, quæ dicebantur Olympia, fiunt ex quibusdam aliis festis, quæ dicebantur Isthmia. puta, si nos diceremus quòd festum Epiphaniæ fit ex festo Natalis. Hoc autem non proprie dicitur, quia fieri est quodda mutari. In mutatione autē non solum requiritur ordo duorum terminorum, sed etiam subiectū ipse vtriusq;. Quod quidem non contingit in prædicto exemplo. Sed hoc dicimus secundum q̄ imaginamur tempus esse vt subiectum diuersorum secundum. Sed oportet proprie dicere aliquo fieri ex aliquo, quādo aliquod vnū subiectum mutatur de hoc in illud. Et hoc dupliciter, Vno modo sicut dicimus, quòd ex puero fit vir, inquantū. i. puer mutat de statu puerili in statum virilē. Alio modo sicut dicimus q̄ ex aqua fit aer per aliquā transmutationem. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit duas differentias inter dictos modos: quarum prima est: quia dicimus ex puero fieri virum, sicut ex eo, quod est in fieri, fit illud, quod iam est factū: aut ex eo, quod est in perfici, fit illud quod iā est perfectum. Illud autem quod est in fieri, & in perfici, est mediū inter ens, & nō ens, sicut generatio est medium inter esse, & non esse. Et ideo, quia per medium venitur ad extremū, dicimus, quòd ex eo quod generatur, fit illud, quod generatū est: & ex eo quod perficitur, fit illud, quòd perfectum est. Et sic dicimus, quod ex puero fit vir, vel q̄ ex addiscente fit sciens: quia addiscens se habet vt in fieri ad scientem. In alio autem modo, quo dicimus ex aere fieri aquam, vnum extremorum non se habet vt via, vel medium ad alterum, sicut fieri ad factum esse, sed magis vt terminus, a quo recedit, vt ad alium terminum perueniatur. Et ideo ex vno corrupto fit alterum. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex præmissa differentia, aliam differentiam. Quia enim in primo modo vnum se habet ad alterum, vt fieri ad factum esse, & medium ad terminum, patet, quòd habent ordinem naturaliter adinuicem. Et ideo non reflectuntur ad inuicem, vt indifferenter vnum fiat ex altero. Vnde non dicimus, quòd ex viro fiat puer, sicut dicimus econuerso. Cuius ratio est, quia illa duo, ex quorum vno secundum istum modum dicitur alterum fieri, non se habent ad inuicem sicut duo termini mutationis alicuius, sed sicut ea, quorum vnum est post alterum. Et hoc est quod dicit, quòd illud ¦ quod fit ¦ id est, terminus generationis, scilicet esse, non fit ex generatione, quasi ipsa generatio mutetur in esse, sed est post generationem, quia naturali ordine consequitur ad generationem, sicut terminus est post viam, & vltimum post medium. Vnde, si consideremus ista duo, scilicet generationem & esse, nō differunt ab illo modo, quem exclusimus, in quo consideratur ordo tantum: sicut cum dicimus, quòd dies fit ex aurora, quia est post auroram. Et propter istum naturalem ordinem, non

sed vt ex puero mutato fieri vir, aut ex aqua aer.

d Ergo sic ex puero fieri virū dicim⁹, quomodo ex eo, quod fit, quod factum est, aut ex eo, quod perficitur, perfectum. Semper enim est medium inter esse, & non esse, generatio: ita & quod fit, existentis, & nō existentis. Est autem addiscēs, qui fit sciens, & hoc est quod dicitur, quòd fit ex addiscente sciens, hoc vero ex aere aqua, corrupto altero.

c Propter quod illa quidem non reflectuntur ad inuicem, nec fit ex viro puer. Non enim fit ex generatione quod fit, sed est post generationē. Sic enim est dies ex aurora, quia post hāc: propter quod nec aurora ex die, altera vero reflectūtur.

f Vtroq; autem modo impossibile est in infinitum ire: existētium vero intermediorum necesse est finem esse. Quędam vero ad inuicem reflectuntur. Alterius enim corruptio, alterius est generatio.

g Simul autē impossibile primum sempiternū corrumpi. Quoniam enim nō est infinita generatio in sursum, necesse ex quo corrupto primo aliquid factū est, nō sempiternum esse.

dicimus econuerso, quòd aurora fit ¦ ex die ¦ id est, post diem. Et ex eadem ratione non potest esse quòd puer fiat ex viro. Sed secundum alterum modum, quo aliquid fit ex altero, ille nititur reflexio. Sicut enim ūqua generatur ex aere corrupto, ita aer generatur ex aqua corrupta. Et hoc ideo, quia ista duo non se habent ad inuicem secūdum naturalem ordinem, scilicet vt medium ad terminum, sed sicut duo extrema, quorum vtrunque potest esse primū, & vltimum. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit, quòd nō sit procedere in infinitum secūdum vtrunque istorū modorum. & primo secundum primum, prout dicimus ex puero fieri virum. Illud enim ex quo dicimus aliquid fieri, sicut ex puero virū, se habet vt medium inter duo extrema, scilicet inter esse, & nō esse. Sed ponitis extremis, impossibile est esse infinita media: quia extremum infinitati repugnat. ergo secundum istum modum non contingit procedere in infinitū. Similiter etiam nec secundū alium, quia in alio modo inuenitur reflexio extremorum adinuicem, propter hoc, quòd alteri⁹ corruptio, est alterius generatio, vt dictum est. Vbicunq; autem est reflexio, reducitur ad primum, ita scilicet quòd id, quod fuit primo principium, postea fit terminus. Quod in infinitis non potest contingere, in quibus non est principium, & finis. ergo nullo modo ex aliquo potest aliquid fieri in infinitum. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit quo prædictorum modorum ex prima materia aliquid fiat. Vbi considerandum est, quòd Aristot. vtitur hic duabus communibus suppositionibus, in quibus omnes antiqui naturales conueniebāt: quarum vna est, quòd sit aliquod primum principium materiale, ita scilicet, quod in generationibus rerum non procedatur in infinitum ex parte superiori, scilicet eius, ex quo generatur. Secunda suppositio est, quòd prima materia est sempiterna. Ex hac igitur secunda suppositione statim concludit, quòd ex prima materia non fit aliquid secundo modo, scilicet sicut ex aere corrupto fit aqua: quia scilicet illud, quod est sempiternum, non potest corrumpi. Sed quia posset aliquis dicere, quòd primum principium materiale non ponitur a philosophis sempiternum, propter hoc, quòd vnum numero manens sit sempiternum, sed quia est sempiternum per successionem, sicut si ponatur humanum genus sempiternum: Hoc excludit ex prima suppositione dicens, quòd, quia generatio non est infinita in sursum, sed deuenitur ad aliquod primum principium materiale, necesse est, quòd si aliquid sit primum materiale principium, ex quo fiunt alia per eius corruptionem, quòd non sit illud sempiternum, de quo Philosophi dicunt. Non enim posset esse illud primum materiale principium sempiternum, si eo corrupto alia generarentur, & iterum ipsum ex alio corrupto generaretur. Vnde manifestum est, quòd ex primo

ex puero mutato ut, aut ut ex aqua aer.

Verumenimuero vt ex puero quidem virum fieri dicimus, tanquam ex eo quod fuerat, id quod factum est, aut quod perfectum est ex eo, quod perficiebatur. Semper etenim est aliquid medium, vt inter esse, & non esse generatio: ita quod fit inter existens, & non existens. qui autem discit, fit sciens. & hoc est, quod dicitur, quòd fit ex discente sciens: vt autem tanquam ex aere aqua, corrupto altero.

Quare illa quidem non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex viro. Nō enim fit ex generatione quod fit, sed post generationem est. sic enim dies ex diluculo, quoniam post hoc est. quare nec diluculum ex die, cætera uero reflectuntur.

Vtroque tamen modo impossibile est in infinitum progredi. Illorum enim, cum media sint, necesse est finem esse. hæc autem inuicem reflectuntur. alterius enim corruptio, alterius generatio est.

Simul autem impossibile est primum corrumpi, cum sempiternum sit. Cum enim generatio non sit infinita sursum versus, necesse est non esse sempiternū illud, quo primo corrupto quicquam factum est.

mo materiali principio fit aliquid, sicut ex imperfecto, & in potentia existente, quod est medium inter purum non ens, & ens actu, non autem sicut aqua ex aere fit corrupto.

LECTIO. IIII.

Ostquā ostendit Philosophus, q̄ in causis mouentibus, & materialibus nō procedit in infinitū, hic ostēdit idem in causa finali, quę nominatur ¦ cuius causa ¦ fit aliquid. Et ostēdit propositum quatuor rationib⁹, quarum prima talis est. Id, quod est cuius causa habet rationem finis: sed finis est id, quod non est propter aliā, sed alia sunt propter ipsum. Aut ergo est aliquid tale, aut nihil: & si quidem fuerit aliquid tale, vt scilicet omnia sint propter ipsum, & ipsum non sit propter alia, ipsum erit vltimum in hoc genere. Et ita non procedetur in infinitum. Si autem nihil inueniatur tale, non erit finis. Et ita tolletur hoc genus causæ, quod dicitur cuius causa. Secundam rationem ponit ibi.

b ¶ Quę deriuatur ex præmissa ratione. Ex prima enim ratione conclusum est, quòd qui ponunt infinitatem in causis finalibus, remouent causam finalem. Remota autem causa finali, remouetur natura, & ratio boni. Eadem enim ratio boni, & finis est. Nam bonum est, quod omnia appetunt, vt dicitur in Primo Ethicorum. Et idco illi, qui ponunt infinitum in causis finalibus, auferunt totaliter naturam boni, licet ipsi hoc non perciant. Tertiam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ talis est. Si sit infinitum in causis finalibus, nullus poterit peruenire ad vltimum terminum: quia infinitorum: non est vltimus terminus. Sed nullus conatur ad aliquid faciendum, nisi per hoc, quòd ex se existimat venturum ad aliquid, sicut ad vltimum terminum: ergo ponentes infinitum in causis finalibus, excludunt omnem conatum ad operandum, etiam naturalium rerum. Nullius enim rei motus naturalis est, nisi ad id, ad quod nata est peruenire. Quartam rationem ponit ibi.

d ¶ Quę talis est. Qui ponit infinitum in causis finalibus excludit terminum, & per consequens excludit finem, cuius causa fit aliquid: sed omne agens per intellectum agit causa alicuius finis: ergo sequetur, quòd inter causas operatiuas non sit intellectus. Et ita tolletur intellectus practicus. Quæ, cum sint inconuenientia, oportet remouere primum, id scilicet, ex quo sequuntur, scilicet infinitum a causis finalibus. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit, quòd non sit infinitum in causis formalibus. & circa hoc duo facit. Primo proponit, quòd intendit. Secundo probat propositum, ibi: ¦ Semper enim &c. ¦ Circa primū considerandum est, quòd vnumquodque cōstituitur in specie per propriam formam. Vnde diffinitio speciei maxime significat formam rei. Oportet ergo accipere processum in formis secūdū processum in diffinitionibus. In diffinitionibus enim vna pars est prior altera, sicut genus est prius differentia, & differentiarum vna est prior altera. Idem ergo est, quòd in infinitum procedatur in formis, & quòd in infinitum procedatur in partibus diffinitionis. Et ideo, volens ostendere, quòd non sit procedere in infinitum in causis formalibus, proponit non esse infinitū in partibus diffinitionis. Et ideò dicit, quòd non conuenit hoc, quod est quod quid erat esse, in infinitū reduci ad aliam diffinitionē, vt sic semper multiplicetē ratio. Puta qui diffinit hominē in diffinitione eius ponit animal. Vnde diffinitio hominis reducitur ad diffinitionem animalis, quæ vlterius reducit ad diffinitionem alicuius alterius, & sic multiplicatur ratio diffinitiua. Sed hoc non cōuenit in infinitū procedere. Nō autem hoc dicimus quasi in vno & eodē indiuiduo multiplicentur formæ secundū numerū generū, & differētiarum, vt sim hoie sit alia forma, a qua ē homo, & alia a qua est animal, & sic de aliis: sed quia necesse est vt in rerum natura tot gradus formarū inueniantur, quot inueniuntur genera ordinata, & differētiæ. Est enim in rebus inuenire aliquā formam, quæ est forma, & nō est forma corporis, & aliquā, quæ est forma corporis, sed nō est forma animati corporis, & sic de aliis. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat propositum quatuor rationibus, quarum prima talis est. In multitudine formarum, vel rationum semper illa, quæ est prior ¦ est magis ¦ Quod non est intelligendum quasi sit completior, quia formæ specificæ sunt completæ. Sed dicitur esse magis, quia est in plus quam illa, quę est posterior, quę non est vbicunque est prior. Non enim vbicunq; est ratio animalis, est ratio hominis. Ex quo argumentatur, quòd si primū non est ¦ nec habitum ¦ id est consequens est. Sed, si in infinitum procedatur in rationibus & formis, non erit prima ratio, vel forma diffinitiua: ergo excludentur omnes consequentes. Secundam rationem ponit ibi.

g ¶ Quæ talis est. Impossibile est aliquid scire prius, quàm perueniatur ad indiuidua. Non autem accipitur hic indiuiduum singulare, quia scientia non est de singularibus: sed indiuiduum potest dici vno modo ipsa ratio speciei specialissimæ, quæ non diuiditur vlterius per essentiales differentias. Et secundum hoc intelligitur, quòd non habetur perfecta scientia de re, quousq; perueniatur ad speciem specialissimā, quia ille, qui scit aliquid in genere, nondum habet perfectam scientiam de re. Et secundum hanc expositionem oportet dicere, quòd sicut prima ratio concludebat, quòd in causis formalibus non proceditur in infinitum in sursum, ita hæc ratio concludit, quòd non proceditur in infinitum in deorsum. Sic. n. non esset deuenire ad speciem specialissimam. ergo ista positio destruit perfectam scientiam. Sed, quia formalis diuisio nō solum est secundum quod genus diuiditur per differentias, per cuius diuisionis priuationem species specialissima potest dici indiuiduum, sed etiam est secundum quod diffinitum diuiditur in partes diffinitionis, vt patet in Primo Physicorum, ideo indiuiduum potest hic dici, cuius diffinitio non resoluitur in aliqua diffinientia. Et secundum hoc supremum genus

LECTIO IIII.

Item ipsum cuius causa finis. tale autem est, quod non est alterius gratia, sed eius causa cætera. Quare, si tale erit vltimum, non erit infinitum, quòd si nihil tale, non erit ipsum cuius causa.

Sed qui faciunt infinitum, latet eos, quòd boni naturam auferunt.

At nullus inciperet agere quicquam, si non esset peruenturus ad finem.

Nec esset intellectus in huiusce modi. alicuius enim causa agit, quicunque intellectum habet. hoc namque terminus ē. Finis uero ipse terminus.

At uero nec ipsum quid erat esse reduci ad aliam definitionem ratione abundantem contingit.

Semper etenim prior magis est, posterior uero non est. cuius autem primum non est, nec quod sequitur est.

Item ipsum scire perimunt, qui ita dicunt. non enim possibile est scire, antequam ad indiuidua deueniatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est indiuiduum. Et secundum hoc erit sensus, quòd nō potest haberi scientia de ꝛc per aliquam diffinitionē, nisi deueniatur ad suprema genera, quibus ignoratis impossibile est aliquid formalibus nō procedatur in infinitū in sursum, sicut & prius. Vel ad idem concludendū potest aliter exponi indiuiduum, vt.s. propositio immediata dicatur indiuiduū. Si enim procedatur in infinitum in diffinitionibus in sursum, nulla erit ꝓpositio imediata. Et sic vniuersaliter tolleť scientia, quæ est de cōclusionib⁹ deductis ex principiis imediatis.

h ¶ Tertiam rationē ponit, quę procedit non solū ad scientiam excludendam, sed ad excludēdum simpliciter omnem cognitionem humanam. Et circa hanc rōnem duo facit. Primo, ponit rationē. Secundo, excludit obiectionem quandam, ibi: {Nō enim simile &c.} Rō aūt talis é. Vnūquodq; cognoscitur per intellectū suę formæ: sed, si in formis procedatur in infinitū, non poterunt intelligi, quia infinitum inquātum huiusmodi non cōprehendit intellectu. ergo ista positio vniuersaliter destruit cognitionē. Deinde cum dicit.

i ¶ Excludit quandam obiectionem. Posset.n. aliquis dicere, ꝙ illud, quod habet infinitas formas, pōt cognosci, sicut & linea, quæ in infinitū diuiditur. Sed hoc excludit dicens, ꝙ non est simile de linea, cuius diuisiones non stant, sed in infinitum procedunt. Impossibile.n.est, quòd aliquid intelligatur, nisi in aliquo stetur. Vnde linea inquantum statuitur, vt finita in actu propter suos terminos, sic potest intelligi. Secundum vero, ꝙ nō statur in eius diuisione, non potest sciri. Vnde nullus pōt numerare diuisiones lineæ, secundum ꝙ in infinitū procedūt. Sed infinitum in formis est infinitum in actu, & nō in potentia, sicut est infinitum in diuisione lineæ. Et ideo, si essent infinitæ formę, nullo modo esset aliquid scitum, vel notū. Deinde cum dicit.

k ¶ Ponit quartam rationem, quę talis est. In omni eo, quod mouetur, necesse est intelligere materiam. Omne enim, quod mouetur, est in potentia. Ens autem in potentia est materia. Ipsa autem materia habet rationem infiniti, & ipsi infinito, quod est materia, conuenit ipsum nihil, quia materia secundum se intelligitur absq; omni forma. Et cum ei, quod est infinitum, conueniat hoc, quod est nihil, sequitur per oppositum, quòd illud, per quod est esse, non sit infinitum, & quòd {infinito} id est materiæ non sit esse infinitum. Sed esse est per formam, ergo non est infinitum in formis. Est autem hic aduertendum, quòd hic ponit nihil esse de ratione infiniti, non quòd priuatio sit de ratione materiæ, sicut Plato posuit nō distinguens priuationem a materia, sed quia priuatio est de ratione infiniti. Non enim ens in potentia habet rationem infiniti, nisi secundum quod est sub ratione priuationis, vt patet in tertio Physicorum. Deinde cum dicit.

l ¶ Ostendit, quòd non sunt infinitæ species causarum, tali ratione, Tunc putamus nos scire vnumquodq;, quando cognoscimus omnes causas eius: sed, si sunt infinitę causæ secundum adiunctionem vnius speciei ad aliam, non erit pertransire istā infinitatem, ita quòd possint omnes causę cognosci: ergo etiā per istum modum excluditur cognitio rerum.

Et ipsum cognoscere non est. quæ enim ita infinita sunt, quomodo intelligere contingit?

Nec enim simile de linea est, quæ secundum diuisiones quidem nō stat. intelligere uero non potest, nisi sistat. quare non numerabit diuisiones, qui infinitam pertransit.

Sed etiam materiam necesse est in eo, quod mouetur, intelligere. atq; nulli est esse infinito.

Quod si non, non infinitum est infinito esse. Atqui etiam, si species causarum infinitæ multitudine essent, nec hoc modo esset ipsum cognoscere. tūc enim scire putamus, cum causas cognoscimus, infinitum uero secundum additionem non est in tempore finito pertransire.

LECTIO V.

Vsultationes autem secundum consuetudines accidūt. quemadmodum enim consueuimus, ita iudicamus dici debere. & quæ præter hæc, non apparent similia: sed quia nō consueuimus, ignotiora, & magis peregrina. consuetum etenim notius est.

Quātā uero uim cōsuetudo habeat, leges declarāt, in quibus fabulosa, ac puerilia plus possunt propter consuetudinem, quām si cognosceremus ea.

LECTIO V.

Ostēdit Philosophus ostendit, ꝙ cōsideratio veritatis partim est difficilis, & partim facilis, & ꝙ maxime pertinet ad Primū Philosophū, hic ostendit quis sit modus conueniens ad cōsiderandum veritatem. & circa hoc duo facit. Primo.n. ponit diuersos modos, quos homines sequuntur in consideratione veritatis. Secundo, ostēdit qs sit modus cōueniēs, ibi: {Propter quod oportet erudiri &c.} Circa primum duo facit. Primo, ostēdit efficaciam consuetudinis in cōsideratione veritatis. Secūdo, concludit diuersos modos, quibus homines ueniuntur in cōsideratione veritatis ꝓpter diuersas consuetudines, ibi: {Alij vero si non mathematicæ &c.} Circa primum duo facit. Primo, ostendit virtutem cōsuetudinis in cōsideratione veritatis. Secundo, manifestat per signum, ibi: {Quātam vero vim habeat &c.} Dicit ergo primo, ꝙ auditiones contingūt in hoibus de his, q̄ sunt secundum consuetudines. Ea.n.q̄ sunt consueta, libentius audiuntur, & facilius recipiuntur. Dignum.n.vī nobis, vt ita dicatur de quocunq;, sicut consueuimus audire. Et si qua dicātur nobis prēter ea, quæ consueuimus audire, nō uidentur nobis similia in veritate his, quę consueuimus audire. Sed uidentur nobis minus nota, & magis extranea a ratione, ꝓpter hoc, quòd sunt inconsueta. Illud.n. quod est consuetū, est nobis magis notū. Cuius ratio est, quia consuetudo vertitur in naturā. Vnde & habitus ex consuetudine generatur, qui inclinat per modum naturæ. Ex hoc autem, ꝙ aliquis habet talem naturā, vel talem habitum, habet proportionem determinatā ad hoc vel illud. Requiritur autem ad quamlibet cognitionem determinata proportio cognoscentis ad cognoscibile. Et ideo secundum diuersitatem naturarum, & habituum accidit diuersitas circa cognitionem. Videmus enim, quòd hominibus secūdum humanam naturam, sunt innata prima principia, & secūdum habitum virtutis apparet vnicuiq; bonum, quod conuenit illi virtuti: sicut & gustui videtur aliquid conueniens, secūdum eius dispositionem. Sic igitur, quia consuetudo causat habitum consimilem naturæ, contingit, quòd ea, quæ sunt consueta sint notiora. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifestat quod dixerat per quoddam signum. ostendēs, quòd leges ab hominibus positæ, ostendunt per experiētiam, quantam vim habeat consuetudo: in quibus quidem legibus propter consuetudinem magis valent fabulariter, & puerliter dicta ad hoc, quòd eis assentiatur, quām cognitio veritatis. Loquitur autem hic Philosophus de legibus ab hominibus aduentis, quæ ad conseruationem ciuitatem, sicut ad vltimum finem ordinātur. Et ideo, quicunq; inuenerunt eas, aliqua quibus hominum animi retraherentur a malis, & pronocarentur ad bona secundum diuersitatē gentiū, & nationum in suis legibus tradiderunt, quamuis multa eorum essent vana, & friuola, q̄ puerilia audientes magis approbabant, quām veritatis cognitionem. Sed lex diuinitus data ordinat hominem ad veram felicitatē, cui omnis falsitas repugnat. Vnde in lege Dei nulla falsitas continetur. Deinde cum dicit.

c ¶ Hic ostēdit quo modo homines in consideratione veritatis propter consuetudinē diuersos modos acceptant. & dicit, quòd quidā non recipiunt quod eis dicitur, nisi dicatur eis per modum mathematicum. Et hoc quidē cōuenit propter cōsuetudinem his, qui i mathematicis sunt nutriti, & quia consuetudo est similis naturę. Potest etiam hoc quibusdam contingere propter indispositionem, illis scilicet qui sunt fortis imaginationis, non habentes intellectum multum elevatum. Alij vero sunt, qui nihil volunt recipere, nisi proponatur eis aliquod exemplum sensibile, vel propter consuetudinem, vel propter dominiū sensitiuæ virtutis in eis, & debilitatem intellectus. Quidam vero sunt, qui nihil reputent esse dignum, vt aliquid eis inducatur absq; testimonio poetæ, vel alicuius authoris. Et hoc etiam est vel propter consuetudinē, vel propter defectum iudicij: quia nō possunt diiudicare vtrū ratio per certitudinem concludat. & ideo quasi non credentes suo iudicio, requirunt indicium alicuius noti. Sunt etiam aliqui, qui omnia volunt sibi dici per certitudinem, ideſt per diligentem inquisitionem rationis. Et hoc cōtingit propter bonitatem intellectus iudicantis, & rationis inquirentis: dummodo non quæratur certitudo in his, in quibus certitudo esse non potest. Quidam vero sunt, qui tristantur, si quid per certitudinem cum diligenti discussione inquiratur. quod quidem potest contingere dupliciter. vno modo propter impotentiam complectendi. habent enim debilem rationem. vnde non sufficiunt ad considerandum ordinem complexionis priorum, & posteriorum. Alio modo propter micrologiam, ideſt paruorum ratiocinationem. Cuius similitudo quædam est in certitudinali inquisitione, quæ nihil indiscussum relinquit vsque ad minima. Imaginantur autem quidam, quòd sicut in symbolis conuiuiorum non pertinet ad liberalitatem, quòd debeant etiam minima computari in ratiocinio, ita etiā sit quædam importunitas, & illiberalitas, si homo velit circa cognitionē veritatis etiā minima discutere. Deinde cū dicit.

d ¶ Ostendit quis sit modus conueniens ad inquirendū veritatem, & circa hoc duo facit. Primo.n. ostendit quomodo homo possit cognoscere modum conuenientē in inquisitione veritatis. Secundo ostendit, quòd ille modus, qui est simpliciter melior, non debet in oibus queri, ibi: {Acribologia vero &c.} Dicit ergo primo, quòd quia diuersi secundum diuersos modos veritatē inquirunt, ideo oportet quòd homo instruatur per quem modū in singulis scientiis sint recipienda ea, quæ dicuntur. Et qa non est facile, quod homo simul duo capiat, sed dū ad duo attēdit, neutrum capere potest, absurdū est, quòd homo simul quærat scientiā & modum, qui conuenit scientiæ. Et propter hoc debet prius addiscere logicam, quām alias scientias, quia logica tradit cōmunem modum procedendi in omnibus aliis scientiis. Modus autem proprius singularū scientiarum, in scientiis singulis circa principium tradi debet. Deinde cum dicit:

e ¶ Ostendit, quòd ille modus, qui est simpliciter optim⁹, non debet in omnibus quæri, dicens, quòd {acribologia} ideſt diligens, & certa ratio, sicut est in mathematicis, non debet requiri in omnibus rebus, de quibus sunt scientiæ: sed debet solum requiri in his, quæ non habent materiam. Ea enim, quę habent materiam, subiecta sunt motui, & variationi: & ideo non potest in eis omnibus omnimoda certitudo haberi. Quæritur enim in eis non quid semper sit, & ex necessitate, sed quid sit, vt in pluribus. Immateria lia vero secundum seipsa sunt certissima, quia sunt immobilia. Sed illa, quæ in sui natura sunt immaterialia, non sunt certa nobis propter defectū intellectus nostri, vt prędictum est. huiusmodi autem sunt substantiæ separatæ. Sed mathematica sunt abstracta a materia, & tamen non sunt excedentia intellectum nostrum. & ideo in eis est requirenda certissima ratio. Et quia tota natura est circa materiam, ideo iste modus certissimæ rationis non pertinet ad naturalem Philosophum. Dicit autem forsan, propter corpora cœlestia, quia non habent eodem modo materiam, sicut inferiora. Et quia in scientia naturali non conuenit iste certissimus rationis modus, ideo in scientia naturali ad cognoscendum modum conuenientem illi scientiæ, primo perscrutandum est quid sit natura. Sic enim manifestum erit, de quibus sit scientia naturalis. Et iterū considerandum est, {si vnius scientiæ} scilicet naturalis, sit omnes causas, & principia considerare, aut sit diuersarum scientiarū. Sic enim poterit scire quis modus demonstrandi conueniat naturali. Et hunc modum ipse seruat in secundo Physicorum, vt patet diligenter intuenti.

COMMENTARIORVM
S. THO. SVPER SECVNDVM
Metaphy. Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM.

LIBER TERTIVS,

Cum Diui Thomæ præclarissimis commentarijs.

LECTIO PRIMA.

a POstquã Philosophus in secũdo libro ostendit modum cõsiderãdæ veritatis, hic procedit ad veritatis considerationẽ. Et primo, prædit modo disputatiuo, ostendens ea, quæ sunt dubitabilia circa rerum veritatem. Secundo, incipit determinare veritatẽ. Et hoc ī quarto libro, qui incipit, ibi: ¶ Est sciẽtia quædam quæ speculat. ¶ Prima autẽ pars diuidit ī partes duas. In prima dicit, de quo est intentio. In secunda exequit ꝓpositum, ibi: ¶ Est autẽ dubitatio prima quod &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo. n. dicit, de quo est intentio. Secũdo rationẽ assignat suæ intẽtionis, ibi; ¶ Inest autẽ inuestigare volẽtib⁹ &c. ¶ Dicit ergo primo, quòd ad hanc scientiam, quã ꝓrimus de primis principiis, & vniuersali veritate rerum, necesse est vt primũ aggrediamur ea, de quibus oportet dubitare, anteq̃ veritas determinẽt. Sunt autẽ huiusmodi dubitabilia ꝓpter duas rationes. Vel quia antiqui Philosophi aliter susceperunt opinionem de eis, quam rei veritas habeat, vel quia omnino prętermiserũt de his considerare. Deinde cum dicit.

Lib. 4. Met. T. com. 1.

Lect. 2. huius lib.

part. seq.

b ¶ Assignat quatuor rõnes suę intẽtionis. & primo dicit, ꝙ volentibus inuestigare veritatẽ cõtingit ¶ præ opere ¶ idest ante opus ¶ hẽne dubitare ¶ idest bene attingere ad ea, quæ sunt dubitabilia. Et hoc ideo, quia posterior inuestigatio veritatis, nihil aliud est, quam solutio prius dubitatorũ. Manifestũ est autẽ in solutione corporaliũ ligaminũ, quòd ille, qui ignorat vinculũ, non potest soluere ipsum. Dubitatio autẽ de aliqua re hoc modo se habet ad mentem, sicut vinculum corporale ad corpus, & eundem effectum demonstrat. Inquantũ. n. aliquis dubitat, in tantum patitur aliquid simile his, qui sunt stricte ligati. Sicut enim ille, qui habet pedes ligatos, non potest in anteriora procedere secundum viam corporalem, ita ille, qui dubitat quasi habens mentem ligatam, nõ potest ad anteriora procedere secundum viam speculationis. Et ideo, sicut ille, qui vult soluere vinculum corporale, oportet quòd prius inspiciat vinculum, & modum ligationis, ita ille, qui vult soluere dubitationem, oportet, quod prius speculetur omnes difficultates, & earum causas.

LECTIO I.

a NEcesse est ad quæsitam scientiam nos aggredi primũ, de quibus dubitare primũ oportet. Hæc autem sunt quęcunque de ipsis aliter susceperũt quidam, & si quid ꝓter hoc est ꝓtermissum.

b Inest autẽ inuestigare volentib⁹ præ opere bene dubitare. Posterior. n. inuestigatio, prio rũ est solutio dubitatorũ. Soluere. n. non est ignorantis vinculum, sed mentis dubitatio, hoc de re demonstrat. Inquantum. n. dubitat, intantũ similiter ligatis est passus. impossibile enim vtrisque procedere ad quod est ante. Propter quod oportet difficultates speculari omnes prius, & horum causa.

c Et quia quęrentes sine dubitatione, primo similes quo oportet ire ignorantibus,

d Et adhuc neq; quando quęsitũ inuenit nõ cognoscit. Finis enim huic est non manifestus, prędubitanti autẽ manifestus.

e Amplius aũt melius necesse est se habere ad iudicandũ eũ, q audiuit, velut aduersariorũ, & dubitantium omnes rõnes.

f c ¶ Secundam rationem ponit. & dicit, quòd illi, qui volunt inquirere veritatem, non considerando prius dubitationem, assimilantur illis, qui nesciunt quo vadant. Et hoc ideo, quia sicut terminus viæ est illud, quod intenditur ab ambulante, ita exclusio dubitationis est finis, qui intenditur ab inquirente veritatem. Manifestum est autẽ, quòd ille, qui nescit quo vadat, non potest dirẽcte ire nisi forte a casu. ergo nec aliqs potest dirẽcte inquirere veritatem, nisi prius videat dubitationem.

LECTIO I.

DIllam, quæ quæritur, scientiam, necesse est in primis nos percurrere, de quibus primo dubitãdum est. hæc autem sunt, & quæcunque de eis aliter quidam existimauerunt, & si quid vltra hæc prætermissum sit.

Est autem operæpretium, aliquid facultatis habere volentibus, bene dubitare. nam posterior facultas solutio eorum est, quæ ante dubitata fuerunt. Soluere autem non est, cum nodus ignoretur, sed intellectus hæsitatio manifestum hoc de re facit. quatenus, n. dubitat, eatenus simile quoddã ligatis patitur. utroque nanque modo impossibile est ad ulteriora procedere. Quare omnes primo difficultates speculari par est, et horũ gratia.

Et propterea quòd illi, qui quærũt, nisi primo dubitent, similes illis sunt, qui quonam ire oporteat ignorant.

Et adhuc neque utrum inuenerint quod quæritur, an non, cognoscere possunt. finis etenim his quidem non est manifestus, illi autem, qui antea dubitauerit, patescit.

Item melius se habere necesse est illum ad iudicandum qui tanquã aduersarios, omnes vtrinq; rationes oppositas audiat.

G lius se habeat in iudicando, si audierit omnes rationes quasi aduersariorum dubitantium. Est autem attendendum, quòd propter has rationes consuetudo Arist. fuit fere in omnibus libris suis, vt inquisitioni veritatis, vel determinationi prætermitteret dubitationes emergentes. Sed in aliis libris singillatim ad sigulas determinationes prẽmittit dubitationes, hic vero simul præmittit omnes dubitationes, & postea secundũ ordinem debitum determinat veritatem. Cuius ratio est, quia aliæ scientiæ considerant particulariter de veritate, vnde & particulariter ad eas pertinet circa singulas veritates dubitare. sed ista scientia, sicut habet ad vniuersalem considerationem de veritate, ita etiam ad eam pertinet vniuersalis dubitatio de veritate. Et ideo non particulariter, sed simul vniuersale m dubitationem prosequitur. Potest etiam & alia esse ratio, quia dubitabilia, quæ tangit, sunt principaliter illa, de quibus Philosophi aliter opinati sunt. Non autem eodem ordine

A dine ipse procedit ad inquisitionem veritatis, sicut & alij Philosophi. Ipse enim incipit a sensibilibus, & manifestis, & procedit ad separata: vt patet infra in septimo. Alij vero intelligibilia, & abstracta voluerunt sensibilibus applicare. Vnde, quia non erat eodem ordine determinaturus, quo ordine processerũt alij Philosophi, ex quorum opinionibus dubitationes sequuntur, ideo præelegit primo ponere dubitationes omnes seorsum, & postea suo ordine dubitationes determinare. Tertiam assignat Auerrois dicens: hoc esse propter affinitatem huius scientiæ ad Logicam, quę tangitur infra in quarto. Et ideo Dialectica disputationem posuit quasi partes principales huius scientiæ.

T. com. 2. par. prima.

part. 2.

LECTIO II.

a SEcundum ea, quæ prædixit Philosophus, icipit hic prẽmittere dubitationes determinationi veritatis. & diuidit in duas partes. In prima ponit dubitationes. In secunda, causas dubitationũ inducendo rationes ad singulas dubitationes, ibi: ¶ Primũ ergo, de quibus in primis dicim⁹ &c. ¶ Dictum est autem in secundo libro, quod prius oportet quærere modũ scientiæ, q̃ ipsam scientiam. Et ideo primo ponit dubitationes pertinentes ad modum considerationis huius scientiæ, Secundo, ponit dubitationes pertinentes ad primam principia, de quibus est ista scientia, vt in primo libro dictum est, & hoc ibi; ¶ Et vtrum principia & elementa &c. ¶ Admodum autem scientię huius duo pertinent, vt in secundo dictum est, scilicet consideratio causarum, ex quibus scientia demonstrat, & iterum res, de quibus scientia considerat. Vnde circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem pertinentem ad considerationem causarum. Secundo, mouet multas dubitationes pertinentes ad ea, de quibus est hæc scientia, ibi: ¶ Et vtrum substantiæ principia &c. ¶ Dicit ergo. quòd prima dubitatio est, quasi prooemium ad totam scientiam, scilicet: vtrum consideratio causarum quatuor, secundum quatuor genera, pertineat ad vnam scientiam, vel ad multas & diuersas. Et hoc est quęrere: vtrum vnius scientiæ, & præcipue huius, sit demonstrare ex omnibus causis, vel magis diuersæ scientię ex diuersis causis demonstrent. Deinde cum dicit.

Lect. prima Lect. 3. seq. Lect. 2.

part. sequẽ.

b ¶ Mouet dubitationes de his, de quibus considerat ista scientia. & primo inquirit de quibus considerat ista scientia sicut de substantiis. Secundo, de quibus considerat ista scientia sicut de accidentibus, ibi: ¶ Et vtrum circa substantias &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo, multiplicat quæstiones ex parte ipsius scientiæ, quæ est de substantia. Secundo, ex parte substantiarum ipsarum, ibi: ¶ Et hoc idem quoque &c. ¶ Circa primum ponit tres quæstiones. Supposito enim ex his,

part. 4.

part. sequẽ.

B quæ in primo libro dicta sunt, quòd ista scientia consideret principia prima: Prima quæstio hic erit: vtrum ad hanc scientiam solum pertineat cognoscere prima principia substantiæ aut etiam ad hanc scientiam pertineat considerare de primis principiis demonstrationis, ex quibus omnes scientię demonstrant. vt puta, quòd hæc scientia consideret: vtrum contingat vnum & idem simul affirmare, & negare, vel non. Et similiter de aliis demonstrationis principiis primis, & per se notis. Secũda quæstio est: si ista scientia est cõsideratiua substantiæ, sicut primi entis: vtrũ sit vna scientia considerans omnes substantias, vel sint plures scientiæ de diuersis substantiis. Videtur enim, quòd de pluribus substantiis debeant esse plures scientiæ. Tertia quæstio est, si sint plures scientiæ de pluribus substantiis: vtrum omnes sint ¶ cognatæ ¶ idest vnius generis, sicut Geometria, & Arithmetica sunt in genere mathematicę scientiæ, vel non sint vnius generis, sed quędam earum sint in genere sapiẽtię, quędam vero in aliquo alio genere, puta in genere scientiæ naturalis, vel mathematicæ. Videtur enim secundum primũ aspectum, quòd non sint vnius generis, cum substantiæ materiales, & immateriales non eodem modo cognoscãtur. Deinde cum dicit.

Prima qõ Quę est secũda. i. ord

Quæ est 3 secũda dub Et soluit 4 T. com. 4.

Que est 4. 3. dub. Et soluitur, in quarta. Tex. c. 1. 6.

c ¶ Multiplicat quæstiones ex parte substãtię. & ponit duas quæstiones. quarum prima est: vtrum dicendum sit, quòd sint solum substantiæ sensibiles, vt antiqui naturales posuerunt, vel etiam præter substantias sensibiles sint aliæ substantię immateriales, & intelligibiles, vt posuit Plato. Secunda quæstio est, si sunt aliquæ substantiæ separatæ a sensibilibus: vtrum ¶ sint vnite ¶ idest vnius generis tantum, aut sint plura genera talium substantiarum, sicut quidam attendentes duplicem abstractionem, scilicet vniuersalis a particulari, & formæ mathematicæ a materia sensibili, posuerunt vtrunq; genus subsistere. Et ita ponebant substantias separatas, quæ sunt vniuersalia abstracta subsistentia, inter quæ & substantias sensibiles particulares posuerunt mathematica subsistentia separata, scilicet numeros, magnitudines, & figuras. De istis igitur quæstionibus, sicut nunc mouentur, perscrutandum est inferius: primo quidem disputatiue, secundo determinãdo veritatem. Deinde cum dicit.

Quæstio 1. quę est 5.

Secunda qõ quæ est 6.

d ¶ Inquirit, vtrum consideratio huius scientiæ de accidentibus sit. Et ponit tres quæstiones. quarum prima est: vtrum speculatio huius scientiæ sit solum circa substantias, propter hoc quod dicitur philosophia substantię: aut etiam sit circa ea, quæ per se substantiis accidunt, eo quòd ad eandem scientiam pertinere videtur, vt consideret subiectum, & per se accidentia subiecti. Secunda quæstio est: vtrum hæc scientia consideret de quibusdam, quæ videntur esse per se accidentia entis, & consequi omnia entia, scilicet de eodem & diuerso,

Septima. Quæstio 1. Soluit in 9. Tex. com. 1. Octaua. Quæstio 2. Hanc qõnẽ soluit in 4. lect. 3. & 4. T. com. 45.

LECTIO II.

a SEst autẽ dubitatio prima quidẽ. quib⁹ proœmialiter dictis dubitauimus, vtrum vnius scientię, aut multarum sit scientiarum causas speculari.

b Et vtrum substantię principia est sciẽtię huius scire solũ, aut de principiis, de quib⁹ ostẽdunt omnes. vt vtrum contingit vnum & idem simul dicere & negare, aut non, & de aliis talibus. Et si est circa substantiã, vtrũ vna circa omnes, aut plures sunt. Sed, si plures, vtrũ omnes cognatæ, aut earum he qui dem sapiẽtię, illę vero aliquid aliud dicendę sunt.

c Et hoc idẽ quoq; necessariũ est quærere, vtrum sensibiles substantiæ esse solum dicendæ sunt, aut ꝓter has aliæ: & vtrum vnitæ sunt, aut plura genera sũt substãtiarũ. vt faciẽtes spẽs & mathematica iter ista & sensibilia dixerunt. De his igitur, vt diximus, perscrutãdum est.

d Et vtrũ circa substãtias solũ speculatio, aut circa q̃ accidũt secundum se substãtiis. Adhuc de eodẽ & diuerso, simili, & dissimili, & contrarietate, priore & posteriore, & aliis oĩbus talibus, de quibus Dialectici intẽdere tentant, ex probabilibus solũ perscrutationẽ facientes,

Lect. 4. hui⁹ T. com. 15. part. 5.

LECTIO II.

ST autem prima dubitatio de his, quæ in proœmio quoque dubitauimus. vtrum vnius an multarum scientiarum sit causas speculari.

B *Et vtrum prima substantiæ principia solum huius sit scientiæ considerare, an etiam de principiis, ex quibus omnes demonstrant. vt puta utrum contingit unum & idem simul affirmare, & negare, an non & de aliis huiusmodi. Quod si circa substantiam est, vtrum una, an plures circa omnes sint. & si plures: vtrum omnes inter se affines, an aliquas earum sapientias, nonnullas ali quid aliud appellandum sit.*

C *Et hoc etiam ipsum necessarium est ut quæratur, utrum sensibiles substantias esse dumtaxat dicendum sit, an præter has etiam alias. Et utrum unum, an plura substantiarum genera sint. veluti qui formas, quique mathematica harum & sensibilium media faciunt. & de his igitur, ut dicimus, considerandum est.*

Et utrum circa substantias solum speculatio sit, an etiam circa ea, quæ per se substantiis accidunt. Et ad hæc de eodem & diuerso, simili & dissimili, & contrarietate, & de priori, & posteriori, & cæteris cum Elis huiusmodi, de quibus Dialectici considerare conantur, ex pro-

Lect. prima Lect. 3. seq. Lect. 2.

part. sequẽ.

E quæstiones. quarum prima est: vtrum dicendum sit, quòd sint solum substantiæ sensibiles, vt antiqui naturales posuerunt, vel etiam præter substantias sensibiles sint aliæ substantię immateriales, & intelligibiles, vt posuit Plato. Secunda quæstio est, si sunt aliquæ substantiæ separatæ a sensibilibus: vtrum ¶ sint vnite ¶ idest vnius generis tantum, aut sint plura genera talium substantiarum, sicut quidam attendentes duplicem abstractionem, scilicet vniuersalis a particulari, & formæ mathematicæ a materia sensibili, posuerunt vtrunq; genus subsistere. Et ita ponebant substantias separatas, quæ sunt vniuersalia abstracta subsistentia, inter quæ & substantias sensibiles particulares posuerunt mathematica subsistentia separata, scilicet numeros, magnitudines, & figuras. De istis igitur quæstionibus, sicut nunc mouentur, perscrutandum est inferius: primo quidem disputatiue, secundo determinãdo veritatem. Deinde cum dicit.

Prima qõ Quę est secũda. i. ord

Quæ est 3 secũda dub Et soluit 4 T. com. 4.

Que est 4. 3. dub. Et soluitur, in quarta. Tex. c. 1. 6.

Quæstio 1. quę est 5.

Secunda qõ quæ est 6.

d ¶ Inquirit, vtrum consideratio huius scientiæ de accidentibus sit. Et ponit tres quæstiones. quarum prima est: vtrum speculatio huius scientiæ sit solum circa substantias, propter hoc quod dicitur philosophia substantię: aut etiam sit circa ea, quæ per se substantiis accidunt, eo quòd ad eandem scientiam pertinere videtur, vt consideret subiectum, & per se accidentia subiecti. Secunda quæstio est: vtrum hæc scientia consideret de quibusdam, quæ videntur esse per se accidentia entis, & consequi omnia entia, scilicet de eodem & diuerso,

Septima. Quæstio 1. Soluit in 9. Tex. com. 1. Octaua. Quæstio 2. Hanc qõnẽ soluit in 4. lect. 3. & 4. T. com. 45.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simili, & dissimili, & de contrarietate, & de priori & posterio- F
ri, & omnibus aliis huiusmodi, de quibus Dialectici tractant,
qui habent considerationem de omnibus. Sed tamen de hu-
iusmodi perscrutantur non ex necessariis, sed ex probabili-
bus. Ex vna enim parte videtur, quòd, cum sint cõmunia, per-
tineant ad Philosophum primum. Ex alia parte videtur,
quòd ex quo Dialectici ista cõsiderãt, quorum est ex pro-
babilibus procedere, quòd non pertineat ad considera-
tionem ipsius philosophi, cuius est demonstrare. Tertia
quæstio est, cum ad ista communia, accidentia entis quæ-
dam per se consequantur, vtrum ad Philosophum perti-
neat circa vnumquodque horum sõlũ considerare quid
est, aut etiã illa, quæ consequuntur ad ip-
sa, pura vtrum vni
sit contrarium.

LECTIO III.

a In 1. part. huius lect. part. 5. huius lect. part. sequẽ. part. 3. prima part. Lectio. part. 2. part. 3.

OStquã Philosophus mouit qõnes pertinentes ad modum considerandi huius scientiæ, hic mouet quæstiones pertinentes ad res, de quibus ista scientia considerat. Et, quia ista scientia cõsiderat de principiis primis, vt in primo dictum est, ideo mouet hic quæstiones de principiis rerũ. Prima autem rerũ principia ponebantur, & species, & mathematica. Vnde primo mouet quæstiones pertinentes ad species. Secũdo, quæstiones pertinẽtes ad matheinatica, ibi: {Adhuc autem vtrum numeri, & longitudines &c.} Circa primum duo facit. Primo, quærit quæ sunt principia. Secundo, qualia sunt, ibi: {Amplius autem vtrum principia numero, aut specie determinata &c.} Quia vero principia ponebantur vniuersalia separata, primo quæritur vtrum vniuersalia sint principia. Secundo, vtrum res separatæ sint principia, ibi: {Maxime vero quærẽdum est &c.} Circa primum ponit duas quęstiones. quarum prima est. vtrum genera sint principia, & elementa rerum, aut ea, in quæ, sicut in vltima, diuiditur quodcunque singulare existens. Et ratio huius dubitationis est, quia elementum est, ex quo primo componitur res, & in quod vltimo diuiditur. Inuenimus autem duplicem modum compositionis, & diuisionis, vnum scilicet secundum rationem, prout species resoluuntur in genera. Et secundum hoc, videntur genera esse principia, & elementa, vt Plato posuit. Alio modo secundum naturam, sicut corpora naturalia componuntur ex igne, & aere, & aqua, & terra, & in hæc resoluuntur. Et propter hoc naturales Philosophi posuerunt esse prima principia elementa. Secunda quæstio est, suppositio, quòd genera sint principia rerum, vtrum principia sint vniuersalia dicta de individuis, scilicet species specialissimæ, quas genera appellat secũdum Platonicorum consuetudinem, quia continent sub se plura indi-

Soluitur infra lect. 8. Item septimo. Secunda.

uidua, sicut genera plures species: aut magis sint principia prima generalissima, vtputa: quid sit magis principium, vtrum animal, vel homo, qui est principium quoddam secundum Platonicos, & magis vere existens, quam singulare. Oritur autem hęc dubitatio propter duas diuisiones rationis, quarum vna est, secundum quam genera diuiduimus in species. Alia vero est, secundum quã species resoluimus in genera. Semper. n. videtur illud, quod est vltimus terminus diuisionis, esse primum principiũ, & elementum in cõponendo. Deinde cum dicit.

par. prima. Nona. Quæstio 3. Hæc quæstio soluitur in 4. lect. 4. lect. cõ. 5. part. 2.

LECTIO III.

a

T vtrum principia, & elemẽta genera sunt, aut in quę diuiditur existentiũ singulum. Et si genera, vtrũ quæcunq; dicuntur de indiuiduis finalia, aut prima. & vtrũ animal: aut homo principiũ, & magis est q̃ singulare.

b Maxime vero quærendũ est, & tractandum, vtrum est aliqd prẽter materiam causa secundum se, aut non. Et hoc separabile, aut non: & vtrum vnum, aut plura numero. Et vtrum est aliquid prẽter synolon. (Dico autem synolon, quãdo prædicatur aliquid de materia) aut nihil, aut horum quidem, horum vero non.

c Amplius autem: vtrum principia numero, aut specie determinata, & quæ in rationibus, & in subiecto. Et vtrum corruptibilium, & incorruptibiliũ eadem aut diuersa. Et vtrum corruptibilia omnia, aut corruptibiliũ corruptibilia. Amplius autẽ, quod omnium difficillimum est, & plurimam habet dubitationem, vtrum vnũ & ens, quẽmadmodum Pytha-

babilibus solum perscrutantes, cuius est de his omnibus speculari. Item quæcunque per se eisdem ipsis accidunt, & non solum quid horum vnũquodque est, sed etiam utrum vni contrarium.

LECTIO IIII.

G

T utrum ipsa genera sint principia, & elementa, an illa, in quæ diuiduntur, quæ insunt singula. Et si ipsa genera, utrum quæcunque ultima de indiuiduis prædicantur, an priora. utputa, utrum animal, uel homo principium, & magis, quàm singularia sit.

*Potissimum uero quærendum, & tractandum est, utrum est aliqua, præter materiam, causa per se, an non. Et hæc separata an non. Et utrum unus, an plures numero. Et utrum est aliquid præter * cunctum (dico autem cunctum, cum quicquam de materia prædicatur) an nihil. an quorundam quidem sit, quorundam uero non, & quænam entium talia sint.*

Item principia, utrum numero, an specie definita sint, & quæ in rationibus, & quæ in subiecto. Et utrum corruptibilium, & incorruptibilium eædem, an diuersa, & utrum incorruptibilia omnia, an corruptibilium corruptibilia. Item, quod omnium difficillimum est, & maximam ambiguitatem habet. utrum unum & ens, ut Pythagorici, & Plato dicebant, non est aliud quicquam, sed entium

Tertia Quæ Sexta. Septima Lect. 14. & lect. 6.

* Totum

I

scilicet quando prædicatur aliquid de materia. Ad cuius intellectum considerandum est, quòd Plato posuit hominem, & equum, & ea, quæ sic prædicantur, esse quasdam formas separatas. Per hoc autem homo prædicatur de Socrate, vel Platone, quòd materia sensibilis participat formam separatam. Socra. ergo vel Plato dicitur synolon, vel simul totum, quia constituitur per hoc, quòd materia participat formam separatam. & est quasi quoddam prædicatum de materia. Quærit ergo Philosophus hic: vtrum quod quid est indiuidui, sit aliquid aliud præter ipsum indiuiduum, vel non: aut etiam in quibusdam est aliud, & in quibusdam non aliud. Quam quidem quæstionem Philosophus determinabit in septimo. Deinde cum dicit.

c ¶ Mouet quæstiones circa modum existendi principiorũ. Et quia ens diuiditur per vnum & multa, per actum, & potentiam, Primo quærit, quomodo sint principia secundum vnitatem, & multitudinem. Secundo, quomodo sint secũdum actum, & potentiam, ibi: {Ex potestate, aut actu.} Circa primum mouet quatuor quæstiones, quarum prima est. Vtrum principia sint determinata secundum numerum, aut secũdum speciem, puta, quia dicimus tria esse principia naturæ. Potest autem intelligi, vel quia sunt determinata secundum numerum, ita scilicet quòd solã vnã numero forma sit principium

Septima. Hęc quæstio soluitur infra lect. 10. & sol. in 12. T. com. 13.

naturæ,

A natura, & sola vna numero materia & priuatio: & potest intelligi, quòd sit determinata secundum speciem, ita scilicet, quòd sint multa principia materialia, quæ conueniant in specie materialis principij, & sic de aliis. Et quia quidam philosophorum assignabant causas formales, sicut Platonici, qui dam autẽ solas causas materiales, sicut antiqui naturales, addit, quòd ista quæstio habet locum {in rationibus} idest in causis formalibus {& in subiecto} idest in causis materialibus. Secunda quæstio est. Vtrum corruptibilium & incorruptibilium sint eadem principia, aut diuersa. Et si sint diuersa, vtrũ omnia sint incorruptibilia, vel corruptibiliũ principia sint corruptibilia, & incorruptibilium incorruptibilia. Tertia quæstio est. Vtrum vnũ & ens significent ipsam substantiam rerum, & non aliquid aliud additum supra substantiam rerum, sicut dicebant Pythagorici & Platonici, vel non significent ipsam substantiam rerum, sed sit aliquid aliud subiectum unitati, & entitati scilicet, ignis, aut aer, aut aliquid aliud huiusmodi, vt antiqui naturales posuerũt. Hãc autem quæstionem dicit esse difficillimam, & maxime dubitabilem, quia ex ista quęstione dependet tota opinio Platonis, & Pythagoræ, qui ponebant numeros esse substantiam rerum. Quarta quæstio est: Vtrum principia rerum sint sicut {quædam vniuersalia, vel sicut aliqua singularia.} idest: vtrum ea, quæ ponuntur esse principia, habeant rationem principij secundum rationem vniuersalem, vel secundum quòd vnumquodque eorum est aliquid & singulare. Deinde cum dicit.

Octaua. Hæc quæstio disputatur infra lect. 11. & sol. in 12. Tex. c. 19. part. 4. Nona. Hęc quæstio disputatur ifra lec. 12. part. 5. Sol. aũt partim in 4. lect. 2. partim in 10. le. 3. & partim in 12. lec. vltimo. & lect. 13. Decima. Hæc quæstio disputatur infra le. 15. & sol. in 7. lec. 13. & 14. T. com. 3. par. prima. part. 2.

d Et potestate, aut actu. Amplius: vtrum aliter, aut secundum motum. Hæc enim dubitationem præstant magnam.

e Adhuc autẽ vtrũ numeri, aut longitudines, & figuræ, & puncta substantiæ sunt quędã, aut non. Et, si substantię, vtrũ separatæ a sensibilibus, aut in eis. De his etenim omnibus nõ solum difficile veritatẽ inquirere, sed nec dubitaẽ facile bene.

LECTIO IIII.

a

RImũ ergo, de qbus in primis diximus, vtrũ vni', aut pluriũ scientiarum sint speculãda omnia genera causarũ.

b Vnius enim scientię quomodo erit non contraria principia existentia, cognoscere?

Vndecima. Hæc quæstio disputatur infra lect. 15. & sol. in 9. le. 7. & 8. Decimater tertia. Decimaquarta. Hæ quæstiones disputantur infra le. 12. & ibi infra, & determinandæ: quia in his non solum difficile est veritatem inquirere, sed etiam non est facile bene dubitare de eis inueniendo, scilicet probabiles rationes dubitationis.

LECTIO IIII.

a

POstquam Philosophus mouit quæstiones, quæ fiunt dubitationem in ista scientia, hic incipit de eis disputare, & diuiditur in tres partes. In prima disputat de quęstionibus pertinentibus ad considerationẽ huius scięntiæ. In secunda de quęstionibus pertinentibus ad substãtias, ibi: {Amplius autem, vtrum sensibiles substãtiæ &c.} In tertia parte de quæstionibus pertinentibus ad principia substantiarum, ibi: {Et de principiis, vtrum oportęat genera, & elementa &c.} Circa primum tria facit. Primo enim disputat de considerationę huius scientiæ quantum ad causas, per quas demonstratur. Secundo, quantum ad prima demonstrationis principia, ibi: {At vero de principiis demõstrationis &c.} Tertio, quantum ad ipsas substantias, ibi: {Totaliter quę substãtiarum vtrũ vna est &c.} Circa primum duo facit. Primo enim resumit quæstionem, de qua disputare intendit, concludens ex ipso enumerationis ordine, quòd primo disputandum est de illis, de quibus primũ dictum est in enumeratione quæstionum: vtrum scilicet ad vnam scięntiam, vel ad plures pertineat speculari omnia genera causarum, vt sic ordo disputationis ordini quæstionum motarum respondeat. Secundo ibi.

Infra lec. 7. Infra lec. 8. Infra lec. 5. Infra lec. 6. part. 4. huius lect. part. 8. huius lect.

b ¶ Ponit rationes ad quæstionem. & circa hoc tria facit. Primo enim ponit rationem ad ostendendum, quòd considerare omnia genera causarum non pertineat ad vnam scientiam. Secundo mouet alteram quæstionem supposito, quòd ad diuersas scientias pertineat diuersa genera causarum considerare, cuius causæ consideratio pertinet ad Philosophum primum. Et disputat ad diuersas quęstionis partes, & hoc ibi. ¶ At vero, si scientia causarum sunt plures &c. } Tertio, ex hac disputatione secunda concludit conclusionem primarum rationum, ibi: { Quapropter videtur alterius esse scięntię &c. } Circa primum ponit duas rationes dicens, quòd eum vnius scientiæ sit considerare contraria, quomodo erit vnius scientiæ considerare principia, cum non sint contraria? Quæ quidem ratio, si secundum superficiem consideretur, nullius videtur esse momenti. Videtur enim procedere ex destructione antecedentis, ac si sic argumentaretur: Si principia sunt contraria, sunt vnius scientię: ergo si non sunt contraria non sunt vnius scientię. Posset ergo dici, quòd Philosophus in his disputationibus non solum probabilibus rationibus vtitur, sed etiam interdum sophysticis, ponens rationes, quę ab aliis inducebantur. Sed non videtur esse rationabile, quòd in tanta re, tantus philosophus tam friuolam, & parum apparentem rationem induxisset. Vnde aliter dicendum est, quòd si quis recte considerat naturam diuersorum, quæ ad eandem scientiam pertinent, quędam pertinent ad vnã scientiam secundum sui diuersitatem, quædam vero secundum quòd reducũtur ad aliquod vnum. Multa quidem igitur alia diuersa inueniuntur pertinere ad vnam scientiam, secundum quòd reducuntur ad aliquod vnum, puta vt ad vnum totum, vel ad vnam causam, vel ad vnum subiectum. Sed contraria & quælibet opposita, pertinent ad vnam scientiam secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

seipsa, eo quòd vnum est ratio cogno scendi alterum. Et ex hoc efficitur ista propositio probabilis, quòd omnia diuersa quę sunt contraria, pertineant ad vnam scientiam. Vnde sequetur, si principia sunt diuersa, & non sunt contraria, quòd non pertineant ad vnam scientiam.

c ¶ Secundam rationem ponit, quæ talis est: Diuersorũ pertinentiũ ad vnã scientiam, quęcunque scientia considerat vnum, cõsiderat & aliud, vt patet in contrariis, quorum diuersitas secũdum se pertinet ad vnam scientiã non per reductionem ad aliquid vnum: sed non quecunq; scientia cõsiderat vnam causam, considerat omnes causas: ergo consideratio omnium causarum nõ pertinet ad vnam scientiam. Minorem probat per hoc quòd diuerse scientię sunt de diuersis entibus, & multa entia sunt, quibus non possunt attribui omnes causæ. Quod primo manifestat in causa, quæ dicitur: vnde principium motus. Non enim videtur, quòd possit esse principium motus in rebus immobilibus.

part. 3.

part. 4.

Ponuntur autẽ quædam entia immobilia, & præcipue secundum Platonicos ponentes numeros, & substantias separatas. Vnde, si qua scientia de his consideret, non potest considerare de causa, quę est: vnde principium motus. Secundo manifestat idem de causa finali, quæ habet rationẽ boni. Boni enim natura non videtur posse inueniri in rebus immobilibus, si hoc concedatur, quòd omne quod est bonum, secundum se, & propter suam naturam, est finis. Et hoc modo causa est inquantum propter ipsam, & causa eius omnia fiunt, & sunt. Dicit autem, quod est bonum secundum se, & propter suam naturam, ad excludendum bonum vtile, quod non dicitur de fine, sed magis de eo, quod est ad finem. Vnde quę sic solum dicuntur bona, inquantum sunt vtilia ad aliud, non sunt bona secundum se, & propter suam naturam. Sicut potio amara, non est secundum se bona, sed solum secundum quòd ordinatur ad finem sanitatis, quę est secundum se bona. Finis autem & cuius causa sit aliquid, videtur esse terminus alicuius actus. Omnes autem actiones videntur esse cum motu. Ergo videtur sequi, quòd in rebus immobilibus, non possit esse hoc principium, scilicet causa finalis, quæ habet rationem boni. Et quia quæ sunt per se exi stentia absque materia, necesse est, quòd sint immobilia, ideo non videtur esse possibile, quod sit aliquid {autoagathon} ideſt per se bonum, vt Plato ponebat. Omnia enim immaterialia, & non participata vocabat per se existentia, sicut ideam hominis vocabat hominem per se quasi non participatum in materia. Vnde & per se bonum dicebat id, quod est sua bonitas non participata, scilicet primum principium

d Amplius autem multis existentiũ nõ insunt omnia. Quo nanque modo posibile est motus principium esse in omnib' immobilib', aut boni naturã? si quidẽ omne, quod bonũ est, secundum se & propter suã naturam finis est, & ita causa, ꝙ illius causa & fiunt & sunt cętera: finis autem & cuius causa, actus cuiusdã est finis: sed act' omnes cum motu. Quare in immobilibus nõ continget hoc esse principium, neque esse aliqd authogathon. Vnde & in mathematicis nihil per hanc ostẽditur causam, neque est demõstratio vlla, eo quod meli', aut deterius. Sed nec omnino nullus talium alicuius reminiscitur. Quapropter & sophistarum quidam, vt Aristippus ipsas præneglexit. In aliis enim artibus, & illiberalibus, vt tectonica, & coriaria, eo ꝙ melius, aut deterius dici oĩa: mathematicas vero nullam de bonis, aut de malis rõnẽ facere.

d At vero, si scientiæ causarũ sunt plures, & altera alterius principia, quę earum est dicenda quæ quæritur? aut quis maxime res quęsitas est eas sciẽs habentium?

e Contingit enim eidem omnes modos causarum inesse, vt domus; Vnde quidem motus, ars, & ædificator: cuius vero causa, opus: & materia terra, & lapides: species vero, ratio.

e

part. 5.

F omnium. Et ad hanc rationem confirmand am inducit quoddam signum. Ex hoc enim, quòd finis non potest esse in rebus immobilibus, videtur procedere, quòd in scientiis mathematicis, quæ abstrahunt a materia, & motu, nihil probatur per hanc causam, sicut probatur in scientia naturali, quæ est de rebus mobilibus aliquid per rationem boni. Sicut, cum assignamus causam, quare homo habet manus, quia per eas melius potest exequi cõceptiones rationis. In mathematicis autem, nulla demonstratio fit hoc modo, quòd hoc modo sit, quia melius est sic esse, aut deterius, si ita non esset. Puta, si diceretur, quòd angulus in semicirculo est rectus, quia melius est, quòd sic sit, quàm quòd sit acutus, vel obtusus. Et quia posset forte aliquis esse alius modus demonstrandi per causam finalem, puta si diceretur, si finis erit, necesse est id, quòd est ad finem præcedere: ideo subiungit, quòd nullus omnino in mathematicis facit mẽtionem alicuius talium per tinentium ad bonum, vel ad causam finalem. Propter quod, quidam sophistę, vt Aristippus, qui fuit de secta Epicurcorum, omnino neglexit, demonstrationes, quæ sunt per causas finales, reputans eas viles ex hoc, quòd in artibus illiberalibus, siue mechanicis, vt in arte {tectonica} ideſt ædificatoria: {& coriaria} omniũ rationes assignantur ex

Item multis entium, non omnibus, omnia insunt. Quo nanq; modo possibile est motus principium in immobilibus esse, aut boni naturam? siquidem omne, quodcunque per se, & propter suam ipsius naturam bonum sit, finis est, & ita causa, quoniam illius gratia cętera & fiunt, & sunt: finis autem & cuius causa actionis cuiusdam finis est, actiones vero omnes cum motu. Quare in immobilibus non contingere queat hoc principium esse. non autem esse contingat quicquam per se bonum. Vnde in Mathematicis, nihil per hanc causam probatur, nec est aliqua demonstratio, quare eius, quod melius, aut peius, & omnino alicuius talium, nemo mentionem facit. Quapropter quidam sophistarum, vt Aristippus, spernebat eas. in aliis enim artibus, ac ipsis etiam illiberalibus, vt in fabrili, & coriaria, inquiebat, cur melius, aut peius, de omnibus dici; Mathematicas autem, nullam de bonis, & malis rationem facere.

G

H

At si plures sunt causarum scientiæ, & alia alius principii, quam earum dicendum, eã esse, quæ quæritur? aut quis illorum, qui eas habent, rem quæ quæritur, maxime sciet?

I

Contingit enim eidem omnes modos causarum ineſse. ut puta domus, unde quidem motus, ars & faber; cuius uero causa, opus; materia autem, terra, & lapides: forma uero, definitio.

hoc, quòd est aliquid melius, vel deterius. In marhematicis vero, quæ sunt nobilissimæ, & certissimæ scientiæ, nulla fit mẽtio de bonis, & malis. Deinde cum dicit.

d ¶ Interponit aliam quæstionem, & proponit eam, & habet duas partes. Prima enim pars quęstionis est. Si diuersæ causæ considerentur a pluribus scientiis, ita quòd altera scientia sit alterius causæ consideratiua: quæ illarum debet dici scientia {quæ quęritur?} ideſt philosophia prima? Vtrum, scilicet illa, quæ considerat causam formalem, aut quæ considerat causam finalem, vel quæ considerat aliquam aliarum? Secunda pars quæstionis est: si aliquę res sint, quæ habeant plures causas, quis maxime cognoscit rem illam eorum, qui considerant illas causas? Secundo, cum dicit.

e ¶ Manifestat partem secundam quęstionis per hoc, quòd vna & eadem res inuenitur, quæ habet omnes modos causarum, sicut domus causa, vnde principium motus est ars, & edificator. Id vero cuius causa vel finis causa domus {est opus} ideſt vsus eius, qui est habitatio. Causa vero sicut materia, est terra, ex qua fiunt lateres, & lapides. Causa vero sicut species vel forma, est ipsa ratio domus, quam artifex præconceptam mente in materia ponit. Tertio ibi.

Reassumit

K

f ¶ Reassumit quæstionem, scilicet quàm dictarum scientiarum possimus vocare sapientiam secundum ea, quę de sapientia prius determinauimus in principio libri, vtrum scilicet illam, quę considerat causam formalem, vel quæ considerat causam finalem, vel aliquam aliarum causarum. Et ponit consequenter rationes ad singulas trium causarum dicens. quòd ratio quædam videtur de {qualibet scientia} ideſt quę est per quamcumque causam quòd appelletur nomine sapientiæ. Et primo quantum ad scientiam, quæ est per causam finalem. Dictum est enim in principio libri, quòd ista scientia, quæ sapientia dicitur, est maxime principalis & ordinativa aliarum quasi subditarum. Sic igitur inquantum sapientia {est senior} ideſt prior ordine dignitatis, & principalior quadam authoritate ordinandi alias: quia non est iustũ quòd aliæ scientię contradicant ei, sed ab ea accipiant sua principia, sicut ei seruientes, videtur quòd illa scientia, quæ est {finis & boni} ideſt quę procedit per causam finalem sit talis quæ sit digna nomine sapientię. Et hoc ideo, quia omnia alia sunt propter finem. Vnde finis est quodammodo causa omnium aliarum causarum. Et sic scientia, quæ procedit per causam finalem, est principalior. Cuius signum est, quòd artes illæ, ad quas pertinent fines, principantur & præcipiunt aliis artibus, sicut gubernatoria nauifactiuæ. Vnde si sapientia est principalis & preceptiua respectu aliarum, maxime videtur quòd præcedat per causam finalem.

Lect. 2.

g ¶ Inducit rationem de causa formali. Dictum est enim in proœmio libri, quod sapientia est primarum causarum, & eius quod est maxime scibile, & quod est maxime certum. Et secundum hoc videtur, quòd sit {substantię} ideſt per causam formalem, quia inter diuersos modos scirendi, magis dicimus scire illum, qui scit aliquid esse, quàm qui scit aliquid non esse. Vnde & in Posterioribus Philosophus probat, quòd demonstratio affirmatiua est potior quam negatiua. Inter eos autem, qui sciunt aliquid affirmare, vnum alio magis dicimus scire. Sed inter omnes maxime dicim' scire illum, qui cognoscit quid est res, non autem qui scit quanta est, uel qualis, & quid possit facere vel pati. Sic igitur in cognoscẽdo ipsam rẽ absolute perfectissimum est scire qd est res, quod est scire substantiam rei. Sed etiam in aliis cognoscendis, puta proprietatibus rei magis dicimus scire singula, de quibus sunt demonstrationes, quando etiã de ipsis accidentib' vel proprietatibus scimus quod quid est. quia quod quid est, non solum inuenitur in substantijs, sed etiam in accidẽtibus. Et ponit exemplum de tetragonismo, ideſt de quadratura superficiei equedistantium laterum non quadratæ, quã quadrate dicimur, cum inuenim' quadratum ei equale. Cum autem omnis superficies æque distantium laterum & rectorum angulorum ex duabus lineis continetur, quæ rectũ continet angulum, ita quòd totalis superficies nihil est aliud quàm ductus vnius earum in alia, tunc inuenimus quadratum equale superficiei prædictæ, quando inuenimus lineam, quæ sit media in proportione inter duas lineas prædictas. Puta, si linea, A ad lineam B se habeat, sicut linea B, ad lineam C: quadratum lineæ B, est equale superficiei, quæ continetur in C, & A, vt probatur in Sexto Euclidis.

Lect. 2.

Lib. 1. lect. 39. 40.

par. 6.

par. 7.

τετραγωνίζω

par. 8.

f Igitur ex dudum determinatis quam decet vocare scientiam sapientiã. Habet .n. rationem quãlibet appellari, inquãtum senior & principalior, cui ueluti seruientes non contradicere scientias alias certum est, quę finis & boni talis est. Huius enim causa sunt cętera.

g Inquantum vero primarum causarum & maxime scibilis diffinita est esse, substantiæ vtique erit talis. Multis enim modis rationem scientibus, magis quidem scire dicim' eum, qui nouit in ipso esse quid ipsa res, q̃ in non esse, & horũ eorum dem aliud alio magis, & maxime quid est, & non quantũ, aut quale, aut aliqd facere, aut pati apta nata est. Amplius aũt & in alijs scire singula, & quorũ demonstrationes sunt, tunc putamus existere, quando scimus quid est: ut quid est tetragonizare? quia mediæ inuentio. Similiter autem & in alijs.

h Circa generationes uero & actus, & circa oẽm transmutationẽ opinamur nos pfecte cognoscere qñ cognoscim' princi

Quadratum.

Tetragonismus, siue superficies plana.

Ad inueniendum quadratum æquale tetragonismo, oportet accipere lineam mediã in proportione inter duas lineas, ut patet in istis lineis sequentibus.

Ex his itaque, quæ ab Antiquis determinata sunt, quæ scientiarum appellanda sit Sapientia, rationabile uideatur unamquanque ita appellandam esse. Verum, quatenus principalissima & honorabilissima, & cui cæteras scientias tanquam ancillas non contradicere decet, illa est ipsius finis & boni. huius enim causa cætera.

Quatenus uero primarum causarum & eius, quod maxime scibile definita est esse, ipsa utique substantiæ fuerit. cum enim multipliciter sit idẽ scire, magis quidem illum scire dicimus, qui rem quid nam sit ipso esse cognoscat, quàm illum, qui ipso non esse. Istorum autem ipsorum, alterum altero magis, & maxime illum, qui quid est, non uero illum, qui quantum, aut quale, aut quid agere, siue quid pati natura aptum est. Item & in cæteris tunc scire unumquodque eorum etiam, quorum demonstrationes sunt, arbitramur, cum quid est sciamus. ut puta quid est tetragonismus, quod inuentio mediæ. similiter & de cæteris.

Circa generationem autem, & actiones totamquè transmutationem, cum sciamus motus principium. hoc autem aliud, & fini oppositum est.

Et apparet manifeste in numeris. Sex enim est medium in proportione inter nouem & quatuor. Nouem enim se habet ad sex in proportione sexqualtera, & similiter sex ad quatuor: quadratum autem senarij est 36. Quod etiam perficitur ex ductu quaternarij in nouenarij. Quater enim nouem sunt 36. & simile est in omnibus alijs. Deinde ponit rationem de causa mouente.

T.com. 18.

h ¶ Videm' enim, quòd circa generationes & actiones, & circa omnẽ transmutationem maxime dicimus aliquid scire, quãdo cognoscimus principium motus, eo quòd motus nihil est aliud quam actus mobilis a mouente, vt dicitur 3. Phy. Præterimittit autem de causa materiali, quia illa imperfectissime se habet ad hoc, q̃ sit principium cognoscendi. Non.n. fit cognitio per id, quod est in potentia, sed per id, quod est in actu, ut infra in Nono dicetur. His igitur positis, ad secundam quæstionem pertinentibus, inducit rationem ex eisdem rationibus supra positis ad primam quæstionem, scilicet quòd alterius scientiæ sit considerare omnes istas causas, eo quòd in diuersis rebus diuersæ causę videntur habere principalitatem,

Lectio. 12. T.c.20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipalitatem, sicut in mobilibus principium motus, in scibilibus quod quid est, finis autem in his, quæ ordinantur ad finem. Hanc autem quæstionem Aristo. in sequentibus expresse soluere non inuenitur. Potest tamen eius solutio ex his, quę ipse inferius in diuersis locis determinat colligi. Determinat enim in Quarto, q ista scientia considerat ens inquantum est ens. Vnde & ei est considerare primas substantias: Nō autem scientiæ Naturalis, quia supra substantiam mobilem sunt alię substātię. Omnis autem substantia vel ē ens p seipsā, si sit forma tñ, vel si sit composita ex materia & forma, est ens p suā formā. Vnde inquantū hęc scientia est considerativa entis, cōsiderat maxime causam formalem. Primæ autem substantiæ non cognoscuntur a nobis, vt sciamus de eis qđ quid est, ut potest aliqua liter haberi ex his quæ in ix. determinantur. Et sic in earum cognitione nō habet locum causa formalis. Sed quāuis ipsæ sint immobiles secundum seipsas, sunt tamē causa motus aliorum p modū finis. Et ideo ad hanc scientiam, inquantum est considerativa primarū substantiarum, præ cipue pertinet considerare causam finalem, & etiam aliqualiter causā mouentē. Causam autem materialem secundum seipsam nullo modo, quia materia non conuenienter causa est entis sed alicuius determinati generis scilicet substātiæ mobilis. Tales autem causæ pertinent ad considerationem particularū scientiarū, nisi forte considerentur ab hac scientia inquantum continentur sub ente. sic enim ad omnia suam cōsiderationem extendit. His autem visis, rationes inductas facile est soluere. Primo enim nihil prohibet diuersas causas ad hanc scientiam pertinere vnam existentem, licet non sint contraria, quia reducuntur ad vnum, s. ad ens commune, sicut dictū est. Similiter nihil prohibet, & si non quælibet scientia consideret omnes causas, quin aliqua scientia possit considerare omnes, vel plures earum inquātum reducuntur ad aliquod vnum Sed specialiter descendēdo dicendum est, q nihil prohibet in immobilibus considerari & principium motus, & finem, siue bonum: in immobilibus, inquam, quę sunt tamen mouentia, sicut sunt primæ substantiæ. In his autem, quę neque mouentur nec mouēt, non est consideratio principij motus, nec finis sub ratione finis motus, quamuis possit considerari finis, sub ratione finis alicuius operationis sine motu. Sicut si ponantur esse substantię intelligentes non mouentes, ut Platonici posuerunt, nihilominus tamen inquantum habent intellectum & voluntatem, oportet ponere in eis finem & bonum, quod est obiectum voluntatis. Mathematica autem non mouentur, nec mouent, nec habent voluntatem. vnde in eis non consideratur bonum sub nomine boni & finis. Consideratur tamē in eis id, quod est bonum, scilicet esse & quod quid est. Vnde falsum est quod in mathematicis non sit bonū sicut ipse infra in. xi. probat. Ad quæstionem vero secundam iam patet responsio, quia ad hanc scientiam pertinet cōsideratio trium causarum, de quibus rationes inducit.

Tex. c. 3. part. 3. Tex. c. 4. par. 1. Tex. c. 18. Lect. 11. par. 2. part. 3. Lect. 8. fi.

LECTIO V.

Postquam disputauit de prima quæstione quæ erat de consideratione causarum. Hic intendit disputare de consideratione principiorum demonstrationis, ad quam scientiā pertineant, & circa hoc tria facit. Primo mouet quęstionem. Secundo disputat ad vnā partem. ibi: {Vnius igitur esse &c.} Tertio disputat ad aliā partem. ibi: {At vero si alia &c.} Dicit ergo primo, quòd dubitatio ē de principijs demōstrationis: vtrum considerare de his ptineat ad vnam scientiam, vel ad plures. Et exponit quæ sunt demonstrationis principia. Et dicit, quòd sunt communes cōceptiones omniū, ex quibus procedūt omnes demonstrationes, inquantum scilicet singula principia propriarū conclusionum demonstrarum habēt firmitatē virtute principiorum communium. Et exemplificat de primis principiis maxime, sicut quòd necesse est de vnoquoq; aut affirmare, aut negare. Et aliud principiū est, quòd impossibile ē idem simul esse & nō esse. Est ergo hęc quæstio. Vtrū hæc principia & similia pertineāt ad vnam sciētiam, vel ad plures: & si ad vnam,

Quare alterius esse scientiæ videatur harum causarum unamquamque speculari.

LECTIO V.

Vtrum autem & de principijs demonstrationis, vtrum unius scientiæ an plurium sunt, ambiguum est. Dico autem demonstrativa, opiniones communes, ex quibus omnes demonstrant. vtputa quod necesse est omne, aut affirmare, aut negare: & quòd impossibile est simul esse & non esse: & quæcunque aliæ similes propositiones sunt. Vtrū una istarum, ac substantiæ scientia est, an diuersa. quòd si non una, utra dicenda est illa esse, quæ nunc quæritur.

Vnius itaq; nō est rationabile esse. Cur enim Geometriæ magis quàm cuiuscunq; propriū sit de his speculari? Si itaque æqualiter quidem cuiuscunque est, de omnibus uero non contingit, sicuti nec cæterarū, ita nec illius, quæ cognoscit substantias, proprium est de eis cognoscere.

Et ad hæc, quomodo eorum scientia erit? quid enim horum quodque est nunc quoque cognoscimus. utuntur namque eis cætera etiam artes, tanquam cognitis. Quòd si de-

vtrum pertineant ad scientiam, quæ est considerans substantiam, vel ad aliam. Et si ad aliam, quam earum oportet nominare sapientiam, vel philosophiam primam, quam nunc quærimus. Deinde cum dicit.

b ¶ Obiicit ad unam partem quęstionis, scilicet ad ostendendum, quòd non est vnius scientię considerare principia omnia, sūpple demonstrationis & substantiam. Et ponit duas rationes, quarum prima talis est. Cum omnes scientię utantur prædictis principiis demonstrationis, nulla ratio esse videtur, quare magis pertineant ad vnam quàm ad aliam. Nec etiam videtur rationabile, quod eorum consideratio pertineat ad omnes scientias, quia sic sequeretur, quòd idem tractaretur in diuersis scientiis: quod esset superfluum. Videtur igitur relinqui, quòd nulla scientia consideret de principijs istis? ergo per quam rationem non pertinet ad aliquam aliarum scientiarum tradere cognitionem de huiusmodi demōstrationis principijs, per eandem rationem non pertinet ad scientiam, cuius est considerare de substantia. Secunda ratio ponitur ibi.

c ¶ Quæ talis est. Modus de quo est cognitio in scientijs est duplex. Vnus modus secundum quod de unoquoque cognoscitur quid est. Alius modus secundum quod cognitio per demonstrationem acquiritur. Primo autem modo, non pertinet ad aliquam scientiam tradere cognitionem de principijs demonstrationis, quia talis cognitio principiorum, præsupponitur ante omnes scientias. Quod enim unumquodq; horum sit ens {ex nunc nouimus} ideſt statim a principio cognoscimus quid significent hęc principia, per quorum cognitionem statim ipsa principia cognoscūtur. Et quia talis cognitio principiorum ineſt nobis statim a natura, concludit, q omnes

o ¶ Tertiam rationem ponit, quæ sumitur ex meliori & peiori: quia in quibuscunque inuenitur vnum alio melius, semper illud, quod est melius, est prius secundum naturam, sed horum, quę sic se habent, nõ potest poni vnũ genus commune separatum, ergo eorũ, quorum vnum est melius, & aliud peius, non potest poni vnum genus separatum. & sic redit in idẽ quod prius. Hæc enim ratio inducitur quasi confirmatio præcedentis ad ostendendum, q̃ in speciebus cuiusli bet generis inueniatur prius & posterius. Et ex trib⁹ his rationibus concludit propositum, s. q̃ species specialissimæ, quæ immediate de individuis prędicantur, magis videntur esse principia q̃ genera. Ponitur. n. genitiuus generum, loco ablatiui more græcorum. Vnde litera Boetij planior est, quæ expresse concludit huiusmodi prædicata magis esse principia quam genera. De inde cum dicit.

part. 15.

p ¶ Obiicit in contrarium tali ratione. Principium & causa est præter res, quarum est principium & causa, & possibile est ab eis esse separatum Et hoc ideo, quia nihil est causa sui ipsius. Et loquitur hic de principijs & causis extrinsecis, quę sunt causæ totius rei Sed aliquid esse præter singularia non ponitur, nisi quia est commune & vniuersaliter de omnibus prædicatum: ergo quanto aliquid est magis vniuersale, tanto magis est separatum, & magis debet poni principium. Sed genera prima sunt maxime vniuersalia. ergo genera prima sunt maxime principia. Harum autem quæstionum solutio innuitur ex hac vltima ratione. Secundum hoc enim genera vel species vniuersalia principia ponebantur, inquãtum ponebantur separata. Quòd autem non sint separata & per se subsistentia ostenditur in 7. huius. Vnde, & Commentator in 8. ostendet, quòd principia rerum sunt materia & forma, ad quorum similitudinem se habent genus & species. Nam genus sumitur a materia, differentia vero a forma, vt in eodem libro manifestabitur. Vnde, cum forma sit magis principium quam materia, secundum hoc etiam erunt species magis principia quam genera. Quod vero contra obiicitur ex hoc, quòd genera sunt principia cognoscendi speciem & diffinitiones ipsius, eodem modo soluitur sicut & de separatione. Quia

F enim separatim accipitur a ratione' genus sine speciebus, est principium in cognoscẽdo. & eodem modo esset principium in essendo, si haberet esse separatum.

LECTIO IX.

Item ubicunque hoc quidem melius, hoc uero deterius est, semper prius est, quod melius est. quare nihil horum genus esset. Ex his itaque magis apparent, quæ de indiuiduis prædicantur quàm genera, esse principia.

Rursus tamen quomodo oporteat ista existimare principia, non est facile dictu. Principium enim, & causam esse oportet præter res, quarum principium est, & posse esse separatum ab eis, Tale quid autem esse præter singulare cur quisquam opinaretur, nisi quoniam vniuersaliter, & de omnibus prædicatur? At si propter hoc, quæ magis vniuersalia sunt, magis ponenda principia sunt. quare prima genera vtique principia sint.

LECTIO IX.

Ostquã Philosophus diputauit qõnem de vniuersalibus, vtrum sint principia, hic consequẽter mouet qõnẽ de separatis, vtrũ. s. aliquid sit separatum a sensibilibus, q̃ sit eorum principiũ. Et circa hoc pertractat duas qõnes. quarũ prima est, An vniuersalia sint separata a singularibus. Secunda est, an sit aliquid formale separatum ab his, q̃ sunt cõposita ex materia & forma, ibi. {Amplius aũt si q̃ maxime &c.} Circa primum tria facit. Primo describit dubitationẽ. Secũdo obiicit ad vnã partem, ibi. {Nam si non est &c.} Tertio obiicit ad partem aliã, ibi. {At vero &c.} Est ergo hæc dubõ de eo, q̃ tactũ est i vltima rõne pceden tis qõnis, vtrũ. s. vniuersale sit separatũ a singularibus. Sicut pmissa rõ supponebat. Et hoc est q̃ dicit. {De quo rõ nũc extitit}, i. de quo imediate pcedens rõ pcessit. De hac autẽ dubitatione ita dicit, primo q̃ est habita}, i. consequẽter se habẽs ad pmissa. q̃ sicut iam dictũ est, ex hoc depẽdet consideratio pcedẽtis qõnis. Nã, si vniuersalia nõ sunt separata, nõ sunt principia, si aũt sũt separata, sunt principia. Sed to dicit de ea, q̃ est difficillima omniũ dubõnũ huius scię. Q̃ ostenditur ex hoc, q̃ eminẽtissimi philosophi de ea diuersimode senserũt. Nã Platonici posuerũt vna esse separata, alijs philosophis cõtra ponẽtib⁹. Tertio dicit de ea, q̃ est maxime necessaria ad cõsiderãdũ, q. s. ex ea depẽdet tota cognitio subarũ, tã sẽsibiliũ q̃ imaterialiũ. Deide cũ dicit

b ¶ Obiicit ad ostẽdendũ, q̃ vna sint separa: a singularibus, singularia. n. sunt infinita: Infinita aũt cognosci non possunt. Vna singularia oĩa cognosci nõ pñt, nisi inquantũ reducunt ad aliq̃d vnũ, q̃d est vna. Sic igiẽ scia de reb⁹ singularib⁹ nõ habẽt, nisi inquantũ sciunt vna. Sed scia nõ est nisi verorũ & exĩtiũ, ergo vna sũt aliqua p se exĩtia pter singularia. Deide cũ dicit.

c ¶ Obiicit in contrarium hoc modo. Si necesse est vniuersalia esse aliquid præter singularia, oportet, q̃ genera sint præter singularia, vel prima generum, vel etiam vltima, quæ sunt immediate ante singularia: sed hoc est impossibile, vt ex præcedenti dubitatione patet: ergo vniuersalia non sunt a singularibus separata. Hanc autem dubitationem soluit Philosophus in vij. huius, vbi ondit multipliciter vna nõ esse substãtias p se subsistẽtes. Nec oportet, sicut multotiens dictum est, q̃ aliquid eundem modum essendi habeat in rebus, per quem modum

modum ab intellectu scientis comprehenditur. Nam intellectus immaterialiter cognoscit materialia, & similiter naturas rerum, quæ singulariter in rebus existunt, intellectus cognoscit vniuersaliter, idest absque consideratione principiorum & accidentium individualium. Deinde cum dicit.

part. 4. part. sequẽ. Hęc ẽ qõ 6. superius in dicta ex parte consideratorum, & soluitur partim in 12. lect. 6. partim vero in 8. lect. 7. par.. 5.

d ¶ Prosequitur de alia quæstione: vtrũ scilicet aliquid sit separatum a compositis ex materia, & forma, & circa hoc duo facit. Primo mouet quæstionem: secundo prosequitur eã, ibi: {Si igit &c.} Circa primum considerãdum est, quòd primo mouet quæstionem, vtrum vniuersale sit separatũ a singularibus. Contingit autẽ aliquod singulare esse compositum ex materia & forma, non tamẽ omne singulare ex materia, & forma est compositum, nec secundum rei veritatem: quia substãtiæ separatæ sunt quædã particulares substantię, quia per se stantes, & per se operantes: nec etiam secundum opin. Platonicorum, qui ponebant etiam in mathematicis separatis esse quædam particularia, ponẽdo plura ex eis in vna specie. Et quamuis dubitari possit: vtrum etiã in his, quæ non sunt composita ex materia, & forma, sit aliquid separatum, sicut vniuersale a singulari, tamen hoc maxime habet dubitationem in rebus compositis ex materia, & forma: & ideo dicit, quòd maxime est dubitabile: vtrum sit aliquid {præter simul totum &c.} id est præter rem compositam ex materia, & forma. Et quare dicatur simul totum compositum, exponit subdens, vt quando prædicatur aliquid de materia. Ponebat enim Plato. quòd sensibilis materia participabat vniuersalia separata: & ex hoc erat, quòd vniuersalia prędicantur de singularibus. Et ipse participationes vniuersalium formarum in materialibus sensibilibus constituunt simul totum, quasi vniuersalis forma per modum participationis cuiusdam sit de materia prędicata. In his autem quæstionẽ trimembrem proponit, vtrum. s. præter oĩa hmõi sit aliquid separatum, aut præter quædam eorum, & non præter alia, aut præter nihil eorum. Deinde cum dicit.

part. 6.

e Si igitur nihil est pter singularia, nihil est intelligibile, sed oĩa sensibilia: & scięti a nullius, nisi qs dicat sensum eẽ sciẽtiã.

part. 7.

f Amplius autem neq; sempiternum est aliquid nec immobile. nam sensibilia omnia corrumpuntur & in motu sunt.

part. 8.

g At vero, si sempiternũ nihil ẽ, nec generationẽ posibile est esse. Necesse. n. est aliqd esse qđ factũ est, & ex quo fit, & horum vltimum ingenitum siſtat, & ex nõ ente generari iposibile.

part. 9.

h Amplius autẽ, cum sit generatio & motus, finẽ esse necesse est. Motus. n. nullus est infinitus, sed omnis est finitus. Generariq; impossibile, quod est im posibile factum esse. Quod autem generatum est, esse necesse est, quãdo primum factum est.

i Amplius autẽ, si materia est, quia est ingenita, multo rationabilius est esse substantiã, qñ

A f ¶ Inducit talem rationem. Omnia sensibilia composita ex materia, & forma corrumpuntur & in motu sunt: Si igitur nihil sit pręter huiusmodi entia: sequitur, quòd nihil sit sempiternum, nec immobile. Deinde cum dicit.

g ¶ Ostendit esse inconueniens. s. q̃ nihil sit sempiternum & immobile. & primo ex parte materię. Secundo ex parte formæ, ibi: {Amplius autem cum sit &c.} Dicit ergo primo, quòd si nihil est sempiternũ, nõ est posibile esse generationem alicuius rei. Et hoc probat sic: quia in omni generatione, necesse est esse aliquid, quod fit, & aliquid, ex quo fit. si ergo id, ex quo fit aliquid, iterum generatur, oportet, q̃d ex aliquo generetur: aut ergo necesse est, q̃ in infinitũ procedatur in materiis, aut q̃ stet processus in aliquo primo, q̃d sit aliquod primum materiale principiũ non generatum: nisi forte dicatur, quòd generetur ex nõ ente, quod est impossibile: si autem in infinitũ procederetur, nunqua posset compleri generatio, quia infinita non est transire. ergo vel oportet ponere aliquid ingenitũ materiale principium, aut impossibile est esse aliquam generationem. Deinde cum dicit. part. sequẽ.

h ¶ Ostendit idem ex parte causæ formalis. & ponit duas

Item, si q̃ maxime aliquid præter totum, cum quicquam de materia prædicetur, utrũ si aliqua species est, præter omnia esse aliquid oporteat, an præter aliqua esse, & præter aliqua non esse, an præter nullum?

Si igitur nihil præter singularia est, nihil intelligibile erit, sed omnia sensibilia: & scientia nullius erit, nisi quis sensum dicat scientiam esse.

Item nihil esset sempiternum, nec immobile. sensibilia enim omnia corrumpuntur, & in motu sunt.

At, si nihil est sempiternum, neq; generationem esse possibile est. necesse est enim aliquid esse id, quod fit, & ex quo fit, & ultimum horum ingenitum esse: si quidem fiat, & ex nõ ente fieri impossibile est.

Item generatione & motu existente, necesse est, ut finis etiam sit. nec enim infinitus est aliquis motus, sed cuiusq; est finis. & fieri non est possibile, quod factũ esse impossibile sit. quod autem factum est, necesse est ut sit, cum primo factum est.

Item, si materia est, propterea quòd ingenita est, multo magis rationabile est ipsam substantiam esse, cũ

rationes, quarum prima talis est. Omnis generatio, & motus necesse est, quòd habeat aliquem finem. Et hoc probat, quia nullus motus est infinitus, sed cuiuslibet motus est aliquis finis. Hoc autem planum est in illis motibus, qui finiuntur in suis terminis. Sed uideretur habere instantiam in motu circulari, qui potest esse perpetuus & infinitus, vt probatur in Octauo Phys. Et quamuis supposita sempiternitate motus, tota continuitas circularis motus sit infinita, secũdum quòd circulatio succedit circulationi, tamen quælibet circulatio secundum speciem suam, completa & finita est. Quòd autem ei sic cedat alia circulatio, hoc accidit quantum ad circulationis speciem. Et quod dixerat de motu vniuersaliter, specialiter ostendit de generatione. Nõ enim potest esse aliqua generatio vna infinita, quia nõ potest aliquid generari, quod impossibile est peruenire ad finem generationis, cuius finis est factum esse. Et quòd factum esse sit terminus generationis, ex hoc patet, quia quod generatum est, necesse est esse, {Quando post factũ est} id est, quando primo terminatur generatio eius. Oportet igitur, quòd cum forma, secũdum quam aliquid est, sit terminus generationis, quòd non sit procedere in infinitum in formis, sed quòd sit aliqua forma vltima, cuius non sit aliqua generatio. Omnis enim generationis finis est forma, vt dictum est. Et sic videtur, quòd sicut materiam ex qua aliquid generatur oportet esse ingenitam, ex eo, quòd non proceditur in infinitum, ita etiam quòd formam aliquam oporteat esse ingenitã, ex hoc quòd in infinitum non procedatur in formis.

i ¶ Secundam rationem ponit, quę talis est. {Si materia aliqua est prima, quia est ingenita, multo rationabilius est, quòd sit substantia, id est forma ingenita, cũ per formam res habeat esse: materia vero magis sit subiectum generationis, & transmutationis. Si uero neutrum eorum sit ingenitum, nihil omnino erit ingenitũ, cum omne quod est, pertineat ad rationẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

materię,vel formæ,vel sit compositum ex vtroque. Hoc autē est impossibile,,vt nihil sit ingenitum,sicut probatū est. Ergo relinquitur,q necesse est aliquid esse{præter synolon},i.simul totū.i.præter singulare compositum ex materia, & forma. Et hoc dico aliquid,quod sit forma,& species. Materia.n.per se non potest esse separata a singularibus, quia non habet esse nisi q aliud. De forma vero hoc magis videtur, per quā est esse rerum. Deinde cum dicit.

part.10. k ¶Obiicit in contrariū. Si.n.aliquis ponat aliquā formā esse separatā præter singularia cōposita ex materia &forma, erit dubitatio, i quibus hoc sit ponēdū, & in quibus non. Manifestum.n.est,q hoc non est ponendū in omnibus, præcipue in artificialibus. Non.n.est possibile,q sit aliqua domus,præter hāc domum sensibilem cō positam ex materia & forma. Hanc autē dubitationem soluit Arist. partim quidē in 12.hui⁹,vbi ostēdit esse quasdā substātias a sensibilibus separatas, quæ sunt secūdū scipsas intelligibiles: partim vero i septimo huius, vbi ostendit formas & species rerum sensibilium non esse a materia separatas. non tū sequitur, q de rebus sensibilib⁹ nō possit haberi scīē tia, vel q scientia sit sensus,non enim oportet, quòd eundem modum essendi habeant res in se ipsis, quem habent in consideratione scientis. Quæ enim scipsis materialia sunt,ab intellectu immaterialiter cognoscuntur,vt etiam supra dictum est. Nec etiam oportet,si forma non est separata a materia, quòd generetur,quia formarum non est generatio, sed compositorū,vt in septimo huius ostenditur. Paret ergo,in quibus oportet ponere separatas formas,& in quibus non. Nam omnium eorum, quæ sunt secundum suam naturam sensibilia, formæ non sunt separatæ. Sed illa,quę sunt secundum naturam suam intelligibilia,sunt a materia separata. Non enim substantiæ separatæ sunt naturæ horum sensibilium, sed sunt altioris naturæ, alium habentes ordinem in rebus.

T.com. 13. par. prim.

part.2.

T.com. 14.

T.com. 15.

part.3.

T.com. 14. part.4. Hæc finit 7. quæstio supra mot. ex parte considerat., & soluitur in 12.

T.com. 19. part. sequé. Lect. 8.

T.com. 27.

LECTIO X.

a QVōquam Philosophus inquisiuit,quæ sunt principia,& vtrum sint aliqua a materia separata,hic inquirit qualia sint principia. Et primo inquirit de vnitate,& multitudine ipsorum. Secundo inquirit, vtrum sint in potētia,vel in actu,ibi: {His autem a fine est quærere &c.} Tertio,vtrum principia sint vniuersalia vel singularia,ibi: {Et vtrum vniuersalia sint &c.} Circa primū duo facit. Primo inquirit,qualiter principia se habeant ad vnitatem. Secundo,qualiter ipsum vnum se habeat ad rationē principij,ibi: {Omnium autem &c.} Circa primum tria facit. Primo inquirit specialiter de principio formali, vtrum sit vnum omnium existentium in vna specie. Secundo inquirit idem de omnibus generaliter principiis,ibi: {Amplius autem &c.} Tertio inquirit,vtrum eadem sint principia,aut diuersa corruptibilium,& incorruptibilium,ibi {Nōn minor autem &c.} Circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obiicit ad quæstionem,ibi: {Sed impossibile &c.} Est ergo dubitatio,vtrum sit vna substantia,id est forma omnium existentium in vna specie,puta hominum.

Infra le.15.

Ibi par.4.

Infra le.12.

Infra par.4. Lect. sequé. part. sequé.

b ¶ Obiicit ad vnam partem quæstionis,scilicet ad ostendendum,quòd non sit vna forma omnium existētium in vna specie,& hoc duabus rationibus,quarum prima talis est. Ea,quæ sunt in vna specie,sunt multa,& differentiali igitur omnium in vna specie existētium sit vna substantia, sequetur, quòd ea, quorum substantia est vna, sint multa & differētia:quod est irrationabile.

c ¶ Hic ponit secūdam rationem, quæ talis est: Illud,quod est in se vnum, & indiuisum,nō componitur cum aliquo diuiso ad constitutionem multorum: sed manifestum est, quòd materia diuiditur in diuersis singularibus: si igitur substantia formalis esset vna & eadem, non esset assignare, quomodo singulum horum singularium sit materia habens talem substantiam, quæ est vna & indiuisa, ita quòd singulariter sit simul totū habens hæc duo, scilicet materiam, & formam substantialem, quæ est vna, & indiuisa. In contrarium autem non obiicit, quia rationes,quæ ad sequentem quæstionē proponuntur,ad oppositum prælictarum rationum, sunt tria illę, quę sunt mopositę supra de separatione vniuersalium. Nam,si sit vniuersale separatum, necesse est ponere vnam numero substantiam eorum, quæ conueniunt in specie,quia vniuersale est substantia singularium. Huius autem quæstionis veritas determinatur in septimo huius,vbi ostendetur quod quid est, id est,essentiam cuiuslibet rei,non esse aliud,quàm rem ipsam,nisi per accidens,vt ibi dicetur. Deinde cum dicit.

T.com.

d ¶ Mouet dubitationem de vnitate principiorum in communi. Vtrum,scilicet principia rerum sint eadem numero, vel eadem specie, & numero diuersa. & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendum, quòd sint eadem numero, secundo ad oppositum, ibi: {At vero &c.} Circa primum ponit tres rationes. & præmittit dubitationem dicens, quòd idem potest queri vniuersaliter de principiis rerum, quod quæsitum est de substantia:vtrum, scilicet principia rerum sint eadem numero. Et inducit primam rationem ad ostendendum,quòd sint eadem numero. Nō enim inuenitur in principiatis, nisi quod ex principiis habēr. Si igitur in principiis non inueniatur vnum numero,sed solum vnum specie, nihil erit in principiatis vnum numero,sed solum vnum specie. Secunda ratio talis est:quia illud,quod est ipsum vnum, vel ipsum ens,oportet,quòd sit vnum numero. Dicit autem ipsum vnum, vel ipsum ens, vnitatem, aut ens abstractum. si igitur principium rerum non sit vnum numero, sed solum vnum specie, sequetur, quòd nihil sit ipsum vnum, & etiam ipsum ens,id est quòd ens,& vnum non per se subsistant. Tertia ratio est:quia scientia habetur de rebus per hoc, quòd vnū inuenitur in multis,sicut homo communis inuenitur in omnibus hominibus. Non enim est scientia de singularibus, sed de vno,quod inuenitur in eis. Omnis autem scientia, vel cognitio principiatorum, dependet ex cognitione principiorum. Si igitur principia non sunt vnum numero, sed solum vnum specie, sequitur, quòd scientia non sit de rebus. Deinde cum dicit.

Obiicit

part.5. e ¶ Obiicit in contrarium tali ratione. Si principia sunt unū numero, ita quòd quodlibet principiorum in se consideratū sit unum,non erit dicere de principiis existentium, quòd hoc modo se habent sicut principia sensibilium. Videmus.n.in sensibilibus,quòd diuersorum sunt diuersa principia secundum numerum, sed eadē secundum speciem, sicut & eorum, quorum sunt principia sunt diuersa secundum numerum, sed eadem secundū speciē. Sicut uidemus, quòd diuersarū syllabarum secundum numerum, quę conueniunt in specie, sunt principia eædē literæ secundū speciem,sed non secundum numerum. Si quis autem dicat, q non est ita in principiis entium,sed omnium entium principia sunt unum numero,sequeť, quòd nihil sit in reb⁹ præter elementa: quia quod est unum numero, est singulare. Sic enim appellam⁹ singulare, quod est unum numero, sicut uniuersale,qđ est vnum in multis. Tex.c.19. Quod autē est singulare, non multiplicat nec inuenit nisi singulariter. Si igitur ponatur q omnium syllabarū essent principia eædē literę numero, sequeretur quòd illę literæ nunquam possent multiplicari, ut. s. essent duo, aut plura.& sic non posset seorsum inueniri i syllaba ista, ba,uel,da.& eadem ratio est de aliis literis. Pari igitur ratione, si omniū entium sint principia eadem numero, sequetur quòd nihil sit præter principia quod uideťur incōueniens. quia, cum principium alterius sit, nō erit principium nisi sit aliquid pręter ipsum. Hęc autem quæstio soluetur in xij. Ibi enim,ostendetur, quòd principia, quæ sunt intrinseca rebus,s.materia & forma, vel priuatio,non sunt eadē numero omnium, sed analogia siue ꝓportione. Principia aūt separata,s.substātiæ intellectuales,quarum suprema est Deus,sunt vnum numero vnaquęq; secundum seipsam. Id aūt,quod est ipsum vnum & ens, Deus est,& ab ipso deriuatur vnitas secundū numerum in rebus oībus. Scientia aūt est de his,non quia sint vnum numero in omnibus, sed quia est vnum in multis secūdum rationem. Ratio autem, quæ est ad oppositum, verificatur in principijs essentialibus, non autem in principijs separatis, cuiusmodi sunt agens & finis. Multa enim possunt produci ab vno agente vel mouente,& ordinari in vnum finem.

T.com. 14. part. sequé.

b ¶ Obiicit ad oſtēdendum, q nō sunt eadē principia corruptibilium, & incorruptibilium, ibi. {Nam si eadem &c.} Tertio inducit rōnes ad oſtendendum q non sunt diuersa, ibi. {Si vero diuersa &c.} Dicit ergo primo, q quædam dubō est, q non minus reliquitur modernis philosophis Platonem sequentibus, q fuit apud antiquos philosophos, qui etiam dubitauerunt, vtrum corruptibiliū & incorruptibiliū sint eadem principia, vel diuersa. Deinde cū dicit.

parte.2.

part. sequé.

c ¶ Excludit solutionē Poetarū theologorū. & primo ponit eorū solutionē. Secundo obiicit cōtra p̄dictam positionem, ibi. {Palam q hæc oia sibi nota dicentes &c.} Tertio se excusat a diligentiori improbatione huius positiōis, ibi. {Sed de fabulose &c.} Circa primum cōsiderandū est, q

part.3. par.sequen.

LECTIO XI.

a NOn autem minor dubitatio modernis & prioribus relinquitur,utrum eadem corruptibilium & incorruptibilium sint principia,aut diuersa.

b Nam,si eadem sunt, quomodo hæc quidem in corruptibilia, illa uero corruptibilia, & propter, quam causam?

c Qui quidem igitur circa Hesiodum. & omnes qui theologi erant, solum apud ipsos persuasionem curauerunt,nos autem neglexerunt. Deos autem facientes principia, & ex deis esse facta, quæ non gustauerunt nectar & manna, mortalia facta esse dicunt.

T.con.15. par. prima.

LECTIO XI.

a QVōquam Philosophus inqsuit vniuersaliter, vtrū principia sint eadem numero oīa, quæ sunt vnius speciei, vel eadem specie:hic inquirit, vtrum eadem numero sint principia corruptibilium & incorrupti bilium.& circa hoc tria facit. Primo proponit qōneu. Secūdo inducit rōnem ad oſtendum, q nō sunt eadem principia corruptibilium & incoſruptibilium, ibi. {Nam si eadem &c.} Tertio inducit rōnes ad oſtendum q non sunt diuersa, ibi. {Si vero diuersa &c.} Dicit ergo primo, q quædam dubō est, q non minus reliquitur modernis philosophis Platonem sequentibus, q fuit apud antiquos philosophos, qui etiam dubitauerunt, vtrum corruptibiliū & incorruptibiliū sint eadem principia, vel diuersa. Deinde cū dicit.

T.com. 14. part. sequé.

At uero si numero unum & unum quodlibet principiorū, & non quemadmodum in sensibilibus, alia aliorum, ut in hac syllaba,ba.specie existente & principia specie eadem. Etenim ea sunt numero diuersa. Quòd si non ita, sed quæ sunt entium principia, numero unum sunt, non erunt præter elementa quippiam aliud. Nam dicere numero unū, aut singulare, nihil differt. Sic enim dicimus unumquodque numero unum: uniuersale uero quod in his est. Vt si uocis elementa numero essent determinata, tot literas esse necesse esset, quot elementa. duobus quidem eisdem non existentibus, nec pluribus.

Nihilo autem minor dubitatio & a præsentibus & à prioribus prætermissa est, utrum eadem corruptibilium & incorruptibilium principia sint, an diuersa.

Si enim eadem sunt, quomodo hæc quidem incorruptibilia, hæc uero corruptibilia sunt & propter quam causam?

Quicunque igitur circa tempora Hesiodi fuerunt, & cunctі Theologi, solum quo ad sibi persuaderent, curæ habuerunt, nos autem contempserunt. Cum enim principia Deos facerent, & ex Dijs fuisse dicerent, quæcunque non gustauerunt nectar, & ambrosiam, mortalia dicūt fuisse.

apud Græcos, aut Naturales philosophos fuerunt q dā sapientiæ studētes, q Deis se intromiserūt occultātes veritatē diuinorū sub quodā tegmine fabularū, sicut Orpheus, Hesiodus & q dā alij; sicut & Plato occultauit veritatē philosophiæ sub mathematicis, vt dicit Simplicius in cōmento p̄dicamentorū. Dicerunt ergo, q sectatores Hesiodi, & oēs, q dicebant theologi, curauerunt p̄suadere solis sibi, & nos alios sp reuerunt: qa. s. veritatem, quā intellexerunt, taliter tradiderūt, q eis solū potuit esse nota. Si. n. p fabulas veritas obūbretur, nō pōt sciri qd verum sub fabula lateat, nisi ab eo, q fabulā confixerit. Ij igitur Hesiodus, prima rerum principia deos nominauerunt. & dixerūt, q illi de numero deorum, qui non gustauerunt de quodā dulci cibo, qui, vocatur nectar, vel manna, facti sunt mortales. Illi vero, qui gustauerunt, facti sunt immortales. Potuit autem sub hac fabula aliquid veritatis occulte latere, vt scilicet p nectar & manna intelligat ipsa suprema bonitas primi principij. Nā oīs dulcedo dilectionis & amoris ad bonitatē refertur, omne aūt bonum a primo bono deriuatur. Potuit ergo esse intellectus eorum, q ex participatione propinqua summæ bonitatis aliqua incorruptibilia reddantur, sicut quæ pfecte participant diuinū esse. Quædā vero pp longe distare a primo principio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod est non gustare manna & nectar, non possunt perpetuitatem conseruare secundum idem numero, sed secundum idē spē: sicut dicit philosophus in 2. de generatione. Sed vtrū hoc intenderint occulte tradere, vel aliud ex hoc dicto, plenius percipi non potest. Deinde cum dicit.

part. 4. νεκταρ ἀμβροσια

d ¶ Obicit contradictam positionem. & dicit, quòd prędicti Hesiodistæ quid significare voluerint per ista nomina nectar & manna fuit eis notum, sed non nobis. Et ideo, quomodo assentantur istæ causæ ad istam quæstionem soluendam, & ad incorruptionem præstandam rebus, dixerunt supra nostrū intellectum. Si n. intelligantur ista verba secundum q̄ sonant, nullius efficacię esse videtur. Dij enim qui gustauerunt nectar & mannā, aut gustauerunt propter delectationem, aut propter necessitatem essendi. his enim de causis aliqui sumunt cibū. Si quidem sumpserunt ista propter delectationē, non possunt nectar & manna esse eis causa existendi, ita q̄ per hoc incorruptibiles reddantur: quia delectatio est quoddam cōsequens ad esse. Si autem propter necessitatem essendi p̄ dicta sumpserūt, nō erunt semper iterū cibo indigentes. Videtur ergo, q̄ corruptibiles existentes prius tanq̄ cibo indigentes, per cibum facti sunt incorruptibiles. Quod iterum videtur inconueniens, quia cibus nō nutrit in sua specie, nisi corruptus transeat in speciem nutriti. Quod autem est corruptibile non potest alij incorruptionem præstare. Deinde cum dicit.

d Palam, q̄ hæc omnia sibi nota dicentes, equidem de allatione harum causarum super nos dixerunt. Nam si gratia voluptatis ipsi tangunt, nō est causa existendi nectar & manna. Si vero essendi, quomodo erunt sempiterni cibo egētes.

G

e Sed de fabulose sophisticantibus non est dignum cum studio intendere.

f A dicētibus vero p̄ demonstrationē, oportet scisciscitari interrogātes, quare ex eisdē existētia, hęc qdē sempiterna secūdū naturā sunt, illa vero corrūpunt existentium? Q̄m aūt nec cām dicūt, nec rōnabile est sic se habere, palā q̄ nec eadē principia, nec causæ ipsorum erūt.

H

g Etenim q̄ existimabit aliquis vtique maxime dicere ipsi consesse Empedocli, est & idē passus. Ponit.n. quoddā principiū causam corruptionis, odium.

h Videbitur autem nihilominus & hoc generare extra vnū. Nam oīa ex hoc alia sunt p̄ter Deum. Dicit ergo, ex quibus omnia, & quęcūque erāt, & arbores pululauerāt, & viri & fœminę, bestiæq; & vultures, & aqua nutriti pisces, & dij lōgęui. Et p̄ter hęc palam, quia si nō esset in rebus, essent vnum omnia, vt ait. Nam quando conuenerunt, tunc vltimum omnium stabit odium.

part. 5. e ¶ Excusat se a diligentiori huius opinionis inuestigatione, & dicit, q̄ de illis, qui philosophari voluerunt {fabulose} veritatem, scilicet sapientiæ sub fabulis occultantes, non est dignum cum studio intendere: quia siquis contra dicta eorum disputaret, secūdum quòd exterius sonant, ridiculosa sunt. Si vero aliquis velit de his inquirere secundum veritatem fabulis occultatam, immanifesta est. Ex quo accipitur, q̄ Aristo. disputans contra Platonem & alios huiusmodi, qui tradiderunt suam doctrinam occultantes sub quibusdam alijs rebus, non disputat secundum veritatem occultam, sed secundum ea, quę exterius proponuntur. Deinde cum dicit.

K

part. 6. f ¶ Disputat contra responsionem quorundam philosophorum naturalium: & circa hoc tria facit: Primo recitat rationē, Secundo ponit responsionem, ibi: {Etenim quam existimabit &c.} Tertio improbat ipsam, ibi: {Videbitur autem &c.} Dicit ergo primo, quòd prætermissis illis, qui sub fabulis veritatem tradiderunt, oportet a tradentibus veritatem per modum demonstrationis, inquirere de quæstione prædicta, scilicet si ex eisdem principiis sunt omnia existentia, quare quædam existentium naturaliter sunt sempiterna, quædam vero corrumpantur. Et quia nec ipsi causam dicunt, quare hoc sit,

F

nec rationabile est sic se habere, vt ex eisdem principiis existentium, quædam sint corruptibilia, quædam sempiterna: videtur manifeste sequi, quòd non sunt eadem principia, nec causæ corruptibilium & sempiternorum.

g ¶ Ponit quandam solutionem, & dicit, quòd ratio assignata circa prædictam dubitationem, quę maxime videtur esse conueniens ad quæstionem, est quam assignauit Empedo. qui tamē idem passus est cum aliis: quæ ratio, quam assignauit, non est conueniens, sicut nec alia rum, vt ostenderur. Posuit enim quædam principia communia corruptibilium & incorruptibilium. Sed posuit quoddam principiū esse causam specialem corruptionis, s. odium elementorum: ita scilicet, q̄ adiūctio huius causæ ad alia principia facit corruptionem in rebus. Deinde cum dicit.

part. 7.

h ¶ Improbat prædictam rationē Emped. & hoc tripliciter. Primo quidem ostendendo, q̄ ratio ab eo assignata non conuenit suæ positioni. Secundo ostēdendo, quòd nō est sufficiens. ibi: {Similiter quoque ipsius trāsmutatiōis &c.} Tertio ostendendo, quòd non est ad p̄positum. ibi: {Attamen tantum solum dicit &c.} Circa primum tria facit. Primo ostendit suam rationem non conuenire aliis eius positionibus ex parte odii. Secundo ex parte ipsius Dei. ibi: {Propter quod &c.} Tertio ex parte amoris. ibi: {Similiter autem nec amor &c.} Dicit ergo primō, q̄ inconuenienter Empedoc. ponit odium esse cām corruptionis: qa non minus secundū eius positionem vī esse cā generationis in oībus rebus, nisi in vna re tm̄. Ponebat. n. omnia alia essentialiter compōsita ex odio simul cum aliis principiis, nisi solus Deus, quem ponebat compositum esse ex aliis principiis p̄ter odium. Deum autem appellabat cœlum, sicut supradictum est in Primo, q̄ Xenophanes ad totum cœlū respiciens, ipsum vnum dicit esse Deum. Ponebat aūt Emped. cœlum esse compositum ex quatuor elementis & ex amicitia. Non autem ex lite, siue ex odio, considerans in dissolubilitatem cœli. Sed quantum ad alias res dicebat, q̄ omnia sunt ex odio quæcunque sunt, erunt, vel fuerunt: sicut arbores pullulantes, & viri, & fœminæ, & bestiæ, quæ sunt animalia terrestria: & vultures, quæ sunt volantia diu viuentia: & pisces nutriti in aqua, & dij longæui. Videtur autem hos deos vocare vel stellas, quas ponebat quandoq; corrumpi, licet post longum tempus: vel dæmones, quos ponebant Platonici esse animalia aerea. Vel etiam dij, quos ponebant Epicurei in forma humana, sicut supra dictum est. Ex hoc ergo, q̄ omnia animalia, p̄ter vnum, sunt generata ex odio, potest haberi quòd odium sit causa generationis. Et p̄ter hoc etiam ex alia ratione. Manifestum est. n. secundum positionem Empedoc. q̄ si non esset odium in rebus, omnia essent vnum. Odium. n. est causa

Manifestum autem est, quòd sibi ipsis hæc nomina cognita dicentes, talesq; afferentes causas, supra vires nostras dixerunt. nam, si voluptatis gratia ea attigerunt, nequaquam sunt ipsius esse causa nectar, & ambrosia. quòd si ipsius esse gratia, quomodo esset sempiterni, cū alimēto indigerēt?

Sed de his, quæ fabulose & sophistice dicuntur, non est dignum accurate considerare.

Ab illis vero, qui per demonstrationem dicunt, petere oportet, ac interrogare, cur cùm ex eisdem sint, hæc quidem entium sempiterna natura sunt, hæc vero corrumpuntur? cum autem neque dicant causam, neque rationabile sit ita se habere, patet quòd non sunt eorum eadem principia neque causæ.

Emped. nanque, quem quis maxime sibipsi putauerit consona dicere, is quoque idem passus est. ponit enim quoddam principum corruptionis causam, contentionem.

Nihilominus tamen & hæc videbitur generare, præter Deum: dicit. n.

,, Ex quibus omnia quæ erāt, quæ sunt, quæque in posterum erunt.
,, Ac arbores pullularunt, & viri, ac mulieres.
,, Feræ, alitesq;, & pisces in aqua nutriti,
,, Ac Dij longæui.

At etiam absque his patet. nam, si nō ineset in rebus contentio, vnum oīa, vt ait, essent. Cū. n. conueniant, tunc extima statuitur contentio.

part. 8. part. 9. part. 10.

causa distinctionis secundum Empedoc. Vnde inducit verba Empe. dicentis, q̄ quando omnes res in vnum conueniunt, vt puta, quando ne chaos, tunc vltimum stabit odium separans & dissoluens. Vnde litera Boethii habet: Ea. n. conuenit, tunc vltimam scit discordiam. Et sic patet, q̄ cum esse mundi consistat in distinctione rerum, odium est cā generationis mūdi. Deinde cum dicit.

i Propter quod etiam accidit ipsi felicissimum Deum, minus prudentem alijs. non. n. cognoscit elementa omnia. Nam odium nō habet. Notitia vero similis simili. Terram nāque, ait, per terram cognoscimus, & per aquam, aquam, & per affectum, affectū, & adhuc odiū per odium triste. Sed vnde ratio hæc etiam palam, quia accidit ei odium non magis corruptionis q̄ existendi causam.

k Similiter autem nec amor existendi. Colligens enim in vnum corrumpit alia.

l Similiter quoq; ipsi' trāsmutatiōis cām nullā dicit, nisi qa sic aptū natum fuit. loquitur.

m Sed itaque magnum odium in membris nutritum est, & ad honorem intendebat perfecto tempore, qui mutabilis dissoluit sacramentum. Quare necessarium ens transmutari, causam vero necessitatis nullam ostendit.

n Attamen tm̄ solum dicit cōfesse. Non. n. existentium hæc q̄dem corruptibilia, illa vero in corruptibilia facit, sed oīa corruptibilia, p̄ter elemēta. Dicta vero dubō est, cur hæc qdē, illa vero nō, si ex eisdē sunt? Quod quidem igit̄ non vtiq; erunt eadem principia tot dicta sunt.

part. 11. l Ostendit, quòd ratio eius non fuit sufficiens. Dicebat enim quandam transmutationem esse in rebus odij & amicitiæ, ita scilicet q̄ amor quandoque omnia vniebat, & postmodum omnia odium separabat. Sed causam, quare sic transmutabatur, vt quodam tempore dominaretur odium, & alio tempore amor, nullam aliam dicebat, nisi quia sic aptum natū est esse. Et ponit consequenter verba Empedoclis, quæ, quia in Græco metrice scripta sunt, habent aliquam difficultatem & diuersitatem a communi modo loquendi.

part. 12. m Sunt autem hæc verba eius {Sed itaq; magnum odium in membris nutritum est, & ad honorem intendebat perfecto tempore, qui mutabilis dissoluit sacramentum.} Litera vero Boethij sic habet. {Sed cum magna discordia in membris alita sit in honores, quia processit completo anno, qui illis mutatis amplo rediit sacramento.} Ad cuius intellectum notandum est, q̄ loquitur poetice de toto mundo, ad similitudinem vnius animalis, in cuius membris & partibus primo quidem est magna conuenientia, quam amorem nominabat, siue concordiā. Sed postea paulatim incipit aliqua dissonantia esse, quā dicit discordiam. Et similiter in partibus vniuersi a principio erat magna concordia, sed postea paulatim nutritur odiū quousq; odium p̄cedat {ad honores}, ideſt ad hoc, q̄ dominetur super elementa. Quod quidem fit perfecto tēpore quodam determinato, vel completo quodam anno, quem ponebat Emped. {Qui}, s. odiū & discordia, vel annus mutabilis existens dissoluit {sacramentum}. i. vnionem p̄existentem elementorum, vel annus siue odiū redijt amplo sacramēto, quia quadam potenti & secreta virtute redijt ad dominandum in rebus. Post quæ verba Empedoc. Aristo. faciens vim in hoc, q̄ dixerat mutabilis, subūngit exponens quasi necessariū ens trāsmutari. q. d. Sic prædicta dixit Emped. ac si necessarium sit esse transmutationē odij & amoris, sed nullam causam ostēdit huius necessitatis. In vno. n. animali est manifesta causa transmutationis & odij & amoris, propter motum cœli, qui causat generationem & corruptionem in rebus. Sed talis causa non potest assignari totius vniuersi sic transmutari per amicitiam & litem. Vnde patet, q̄ eius ratio fuit insufficiens. Deinde cum dicit.

Vnde & accidit ei felicissimum Deum minus sapientem cæteris esse. non enim cognoscit omnia elementa. contentionem nāque non habet, cognitio autē similis simili.
Terra enim ait, terram inspicimus, aquam vero aqua,
Ætherę autem æthera diuum, sed igne ignem manifestum.
Ac amicitia amicitiam, & contentionem, cōtentione permitosa. Sed vnde fermo digressus est, hoc est manifestū, quod accidit eī; contentionē nō magis corruptiōis, q̄ ipsius esse causam esse.

Similiter nec amicitiam ipsius esse, cum enim congreget in vnum, corrumpit cætera.

Et simul ipsius transmutationis nullam causam dicit, nisi quod ita natura aptum est. ait enim.

Magna cōtētio in mēbris nutrita fuit, Ac ad honores ascēdit tēpore pfecto. Quod eis cum alternum sit, amplum præcessit iusiurandum. Tanquam ne cesse sit quidem transmutari, causam tamen necessario nullam manifestat,

Tantū tamen sibi ipsi consentanea dicit, quòd non facit hæc quidem entiū corruptibilia, hæc vero incorruptibilia, sed omnia corruptibilia, præterelementa. Quæ aūt dicitur nunc dubitatio. est, cur si omnia ex eisdem sunt hæc quidem sunt, hæc vero non. Quòd igitur non sint eadem principia, hæc demum dicta sunt.

part. 13. n Ostendit q̄ prædicta ratio Emped. non est ad propositum, & dicit, q̄ hoc solum videtur dicere {confesse}. i. manifeste, quòd non ponit quædam existentium ex principijs esse corruptibilia, & quædam non corruptibilia, sed oīa ponit esse corruptibilia p̄ter sola elementa. Et ita videtur euadere prædictam dubitationem, qua dubitabatur, quare quædam sunt corruptibilia & quædam non, si sunt ex eisdem principijs? vnde etiā pater, quòd eius ratio non est ad propositum, quia intendit id, de quo est dubitatio. Sed potest quæri, quomodo hic dicit, quòd Empedo. ponebat omnia esse corruptibilia p̄ter elementa, cum supra dixerit, vnum esse Deum, s. ex alijs principijs compositum p̄ter quam ex odio? Sed dicendum, quòd Emped. ponebat duplicem corruptionem in rebus, sicut ex p̄dictis patet. Vnam quidem secundum confusionē totius vniuersi, quam faciebat amor, & ab hac corruptione, nec ipsum deum faciebat immunem, cum in eo ponerer amorem, qui alia ei commiscebat. Aliam autem corruptionem ponebat singularium rerum, quarum principium est odium. Et hanc corruptionem excludebat a deo per hoc, quòd in odium non ponebat. Sic igitur Arist. epilogando concludit tot dicta esse ad ostendendum quòd nō sunt eadem principia corruptibilium & incorruptibilium. Deinde cum dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

par.14. o Obiicit ad contrariam partem per duas rationes, quarum prima est, Si non sint eadem principia corruptibilium & incorruptibilium, relinquitur quæstio, vtrum principia corruptibilium sint corruptibilia, an incorruptibilia. Si dicatur, q̃ sint corruptibilia, ostendit hoc esse falsum duplici ratione; quarum prima est.

Omne corruptibile corrumpitur in ea ex quibus est: si igitur principia corruptibilium sunt corruptibilia, oportet iterum ponere alia principia, ex quib⁹ sint. & hoc inconueniens est, nisi ponatur principia procedere in infinitum.

Lect.3.& 4. Ostẽsum autem est in Secundo, q̃ secũdum nullum genus causæ contingit in principijs procedere in infinitum. Similiter etiam est in conueniens, si dicatur quòd sit status in principijs corruptibilibus, cum corruptio videatur esse per resolutionem i aliqua priora. Secũda ratio est, quia si principia corruptibilium sint corruptibilia, oportet, q̃ corrumpantur, quia omne corruptibile corrumpetur. Sed postquam sunt corrupta non possunt esse principia, quia quod corrumpitur vel corruptum est, non potest causare aliquid. Cum ergo corruptibilia semper causentur per successionem, non potest dici, q̃ principia corruptibiliũ sint corruptibilia. Si autem dicatur, q̃ principia corruptibilium sunt incorruptibilia, manifestum est, q̃ principia incorruptibiliũ sunt incorruptibilia. Relinquitur ergo quæstio, quare ex quibusdã incorruptibilibus principijs, producant esse eius corruptibiles, & ex quibusdã, esse eius incorruptibiles. Hoc.n. non videtur esse rationabile, sed aut est impossibile, aut indiget multa manifestatione.

o Si vero diuersa principia, vna quidẽ dubitatio, vtrum & incorruptibilia hæc erunt, aut corruptibilia. Nã, si corruptibilia, manifestũ qa necessariũ & ea ex aliquib⁹ esse. Oia.n. corrũpuntur in ea ex quibus sunt. Quare cõtingit principiorum alia esse principia priora. hoc G aũt & impossibile, siue stet, siue in infinitũ vadat. Amplius aũt, qũo erunt corruptibilia, si destruent principia? Si vero in corruptibilia. cur ex his quidẽ incorruptibilibus existẽtibus, corruptibilia erunt, ex diuersis vero incorruptibilia. Hoc eñ nõ rõnabile est, sed aut impossibile, aut multa rõne eget.

p Amplius autem nec conatus est aliqs diuersa dicere, sed ea- H dem omnium dicũt principia. Verum primum dubitatum concedunt, tanquam hoc paruum, aliquid accipientes.

LECTIO XII.

a Mnium aũt ad considerandum difficillimum, & ad cognoscẽdum veritatẽ maxime necessarium, vtrũ vnum & ens substãtiæ entium sunt: & vtrũ ipsorũ non alterum aliquid ens, hoc quidem vnum, hoc autem quidem ens est: aut oportet quærere quid sit ipsum ens & vnũ, quasi subiecta alia natura.

b Hi nãq; illo mõ, illi hoc mõ putant naturã se habere. Plato nãque & Pythagorici, non aliquid aliud ens, nec vnum, sed hoc ipsorum naturã esse quasi existente substantia ipsum vnũ

p Secundam rõnem ad principale propositum ponit, quę sumitur ex cõi opinione omnium. Nullus.n. conatus est hoc dicere, q̃ sint diuersa principia corruptibilium & incorruptibilium, sed oẽs dicunt eadem esse principia omnium. Et tñ id, quod primo obiectum est, cpro prima parte, ac si esset aliquid modicum, oẽs leuiter transeunt, quod est concedere. Vnde litera Boethij habet. {Sed primum obiectum deglutiunt, sicut hoc paruum quoddam opinantes} Huius aũt dubitationis solutio ponitur in xij. vbi Philosophus ostendit prima quidem principia actiua, vel motiua, esse eadem omniũ sed quodã ordine. Nam prima quidem sunt principia simpliciter incorruptibilia & immobilia. Sunt autem secunda incorruptibilia & mobilia. s. cœlestia corpora, quæ p sui motum causant generationem & corruptionẽ in rebus. Principia aũt intrinseca non

Text. sunt eadem numero corruptibilium & incorruptibilium, sed secundum analogiam. Nec tamen principia intrinseca corruptibilium, quæ sunt materia & forma, sunt corruptibilia per se, sed solum per accidens. Sic enim corrumpitur materia & forma corruptibilium, vt habetur in primo physic.

Quòd si diuersa principia sunt, vna quidem dubitatio est, vtrum incorruptibilia etiam ista erunt, an corruptibilia. Si enim corruptibilia, patet quod necesse est ea quoque ex aliquibus esse. omnia enim in illa, ex quibus sunt, corrumpuntur. quare accidit principiorum alia esse principia priora. hoc autem impossibile, siue flatur, siue in infinitum progredatur. Item, si principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quòd si incorruptibilia sunt, cur ex his quidem cùm incorruptibilia sint, corruptibilia erunt, ex alteris vero incorruptibilia? hoc enim non est rationabile, sed aut impossibile est, aut multis indiget rationibus.

Item nemo conatus est alia ostendere, sed eadem omnium principia dicunt, & quod primo dubitatum est, tanquam paruum quiddam putantes, prætereunt.

LECTIO XII.

Mnium autem & ad speculandum difficillimum, & ad cognoscendam veritatem maxime necessarium est, vtrum ipsum ens, & ipsum vnum substantiæ entium sint, & non aliquid aliud vtrunque eorum sit, sed hoc vnum, illud vero ens sit: aut oporteat quid nam sit ipsum ens, & ipsum vnum quærere, tanquam altera natura subiecta.

Quidam enim illo, quidam uero hoc modo putant naturam habere. Plato nãq, ac Pythagorici non esse aliud quid ipsum ens, nec ipsum vnũ aiebant, sed hoc eorum naturam esse tanquam substantia idem unum,

informetur vnitate & entitate, sed potius ipsa vnitas & esse rei sit eius substantia, vel econtrario oportet inquirere, quid sit illud, cui conuenit esse vnum vel ens, quasi quædam alia natura subiecta entitati & vnitati. Deinde cum dicit.

b Ponit opiniones ad vtranque partem. & dicit, quòd philosophorum quidam opinati sunt naturam rerum se habere vno modo, quidam alio. Plato enim & Pythagorici non posuerunt, quòd vnum & ens aduenirent alicui naturæ, sed vnum & ens essent natura rerum, quasi hoc ipsum, quod est esse & vnitas sit substantia rerum. Alij vero philosophi de naturalibus loquentes attribuerunt vnum & ens aliquibus alijs naturis, sicut Empedoc. reducit vnum ad aliquid notius, quod dicebant esse vnum & ens. Et hoc videtur esse amor, qui est causa vnitatis in omnibus. Alij vero philosophi naturales attribuerunt quibusdam

quibusdam causis elementaribus, siue ponerẽt unum primũ, ut ignem uel aerem, siue etiam ponerent plura principia. Cũ enim ponerent principia rerum materialia esse, substantias rerum oportebat, q̃ in uno quoque eorum constituerent unitatem & entitatem rerum, ita q̃ quicquid aliquis ponerẽt esse principium, ex consequẽti opinaret q̃ per illud attribuitur omnibus esse & unum, siue ponerẽt unum principium, siue plura. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit rõnes ad utranq; partẽ, & primo ponit rõnes pro opinione Platonis & Pythagoræ. Secũdo ponit rõnes i cõtrariũ pro opinione naturaliũ, ibi: § At uero si erit. &c.} Circa primũ utit tali diuisione. Necesse est ponere, q̃ uel ipsum unũ & ens separatũ, sit quædã substãtia, uel non: Si dicatur quòd nõ est aliqua substantia, quæ sit unum & ens, sequitur duo inconueniẽtia: quorum primũ est, q̃ ds unũ & ens quòd sint maxime una inter oia: si igit unũ & ens non sunt separata quasi ipsum unũ, aut ens sit substãtia quædã, sic sequit̃ q̃ nullum vle sit separatum. Et ita sequet, q̃ nihil erit in rebus nisi singularia: qd vt esse inconueniẽs, ut in superioribus qõnib⁹ habitũ est. Aliud inconueniens est, quia numerus non est aliud q̃ unitates. Ex unitatibus.n. cõponit̃ numerus. Vnitas.n. nihil aliud est q̃ ipsũ unum. Si igit ipsum unũ nõ sit separatũ quasi subsistẽs p se existẽs, sequet̃ q̃ numerus non erat quædã natura separata ab his, quæ sunt in materia. Quod põt̃ probari esse inconueniẽs secũdm ea, quæ dicta sunt in superioribus. Sic ergo, nõ põt dici q̃ unũ & ens non sit aliqua substantia p se existens. Si ergo detur alia pars diuisionis, scilicet quòd aliquid sit ipsum unum & ens separatum existens, necesse est quòd ipsum sit substantia omnium eorum, de quibus dicitur unum & ens. Omne enim separatum existens, quod de pluribus prædicatur, est substantia eorum, de quibus prædicatur. Sed nihil aliud prædicatur ita uniuersaliter de omnibus, sicut unũ & ens, ergo unũ & ens erit substantia omniũ. Deinde cũ dicit.

esse, & ens aliquid. Alii uero de natura, ut Empedocles, ut ad aliquid notius reducens, dicit, q̃ unũ ens est. uidebitur. n. utiq; dicere hoc amorẽ esse. cã nãq; est hoc unũ oĩbus esse: alii uero igne, alii aerẽ dicunt esse vnũ hoc & ens, ex quo entia esse & facta esse. Similiter & qui plura elemẽta ponunt. Necesse nanque & his tot dicere ens & unũ, quot principia dicũt esse.

Accidit autem siquidẽ quis non ponit esse quandam substãtiam unum & ens, neque aliorum esse uniuersalium nullum: hęc nãque vniuersalia sunt maxime omnium. Si uero non est aliquid unũ ipsum, nec ipsum ens, uix aliorum aliquid erit præter ea, quæ dicta sunt singula. Amplius autem non existente unius substãtia, palam quia nec numerus erit quasi natura alia ab existẽtibus separata. numerus enim unitates. unitas vero q̃d uere unum aliquid est. Si autem est aliquid ipsum unum & ens, necesse est substantiam ipsorum esse ipsum unũ & ens. nõ enim aliquid uniuersaliter prædicatur, sed hæc ipsa.

d At uero si erit aliquid ens ipsum & ipsum unũ, multa erat dubitatio, qũo erat diuersum aliquid præter hęc. dico autẽ, qũo erunt uno plura entia? qd .n. diuersum est ab ente, nõ est. quare secũdũ Parmenidis rõnẽ, accidere necesse est, unum oĩa esse entia, & hoc esse ens.

e Vtrobique uero difficile. siue nanq; non sit ipsũ unũ subã, siue sit vnũ idẽ, substãtiã esse numerũ est impossibile. siquidẽ igitur nõ sit, dictũ est prius pp quid. si aũt fuerit, eadẽ est dubitatio & de ente. Ex aliquo nanq; & pter ens, erit ipsum aliud unũ. nihil .n. esse ẽ necesse. Omnia aũt entia, aut unũ sunt, aut multa, quorũ est unũquodque.

f Amplius, si indiuisibile est ipsum unum, secundum Zenonis dignitatẽ, nihil utiq; erit.

d ¶ Obiicit ad partem contrariam, & ponit duas rationes, quarum secunda incipit, ibi: {Amplius si indiuisibile &c.} Circa primũ duo facit. Primo ponit rõnẽ. Secũdo ostẽdit qũo ex rõne inducta quæstio reddit difficilis, ibi: {Vtroq; uero difficile &c.} Est ergo prima rõ talis. Si é aliquid, qđ est ipsum ens & ipsum unum quasi separatũ existens, oportebit dicere, q̃ idipsum sit unũ, qđ ens: sed quicquid é diuersũ ab ente, nõ est: ergo sequet̃ secũdũ rõnem Parmenidis, q̃ quicquid est præter unũ sit non ens. Et ita necesse erit omnia esse vnũ, quia nõ poterit poni, q̃ id, quod est diuersum ab vno, qđ ens. Deide cũ dicit.

e ¶ Ostendit ipso ista rõ difficultatem facit i opinione Platonis ponẽtis numerũ esse substantia rerũ: & dicit, q̃ ex utraque parte sequitur difficultas cõtra eũ, siue dicat, q̃ ipsum unũ separatũ sit substantia quædã, siue q̃ nõ sit. Quodcunque.n. horũ ponatur vt impossile esse, q̃ numerus sit substantia rerũ. Quia, si ponat q̃ unũ non sit substantia, dictũ est prius, quare numerus nõ põt poni substantia? Si aũt ipsum unũ fuerit substãtia, oportebit q̃ eadẽ dubitatio ponaẽ circa unum & ens. Aut. n. prer ipsum unũ, quod est separatũ per se existens, est aliud aliqđ unũ, aut non: & siquidẽ nõ sit aliquod aliud unũ, non erit iã multitudo, sicut Parmenides dicebat: si autẽ sit aliquod aliud unũ, oportebit q̃ illud aliud unũ, cũ nõ sit, hoc ipsum quod est unum q̃ sit materialiter ex aliquo, qđ est præter ipsum unũ & per cõsequẽs præter ens. Et sic necesse est ut illud ali qd, ex quo sit illud secundũ unũ, nõ sit ens. Et sic ex ipso uno, qđ est præter ipsum unũ, non põt cõstitui multitudo in entibus: quia oia entia aut sunt unũ, aut multa, quorum unum quodque est unum. Hoc autem unum est materialiter ex eo quòd non est unum, nec ens.

Infra par. 6 par.seq.

& ens esset. Qui autem de natura tractarunt, ut Empedocles, tanquam in magis cognitum reducens, dicit quod unum est ens. uideri nãque posset dicere hoc amicitiam esse, causa enim hæc omnibus est, unum sint Alij uero ignem, & alij aerem aiũt ipsum unum, & ipsum ens esse, ex quo entia & esse & facta esse. Similiter, et qui plura elemẽta ponũt. necesse.n. & his est tot esse dicere ipsũ ens et ipsũ unũ, quot aiunt principia esse.

Accidit autem, si quis non ponet esse aliquam substantiam ipsum unũ & ipsum ens, nec aliorum uniuersalium quicquam esse. hæc enim uniuersalia maxime omnium sunt. Quòd si non est aliquid ipsum ens, & ipsum unum, multo minus quicquam aliorum sit præter ea, quæ singularia dicuntur. Item, si ipsum unum non sit substantia, patet quòd nec numerus erit tanquam natura alia separata ab entibus. numerus enim unitates, unitas uero unum quid est. Quòd si quid est ipsum unum & ipsum ens, necesse est eorum substantiam esse unum & ens. non enim aliquid aliud uniuersaliter prædicatur, sed eadem ipsa.

At uero si quid erit ipsum ens, & ipsum unum, magna dubitatio est, quonam modo aliquid aliud præter hæc erit. dico autem quomodo entia erunt plura uno. quod enim aliud ab ente est, non est. quare secundum Parmenidis rationem necesse est accidere omnia entia esse unum, & hoc esse ens.

Vtroque autem modo difficile est. siue enim unum non sit substantia, siue ipsum unum sit, impossibile est numerum esse substantiam. Si igitur non sit, dictum est prius quare. Si autem sit, eadem ac de ente dubitatio est. ex quo enim & præter ipsum unum erit aliud unum, necesse profecto est nihil esse. omnia uero entia, aut unum, aut plura, quorum unumquodque unum est.

Item, si ipsum unum indiuisibile, secundum quidem Zenonis positionem nihil utique fuerit. Quod enim

Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit secundam rationem, & circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo soluit eam, ibi, { Sed quoniam &c.} Tertio ostendit adhuc difficultatem remanere, ibi: { Sed quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo ex uno &c.} Dicit ergo primo, q̃ si ipsum unũ separatũ sit indiuisibile, sequitur secundũ hoc aliud, quod supponebat Zeno, q̃ nihil sit. Supponebat enim Zeno, q̃ illud, quod additum non facit maius, & ablatum non facit minus, non est aliquid existẽtium. Hoc autem supponit ac si idem sit ens, quod magnitudo. Manifestum est enim, q̃ nõ ẽ magnitudo, illud scilicet quod additum non facit maius, & subtractum non facit minus: sic ergo, si omne ens esset magnitudo, sequeret̃, quòd illud, quod non facit maius & minus additum & subtractum non sit ens. Et adhuc perfectius si aliquid uelit hoc uerificare, oportebit q̃ omne ens sit magnitudo corporalis. Corpus enim secundum quancunq; dimensionem additũ & subtractum facit maius & min⁹. Alię uero magnitudines ut superficies & linea, secundum aliquam dimensionẽ additam, faceret̃ maius, secundum autẽ aliquam non. Linea enim addita lineæ secundum longitudinem facit maius, non autem secundũ latitudinem: Superficies autem addita superficiei facit quidem maius secundũ latitudinem & longitudinem, sed non secundum profunditatem. Punctus autem & unitas nullo modo faciũt maius, uel minus. Sic ergo secũdum principium Zenonis sequeretur, q̃ punctus & unitas sint omnino non entia, corp⁹ autem omni modo ens, superficies & linea quodammodo entia & quodãmodo non entia. Deinde cum dicit.

part.7.

part.8.

part.9.

Tex.cõ. 17. part. prima

Quod enim nec additum, nec ablatum facit maius nec minus, non ait esse hoc existentiũ tanquam palam existente magnitudine ipso ente. Et si magnitudo corporalis: hoc enim omnino ens. alia uero aliqualiter quidem addita facient maius, aliqualiter autem nihil, ut superficies & linea: punctus uero & unitas nullatenus.

g Sed quoniam hic speculatur onerose, & contingit esse indiuisibile, ut & sic ad illum aliqua habeatur responsio: maius enim non faciet, sed plus additum tale.

h Sed quomodo ex uno tali, aut pluribus erit magnitudo? Simile nanque est & lineam ex punctis esse dicere.

i At uero & si quis ita putat ut factus sit, ut quidam dicunt ex uno ipso, & alio non uno aliquo, numerus nihil minus est querendum quare & quomodo, quandoque quidem numerus, quandoque autem magnitudo erit quod factum est, si non unum inæqualitas & eadẽ natura erat. Nec enim quomodo ex uno & hac, nec quomodo ex numero aliquo & hac, fient utiq; magnitudines palã.

LECTIO XIII.

a Orum autem habita est dubitatio, utrum numeri & corpora & superncies & pũcta substantiæ aliquę sunt: aut non.

g ¶ Soluit propositam rationem, & dicit, quòd quia Zeno proponendo tale principium speculatur {onerose}, ideſt ruditer & grosse, ita quòd secundum ipsum non contingit aliquid esse indiuisibile, oportet quòd aliqua responsio prædictæ rationi detur, & si non sit ad rem, sit tamen ad hominem. Dicemus autem, q̃ unum & si additum alteri nõ faciat maius, facit tamen plus. Et hoc sufficit ad rationem entis, q̃ faciat maius in continuis, & plus in discretis. Deinde cum dicit.

h ¶ Ostendit difficultatem, quę adhuc remanet Platonicis, post prędictam solutionem. & inducit duas difficultates, quarum prima est, quia Platonici ponebant, q̃ illud unum indiuisibile non solum est causa numeri, qui est pluralitas quædam, sed etiam est causa magnitudinis. Si igitur detur, q̃ unum additum faciat plus, quod uideatur sufficere ad hoc, q̃ unum sit causa numeri, quomodo poterit esse, q̃ ex tali uno indiuisibili, aut ex pluribus talibus, fiat magnitudo, ut Platonici posuerunt? Simile enim hoc uidetur, si aliquis ponat lineam ex punctis. nam unitas est indiuisibilis sicut & punctus. Secundam difficultatem ponit ibi.

i ¶ Et dicit, si quis existimet, ita q̃ numerus sit effectus ex uno indiuisibili, & ex aliquo alio, q̃ non sit unum, sed particeps unius, sicut quędam materialis natura, ut quidam dicunt, ni..lominus remanet quærendũ pp quid, & per quę modum illud, quod fit ex illo uno formali, & alia natura materiali, quę dicitur non unum, qñque est numerus, qñque aũt est magnitudo. Et præcipue, si illud non unum materiale sit inæqualitas, quæ significatur per magnũ, & sit eadem natura. non. n. est manifestũ, quomodo ex hac inæqualitate quasi materia & uno formali fiant numeri, neque erant quomodo ex aliquo numero formali & hac inæqualitate quasi materiali fiãt magnitudines. Ponebant. n. Platonici, q̃ ex primo uno, & ex prima dualitate fiebat numerus, ex quo numero & a qua inæqualitate materiali fiebat magnitudo. Huius aũt dubitatiõis solutio ab Aristo. in sequẽtib⁹ tradit. Quòd. n. sit aliquod separatũ, qđ sit ipsum unũ & ens infra in xij. probabit, ostẽdes unitatẽ primi principij omnino separari, quod tamen non est substantia omnium eorum, unũ, sicut Platonici putabant, sed est omnibus unitatis causa & principium. Vnum autem secundum quòd dicitur de aliis rebus dicitur dupliciter. Vno modo secundum quòd conuertitur cum ente, & sic unaquæque res est una per suam essentiam, ut infra in Quarto probabitur, nec aliquid addit unum supra ens, nisi solam rationem indiuisionis. Alio modo dicitur unũ, secundum quòd significat rationem primæ mensuræ, uel simpliciter, uel in aliquo genere. Et hoc quidem si sit simpliciter minimum & indiuisibile, est unum quod est principium & mensura numeri. si autem non sit simpliciter minimum & indiuisibile, nec simpliciter, sed secundum positionẽ, erit unum & mẽsura, ut as in põderibus, & diesis in melodiis, & mẽsura pedalis in lineis. Et ex tali uno nihil prohibet cõponi magnitudinẽ, & hoc determinabit in x. huius. Sed quia Platonici æstimauerũt idẽ esse unũ, qđ est principiũ numeri, & qđ conuertitur cũ ente, ideo posuerunt unũ, qđ est principiũ numeri, esse substãtiã cuiuslibet rei, & per cõsequens numerũ inquantum ex pluribus substantialibus principiis, rerum compositarum, substantia consistit uel constat. Hanc autem quęstionem diffusius pertractabit in. xiij. &. xiiij.

neque additum, neque demptum, facit aliquid maius, id non esse entium aiunt, tanquam ens magnitudo sit: & si magnitudo corporalis: hæc nanque omniquaque ens. cætera uero quodam modo quidem addita facient maius, quodammodo uero nihil: ut superficies & linea facient, punctum uero & unitas minime.

Sed, cum ipse moleste speculetur ac contingat aliquid indiuisibile esse, sic ad illum habetur aliqua responsio: huiusce modi nanque additum non maius, sed plus efficit.

Sed quomodo ex uno tali, aut pluribus magnitudo erit? simile nanque est, ac si dicatur ex punctis lineam esse.

Quòd si quis ita putat, ut quemadmodum quidam dicunt, ex ipso uno, & alio quodam non uno numerus fiat, nihilominus tamen quærendum est, cur, & quomodo quandoque numerus, quandoque magnitudo erit, quod fit, si ipsum non unum inæqualitas, ac eadem natura erat. Nec enim apparet, quo pacto ex uno, & ista, neque quo pacto ex aliquo numero & ista, magnitudines fieri queant.

LECTIO XIII.

His autem consequens dubitatio est, utrum numeri, & corpora, & superficies, & puncta aliquæ substantiæ sint an non.

Ostquam Philosophus inquisiuit, utrum unum & ens sint substantia rerũ. hic inquirit, utrũ numerus & magnitudo sint substæ rerũ. & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationẽ. Secundo obijcit q̃ una parte. ibi: {Nã si nõ sunt &c.} Tertio obiicit ad

r.seq.

arte. 2.

ar.3.

arte.4.

ar.3. Lec. huius art.3. Lec. huius.

par 5.

cit ad contraria. ibi: {At vero si hoc quidem cõfessum est &c.} Dicit ergo primo, q̃ dubitatio {habita}. i. cõsequens ad præmissam, est, vtrum numeri & magnitudines, s. corpora & superficies & termini eorum, vt puncta, sint aliquæ substatię, vel a rebus separatæ, uel ẽt sint substæ ipsorũ sensibilium, aut nõ. Dicit autẽ hanc dubitationem esse consequẽtẽ ad præmissam, qa in præmissa dubitatione q̃rebat, vtrũ unum sit substa rerũ. Vnũ aũt est principium numeri. numerus aũt videtur esse substantia magnitudinis, si cut & punctũ, quod est principium magnitudinis, nihil aliud videtur q̃ unitas positionem habens, & linea dualitas positionẽ habẽs. Prima autem superficies est ternarius positionem habẽs, corpus aut quaternarius positionem habens. Deinde cũ dicit.

b ¶ Obiicit ad ostẽdendum, q̃ prędicta sint substantiæ. rerũ. & circa hoc duo facit. Primo obijcit ad ostendendum q̃ prædictæ sunt substantiæ rerum. Secũdo ostẽdit quomodo philosophi præcedentes secuti fuerunt rationes primas, ibi: {Propter quod multi} Circa primum duo facit. Primo enim obijcit ad ostendendum q̃ corpus sit substãtia rerum. Secundo q̃ multo magis alia, ibi: {At vero corpus &c.} Dicit ergo primo, quòd si prædicta non sunt substantię quædam, fugiet a nobis quid sit substantialiter ens, & quæ sunt substantiæ entium. Manifestũ est. n. quòd passiones & motus, & relationes, & dispositiões seu ordines, & orationes, secundum quòd voce proferuntur, prout ponunt in genere quãtitatis, non uidentur alicuius significare substantiam, quia omnia huiusmodi uidentur dici de aliquo subiecto, & nihil eorum significare {hoc aliquid,} ideſt aliquid absolutum & per se subsistens. Et hoc specialiter manifestum est in præmissis, quæ non dicuntur absolute, sed eorum ratio in quadam relatione consistit. Inter omnia uero, quæ maxime uidentur significare substantiam, sunt ignis & terra & aqua, ex quibus componuntur corpora multa. Prætermittit autem aerem, quia minus est sensibilis, vnde aliqui opinati sunt aerem nihil esse. In his autem corporibus inueniuntur quædam dispositiones, s. calor & frigus & aliæ huiusmodi passiones, vel passibiles qualitates, quę non sunt substantiæ secundum prædicta. Vnde relinquitur, quòd solũ corpus sit substantia. Deinde cum dicit.

c ¶ Procedit vlterius ad alia, quę etiam videntur magis esse substantia quàm corpus. & dicit, q̃ corpus videtur minus esse substantia quam superficies, & superficies minus quàm linea, & linea minus quam punctus, aut vnitas. Et hoc probat per duo media, quorum vnum est: Quia id, per quod aliquid diuiditur, videtur esse substãtia eius: nam diffinitio significat substantiã. Sed corpus diffinitur per superficiem. & superficies per lineam, & linea per punctum, & punctus per vnitatem, quia dicunt quòd punctus est unitas, positionem habens: ergo superficies est substantia corporis, & sic de aliis. Secundum medium est: quia cum substantia sit primũ in entibus, illud, quod est prius uidetur esse magis substantia: sed superficies natura prior ẽ corpore, q̃a superficies potest esse sine corpore, nõ aũt corpus sine superficie: ergo superficies ẽ magis substa quàm corpus. Et idem potest argui de omnibus aliis per ordinem. Deinde cũ dicit.

d ¶ Ostendit quo modo Philosophi Præcedentes secuti fuerunt prædictas rationes: & dicit, q̃ propter prædictas rationes multi antiquorum philosophorũ, & maxime illi, qui fuerũt priores, nihil opinabantur esse ens & substantiam nisi corp⁹, omnia uero alia esse quędam accidẽtia corporis. Et inde est, quòd quando uolebant inquirere principia entium inquirebant principia corporum, ut supra in Primo circa opiniones antiquorum naturalium habitum est. Alii uero posteriores philosophi, qui reputabantur sapientiores prędictis philosophis, quasi altius attingentes ad principia rerum, scilicet Pythagorici & Platonici, opinati sunt numeros esse rerum substantias, inquantum, scilicet, numeri componuntur ex unitatibus. Vnum autem uidetur esse una substantia rerum, Sic ergo uidetur secundum præmissas rationes & philosophorum opiniones, quòd si prędicta non sunt substantiæ rerum, scilicet numeri & lineę & superficies & corpora, nihil erit ens: Non est enim dignum ut si illa non sunt entia, quòd accidentia eorum entia uocentur. Deinde cum dicit.

e ¶ Obiicit in contrarium, & ponit quatuor rationes, quarũ prima talis est: Si quis confitetur, quòd longitudines & puncta sint magis substantiæ quàm corpora, sequetur, quòd i si huiusmodi non sint substantiæ, & corpora non sint substantiæ, & per consequens nihil erit substantia, quia accidentia corporum non sunt substantiæ, ut supra dictum est.

Sed

Nam, si nõ sunt, diffugit nos quid nam sit ipsum ens, & quæ nam entium substantiæ. Passiones. n. & motus & ad aliquid & dispositiones & orationes nullius uidẽtur substantiam significare. Dicũtur. n. oia de subiecto aliquo, & nihil hoc aliqd. Quæ uero maxime substantiã significare uidentur aqua & ignis & terra, ex quibus corpora composita constant: horum calores quidem & frigiditates & similes passiones, non sunt substantiæ. Corpus uero hęc patiens, solum remanet ut ens aliquod & substantia aliqua existens.

At uero corp⁹ est minus substantia superficie, & hæc, linea, & hæc, unitate & puncto: his. n. diffinitur corpus. Et hęc quidẽ sine corpore contingere uidentur esse, corpus uero sine his impossibile.

Propter quod, multi quidẽ & priores substantiã & ens putabãt corp⁹ esse, alia uero hmõi passiones: quare & principia corporum entium esse principia. Posteriores uero & sapientiores his, esse opinabantur numeros. Quemadmodum ergo dicebamus, si non sunt substantia hæc, omnino nulla substantia est, neque ens nullum. non enim horum accidentia digniũ est uocare entia.

At uero, si hoc quidem confessum est, quia magis substantia sunt longitudines corporibus, & puncta, hoc autem non uidemus qualium utique erũt corporum. (Nam in sensibilib⁹ impossibile esse) non utiq; erit substantia ulla.

Si enim non sunt, fugit nos quidnam ipsum ens, & quæ entium substantiæ sint. Passiones enim, & motus, & quæ ad aliquid sunt, ipsæque dispositiones, ac rationes nullius substantiam significare uidentur. cuncta etenim de aliquo subiecto dicuntur, sub.lque horum ipsum quid est. Quæ uero maxime substantiam uideantur significare. sunt aqua, terra, & ignis, ex quibus composita corpora constituunt. horum autem caliditates quidem, & frigiditates, & huiusce modi passiones non substantiæ sunt. corpus uero solum, quod hæc patitur, permanet tanquam aliquod ens, & aliqua existens substantia.

At uero corpus minus est substantia, quàm superficies, & superficies quàm linea, & linea quàm unitas, & punctum. his enim corpus definitur. & hæc quidem uidentur posse sine corpore esse, corpus uero absque his impossibile esse.

Quare plures quidem, & Antiquiores substantiam quidem. & ens, putabant esse corpus, cætera uero huius passiones: ut & principia corporum entium essent principia. Posteriores uero, & illis sapientiores habiti numeros. Quemadmodum itaque diximus. si hæc non sunt substantiæ, nulla substantia, nec aliquod ens omnino est. quæ enim eis accidunt, non conuenit entia nominare.

At si hoc quidem cõceditur, quòd longitudines & puncta magis quam corpora substantiæ sint, at qualia corpora hæc sint non uidemus (in sensibilibus nanque impossibile est esse) non erit profecto ulla substantia.

hoc aliq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed puncta & linea & superficies nõ sunt substantiæ. hæc enim oportet aliquorum corporum esse terminos. Nam punctus est terminus lineæ, linea superficiei, & superficies corporis. Non autem videtur qualium corporum sint illæ superficies, quæ sunt substantiæ, vel lineæ, vel puncta. Manifestum enimest, quòd lineę & superficies sensibilium corporũ non sunt substantiæ. Variãtur enim per modum aliorum accidentium circa idem subiectum. Sequetur ergo, quòd nihil erit substantia. Secũdam rationem ponit ibi.

f ¶ Quæ talis est. Omnia prædicta videntur esse quędam corporis dimensiones, vel secũdum latitudinem, vt superficies: vel secundum profunditatem, vt corpus: vel secundũ longitudinem, vt linea: sed dimensiones corporis nõ sũt substantiæ: ergo huiusmodi non sunt substantiæ. Tertiã rationem ponit ibi.

g ¶ Quę talis est. In corpore solido simili modo inest, scilicet potentialiter quęlibet figura, quę potest protrahi ex illo solido per aliquam dimensionẽ. Sed manifestum est quòd in quodã magno lapide nõdum secto nõ ineſt {Mercurius} ideſt figura Mercurij in actu, sed solum in potentia: ergo similiter {in cubo}, i. in corpore habente sex superficies quadratas, non inest medietas cubi, quę est quędã alia figura actu. sed hoc modo est actu, quando iam cubus diuidit in duas medietates. Et, quia ois protractio nouæ figurę in solido excisio fit secundum aliquam superficiem, quę terminat figuram, manifestum est quòd nec etiam superficies talis erit in corpore in actu, sed solum in potentia: quia, si quęcunq; superficies, præter exteriorem, essent in actu in corpore solido, pari ratione esset in actu superficies, quæ terminat medietatem figurę. Quod autem dictum est de superficie, intelligẽdum est in linea, puncto, & vnitate. Hæc.n. in continuo non sunt in actu, nisi solum quãtum ad illa, quæ terminant continuum, quæ manifestum est non esse substantiam corporis. Alię vero superficies vel linęe non possunt esse corporis substãtiæ, quia nõ sunt actu in ipso. Substantia autem actu est in eo, cuius est substantia. Vnde concludit, ꝙ inter omnia maxime videtur esse substantia corpus, superficies autem & lineæ magis videntur esse substãtia quàm corpus, hæc autem, si non sunt entia in actu, nec sunt aliquæ substantię, videtur effugere conditionẽ nostram, quid sit ens, & quæ sit rerum substantia. Quartam rationem ponit ibi.

h ¶ Et primo ponit ipsam. Secundo manifestat eam in quodam simili, ibi i {Similiter autem se habet &c.} Dicit ergo,

f Amplius aũt hæc omnia videntur dimensiones corporis. Hoc quidem ad latitudinem, illud vero ad profunditatem, aliud ad longitudinem.

g Adhuc aũt similiter est in solido quæcũq; figura. Quare, si nec ī lapide Mercurius, nec medietas cubi ī cubo, sic vt segregata, igit neq; superficies. Nã si quæcunq;, & hæc vtiq; erat determinãs medietatẽ. eadem. n. ratio & in linea & in puncto & in vnitate. Quare, si maxime quidem substantia est corpus, hoc autem magis ea, non sunt autem ea nec substãtiæ aliqua, diffugit quid est ipsum ens, & quæ substantia entium.

h Nam cũ dictis, & circa generationẽ & corruptionem accidũt irrationabilia. Videtur. n. substãtia nõ ens prius nũc esse, aut prius existẽs, posterius non esse, cum generatione & corruptione ea pati. Pũcta vero & lineas & superficies nõ cõtingit neq; fieri & corrũpi, quãdoq; existentes, quãdoque vero non existentes. Nã, quãdo copulantur, aut distinguũtur corpora, simul quandoque quidẽ vna copulatorũ, quandoque duæ diuisorum fiũt, quia non cõpositorum est. Sed corruptũ est, diuisorumque sunt prius nõ existẽtes. Non enim indiuisibile punctum diuisum est in duo. Et, si generantur & corrumpuntur, ex aliquo generantur.

i Similiter autẽ se habet circa nũc in tẽpore. non. n. contingit fieri & corrũpi. attamen videt semp esse, nõ substantia aliqua existens. Similiter autẽ palam,

primo, quòd cum dictis inconuenientibus, alia etiam irrationabilia accidunt ex parte generationis & corruptionis, ponentibus lineas & superficies esse substantias rerum. Omnis enim substantia, quę prius non fuit, & postea est, aut prius fuit, & postea non est, videtur hoc pati cum generatione & corruptione: & hoc manifeste apparet ī omnibus his, quæ per motum causãtur. Puncta autem & lineæ & superficies quandoque ędem sunt, quãdoq; vero non sunt, & tamen non generãtur nec corrumpuntur: ergo nec sunt substantiæ. Probat autem vtrunq; suppositorũ, primo ędem ꝙ qnq; sint & quandoq; non sint. Contingit. n. corpora prius diuisa copulari in vnum, aut prius copulata diuidi. Quando autem corpora primum diuisa copulantur, fit vna superficies duorum corporũ, quia partes corporis continui copulantur ad vnum communem terminum, qui est superficies vna. Qñ vero corpus vnum diuiditur in duo, efficiũtur duę superficies. Quia non potest dici, ꝙ quando corpora duo cõponũtur, quòd duæ superficies eorũ maneant, sed vtraque {corrumpuntur}, id. desinunt esse. Similiter, quando corpora diuiduntur, incipiunt esse de nouo duę supficies prius non existentes. non enim potest dici, ꝙ superficies, quę est indiuisibilis secundũ profunditatem, diuidatur in superficies duas secundũ profunditatem: aut linea, quæ est indiuisibilis secundum latitudinem, diuidatur secundum latitudinem: aut punctum quod omnino est indiuisibile, quocunque modo diuidatur. Et sic patet, quòd ex uno non possent fieri duo in uia diuisionis: nec ex duobus linquitur, ꝙ puncta & lineę & superficies quandoque esse incipiant, & quandoque esse deficiant. Consequenter probat secundum, ꝙ supponebatur, {ꝙ ista non generãntur nec corrumpuntur. Omne enim quod generatur, ex aliquo generatur, & omne quod corrumpitur, in aliquid corrumpitur, sicut in materiam. sed non est dare aliquam materiam, ex qua ista generentur, & in qua corrumpãtur propter eorum simplicitatem: ergo non generantur, nec corrumpantur. Deinde cum dicit,

i ¶ Manifestat prędicta rõnẽ in simili. Ita. n. se hẽt nũc in tpe sicut puncti in linea. Nũc aũt non uidetur generari & corrumpi: quia, si generaretur, uel corrumperetur, oporteret quòd generatio & corruptio ipsius mẽsuraręnt aliquo tpe, uel instãti & sic mensura ipsius nũc, esset uel aliud nunc in infinitum, uel tempus, quod est impossibile. Et licet nunc non generetur, & corrumpatur, tamẽ videtur semper esse aliud & aliud nunc, non quidem quòd differant secundum substantiam, sed secundum esse, quia substantia ipsius nunc, respondet, subiecto mobili. Variatio autem ipsius nũc secundum esse, respondet variationi motus, vt ostenditur in Quarto Phy. Similiter ergo

Tex. c. 103 Lect. 18.

videt se habere de puncto in comparatione ad lineam, & de linea in comparatione ad superficiẽ, & de superficie ī comparatione ad corpa, scilicet quòd non corrumpantur nec generentur, & tamen aliqua variatio attendatur circa huiusmodi, eadem enim ratio est de omnibꝰ his. Omnis enim huiusmodi similiter sunt termini, secundum quòd in extremo consideրantur, vel diuisiones secũdum quòd sunt in medio. Vnde sicut secundum defluxum motus variatur nunc secundum esse, licet maneat idem secundũ substãtiam propter identitatem mobilis, ita etiam variaէ pũctus, nec fit aliud & aliud propter diuisionem lineæ, licet non corrumpatur nec generet simpliciter. Et eadem ratio est de alijs. Hanc autem quæstionẽ Philosophus pertractat in xiij. & xiiij. Et ueritas quæstionis huius est, ꝙ huiusmodi mathematica nõ sunt substantiæ rerum, sed sunt accidentia superuenientia substãtijs. Deceptio autẽ quantum ad magnitudines ꝙuenit ex hoc, quòd non distinguitur de corpore secundũ ꝙ est in genere substantiæ, & secundum quòd est in genere quantitatis. In genere enim substantiæ est secundum quòd componitur ex materia & forma, q̃ consequuntur dimensiones in materia corporali. Ipsæ aũt dimensiones pertinent ad genus quãtitatis, quæ nõ sunt substantię, sed accidentia, quibus substeitur substantia cõposita ex materia & forma. Sicut ẽt supra dictum est, ꝙ deceptio ponentiũ numeros esse substãtias rerũ, proueniebat ex hoc, ꝙ non distinguebant inter vnum, quod est principium numeri, & vnum, quod conuertitur cum ente.

Tex. c. 18. par. prima.

part. 2.

LECTIO XIIII.

2 Mnino vero dubitabit aliquis, quare oportet quærere quædam prẽter sensibilia, quę sunt inter media, quas ponimus species.

b Nam, si ideo quia mathematica ā pſentibus in aliquo quodã differunt, in esse vero plures similis speciei nihil differunt. Quare non erunt corũ principia numero determinata, quẽadmodũ nec præsentiũ literarum, numero quidẽ omniũ nõ sunt pricipia determinata, sed specie. nisi quis sumat huius syllabæ, aut huius vocis. harum. n. erunt & numero determinata. similiter aũt & in eis, quæ sunt intermedia. Infinita. n. & illic sunt, quę eiusdẽ speciei. Quare si non ꝑter sensibilia & mathematica, alia q̃dã, qualia dicũt species ipsas quidã, nõ erit vna numero & specie substãtia: nec pricipia entiũ numero existũt quãta aliqua, sed specie. Ergo, si hoc est necessariũ, & species necessariũ est propter hoc esse. Etenim & si non bene dearticulant dicẽtes, sed hoc est qd volũt, & eos ea necesse est dicere, quia specierũ singula, substãtia quędam est, sed nõ sin accidẽs.

LECTIO XIIII.

B *Mnino autem aliquis dubitabit, quare oportet alia quædam præter sensibilia, & media quærere, vtputa eas, quas ponimus, formas.*

Si enim propterea quòd mathematica quidem ab his, quæ hic sunt, alio quoda differunt. in eo Janẽ, quòd plura eiusdem speciei sunt, nihil differunt. & ideo non erunt eorum principia, numero determinata, sicuti etã literarum quæ hic, numero quidẽ non sunt omnium principia determinata, sed specie. nisi quis huius syllabæ, & huius vocis accipiat, harum enim numero etiam determinata erunt, similiter etiam de medijs. infinita etenim etiam illic sunt, quæ eiusdem speciei sunt. Quare, si præter sensibilia, & mathematica non sint alia quædam, qualia dicunt quidã formas esse, non erit una numero, & specie substantia: nec entium principia aliqua numero aliquot, sed specie erunt. Si itaque hoc necessarium est, & formas propterea necesse est esse, etenim quanquam non bene declarent, qui hæc dicunt, hoc tamen est, quod uolunt: & necesse est eis hoc dicere, quòd formarum unaquæque substantia quædam sit, & nulla secundum accidens.

C

D

E

LECTIO XIIII.

a Ostquam Philosophus inquisiuit, vtrum mathematica sint principia rerum sensibilium, hic inquirit vtrum supra mathematica sint aliqua alia principia, puta quę dicũtur species, quæ sunt substantię & principia horum sensibilium. Et circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo inducit rationem ad unã partem, ibi: {Nam si ideo.} Tertio obijcit ad partem contrariam, ibi: {At uero si ponimus &c.} Dicit ergo primo, quòd supposito, quòd mathematica non sint principia rerum sensibiliũ, & eorum substantia, ulterius aliquis dubitabit, quæ est ratio, quare præter substantias sensibile. & præter mathematica, quæ sunt media inter sensibilia & species, oportet iterum ponere tertium genus, scilicet ipsas {species} ideſt, ideas, vel formas separatas. Deinde cum dicit.

Par. seq. parte 3.

b ¶ Obijcit ad vnam partem, & videtur hæc esse ratio quare oportet species ponere præter sensibilia & mathematica, quia mathematica {a præsentibus}, id est a sensibilibus, quę in vniuerso sunt differunt quidem in aliquo: quia mathematica abstrahũt a materia sensibili, non tamẽ differũt in hoc, sed magis conueniunt, quia sicut in sensibilibus inueniuntur plura numero differentia eiusdem speciei, vt pote plures homines, aut plures equi, ita etiam in mathematicis inueniuntur plura numero differẽtia ciusdem speciei, puta plures trianguli æq lateri, & plures lineæ æquales. Et si ita est, sequiẽ quòd sicut principia sensibilium non sunt determinata secundũ numerum, sed secũdum speciem, ita ẽt ſſ in mediis, ideſt in mathematicis. Manifestũ est enim, quòd in sensibilibꝰ propter hoc, ꝙ sunt plura idiuidua vniꝰ ipci sensibilis, principia sensibiliũ non sunt determinata a numero, sed specie, nisi forte accipiant principia ꝓpria hꝰ tus indiuidui, quæ sunt etiam in numero determinata & indiuidualia. Et ponit exẽplum in vocibus. Manifestũ est enim quòd vocis literatæ, literæ sunt principia, non tamẽ sunt aliquo numero determinato indiuidualium literarum, sed solum secũdum speciem sunt determinatæ literæ secundum aliquem numerum, quatũ aliæ sunt vocales, & aliæ consonantes. Sed hęc determinatio est secundum speciem, non secundum numerum. Non enim unum solum est A, sed multa, & sic de aliis literis. Sed si accipiantur hæ literæ, quæ sunt principia huius determinatæ syllabæ, vel dictionis, aut orationis, sic sunt determinatæ numero. Et cadẽ ratione, cum sint multa mathematica, numero differentia in vna specie, non poterunt esse mathematica principia mathematicorum determinata numero, sed determinata specie solũ. Puta, si dicamus, quòd principia triangulorum sunt tria latera & tres anguli. Sed hæc determinatio est secundum speciem. contingit enim quodlibet eorum in infinitum multiplicari. si igitur nihil esset prẽter sensibilia & mathematica, sequeretur quòd substantia speciei non esset vna secundum numerum, & quòd principia entium non essent determinata in aliquo numero, sed erunt determinata solum secũdum speciem. Si ergo est necessarium, quòd sint determinata secundum numerum: alioquin contingeret esse principia rerum infinita numero: sequitur, quòd necesse sit species esse præter mathematica & sensibilia. Et hoc est, quod Platonici volunt dicere, quòd sequitur ex necessitate ad positiones eorum, quòd sit in singularibꝰ substantia species aliquid vnum, cui non conueniat aliquid secundum accidens. Homini enim indiuiduo cõuenit aliquid secundum accidens, scilicet album uel nigrum, sed homini separato,

Universidad de Deusto
Biblioteca

parato, qui est species secundum Platonicos, nihil conuenit per accidens, sed solum quod pertinet ad rationem speciei. Et quamuis hoc dicere intendant, non tamen bene {dearticulāt} id est non bene distinguunt. Deinde cum dicit.

c ¶ Obiicit in contrarium & dicit, quòd si ponamus species separatas esse, & q principia rerum nō sunt solum determinata specie, sed etiā numero. quædā inconueniētia sequūtur, quę superius in quadam quęstione sunt tacta. Hanc autem dubitationem Philosophus determinat xij. & xiiij. huius libri. Et ueritas dubitationis est, quòd sicut mathematica non sunt prēter sensibilia, ita nec species rerum separatæ prēter mathematica & sensibilia. Principia autem rerum efficientia & mouētia sunt quidem determinata numero, sed principia rerum formalia, quorum sunt multa indiuidua uni* speciei, nō sunt determinata numero, sed solū specie.

par.3.

Tex. c. 19 Par. prima.

parte.2.

part.3.

part.4.

LECT. XV.

2 par.5. Ostquā Philosophus in quisiuit quæ sunt principia, hic inquirit quomodo sunt, & primo vtrū sint in potentia vel in actu. Secūdo: vtrum sint vniuersalia vel singularia, ibi: {Et vtrū vniuersalia &c.}

part.6.

parte.4. Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obiicit ad

parte seq. vnam partem, ibi: {Nam si aliter &c.} Tertio obiicit in contrarium, ibi: {Si vero potestate &c.} Quęrit ergo primo vtrū prima principia sint in potentia, vel {aliquo alio modo} id est in actu. Et hęc dubitatio inducitur propter antiquos naturales, qui ponebant sola principia materialia quæ sunt in potentia. Platonici autem ponentes species quasi principia formalia, ponebant eas in esse in actu. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat quòd principia sint in potentia. Si enim essent {aliter,} scilicet in actu, sequeretur quòd aliquid ēsset prius principijs. Potentia enim actu prior est. quod patet ex hoc, quòd prius est a quo non conuertitur consequentia essendi. Sequitur autem, si est, quòd possit esse, non autem ex necessitate sequitur si est possibile, quòd sit actu. Hoc autem est inconueniens, quòd aliquid sit prius primo principio. ergo impossibile quòd primum principium sit aliter quam in potentia. Deinde cum dicit.

c ¶ Obiicit in contrarium, quia si principia rerum sint in potentia, sequitur quòd nihil sit entium in actu. nam illud, quod est possibile esse, nondum est ens. Et hoc probat per hoc, q id quod fit, non est ens. Quod enim est, non fit. Sed nihil fit nisi quod possibile est esse: ergo omne, qđ est possibile esse, est non ens: Si igitur principia sint tantum in potentia, erunt nō entia. Si autem principia non sint, nec effectus sunt. Sequitur ergo, quòd contingit nihil esse in entibus. Et concludit epilogando, quòd secundum predicta necessarium est dubitare de principijs propter prēmissas rationes. Hæc autem

c At vero, si ponimus species esse & unum numero principia & non specie, diximus quæ cōtingere necesse ē impossibilia.

LECTIO XV.

2 IS autē affine est quęrere, vtrum potestate sunt elementa, aut aliquo alio modo.

b Nam si aliter, prius aliquid erit principijs aliud. Prior enim erit potestas causa illa. Possibile autem non est necessarium illo modo se habere.

c Si vero potestate sunt elemēta, nihil entium esse conuenit. Nam possibile est esse, qđ nondum est ens: fit enim non ens. Nihil autem fit impossibilium esse. Has igitur dubitationes quærere necesse est.

d Et vtrū vniuersalia sint, aut, vt dicimus singularia.

e Nam si vniuersalia, nō erunt substantię. Nihil. n. coīum hoc aliqd significat, sed quale qd. substātia vero hoc aliquid est.

f Sed si est hoc aliqd, & ponitur quid cōmuniter quod prædicatur, multa erit animalia Socrates, ipseque homo & animal, si significat singulū hoc aliquid & vnum. Si igitur vniuersalia sint principia, ea contingunt.

At vero si ponemus formas esse, & principia unum numero, non specie esse, diximus, quæ impossibilia necesse est accidere.

LECTIO XV.

IS autem propè est dubitare, vtrum potentia, an alio quodam modo elementa sint.

Si enim alio quodam modo, erit aliquid aliud principijs prius. potentia nanque prior illa causa est. non est autem necesse, ut omne, quod potentia est, illo modo se habeat.

Quòd si elementa potentia sunt, contingit nihil entium esse. possibile enim est esse, etiam quod nondum est. fit enim quod non est. sed nihil eorum fit, quæ esse impossibilia sunt. Et his itaque de principijs dubitationibus necesse est dubitare.

Et vtrum vniuersalia sint, an, ut dicimus, singularia.

Si enim uniuersalia, nō erunt substantiæ. nihil enim communium quod quid, sed quale quid significant. sed substantia quod quid.

Quòd si quod communiter prædicatur, quod quid sit, & expon possit, multa animalia erunt ipse Socrates, & homo, & animal. si singula quidem, quod quid, & unum significant. Si igitur principia uniuersalia sunt, hæc accidunt.

d ¶ Inquirit vtrū principia sint per modum vniuersalium, aut per modū singularium, & circa hoc tria facit. Primo proponit dubitationem. Secundo obiicit ad vnā partem, ibi: {Nam si vniuersalia &c.} Tertio obiicit ad aliam, ibi: {Si autem nō vniuersalia &c.} Est ergo dubitatio: vtrū principia sint vniuersalia, vel existāt per modū quorundam singulariū. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat quòd principia non sunt vniuersalia talia ratione. Nullū cōiter predicatum de multis, significat hoc aliquid, sed significat tale, siue quale, non quidem secundum qualitatem accidentalem, sed secundū qualitatem substantialē. est enim quædā substātialis qualitas, vt j. in Quinto huius dicetur. Et ratio huius est, quia hoc aliquid dicimus sm q in se subsistit: quod aūt in se subsistit, non pōt esse in multis ens, qđ est de rōne cōis: Quod enim in multis est, non est in se subsistens, nisi & ipsum esset multa, quod ē contra rationē communis. Nam commune est, quod est vnum in multis. Sic igitur patet, q nullum communium significat hoc aliquid, sed significat formam in multis existentē. Addit autem minorē, scilicet, q substātia significat hoc aliquid. Et hoc quidem verū est quantum ad primas substantias, quę maxime & proprie substantiæ dicuntur, vt habetur in prædicamentis. Huius. n. substātiæ sunt in se subsistētes. Relinquitur ergo, quòd principia si sunt vniuersalia, non sunt substantiæ. Et ita vel substantiarum non erunt aliqua principia, uel oportebit dicere, quòd non sint substantiæ substantiarum principia, Sed quia aliquis posset cōcedere, quòd aliquid communiter predicatum significet hoc aliquid, consequenter diluitur cum dicit.

f ¶ Ostendit q inconueniens ex hoc sequitur. Si enim id, qđ cōiter predicatur, sit hoc aliquid, sequeretur, quòd omne id, de quo illud cōe predicatur, sit hoc aliquid, quod est cōmune. Sed planum est, q de Socra. predicatur & homo & animal, quorū vtrunque, s. homo & animal, est quoddam cōe predicatum, Vnde, si omne cōe predicatum sit hoc aliquid, sequitur quòd Socr. sit tria hoc aliquid, quia Soc. est Soc. quod est hoc aliquid: ipse etiam est homo, quod est secūdum predicta hoc aliquid: ipse etiam est animal, quod similiter est hoc aliquid. Erit ergo tria hoc aliquid. Et ulterius sequitur quòd sit tria animalia. Nam animal predicatur de se ipso & de homine & de Socr. Cum ergo hoc sit inconueniens, inconueniens est, quòd aliquid communiter predicatum sit hoc aliquid. Hęc igitur sunt inconuenientia quę sequuntur, si vniuersalia sint principia. Deinde cum dicit.

g ¶ Obiicit

g ¶ Obiicit in contrarium. Cum enim omnes scientię sint A uniuersales non sunt singularium, sed uniuersalium. Si igitur aliqua principia non sint uniuersalia, sed singularia, non erunt scibilia secundum seipsa. Si ergo de eis debet aliqua scientia haberi, oportebit esse aliqua priora principia, quæ sunt uniuersalia. Sic igitur oportet prima principia esse uniuersalia, ad hoc quòd scientia habeatur de rebus, quia B ignoratis principijs necesse est alia ignorare. Hęc autem

g Si autē non uniuersalia, sed quasi singularia, nō erūt scibilia. Vniuersales. n. sunt omnes scientiæ. Quare erunt diuersa priora principijs uniuersaliter pdicata, si futura est eorū scīa.

quæstio determinatur in Septimo huius, ubi ostenditur, quòd uniuersalia non sunt substantiæ, nec principia rerum. Non autem propter hoc sequitur, quòd si principia & substantiæ rerum sint singularia, quòd eorum non possit esse scientia, tum quia res immateriales & si sint singulares: subsistentes, sunt tamē etiā intelligibiles · tum etiam quia de singularibus est scientia, secundum uniuersales eorum rationes per intellectum apprehensas.

Quòd si non uniuersalia sint, sed ut ipsa singularia, non erunt scibilia. ipsius. n. uniuersalis, omnium scientiæ sunt. quarę erūt alia principia priora de principijs uniuersaliter prædicata, si sit quidem eorum futura scīetia.

COMMENTARIORVM
S. THO. SVPER TERTIVM
Metaphy. Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM.

LIBER QVARTVS,

Cum Diui Thomæ præclariſsimis commentarijs.

LECTIO I.

a IN præcedenti libro Philoſophus diſputatiue proceſſit de illis, quę debent in hac ſcientia conſiderari, hic incipit procedere demonſtratiue determinando ueritatem quæſtionum prius motarum, & diſputatarum. Fuit autem in præcedenti libro diſputatum tam de his, quæ per ſe inſunt enti, quę ſunt partes entis, quę ſunt paſſiones entis, quę ſunt ſpecies entis, quę ſunt contraria entis, quę ſunt priora, & poſteriora, quę ſunt idem, & diuerſum, quę ſunt ſimile, & diſſimile, quę ſunt potentia, & actus entis, quę ſunt perfectum, & imperfectum entis, quę ſunt totum, & unum entis. Et quia ens ſubiectũ, non oportet q̃ conſideret de omnibus, quę in ſunt enti per accidens, quia ſic conſideraret accidentia quæſita in omnibus ſcientiis, cum omnia accidentia inſint alicui enti, non tamen ſecundum quòd eſt ens. Quæ enim ſunt per ſe accidentia inferioris, per accidẽs ſe habent ad ſuperius, ſicut per ſe accidentia hominis, nõ ſunt per ſe accidẽtia animalis. Neceſſitas autem huius ſcientię quæ ſpeculatur ens & per ſe accidentia entis, ex hoc apparet, quia huiuſmodi non debent ignota remanere, cum ex eis, aliorum dependeat cognitio, ſicut ex cognitione communium dependet cognitio rerum propriarum.

T.com. 1. part. 1.

parte. 2.

Lect. ult. part. 4. Lec. huius. part. ſeq. part. 3.

part. 3.

LECTIO I.

EST autem ſcientia quædam, quę ſpeculatur ens, prout ens eſt, & quæ ei per ſe inſunt.

Hæc autem nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem eſt. nullæ nanque cæterarum uniuerſaliter de ente, prout ens eſt, conſiderant, ſed eius aliquam partem abſcindentes, quod ei accidit ſpeculantur, ut Mathematicæ ſcientiæ.

b Hęc autem nulli eſt in parte dictarum eadem. Aliarum.n. nulla intendit uniuerſaliter de ente inquantum eſt ens, uerum partem eius abſcindentes aliquam, circa quidem hanc ſpeculantur ipſum accidens, ueluti ſcientiarum mathematicæ.

Cum autem principia, & ſupræmas cauſas quæramus, patet quòd alicuius naturæ per ſe neceſſe eſt eas eſſe. Si igitur illi etiam, qui entium elementa quærebant, iſta principia quærebant, neceſſe eſt etiam elementa entis non ſecundum accidens eſſe, ſed prout entia ſunt. Quare nobis quoque entis, prout entis, primas cauſas accipiendum eſt.

c Quoniam autem principia & extremas quærimus cauſas, palam quia cuiuſdam eas naturæ ſecundũ ſe eſſe neceſſe eſt. Si ergo & entium elementa quærentes, ea quæſierunt principia, neceſſe & entis elementa eſſe, non ſecundum accidens, ſed inquantum ſunt entia. Vnde & nobis entis, inquantum eſt ens, primæ cauſę ſunt accipiendę.

Tex. c. 2. part. 4.

d Ens autẽ multis quidẽ dicitur modis, ſed ad unum & ad unã naturã aliquam, & nõ æquiuoce, ſed quẽadmodũ ſalubre omne ad ſanitatẽ, hoc quidem ad conſeruationem, id uero in actione, aliud quia eſt ſignũ, ut urina ſanitatis, hoc autẽ quia illius eſt ſuſceptibile, & medicinale a medicina. Hoc.n. haben do medicinas dicitur medicinale. illud uero ſuſceptibile ad eã, aliud uero per actus exiſtentiũ medicinę. Similiter autem alia ſumemus his dicta. Ita uero & ens multipliciter dicitur quidẽ, ſed oẽ ad primũ principiũ. Hæc.n. quia ſubſtãtię entia dicũtur, illa uero quia paſſiones ſubſtãtiæ dicuntur, alia qa uia ad ſubſtantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua ſubſtantiæ, aut ad ſubſtantiã dictorũ, aut quorundã horum negationes, aut ſubſtantiæ. Quare & non ens, eſſe non ens dicimus.

part. 5. Lec. huius.

infra par. 6 princi.

parte. 5.

e Quemadmodum ergo ſalubrium omnium una eſt ſcientia, ita hoc etiã & in aliis. Non.n. ſolũ circa unũ dictorũ, unius eſt ſcientiæ ſpeculari, ſed ad unam dictorum naturam. Etenim ea modo quodam circa unum dicuntur.

Infra par. 6 part. 7. Lec. huius.

Primo, oſtendit q̃ huius ſcientiæ eſt conſiderare tam de ſubſtantiis quàm de accidentibus. Secũdo, quòd principaliter de ſubſtantiis, ibi: {Vbiq; uero proprie &c.} Tertio, q̃ de omnibus ſubſtantiis, ibi: {Omnis autem generis.} Circa primum utitur tali ratione. Quecunque communiter uarius recipiunt prędicationem, licet nõ vniuoce, ſed analogice de his prędicetur, pertinent ad vnius ſcientiæ conſiderationem: ſed ens hoc modo prędicatur de omnibus entibus: ergo omnia entia pertinent ad conſiderationem vnius ſcientiæ, quæ conſideret ens inquantum eſt ens, ſcilicet, tam ſubſtantias quàm accidentia. In hac autem ratione primo ponit minorem. Secundo maiorem, ibi: {Quę admodum ergo ſalubrium omnium.} Tertio concluſionẽ, ibi: {Manifeſtum igitur &c.} Dicit ergo primo, quòd ens hue quod eſt, dicitur multipliciter. ſed ſciendum, quòd aliquid prædicatur de diuerſis multipliciter, quandoque quidem ſecundum rationem omnino eandem, & tunc dicitur de eis vniuoce prædicari, ſicut animal de equo & bone. Quandoque vero ſecundum ratiões omnino diuerſas, & tũc dicitur de eis equiuoce prædicari, ſicut canis de ſydere & animali. Quandoque uero ſecundum rationes, quæ partim ſunt diuerſæ, & partim non diuerſę: diuerſæ quidem ſecundum quòd diuerſas habitudines important. Vna autem ſecundum quòd ad vnum aliquid & idem, iſtę diuerſæ habitudines referuntur, & illud dicitur {analogię prędicari} ideſt proportionaliter, prout vnomquodque ſecundum ſuam habitudinem ad illud vnũ refertur. Item ſciendum, quòd illud vnum, ad quod diuerſæ habitudines referuntur in analogicis, eſt vnum numero, & non ſolum vnum ratione, ſicut eſt vnum illud, quòd per nomen vniuocum deſignatur. Et ideo dicit, quòd ens ſi dicatur multipliciter, non tamen dicitur æquiuoce, ſed per reſpectum ad vnum, nõ quidem ad vnum quod ſit ſolum ratione vnum, ſed quod eſt vnum ſicut vna quædam natura. Et hoc patet in exẽplis infra poſitis. Ponit enim primo vnum exemplum quando multa comparantur ad vnum, ſicut ad finem, ſicut patet de hoc nomine ſanatiuum vel ſalubre. Sanatiuũ enim, non dicitur vniuoce de diæta, medicina, vrina, & animali. Nã ratio ſani ſecũdum quòd dicitur de diæta, conſiſtit in cõſeruando ſanitatem Secundum vero quod dicitur de medicina, in faciendo ſanitatem; Prout vero dicitur de vrina, eſt ſignum ſanitatis. Secundum vero quòd dicitur de animali, ratio eius eſt, quoniam eſt receptiuum, vel ſuſceptiuum ſanitatis. Sic igitur omne ſanatiuum vel ſanum dicitur ad ſanitatem vnam & eandem. Eadem enim eſt ſanitas, quam animal ſuſcipit, vrina ſignificat, medicina facit, & diæta conſeruat. Secundo ponit exemplum, quando multa comparantur ad vnum, ſicut ad principium efficiens. Aliquid enim dicitur medicatiuum, qui habet artẽ medicinę, ſicut medicus peritus. Aliquid vero, quia eſt bene aptum ad habẽdum artem medicinæ, ſicut homines, qui ſunt diſpoſiti vt de facili artem medicinæ acquirant: ex quo contingit, quòd ingenio proprio quædam medicinalia operãtur. Aliquid vero dicitur medicatiuum vel medicinale, quia eo opus eſt ad medicinã, ſicut inſtrumẽta, quibus medici vtuntur ad ſanandum. Et ſimiliter accipi poſſunt alia, quæ multipliciter dicuntur, ſicut & iſta. Et ſicut eſt de prędictis, ita etiam & ens multipliciter dicitur. Sed tamen omne ens dicitur per reſpectum ad vnum primum. Sed hoc primũ non eſt finis vel efficiẽs, ſicut in præmiſſis exemplis, ſed ſubiectum. Alia enim dicũtur entia vel eſſe, quia per ſe habẽt eſſe, ſicut ſubſtãtiæ, quæ principaliter & prius entia dicuntur. Alia vero, quia ſunt paſſiones ſiue proprietates ſubſtãtiæ, ſicut per ſe accidentia vniuſcuiuſque ſubſtãtiæ. Quædam autem dicuntur entia, quia ſunt via ad ſubſtantiam, ſicut generationes & motus. Alia autem entia dicuntur, quia ſunt corruptiones ſubſtantiæ. Corruptio enim eſt via ad non eſſe, ſicut generatio via ad ſubſtantiam. Et quia corruptio terminat ad priuationem, ſicut generatio ad formam, conuenienter ipſe etiam priuationes formarum ſubſtantialium eſſe dicuntur. Et item qualitates vel accidentia quædam dicuntur entia, quia ſunt actiua vel generatiua ſubſtãtiæ, vel eorum, quæ ſecundum aliquam habitudinem prædictarum ad ſubſtantiam dicuntur, vel ſecundum quamcumque aliam. Item negationes eorum, quæ ad ſubſtantiam habitudinem habent, vel etiam ipſius ſubſtantiæ eſſe dicuntur. vnde dicimus quòd non ens eſt non ens. Quod non diceretur, niſi negationi aliquo modo eſſe competeret. Sciendum tamen, q̃ prędicti modi eſſendi ad quatuor poſſunt reduci. Nam unum eorum, quod eſt debiliſſimum, eſt tantum in ratione, ſcilicet negatio & priuatio, quã dicimus in ratione eſſe, quia ratio de eis nogociatur quaſi de quibuſdam entibus, dum de eis affirmat vel negat aliquid, ſecundum quid autem differant negatio & priuatio, infra dicetur. Aliud autem hic proximum in debilitate eſt, ſecundum quòd generatio & corruptio & motus entia dicuntur. habent enim aliquid admiſtum de priuatione & negatione. Nam motus eſt actus imperfectus, vt dicitur .3. phyſico. Tertium autem dicitur, quòd nihil habet de non ente admiſtum, habet tamen eſſe debile; quia non per ſe, ſed in alio, ſicut ſunt qualitates, quantitates, & ſubſtantię proprietates. Quartum autem genus eſt quod eſt perfectiſſimum, quod ſcilicet habet eſſe in natura abſque admiſtione priuationis, & habet eſſe firmum & ſolidum, quaſi per ſe exiſtens, ſicut ſunt ſubſtantiæ. Et adhoc ſicut ad primum & principale omnia alia referũtur, nam qualitates & quantitates dicuntur eſſe, inquantum inſunt ſubſtantiæ. motus & generationes, inquantum tendunt ad ſubſtantiam vel ad aliquid prædictorum: priuationes autem & negationes, inquantum remouent aliquid trium prædictorum.

Lec. 3. T.o.6.

f Hic ponit maiorem primæ rationis dicens, quòd eſt vnius ſcientiæ ſpeculari non ſolum illa. quæ dicuntur {ſecundum vnum} ſcilicet ſecundum vnam rationem omnino, ſed etiam eorum, quæ dicuntur per reſpectum ad vnam naturam ſecundum habitudines diuerſas. Et huius ratio eſt propter vnitatem eius, ad quod iſta dicuntur, ſicut patet, quòd de omnibus ſanatiuis conſiderat vna ſcientia, ſcilicet medicinalis, & ſimiliter de aliis, quæ eodem modo dicẽtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

f ¶ Hic ponit conclusionem intentam, quæ per se est manifesta, quòd hæc scientia principaliter considerat de substantiis, & si de omnibus entibus consideret tali ratione. Omnis scientia, quæ est de pluribus, quæ dicuntur ad unum primum, est proprie & principaliter illius primi, ex quo alia dependent secundum esse, & propter quod dicuntur f secundum nomen: & hoc, ubique est uerum: sed substantia est hoc primum inter omnia entia. Ergo philosophus, qui considerat omnia entia primo & principaliter, debet habere in sua consideratione principia & causas substantiarum. ergo per consequens eius consideratio primo & principaliter de substantiis est.

part. 6.

par. 7.

g ¶ Hic ostendit, quòd primi Philosophi est considerare de omnibus substantijs, tali ratione. Omnium eorũ, quæ sunt vnius generis, est vnus sensus & vna scientia: sicut visus est de omnibus coloribus, & Grammatica considerat omnes voces. Si igitur omnia entia sunt vnius generis aliquo modo, oportet quòd omnes species eius pertineant ad considerationem vnius scientiæ, quę est generalis: & species entiũ diuersæ pertineant, ad species illius scientiæ diuersas. Hoc autem dicit, quia non oportet, quòd vna scientia consideret de omnibus speciebus vnius generis, secundum, proprias rationes singularum specierum, sed secundum quòd conueniunt in genere. Secundum autem proprias rationes pertinent ad scientias speciales, sicut est in proposito. Nam omnes substantiæ inquantum sunt entia uel substantiæ, pertinent ad considerationem huius scientiæ, inquantum autem sunt talis, uel talis substantia, ut Leo uel Bos, pertinent ad scientias speciales.

T.com. 3. part. 1.

part. 2.

Manifestum igitur quia entia unius est scientiæ speculari inquantum entia. Vbique uero proprie primi est sciẽtia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. Ergo si hoc est substantia, substãtiarum oportet principia & causas habere Philosophum ipsum.

g Omnis autem generis unius est sensus unus & scientia: ut Grammatica una, omnes speculatur voces. Quapropter & entis inquantum est ens, quascunque species speculari unius est sciẽtie genere, & species specierum.

LECTIO II.

a Igitur ens & unũ idẽ, & una natura: quia se adinuicem consequũtur ut principium & causa, sed non ut una ratione ostensa. Nihil autẽ differt, nec si similiter suscipimus, sed & præopere magis.

b Idem enim unus homo, & ens homo, & homo & non diuersum aliquid ostenditur secundum repetitam dictionem ipsum, est homo, & homo, & unus homo. Palam autem, quia non separantur nec in generatione, neque in corruptione.

LECTIO II.

c Ic procedit ad ostendendum, quòd ad considerationem unius scientiæ pertineat cõsiderare huiusmodi communia, scilicet unum & multa, idem & diuersum. & circa hoc duo facit: Primo ostẽdit hoc de singulis proprias rationes, Secundo de omnibus simul per quasdam rationes communes, ibi: { Et philosophi est de omnibus posse speculari. } Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd de omnibus his considerare debet philosophus. Secundo docet modum considerandi, ibi: { Quare quoniã unum multipliciter &c. } Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd ad hanc scientiam pertineat considerare de uno & de speciebus unius. Secundo, quòd ad eandem scientiã pertineat considerare de omnibus oppositis, ibi: { Quoniam autem unius est opposita considerare. } Circa primum duo facit. Primo enim ostendit, quòd huius scientiæ est cõsiderare de uno. Secundo quòd eius sit considerare de speciebus unius, ibi: { Quare quotcunque unius. } Dicit ergo primo, quod ens & unũ sunt idem & una natura. hoc ideo dicit, quia quędam sunt idem numero, quæ non sunt una natura, sed diuersę sicut Socrates, & hoc album, & hoc musicum, Vnum autem & ens non diuersas naturas, sed unam significant, hoc autem cõtingit dupliciter. Quædam enim sunt unum, quæ consequuntur se adinuicẽ conuertibiliter, sicut principiũ & causa. Quędam uero non solum conuertuntur, ut sint idem subiecto, sed etiam sunt unum secundũ rationem, sicut uestis & indumẽtum. Vnum autẽ & ens significãt unam naturam secundum diuersas rationes. unde sic se habẽt sicut principiũ & cã, sed non sicut tunica & uestis, quæ sunt omnino penitus synonyma. Nihil tñ differt ad propositũ, si similiter accipiam' ea dici, sicut illa, quæ sunt unum & subiecto & ratione. Sed hoc erit { magis præ opere } id est magis utile ad hoc, quod intendit. Intendit enim probare quòd unũ & ens cadunt sub eadem consideratione, & q̃ habent species sibi correspondentes. Quod manifestius probaretur si unum & ens essent idem re & ratione, quàm si sint idem re & nõ ratione. Quod autẽ sit idẽ re probat duabus rõnibus, quarũ prima ponit ibi.

Patet itaque unius esse, & entia prout entia, speculari, Vbique autem proprie primi, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur, Scientia. Quod si hoc substantia est, oportet profecto vt substantiarum principia, & causas Philosophus habeat.

Omnis aũt generis. & sensus unus unius, & scientia: uelut Grammatica, una existẽs, omnes uoces speculatur. Quare entis quoq; quot species sunt, & species specierum speculari unius scientiæ genere est.

Itaque ens, & unũ idem, ac una natura sunt, pròpterea quòd se inuicem sequũtur, quemadmodum principium, & causa, sed non quod una ratione significantur. nihil quidem refert, si etiam similiter putabimus, quinimmo magis proderit.

Idem enim unus homo, & ens homo, ac homo. & non significat diuersum aliquid secundum dictionem repetitam, ideſt homo & homo, & unus homo. Patet autem quòd non separatur ens, nec in generatione, nec in corruptione, similiter & in uno. Quare manifestum est quòd additio

b ¶ Quę talis est. Quæcunque duo addita uni nullam diuersitatem afferunt, sunt penitus idem: sed unum & ens addita homini, uel cuicunque alii nullam diuersitatem afferunt: ergo sunt penitus idem. Minor patet. Idem enim est dictu, homo, & unus homo. & similiter est idem dictu, ens homo, uel quod est homo: & non demonstratur aliquod alterum cum secundum dictionem replicamus dicendo: est ens homo, & homo, & unus homo. Quod quidem probat sic. Idem enim est generari & corrumpi hominem, & id quod est homo: quod ex hoc patet, quia generatio est uia ad esse, & corruptio mutatio ab esse ad non esse. Vnde nunquam generatur homo, quin generetur ens homo: nec unquam corrumpitur homo, quin corrumpatur ens homo. Quę autem simul generantur & corrumpuntur sunt unum. Et sicut dictum est, quòd ens & homo non separantur in generatione & corruptione, similiter apparet de uno. Nam, cum generatur homo, generatur unus homo: & cum corrumpitur, similiter corrumpitur. Vnde manifestum est, quòd appositio in istis ostendit idem, & per hoc, quòd additur uel unum uel ens non intelligitur addi aliqua natura supra hominem. Ex quo manifeste apparet, quòd unum non est aliud præter ens: quæcunque uni & eidem sunt eadem, sibiinuicem sunt eadem. Patet autem ex prædicta ratione, non solum quòd sunt unum re, sed quòd differunt ratione. Nam, si non differrẽt ratione, essent penitus synonyma, & sic negatio esset cum dicitur: ens homo, uel unus homo. Sciendum est enim, quòd hoc nomẽ Homo, imponitur a quidditate, siue a natura hominis: & hoc nomen Res, imponitur a quidditate tantum, hoc uero nomen Ens, imponitur ab actu essendi: & hoc nomen unũ, ab ordine uel indiuisione. Est. n. unũ ens indiuisum. Idem autem est quod habet essentiam, & quidditatem per illam essentiam, & quod est in se indiuisum. Vnde ista tria, res, ens, unum, significãt omnino idẽ, sed secũm diuersas rationes.

part. 3.

part. 4.

Tex. c. 4. ἄλλως

part. 5.

c ¶ Hic ponit secundam rationem ad idẽ, quę talis est: Quæcunque duo prædicantur de substãtia alicuius rei per se, & non per accidẽs, illa sunt idem secundum rem. sed ita se habent unũ & ens, quòd prædicantur per se, & non secundum accidẽs de substãtia cuiuslibet rei: substantia enim cuiuslibet rei est unũ per se, & non secundum accidens. Ens ergo & unum significãt idem secundũ rem, Quòd autem ens & unum prædicentur de substãtia cuiuslibet rei per se, & non secundum accidẽs, sic potest probari. Si enim prædicarentur de substantia cuiuslibet rei q̃ aliquod ens ei additum, de illo iterum necesse est prędicari ens, quia unumquodque est unum & ens: aut ergo iterum de hoc prędicatur q̃ se, aut per aliquid aliud additũ si per aliquid aliud: iterũ esset quæstio de illo addito, & sic erit procedere usque ad infinitũ. hoc autem est impossibile: ergo necesse est stare in primo. Cum q̃ substantia rei sit una & ens q̃ seipsam, & nõ per aliquid additũ. Sciendum est autem, q̃ circa hoc Auic. aliud sensit. Dixit. n. q̃ unum & ens non significant substantiã rei, sed significant aliquid additũ. Et de ente quidẽ hoc dicebat, quia in qualibet re, quæ habet esse ab alio, aliud est esse rei, & substantia siue essentia eius. Hoc autem nomẽ Ens, significat ipsum esse. Significat igitur, ut uidetur, aliquid additum essentiæ. De uno autem hoc dicebat, quia estimabat q̃ illud unum, quod conuertitur cũ ente, sit idẽ, q̃ illud unũ, quod est principiũ numeri. Vnũ autẽ, quod est principiũ numeri, necesse est significare quandã naturã addità substantię; alioquin cũ numerus ex unitatibus constituatur, nõ esset numerus species quantitatis, quæ est accidẽs substãtiæ superadditũ. Dicebat autẽ, q̃ hoc unũ conuertitur cũ ente, non quia significat ipsam rei substantiã uel entis, sed quia significat accidens, quod unicuique rei omni enti, sicut risibile, quod conuertitur cũ homine, Sed in primo quidẽ nõ uidetur dixisse recte: esse. n. rei, quamuis sit aliud ab eius essentia, non tamen est intelligendũ q̃ sic aliquod superadditũ ad modum accidentis, sed quasi constituitur per principia essentiæ. Et ideo hoc nomen ens, quod imponitur ab ipso esse, significat idẽ cum nomine, quod imponitur ab ipsa essentia. De uno aũt non uidetur esse uerũ, q̃ sit idem, enim, quod est in determinato genere uidetur consequi omnia entia. Vnde unũ, quod determinatur ad speciale genus entis, scil gen' quantitatis discretæ, nõ ut posse cũ ente uniuersali conuerti. Si. n. unũ est proprium & per se accidẽs entis, oportet, q̃ ex principiis causetur entis, inquantum ens, sicut quodlibet accidẽs propriũ ex principiis sui subiecti. Ex principiis autẽ communibus entis, inquantũ est ens, nõ intelligitur causari aliquod particulariter ens sufficienter. Vnde non potest esse, q̃ ens aliquod determinati generis & speciei sit accidens omnis entis. Vnũ igitur, quod est principiũ numeri, aliud est ab eo, quod cũ ente conuertitur. Vnũ. n. quod cũ ente conuertitur, ipsum ens designat, superaddens indistinctionis rationem, quę cũ sit negatio, uel priuatio, non ponit aliquã naturã enti additã: & sic in nullo differt ab ente secundum rem, sed solum ratione. Nam negatio, uel priuatio non est ens nature, sed rationis, sicut dictũ est. Vnũ uero, quod est principium numeri, addit supra substantiam rationem mensuræ, quæ est propria passio quantitatis, & primo inuenitur in unitate. Et dicitur per priorationem uel negationem diuisionis, quæ est secundum quantitatem continuam. nam numerus ex diuisione continui causatur. Et ideo numerus ad Scientiã Mathematicam pertinet, cuius subiectũ extra materiam esse non potest, quàm uis sine materia sensibili consideretur. Hoc autem non esset, si unũ, quod est principium numeri, secundum esse a materia separaretur in rebus immaterialibus existens, quasi cũ ente conuertibile.

*a l. q̃ prie ens qđ

d ¶ Hic cõcludit, q̃ philosophi est cõsiderare de partibus unius, sicut de partibus entis, & primo hoc ostendit. Secundo etiam ostendit, q̃ secundum diuersum diuersas partes entis & unius sunt diuersæ partes philosophiæ, ibi: { Et tot partes }. Dicit ergo primo, q̃ ex quo unum & ens idem significant, & eiusdẽ sunt species eędem, oportet, q̃ tot sint species entis, quot sunt species uni' & sibi inuicẽ respondẽtes. Sicut enim partes entis sunt substantia, qualitas, & quantitas &c. ita & partes unius sunt idem, æquale, & simile. Idem enim, unum in substantia est: Simile, unum in qualitate: Æquale, unum in quantitate. Et secũdũ alias partes entis possent sumi alię partes unius, si essent nomina posita. Et sicut ad unam scientiam, scilicet ad Philosophiam, pertinet considerare de omnibus partibus entis, ita & de omnibus partibus unius, scilicet eodem & simili & huiusmodi. Et ad hoc { principium } scilicet unum reducuntur omnia contraria { here }. Et hoc addit, quia in quibusdã non est ita manifestum: & tamen hoc esse necesse est, quia, cum in omnibus contrariis alterum habeat privationem inclusam, oportet fieri reductionem ad priuatiua prima, inter quæ præcipue est unũ. Et iterum multitudo, quæ ex uno causatur, causa est diuersitatis differentiæ & contrarietatis, ut infra dicetur.

Lect. 10.

Et hęc dicit esse considerata { in ecloga }, ideſt in electione { cõtrariorum }, ideſt in tractatu, quę est pars electa ad tractandũ de contrariis, scilicet in. x. huius.

Lect. 5. & 6

e ¶ Hic ostendit partes philosophiæ distingui secundum partes entis & unius. & dicit, q̃ tot sunt partes philosophiæ quot sunt partes substãtiæ, de quâ dicitur principaliter ens & unũ, de qua principalis est huius scientiæ consideratio & intentio. Et, quia partes substantiæ sunt ordinatę adinuicem, nam substantia immaterialis est prior substantia sensibili naturaliter, ideo necesse est inter partes philosophiæ esse quædam primã. Illa tamen, quæ est de substantia sensibili, est prima ordine doctrinę, quia a notioribus nobis oportet incipere disciplinam, & de hac determinatur in Septimo & Octauo huius. Illa uero, quę est de substantia immateriali, est prior dignitate & intentione huius scientiæ, de qua traditur in. xij. huius. Et tamẽ quæcunque sunt prima necesse est q̃ sint continua aliis partibus, quia omnes partes habent pro genere unum & ens. Vnde in consideratione unius & entis diuersæ partes huius scientiæ uniuntur, quamuis sint de diuersis partibus substantię, ut sic sit una scientia inquantum partes prędictę sunt consequentes { hęc }, ideſt unum & ens sicut communia substantię. Et in hoc Philosophus est similis mathematico, Nam mathematica habet diuersas partes, & quandam principaliter, sicut arithmeticam, & quandam secundario sicut Geometriam, & alia cõsequenter se habent his, sicut perspectiua, astrologia, & musica.

Similiter aũt & in vno. Quare palã qa additio in his idẽ oſten dit & nihil aliud vnũ ꝑter ens.

c Amplius autem cuiusq; substantia vnum est, non secundũ accidens: similiter & quòd ens aliquid.

d Quare quotcunque vnius sunt species. tot entis, & de quibus quidem est eiusdem scię genere speculari. dico autem, vt de eodem & simili & alijs talibus. Fere aũt omnia referũtur cõtraria ad principium illud. Speculata sunt autẽ & ea a nobis in ecloga, contrariorum.

e Et tot partes sunt philosophię quot substantię. Quare aliquam esse primam necesse, & habitam ipſis. Exiſtunt. n. recte genera ens & vnũ habentia: quapropter & hęc seqũtur sciẽtię. Est. n. philosophus vt mathematicus dictus. Et. n. ea partes habet, & prima quædam, & secunda est scientia, & alia deinde de mathematicis.

*Item cuiusque substantia unum est, non secundum accidens: similiter & *ipsum ens quoduis.*

Quare quot unius species, totidem & entis sunt, de quibus ipsum quid est speculari, eiusdem genere scientiæ est. dico autem, ut puta de eodem, & simili, cæterisque huiusce modi. ferè autẽ omnia contraria ad hoc principium reducuntur. Cõsiderata sunt autem hæc in electione contrariorum,

Atque tot Philosophiæ partes sunt quot substantiæ. quare necesse est ut aliqua earum prima, & alia sequens sit. sunt autem subinde habentia genera, ipsum unum & ens: quare etiam scientiæ sequentur ista. Philosophus nanque est, ut ille, qui Mathematicus dicitur. & hæc enim habet partes. ac prima quædam, & secunda scientia est. cæterę quoque consequenter in Mathematibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO III.

a Infra parte 3.

Ic ostendit quòd considerare de oppositis pertinet ad scientiam istam. & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd eius est considerare de negatione & priuatione. Secundo de contrariis. ibi: ¶ Sed uni &c. ¶ Dicit ergo, ꝙ cum ad unam scientiam pertineat considerare opposita, par. prima. sicut ad medicinam considerare sanum & ægrum, & ad grammaticam congruum: & incongruum, uni autem opponitur multitudo necesse est, quòd illius scientiæ sit speculari negationem & priuationem, cuius est speculari unũ & multitudinẽ. Propter quꝺ ¶ utriusque ¶ est considerare unum, scilicet, ex utroque dependet unius consideratio, de cuius ratione est negatio & priuatio: part. 2. nam sicut dictũ est, unum est ens non diuisum. Diuisio autem ad multitudinẽ pertinet, quę uni opponitur. Vnde cuius est considerare unum, eius est cõsiderare negationẽ, uel priuationẽ. Negatio autem est duplex, quædam simplex, per quam absolute dicitur, quòd par. 3. hoc non ineſt illi: alia est negatio in genere, per quam aliquid non absolute negatur, sed infra metas alicuius generis: sicut cæcũ dicitur non simpliciter, quod non habet uisum, sed infra genus animalis, qđ natum est habere uisum. Et hęc adest differentia huic qđ dico unum præter {quod est in negatione,}. i. per quam distat a negatione: quia negatio dicit tantum absentiam alicuius, s. quod remouet, sine hoc ꝙ determinet subiectum. Vnde absoluta negatio potest uerificari tam de non ente, quod est natum habere affirmationem, quàm de ente, quod est natum habere & non habet. Nõ uidens enim potest dici tam chimera, quã Iapis, quam etiam homo. Sed in priuatione est quędam natura uel substantia determinata, de qua dicitur priuatio. non enim omne non uidens potest dici cæcum, sed solum quod est natum habere uisum. Et sic, cum negatio, quę in ratione unius includitur, sit negatio in subiecto, alias non ens unum dici posset: patet, quòd unum differt a negatione simpliciter & magis trahit se ad naturam priuationis, ut infra. x. huius habetur. Sciendum est autem, quòd quamuis unũ importet priuationem implicitam, non tamen est dicendum, Tex.c.9. quòd importet priuationem multitudinis: quia, cum priuatio sit posterior naturaliter eo, cuius est priuatio, sequeretur, quòd unum esset posterius naturaliter multitudine. Item

LECTIO III.

a Voniam autem vnius est opposita speculari, & vni opponitur pluralitas, & negationem & priuationem vnius est speculari: quia vtrunque speculatur vnũ, cuius negatio, aut priuatio, hęc autem quæ simpliciter dicitur, quia non ineſt illi, aut alicui generi. Huic igitur vni differentia adest præter quod est in negatione. Illius enim absentia, negatio est. In priuatione vero, subiecta quędam fit natura, de qua dicitur priuatio.

b Sed vni pluralitas opponitur. Quare opposita dictis diuersumque & dissimile & inæquale & quęcunque alia dicuntur, aut secundum pluralitatẽ & vnum, est dictæ cognoscere scientię, quorum vnum quidẽ contrarietas est. Differentia nanque quædam contrarietas est, & differentia diuersitas.

c Quare, quoniam vnum multipliciter dicitur, & hæc quidẽ multipliciter dicẽtur, attamen vnius omnia cognoscere, non enim si multipliciter, alterius. Quare si nec secundum vnum, nec ad vnum rationes referuntur, tunc alterius. Quoniam vero ad primum omnia referũ tur, vt quęcunque vnum dicuntur, ad primum vnum, similiter dicendum est & de eodem & diuerso & contrarijs se habere. Ergo diuisum quoties dicitur singulum, sic reducendum est ad primum in singulis prędicatis, quomodo ad illud dicitur. Hoc enim habendo illud, illa vero faciendo illud, alia vero secũdũ alios dicent modos.

F quòd multitudo poneretur in diffinitione unius. Nam priuatio diffiniri non potest nisi per suum oppositum, ut quid est cœcitas, priuatio uisus. Vnde, cum in diffinitione multitudinis ponatur unum: nam multitudo est aggregatio unitatum, sequitur quòd sit circulus in diffinitionibus. Et ideo dicendum, quòd unum impotat priuationem diuisionis, non quidẽ diuisionis quę est secundũ quantitatem: nam ista diuisio determinatur ad unũ particulare genus entis, & nõ posset cadere in diffinitione uni⁹. Sed unũ, quod cum ente conuertitur importat priuationem diuisionis formalis, quę fit per opposita, cuius prima radix est oppositio affirmationis & negationis. nam illa dividitur adinuicem, quę ita se habent, ꝙ hoc nõ est illud. Primo igitur intelligitur ipsum ens, & ex consequenti non ens, & per consequens diuisio, & per consequens unum quod diuisionem priuat, & per consequens multitudo, in cuius ratione cadit diuisio, sicut in ratione unius indiuisio: quamuis aliqua diuisa modo prædicto, rationem multitudinis haberẽ non possint, nisi prius cuilibet diuisorum ratio unius attribuatur.

b ¶ Hic ostendit, ꝙ philosophi est cõsiderare contraria. Vni. n. multitudo opponitur, ut dictũ est: opposita autem est unius scientię cõsiderare. Cũ igitur ista scientia consideret unum & idem, ꝙ quale, & simile, necesse est quòd consideret opposita his, s. multum, alterum, siue diuersum, dissimile, & inæquale, & quæcunque alia reducuntur ad illa. siue etiam ad unũ & pluralitatem. Et inter istã, una est contrarietas. Nã cõtrarietas est quædã differentia eorum, s. quæ maxime distant in eodem genere. Differentia uero est quędam alteritas siue diuersitas, ut. x. huius habetur: igitur contrarietas pertinet ad considerationem huius scientię.

c ¶ Hic tradit modũ, quo Philosophus de his dẽt determinare, & dicit, ꝙ cũ omnia prædicta deriuentur ab uno, & unũ multipliciter dicatur, eriã omnia ista necesse est multipliciter dici, s. idẽ & diuersum, & alia hmõi. Sed tamen quãuis multipliciter dicãtur omnia, tñ quæ significãtur per quodlibet horum nominum, est cognoscere unius scientię, scilicet philosophię. Nõ enim sequitur, quòd si aliquid dicitur multipliciter, ꝙ propter hoc sit alterius scientiæ, uel diuersę. Diuersa enim significata si neque dicuntur {secundum unum,} id est secundm unam rationem, s. uniuoce, nec ratione diuersa referuntur ad unum, sicut

sicut est in analogicis: tunc sequitur, quòd sit alterius, id est diuersæ scientiæ de his considerare, vel ad minus vnius per accidens. Sicut cœleste sydus, quod est canis, considerat Astrologus. Naturalis autem canem marinum & terrestrem. hęc autem omnia referuntur ad vnum principium. Sicut enim part. 4. quæ significãtur per hoc nomen vnum, d licet sint diuersa, reducuntur tamen in vnum primum significatum: similiter est dicendum de his nominibus, idem, diuersum, contrariũ, & huiusmodi. Et ideo, circa vnũquod Tex.cõ.5. parte. 1. istorum, Philosophus duo debet facere, videlicet primo diuidere quot modis dicitur vnũquodque. Et hęc diuisio consequenter assignatur in {vnoquoque prædicato} ideſt, in vnoquoq; istorum nominum de pluribus prędicatorum, ad quod primum dicatur, sicut, quid est primum significatum huiꝰ nominis, idem, vel diuersum, & quomodo ad illum omnia alia referantur, aliquid quidem inquãtum habet illud, aliquid autem inquantum facit illud, vel secundum alios huiusmodi modos.

d ¶ Inducit conclusionem ex omnibus præcedentibus, scilicet quòd huius scię tię est ratiocinari de his communibus & de substãtia: & hoc fuit vnum qđ situm inter quæstiones in Tertio disputatas.

LECTIO IIII.

a part. 2. Infra parte vl.lc. par.7. huius lec. Parte seq. parte. 3.

Ic ostendit per rationes cõmunes, ꝙ de omnibus prædictis philosophus debet considerare, & primo ostendit propositum. Secundo, conclusionem inducit intentam, ibi: {Quod quidem igitur &c.} Circa primum duo facit. Primo, ostendit propositum. Secundo, ex dictis infert quoddam corollarium, ibi: {Et propter hoc &c.} Ostendit autẽ primum, tribus rationibus: secunda ibi. {Signum autem: &c.} tertia ibi: {Amplius autem &c.} Prima ratio talis est. Omnes dubitationes: quæ possunt moueri sunt in aliqua scientia soluendæ: sed de prædictis communibus mouentur quædam quæstiones: sicut de eodẽ & de diuerso mouetur illa quæstio: vtrum sit idem Socrates, & Socrates sedens: & de contrarijs

φιλοσοφία διαλεκτικὴ σοφιστικὴ πρὸς ἀρετὴν

A mouetur ista quæstio: vtrum vnum sit contrariũ vni, & quot modis dicitur: ergo oportet, quòd in aliqua scientia ista soluãtur, quę cõsideret de eodem & contrario & aliis prædictis. Et quòd hoc pertineat ad Philosophum, & ad nullum alium sic probat. Eius est considerare primas passiones entis, cuius est

Manifestum itaque quod in dubitationibus dictum est, vnius esse tam de his, quàm de substantia rationem habere, hoc autem vnũ erat eorum, quæ in dubitationibus diximus.

LECTIO IIII.

B *T philosophi est de omnibus posse speculri. Si enim non philosophi, quis erit, qui considerabit, si idẽ Socrates, & Socrates sedens? aut si unum uni contrarium? aut quid est contrarium, aut quoties dicitur? Similiter de cæteris quoque huiusmodi. Cum itaque unius prout unius, & entis prout entis, hæ per se passiones sint, & non prout numeri, aut lineæ, aut ignis, patet quòd illius scientiæ est, & quid est cognoscere, & accidentia eis. Et non in hoc errant: qui de his considerant, tanquam non philosophantes, sed quoniam substantia, de qua nihil sciunt, prior est. Nam quemadmodum & numeri, prout numerus est, propriæ passiones sunt, ut imparitas, paritas, commensuratio, æqualitas, excessus, defectus, & hæc tum absolutis, tũ mutuo relatis insunt numeris, similiter solido, & immobili & mobili, & leui & graui aliqua propria sunt, ita & ens prout ens est, quædam propria sunt. & hæc sunt, de quibus ueritatem considerare Philosophi est.*

C *Signum autem est, quòd Dialectici, & Sophistæ eãdem quidem, quam Philosophus subeunt figuram. Sophistica enim apparens solum Sapientia est. Dialectici quoque de omnibus disputant. ens uero commune omnibus est. Disputant autem de his scilicet, eo ꝙ hæc propria Philosophiæ sunt. circa idem enim genus, Sophistica & Dialectica uersatur cũ Philosophia, uerum Philosophia ab hac quidem modo potestatis, ab illa uero electione uitæ differt. Dialectica autem est tentatiua, de quibus Philosophia est cognitiua: Sophistica uero apparens, existens uero minime.*

D *Signum autem est, quòd Dialectici, & Sophistæ eãdem quidem, quam Philosophus subeunt figuram. Sophistica enim apparens solum Sapientia est. Dialectici quoque de omnibus disputant. ens uero commune omnibus est. Disputant autem de his scilicet, eo ꝙ hæc propria Philosophiæ sunt. circa idem enim genus, Sophistica & Dialectica uersatur cũ Philosophia, uerum Philosophia ab hac quidem modo potestatis, ab illa uero electione uitæ differt. Dialectica autem est tentatiua, de quibus Philosophia est cognitiua: Sophistica uero apparens, existens uero minime.*

quo differunt ab ea. Conueniunt autem in hoc, quòd Dialectici est considerare de omnibus. Hoc autem esse non posset, nisi considerarẽt omnia secundum quòd in aliquo uno cõueniunt: quia unius scientiæ unum subiectum est, & unius artis una est materia, circa quam operatur. Cum igitur omnes res non conueniant nisi in ente, manifestum est, ꝙ Dialecticæ

Ens habet passiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

materia est ens,& ea, qnę sunt entis, de quibus etiam Philosophus considerat. Similiter etiam Sohpistica habet quam dam similitudinem Philosophię. Nam sophistica est uisa siue apparens sapientia,non exist ens. Quod autem habet apparę tiam alicuius rei, oportet quòd aliquam similitudinem cum illa habeat.& ideo o

Tex.cō.6. parte.3. portet, quòd eadem consideret Philosophus,Dialecticus,& Sophista. Differunt autem abinuicem. Philosophus quidē a Dialectico ſ ecundum potestatē. Nā maioris uirtutis est consideratio Philosophi quàm consideratio Dialectici.

parte. 4. Philosophus enim de prædictis communibus procedit demonstratiue. Et ideo eius est habere scientiam de prædictis,& est cognoscitiuus eorum per certitudinem. Nā certa cognitio siue sciētia est effectus demonstrationis. Dialecticus autem circa omnia prędicta procedit ex probabili

par.5. bus, unde non facit scientiam, sed quandam opinionem. Et hoc ideo est, quia ens est duplex, ens scilicet rationis, & ens naturę. Ens autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus, quas ratio adinuenit in rebus consideratis,sicut intentio generis,speciei & similium,quæ quidem non inueniuntur in rerum natura,sed considerationem rationis consequuntur. & huiusmodi scilicet ens rationis est proprie subiectum logicæ.Huiusmodi autem intentiones intelligibiles,entibus naturę æquiparantur,eo quòd omnia entia naturę sub consideratione rationis cadunt. & ideo subiectum logicę ad omnia se extendit,de quibus ens naturæ prædicatur. Vnde concluditˌ subiectum Logicæ æquiparatur subiecto philosophiæ, quod est ens naturæ. Philosophus igitur ex principiis ipsius procedit ad probandum ea,quæ sunt consideranda circa huiusmodi communia accidentia entis. Dialecticus autem procedit ad ea consideranda ex intentionibus rationis,quæ sunt extranea a natura rerum. Et ideo dicitur, quòd Dialectica est tentatiua, quia tentare proprium est ex principiis extraneis procedere. A sophista uero differt Philosophus {pro hæresi} idest electione, uel uoluptate, idest desiderio uitæ. Ad aliud enim ordinat uitam suam & actionem Philosophus & Sophista. Philosophus quidem ad sciendum ueritatem, sophista uero ad hoc quòd uideatur scire, quàmuis nesciat. Licet autem dicatur, quòd Philosophia est scientia, non autem Dialectica & Sophistica, non tamen per hoc remouetur, quin Dialectica & Sophistica sint scientiæ. Dialectica enim potest considerari secundum quòd est docens, & secundum quòd est utens. Secundum quidem quòd est docens, habet considerationem de istis intentionibus instituens modum, quo per eas procedi possit ad conclusiones in singulis scientijs probabiliter ostendendas,& hoc demonstratiue facit, & secundum hoc est scientia. Vtens uero est, secundum quòd modo adiuncto utitur ad concludendum aliquid probabiliter in singulis scientiis,& sic recedit a modo scientię. Et similiter dicendum est de Sophistica, quia prout est docens tradit per necessarias & demonstratiuas rationes modum arguendi apparenter. Secundum uero,quòd est utens, deficit a processu uerę argumentationis. Sed in parte Logicæ quæ dicitur demonstratiua solū doctrina exercinet ad Logicam,usus uero ad Philosophiam & ad alias ppticulares scientias,quæ sunt de rebus naturę. Et hoc ideo,quia usus demonstratiuæ consistit in utendo principiis rerum,de quibus fit demonstratio,quæ ad scientias reales pertinet non utendo intentionibus logicis. Et sic apparet, quòd quædam partes logicę habent ipsam scientiam & doctrinam, & usum, sicut dialectica tentatiua & sophistica, quædam autem doctrinam & non usum, sicut demonstratiua.

c ¶ Hic ponit tertiam rationem, quę talis est. Quæcunque reducuntur in unum & ens debent considerari a philosopho, cuius est considerare unum & ens: sed omnia contraria reducuntur ad unum & ens: ergo omnia contraria sunt de consideratione Philosophi, cuius est considerare unum & ens. Quòd autem omnia contraria reducantur ad unum & ens, ostendit quidem primo quantum ad ens hoc modo. Inter duo contraria, quæ a Philosophis principia ponūtur,ut in primo habitum est, semper unū quidē est alteri correlatiuum, & ei coordinatum est, ut priuatio. Quod ex hoc patet, quia semper alterum contrariorum est imperfectum respectu alterius,& sic quandam perfectionis priuationem alterius importat. Priuatio autem est quædam negatio, ut dictum est supra, & sic est non ens. Et sic patet, quòd omnia contraria reducuntur in ens & non ens. Similiter etiam ostendit, quòd reducuntur in unum & multitudinem per quod dam exemplum. Status enim siue quies reducitur in unitatem. Illud enim quiescere dicitur, quod uno modo se habet nunc & prius, ut in vi. Physico. traditur. Motus autem ad multitudinem pertinet, quia quod mouetur diuersimode se habet nunc & prius, quod multitudinem importat. Deinde ibi.

d ¶ Ostendit alio modo,quòd contraria reducuntur ad ens, quia principia & principiata sunt unius considerationis. Principia autem entium,inquantum huiusmodi,consitentur philosophi esse contraria. Omnes enim dicunt entia & substantias entium ex contrariis componi, ut in Primo Physicorum dictum est,& primo huius. Et quamuis in hoc conueniant, quòd entium principia sint contraria, differunt tamen quantum ad contraria quæ ponunt. Quidam enim ponunt par & impar,sicut Pythagorici. Et alii calorem & frigus,sicut Parmenides. Quidam finem,siue terminum {& infinitum} idest finitum & infinitum sicut idem Pythagoras. Nam. pari & impari,finitum & infinitum attribuebant, ut in Primo habitum est. Alii concordiam & discordiam,sicut Emped. Patet ergo,quòd contraria reducuntur in considerationem entis. Deinde ulterius ibi.

e ¶ Dicit, quòd sicut prædicta contraria reducuntur ad ens, ita habent reduci ad unum & multitudinem. Quod apparet. Nam imparitas aliquid unitatis habet propter indiuisionem. Paritas autem ad naturam multitudinis pertinet propter suam diuisionem. Sic autem finis siue terminus ad unitatem pertinet,quæ est terminus omnis resolutionis. Infinitum autem pertinet ad multitudinem, quæ in infinitum augetur. Concordia etiam unitatis est manifesta. Discordia uero multitudinis. Calor autem ad unitatem pertinet, inquantum habet unire homogenea: Frigus autem ad multitudinem,inquantum habet ea separare. Nec solum ista contraria reducuntur sic in unum & multitudinem,sed etiam alia. Sed ista reductio siue introductio ad unum & multitudinem accipiatur siue {sumatur} id est supponatur nunc a nobis, quia longum esset per singula contraria hoc discutere. Deinde ostendit consequenter, quòd omnia contraria reducuntur ad unum & ens. Constat enim, quòd omnia tam principia, quam quę sunt {de aliis}, id est principiata inducunt in unum & ens tanquam in genera, non quòd sint uere genera, sed ratione siue communitatis quandam similitudinem generum habent. Si igitur contraria omnia sunt principia, uel ex principiis, oportet quòd ad unum & ens reducantur. Sic igitur patet, quòd dupliciter ostendit, contraria reduci ad ens, primo per naturam priuationis, secundo per hoc quòd contraria sunt principia. Quòd uero reducantur ad unum ostendit per exemplum, & per quandam reductionem. Finaliter autem ostendit,quòd reducantur ad unum & ens inquantum sunt genera.

Hic osten-

Amplius contrariorum alia coelementatio priuatio, & omnia referuntur ad ens & ad nō ens, & ad unum & ad pluralitatem: ut status unius, & motus pluralitatis.

Entia uero & substantiā contingitur fere omnes ex contrarijs cōponi. Omnes enim principia contraria dicunt. Hi nanque impar & par, illi uero calidum & frigidum, alii finitū & infinitū, alii amorē & odium.

Omnia uero alia reducta uidētur ad unum & pluralitatē. Sumatur ergo illa reductio a nobis. Principia uero & omnia, quæ de alijs, ad unū & ens, ut in genera ea cadunt.

Item contrariorum altera coordinatio priuatio est, & cuncta ad ens & non ens, & unum & pluralitatem reducuntur, utputa status quidem unius est, motus uero pluralitatis.

Entia uero, & substantiam ferè cuncti concedunt ex contrarijs compositam esse. omnes etenim principia aiunt esse cōtraria. quidam par & impar, quidam calidum et frigidum, quidam finem & infinitum, quidam amicitiam & contentionem.

Cætera quoque omnia uidentur reducta ad unum, & pluralitatem, accipiatur enim reductio a nobis. principia uero & omnino, quæ ab alijs, in hæc tanquam in genera cadunt.

f ¶ Hic ostendit conuersim, scilicet quòd ista scientia considerat ens, quia considerat prædicta tali ratione. Omnia entia reducuntur ad contraria, quia vel sunt contraria, vel sunt ex contrariis. Contraria vero reducuntur ad vnum & multitudinem, quia vnum & multitudo, sunt principia contrariorum. Vnum autem

part.6. & multitudo sunt vnius scientię, scilicet, Philosophię: ergo & eius est considerare ens secundū quòd, est ens. Sciendum est tamē, quòd prædicta omnia in vnius scientię considerationem cadūt, siue dicantur {secūdum vnum} idest vniuoce, siue non, sicut fortassē verū est. Sed tamen quanuis vnum dicatur multipliciter, omnia tamen alia ideſt omnes significationes reducuntur ad vnā

part.7. primam significationem. Et similiter est etiam de contrarijs quæ dicuntur multipliciter, sed omnes significationes ad vnam primam

part.8. reducuntur. Et propter, hoc si entia vnū & ens nō est vnum vniuersale, quasi genus existens, sicut supra ponebatur, si ue dicam quòd vniuersale sit vnum in omnibus secundum opinionem nostrā. siue quòd sit aliquid separatum a rebus: secundum opinionem Platonis. sicut fortassis non est verum: tamen dicuntur secundum prius & posterius, sicut & alię significationes referuntur

part. 2. ad vnum primum, & aliæ se habent cō sequenter respectu illius primi. Vtitur tamen aduerbio dubitandi, quasi nunc supponens quæ in seriis probabuntur. Sciendum tamen est quòd hoc, quòd dixit, omnia entia contraria esse vel ex contrariis, non possunt secundum suā opinionem, sed accepit quasi opinionem philosophorum antiquorum. entia enim immobilia, nec sunt contraria, nec ex contrariis: Vnde nec Plato circa sensibiles substantias immobiles posuit contrarietatem. Fecit enim vnitatem ex parte formæ. contrarietatem ex parte materię. Antiqui vero Philosophi solummodo substantias sensibiles posuerunt, in quibus necesse est contrarietatem esse secundū quòd mobiles sunt. Deinde cum dicit.

g ¶ Inducit quoddam corollarium ex prædictis dicēs, quòd Geometriæ non est speculari de prædictis, quæ sunt accidentia entis inquantum est ens, scilicet quid est contrarium, aut quid est perfectum, & huiusmodi: sed si consideret, hoc erit {ex conditione} idest ex positione, quasi supponens ab aliquo Priori Philosopho, a quo sumit quantum est necessarium ad suam materiam. Et hoc quod dicimur de Geometria, similiter est intelligendum in qualibet alia particulari scientia Deinde cum dicit.

h ¶ Colligit quæ sunt supra ostensa dicens, manifestum esse q ad unam scientiam pertinet considerare ens secundum quòd est ens & ea, quæ per se illi insunt. Et p hoc patet quòd illa scientia non solum est considerativa substantiarum, sed etiam accidentium, cum de vtrisque ens prædicetur, Et est considerativa eorum: quæ dicta sunt scilicet eiusdem & diuersi, similis & dissimilis, æqualis. & inæqualis negationis, & priuationis, & cōtrariorū, quę supra diximus esse per se entis accidentia. Et non solū de considerativa istorum, de quibus ostensum est sigillatim propriis, rationibus, quę cadunt in considerationē huius scientiæ, sed etiam considerat de priori & posteriori, genere & specie, toto & parte: & aliis huiusmodi pari ratione: quia hęc etiā sunt accidentia entis, inquantum est ens.

Le.i. quarti libri.

Manifestum itaque ex his etiam est, quòd unius scientiæ est ens, prout ens est, speculari. Cuncta etenim, aut contraria, aut ex contrarijs. principia uero contrariorum, unum & pluralitas. hæc autem unius scientiæ, siue secundum unum dicantur, siue non: sicuti fortassis & ueritas se habet. Et quamuis unum multipliciter dicatur, ad primum tamen cætera reducentur, & contraria similiter. Ac propterea & si ens, aut unum non est uniuersale, & idem in omnibus, aut separatum, sicuti fortassis non est, hæc nihilominus ad unum, illa uero consequenter.

Et propterea, non est Geometræ quid contrarium, aut perfectum, aut unum, aut ens, aut idem, aut diuersum sit, speculari, nisi ex suppositio.

Quod igitur unius scientiæ est ens prout ens est, & quæ ei prout ei insūt speculari, manifestum est. & quòd non solū substantiarū, uerū et eorum, quæ substantijs insunt eadē est speculatiua est ac illorū quæ dicta sunt: & de priori & posteriori, & genere & specie, & toto & parte, cæterisque huiusce modi.

LECTIO V.

Icēdū aūt, utrū unius, aut diuersæ scię, de vocatis ī mathematicis dignitatibus & substantia.

Palā aūt qa uni' ē, & ei', q̄ est philosophi q̄ de his pscrutatio.

Omnibus.n. insunt existētibus, sed nō generi alicui separatim ab aliis: & utunt oēs, qa entis inquantū est ens. Vnūquodque.n.gen' est ens: intātū uero utunt, inquantū eis est sufficiēs Hoc aūt est, quantū cōtinet genus, de quo demōstrationes ferunt. Quare, quoniam manifestū est, q̄ inquantū sunt entia in sunt omnib' (hoc.n.eis est cōe) de ente inquātū est ens cognoscētis, & de eis est speculatio.

LECTIO V.

Icendum autem est, utrum unius, an alterius scientiæ est de hisce, quæ in Mathematibus dignitates nominantur, & *de substantia speculari.*

Patet itaq; quòd unius est, & eius, quæ Philosophi est, consideratio,

Omnibus enim entibus insunt, sed non alicui generi separatim ab aliis. & omnes quidem utuntur, quia entis, prout entis sunt. unumquodque autem genus entis. at eatenus utuntur, quatenus eis satis est. hoc autem est, quantūillud cōtinet gen', de quo demōstrationes afferūt. Quare, cùm pateat q, put entia sunt, eis ī sunt (hoc nāq; est cōe est) illius de his speculatio est, cuius ē de ente, prout ens ē cognoscere.

Ic soluit aliā quæstione in Tertio moram scilicet vtrum ad istam scientiam pertineat considerare prima principia demonstrationis. Et diuiditur in duo. Primo ostendit, quòd eius est cōsiderare vniuersaliter de omnibus his principiis. Secundo specialiter de primo eorū. ibi: {Cogruit autem &c.} Circa primum tria facit. Primo mouet quæstionem, quæ est. Vtrum vnius scientiæ sit cōsiderare de substantia, & de principiis, quæ in Scientiis Mathematicis vocantur dignitates aut est alterius, & alterius scientię considerare. Appropiat autem ista principia magis mathematicis sciētijs, quia certiores demōstrationes habēt, & manifestius istis principijs per se notis vtūtur, oēs suas demonstrationes ad hæc principia resoluentes.

Lec. seque. part. 1. & se. 2. & 3.

b ¶ Secundo soluit. quę quidē solutio est, quia vna scientia intendit de vtrisque prædictis. Et hæc est Philosophia, quæ præ manibus habetur.

c ¶ Tertio probat solutionem propositam & circa hoc duo facit. Primo probat propositum. Secundo conclusionem principalem inducit ibi {Quoniam igitur &c.} Probat autem

part.7. Lec. huius. part.se

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem solutionē propositam dupliciter. Primo per rationem. Secundo per signū. ibi {Vnde nullus &c.} Ratio talis est. Quæcunque insunt omnibus entibus, & non solū alicui generi entium separatim ab aliis, hæc pertinent ad considerationē Philosophi: Sed prædicta principia sunt huiusmodi: ergo pertinent ad cōsideratio-

part.4. nē Philosophi. Minorem sic probat. Illa, qbus vtuntur oēs scientię, sunt entis inquantū huiusmodi. Sed primā principia sunt hmōi: ergo pertinēt ad ens, inquantum est ens.

par.5. Rationem aūt, quare oēs scientiæ eis vtūtur, sic assignat, quia unumquodq; genus subiectū alicuius scientiæ, recipit prædicationem entis. Vtuntur autem principijs prędictis scientię particulares nō secundū suam cōitatē, prout se extendunt ad omnia entia, sed quantum sufficit eis. Et

Tex.con.8. part.6. hoc secundum continentiam generis, quod in scientia subijcitur, de quo ipsa sciētia demōstrationes affert. Sicut

par.7. ipsa philosophia naturalis utitur eis, secundū quòd se extēdunt ad entia mobilia, & non ulterius. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat quod dixerat per signum. & primo inducit probationem. Secundo excludit quorundā errorē ibi {Sed qm̄

Par.seq. cir ca med. est adhuc.} Dicit ergo primo, quòd nullus intendens primo tradere scientiā

a alicuius particularis entis, conatus est aliquid dicere de primis principijs, utrum sint vera, aut non: nec Geometra, aut Arithmeticus, qui tamen istis principijs plurimū vtuntur, vt supra dictum est. Vnde patet, quòd consideratio dictorū principiorū ad hāc scientiā pertinet. Deinde cū dicit

e ¶ Excludit errorem quorundam. & circa hoc duo facit. Primo excludit errorem eorum, qui de prædictis se intromittebant cum ad eos non pertinerent. Secundo eorū, qui de eis

Parte seq. alio modo volebant tractare q̄ de eis sit tractandū. ibi {Quicunque autem vtuntur &c.} Dicit ergo primo, q̄ quāuis nulla scientiarum particularium de prędictis principijs se intromittere debeat, quidam tñ Naturaliū de his se intromiserunt. Et hoc non sine ratione. Antiqui enim nō opinabantur aliquā substantiam esse præter substātiam corpoream mobilem, de qua Physicus tractat. Et ideo creditum est, q̄ soli determinent de tota natura, & per consequens de ente. Et ita etiam de primis principijs, quæ sunt simul considerandā cum ente. Hoc autē falsum est, quia adhuc est quædam scientia superior naturali. Ipsa enim natura, i. res naturalis habens in se principium motus in seipsa, est vnū aliquod genus entis vniuersalis. Nō enim omne

Tex.cō. 48. Lect. 11. ens est huiusmodi, cum probatū sit in. viij. physic. esse aliquod ens immobile. Hoc aūt ens immobile superius est & nobilius ente mobili, de quo considerat Naturalis. Et, quia ad illā scientiam pertinet consideratio entis communis, ad quā pertinet cōsideratio entis primi, ideo ad aliā scientiā q̄ ad Naturalem pertinet consideratio entis communis, & eius etiam erit considerare huiusmodi principia communia. Physica enim est quædā pars philosophiæ, sed nō prima, quæ cōsiderat eus cōe, & ea, quæ sunt eius inquantum huiusmodi. Deinde cū dicit.

f ¶ Excludit alium errorem circa modum tractādi huiusmodi principia. Quidam enim tractabant de istis principijs volentes ea demonstrare, & quæcunque isti dixerunt de ueritate prędictorum principiorū, quomodo oporteat ea recipere per uim demōstrationis, uel quomodo oporteat contingere ueritatē in omnibus istis ita se habere, hoc fecerunt propter ignorantiā, uel propter imperitiam {analyticorum} ideſt illi⁹ partis Logicæ, in qua ars demonstrādi tradit, quia oportet scientes de his peruenire. i. omnis scientia per demonstrationem acquisita ex his principijs causatur. Sed non oportet {audientes} ideſt discipulos instruēdos in aliqua scientia quærere de his, sicut de aliquibus demonstrādis. Vel secundū aliam literā {oportet de his peruenire scientes} ideſt oportet q̄ qui acquirunt scientiā per demonstrationē, pueniant ad cognoscendum huiusmodi principia cōmunia, & nō q̄ quærant ea sibi demonstrari. Dein de cum dicit.

g ¶ Cōcludit conclusionē principaliter intentam, s. q̄ Philosophi erit cōsiderare de omni substantia, inquantum huiusmodi, & de primis syllogismorum principijs. Ad huius aūt euidē tiam sciendum, q̄ propositiones p se notæ sunt, quæ statim notis terminis cognoscuntur, vt dicitur Primo Poste-

Vnde nullus particulariter intendētium nititur dicere aliquid de eis, si uera, aut non, neque Geometra, neque Arithmeticus.

Nisi Physicorum quidā merito hoc facientes. Soli nanque putantur de tota natura intendere & de ente. Sed, quoniā est adhuc Physico aliqs superior. (Vnum enim aliquod genus est natura entis) ipsius uniuersalis & circa substantiā primā theorizātis, & de his erit perscrutatio. Est autem sophia, sapiētia quędam physica, sed nō prima.

Quicunque uero conantur dicentiū dicere quid de uerita te, quo oportet modo recipere propter ignorantiam analyticorum hoc faciunt. Oportet n. de his peruenire scientes, sed non audientes quęrere.

Quoniam igitur philosophi & de omni substantia speculantis, inquantum congruit, & de omnibus syllogisticis principiis est perscrutari, palam.

LECTIO VI.

Ongruit autem maxime cognoscentem circa unumquodque genus, habere dicere firmissima

Propter quod nemo eorum, qui particulariter considerant, conatur aliquid de his, siue quatenus uera, siue non, dicere. nec enim Geometra, nec Arithmeticus.

Sed naturaliū quidam merito hoc facientes. soli nanque putabant & de tota natura, & de ente considerare. Cùm autem aliquis adhuc superior. Naturali sit (natura nanque unum quoddam entis genus est) illius uniuersalis, & circa primam substantiā speculatiui profecto fuerit de his etiā consideratio: est autem Naturalis sapientia quædam, sed non prima.

Quæcunque uero quidam eorum, qui de ueritate dicunt, quo nam modo oportet admitti, dicere conantur, propter ignorantiam Resalutiuorum hoc faciunt, oportet enim accedere hæc dictum, sed nequaquam, dum audiunt quærere.

Quòd itaque Philosophi, & eius, qui de tota substantia, quoad natura fert, speculatur, etiam de principiis syllogisticis est considerare, manifestum est.

LECTIO VI.

Ecet autem illum, qui maxime circa quodque genus cognoscat, ut dicere habeat certissima rei principia, quare

Hoc autem contingit in illis propositionibus, in quibus prædicatum ponitur in diffinitione subiecti, vel prędicatum est idem subiecto. Sed cōtingit aliquā propositionē, quantum in se est, esse per se notā, nō tñ esse per se notā oibus, qui ignorant diffinitionē prædicati & subiecti. Vnde Boetius dicit in lib. de Hebdo. q̄ quædam sunt per se nota sapientibus, quæ non sunt per se nota oibus. Illa aūt sunt per se nota omnibus, quorū termini in cōceptionē oium cadunt. Huiusmodi aūt sunt cōmunia, eo quòd nostra cognitio a cōibus ad propria puenit, vt dr in Primo Phy. Et ideo istę ꝓpositiones sunt prima demonstrationū principia, q̄ cōponunt ex terminis cōibus, sicut totū & pars. vt, Omne totū est maius sua parte: & sicut æquale & inæquale. vt, Quę vni & eidē sunt equalia, sibi sunt æqualia. Et ea dē rō est de similibus. Et, quia hmōi cōes termini ptinent ad cōsiderationē Philosophi, ideo hęc principia sunt de cōsideratione Philosophi. Determinat aūt ea Philosophus nō, demonstrādo, sed rationes terminorum tradendo, vt quid totum & quid pars, & sic de aliis. Hoc autem cognito, veritas prædictorum principiorum manifesta relinquitur.

LECTIO VI.

I COstendit principaliter, quòd ad Primum Philosophum pertinet cōsiderare de primo demonstrationis principio, & circa hoc duo facit. Primo ostēdit, quod eius est de ipso considerare. Secundo de

ipso tractare incipit ibi {Principium uero &c.} Circa primū tria facit. Primo ostendit, quòd huius scientię est considerare de primo demonstrationis principio. Secundo ostendit quid sit illud. ibi {Et sumissimum &c.} Tertio excludit quosdam errores

Tex.c.9. part.3. Primo elenchorū ca.3

torēs circa idem' principium. ibi {Sūt autem quidam &c.} vtitur autem ad primum tali ratione. In vnoquoq; genere, ille est maxime cognoscitiuus, qui certissima cognoscit principia: quia certitudo cognitionis ex certitudine principiorum dependet: sed Primus philosophus est maxime cognoscitiuus & certissimus in sua cognitione: hæc. n. erat vna de cōditionibus sapientis, vt in prooemio huius libri patuit, scilicet, q̄ esset certissimus cognitor causarum. ergo Philosoph⁹ debet cōsiderare certissima & firmissima principia circa entia, de qb⁹ ipse considerat, sicut de gñe sibi ꝓprie subiecto.

part.2. Par. seq. b ¶ Hic ostēdit qd sit firmissimum siue certissimum principium. & circa hoc duo facit. Primo dicit quæ sunt conditiones certissimi principij. Deinde adaptat eas vni principio. ibi {Quid vero sit &c.} Ponit ergo primo tres cōditiones firmissimi principij. Prima est, q̄ circa hoc non possit aliquis mentiri siue errrare. Et hoc patet, quia, cum homines non decipiātur nisi circa ea, q̄ ignorant, ideo circa q̄ nō pōt aliqs decipi, oportet esse notissimū. Secūda cōdō est ve sit {nō cōdōnale} ideſt non ꝓp suppositionē habitū, sicut illa, q̄ ex quodā condicto ponuntur. Vnde alia translatio habet. Et nō subiiciātur ea, quæ sunt certissima principia. Et hoc ideo, q̄a illud. quod necessariū est habere intelligentē quęcunque entium {hoc non est conditionale} ideſt non est suppositum, sed oportet per se esse notū. Et hoc ideo, quia ex quo ipsum est necessarium ad intelligendū quodcunque, oportet q̄ quilibet, qui alia est cognoscens, ipsum cognoscat. Tertia cōditio est, vt non acquiratur per demonstrationem, vel alio simili modo, sed aduenīat quasi per naturam habenti ipsum, quasi vt naturaliter cognoscatur, & non per acquisitionem. Ex ipso. n. lumine naturalis intellectus agentis prima principia fiunt cognita, nec acquiruntur per ratiocinationes, sed solum per hoc, q̄ eorum termini innotescunt. Quod quidem fit per hoc, q̄ a sensibilibus accipitur memoria, & a memoria experimentum, & ab experimento illorum terminorum cognitio, quibus cognitis, cognoscuntur huiusmodi propositiones communes, quæ sunt artium & scientiarum principia. Manifestum est ergo, quod certissimum principium siue firmissimum, tale debet esse, vt circa id non possit errari, & q̄ nō sit suppositum, & q̄ adueniat naturaliter. Deinde cum dicit.

A c ¶ Ostendit cui principio prædicta determinatio cōueniat. & dicit, q̄ huic principio conuenit tanquam firmissimo, q̄ est impossibile eidem simul inesse & non inesse idem. Sed addendum est, et secundum idem. Et etiam alia sunt determinanda circa hoc principium, quæcunq; determinari contingit ad logicas difficultates, si ne quibus videtur cōtradictio cum nō sit. Quod aūt prædicta hunc principio conueniant sic ostendit. Impossibile. n. est quæcunque {susc̄ipere} siue opinari q̄ idem sit simul & non sit, quāuis quidam arbitrētur Heraclitum hoc opinatum fuisse. Verum est autē, q̄ Heraclitus hoc dixit, non tamen hoc potuit opinari. Non enim necessariū est, q̄ quicquid aliquis dicit, hæc mente susc̄ipiat vel opinet. Si autem aliquis diceret, quòd contingeret aliquem opinari, idem simul esse, & non esse, sequit hoc inconueniens, q̄ contingit contraria eidem simul inesse. Et hæc {determinentur nobis}. i. ostendantur quadā propositione cōsueta & in logicis determinata. Ostensum est. n. in fine Perihermenias, q̄ opiniones sunt contrariæ, non quæ sunt contrariorum, sed quæ sunt contradictionis, per se loquēdo. Hæ. n. non sunt contrariæ opiniones primo & per se, vt si vnus opinetur q̄ Socra. est albus, & alius opinetur q̄ Socra. est niger. Sed q̄ vnus opinetur Soc. est albus, & alius opinetur Socra. nō est albus. Si igitur quis opinetur simul duo contradictoria esse vera, opinando simul idem esse & non esse, habebit simul contrarias opiniones. Et ita, contraria simul inerunt eidem: quod est impossibile. non igitur

rei principia. Quare & de entibus, inquantum sunt entia, omnium firmissima. Est autem hic Philosophus ipse.

b Et firmissimum omniū principiorum est, contra quod mēteri impossibile est, notissimū enim esse tale est necesse. Nam circa ea, quę ignorant, decipiuntur omnes. et non condicionale. Quod enim necessarium habere quodcunque entium intelligentem. hoc non conditionale. Quod autem cognoscere est necessarium quodcūque cognoscentem, & venire habenti est necesse. Quod quidem igitur tale principium omnium sit firmissimum, palam.

c Quid vero sit illud, post hoc dicamus. Idem. n. simul esse, & nō esse in eodē, secundum idē, est impossibile. & quęcūq; alia determinaremus, vtiq; sint de terminata ad logicas difficultates. Hoc aūt omniū firmissimum est principium. Habet. n. dictam determinationem. Impossibile nāque quēcūq; idem susc̄ipere esse, & non esse. quēadmodum quidem quidam putāt dicere Heraclitum. non. n. est necesse quę aliqs dicit, hoc & susc̄ipere. Si vero non cōtingit simul inesse eidem contraria: determinentur ergo nobis eadem propositione consueta. Contraria vero est opinio opinioni. quę contradictionis. Palam, quia impossibile simul susc̄ipere eundem esse, & non esse idem. Simul. n. habebit contrarias opiniones, qui de hoc est mentitus. Quare propter oēs demonstrantes in hanc reducunt vltimam opinionē. Natura nāque principium, & aliarū dignitatum hęc omnium.

& illum, qui de entibus, prout entia, omnium certissima, hic autem est Philosophus.

Omnium autem certissimum principium est, circa quod impossibile est mentiri. Notissimum etenim, vt huiusmodi sit, necesse est. circa nāque illa, quæ non cognoscunt, decipiuntur omnes: Et non ex suppositione. quod enim necesse est illum habere, qui quoduis entium intelligat, hoc non est suppositio, quod autem cognoscere illum necesse est, qui aliquid cognoscat necesse est, ut ueniat habens illud. Quòd igitur tale principium omnium certissimum est, patet.

Quid autem illud sit, deinceps dicamus. Idem enim simul inesse & non inesse eidem, & secundum idem, impossibile est. & quæcunque alia annotaremus, sint ad Logicas difficultates annotata. hoc autem omnium est principiorum certissimum, habet etenim dictam annotationem. Impossibile nanque est quempiam idem putare esse & non esse, quemadmodum quidam Heraclium dicere arbitrabantur. non enim necesse est quæcunque quis dicat, ea etiam putare. Quòd si non contingit inesse eidem contraria, annotentur autem a nobis etiam huic propositioni consueta, contraria vero opinio opinioni est, quæ contradictionis est. Et patet quòd impossibile est simul eundem idem arbitrari esse, & non esse. simul etenim haberet opiniones contrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonstrantes ad hanc ultimam opinionem reducunt. natura etenim hæc, cæterarum quoque dignitatum omnium principium est.

contingit aliquem circa hæc interius mentiri, & q̄ opinetur simul idem esse & non esse. Et propter hoc omnes demonstrationes reducunt suas propositiones in hanc propositionē, sicut in vltimam opinionem omnibus communem. ipsa. n. est naturaliter principium & dignitas omnium dignitatum. Et sic parent aliæ duæ conditiones, quia inquantum in hanc reducunt demonstrantes omnia, sicut in vltimum resoluendo, paret q̄ non habetur ex suppositione. Inquantum vero est naturaliter principium, sic patet q̄ aduenit habenti, & non habetur per acquisitionem. Ad huius autem euidentiā sciēdum est, q̄ cum duplex sit operatio intellectus, vna, qua cognoscit quodquid est, quæ vocatur indiuisibilium intelligentia: alia, qua componit & diuidit, in vtroque est aliquod primum.

In prima

Universidad de Deusto
Biblioteca

In prima quidem operatione est aliquod primum, quod cadit in conceptione intellectus, s. hoc qđ dico ens, nec aliquid hac operatione potest mente cõcipi, nisi intelligatur ens. Et quia hoc principium, impossibile est esse & non esse simul, dependet ex intellectu entis, sicut hoc principium, Omne totum part. 4. est maius sua parte, ex intellectu totius & partis: ideo hoc etiam principiũ est natum aliter primum in secunda operatione intellectus, s. componentis & diuidentis. Nec aliqs potest secundũ hãc operationem intellectus aliquid intelligere, nisi hoc principio intellecto. Sicut. n. totum & partes non intelliguntur nisi intellecto ente, ita nec hoc principium, Omne totum est maius sua parte, nisi intellecto prædicto principio firmissimo. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit quomodo circa prædictum principiũ ab aliquibus est erratũ. & circa hoc duo facit. Primo tangit errorem illorum, qui parte. 6. contradicebant præ dicto principio. Secundo eorum, qui ipsum demonstrare volebant, ibi {Dignãtur autem &c.} part. sequẽ. Dicit ergo, ꝙ quidam, sicut dictũ est de Heraclito, dicebant, quòd cõtingit idem simul esse & non esse, & ꝙ contingit hoc existimare. Et hac positione vtuntur multi naturales, vt infra patebit. T. com. 21. Sed nos nũc accipimus supponendo prædictum principium esse verum, scilicet ꝙ impossibile sit idem esse & nõ esse, sed ex sui veritate ostendimus ꝙ est certissimum. Fix hoc enim, ꝙ impossibile est esse & non esse sequetur, ꝙ impossibile sit cõtraria simul inesse eidem, vt infra dicetur. Et ex hoc, ꝙ contraria non possunt simul inesse, sequitur ꝙ homo non possit habere cõtrarias opiniones, & per consequens, ꝙ non possit opinari contradictoria esse vera, vt ostensum est. Deinde cum dicit. Lec. 15. eu præce.

e ¶ Tangit errorem quorundam, qui prædictum principium demonstrare volebant. & circa hoc duo facit. Primo ostendit ꝙ non possit demõstrari simpliciter. Secundo, ꝙ aliquo modo potest demonstrari. ibi {Est aũt demonstrare &c.} Dicit ergo primo, quòd quidam dignum ducunt, siue volunt demonstrare ꝑdictum principium. Et hoc {ꝓpter apedeusiam}. i. inerudi- ἀπαιδευσία tionem siue indisciplinationẽ. Est. n. ineruditio, quòd homo nesciat quorum oportet quærere demonstrationem, & quorũ non. Non. n. possunt oĩa demonstrari. Si. n. omnia demonstrarentur, cum idem per seipsum non demonstretur, sed ꝙ aliud, oporteret esse circulum in demonstrationibus. quod esse non potest, quia sic idem esset notius & minus notum, vt patet in Lect. 8. Primo Posteriorum. Vel oporteret ꝓcedere in infinitũ. Sed, si in infinitum procederetur, non esset demonstratio: quia quæ-

d Sunt aũt quidam, qui, vt diximus, dicebant cõtingere idẽ esse & nõ esse, & existimare ita. Vtunt aũt rõne hac multi eorum, ꝙ de natura. Nos aũt nũc accipimus, quasi impossibili existente simul esse & non esse, & ꝙ hoc ostẽdemus, ꝙ firmissimũ id principiorũ est omniũ. G

e Dignantur autem & hoc de mõstrare quidã propter apẽdeusiam. Est. n. apẽdeusia non cognoscere, quorum oportet quærere demonstrationem, & quorum nõ oportet. Totaliter quidem. n. omnium esse demõstrationem est impossibile. nã in infinitum ꝓcederet, vt nec ita foret demonstratio. Si vero quorũdam non oportet demõstrationem quærere, quod dignantur magis esse tale princi- H pium, non habent dicere.

f Est autem demonstrare elẽchice, & de hoc, quia impossibile, si solum aliquid dicit qui dubitat. Si vero nihil, derisio est quærere rationem ad nullã habentem rationem, inquantum non habet rationem. Similis. n. plantæ talis iam est. Elenchice aũt demonstrare, dico vtiq; differre, & demonstrare. Quia demonstrat quidem I quod in principio. Alterius ãt tali existente causa, elenchus vtiq; erit, & non demõstratio.

LECTIO VII.

a PRincipiũ vero ad oĩa talia nõ velle, aut esse aliqd dicere, aut non esse. Hoc. n. forsan vtiq; qs opinabitur ꝙ a principio petere. sed significare quidem aliquid & ipsi & alij. hoc. n. necesse est, si dicat aliquid. Si. n. non, cum tali vtique non erit sermo, nec ipsi ad seipsum, nec ad alium. Siquis autem hoc dederit, erit demonstratio. iam. n. erit aliquid diffinitum. Sed tamen non demonstrans, sed sustinẽs. Interimens enim rationem, sustinet rationem.

b Primum quidem igitur manifestum, quod hoc quidem verũ est qđ significat nomen esse, aut non esse hoc. Quare neque vtiq; oĉ sic, & nõ sic se habebit.

c Amplius, si homo significat vnum, sit hoc, aĩal bipes. Dico aũt vnũ significare hoc, si hoc est homo, si sit aliquid homo, C hoc est hoiem esse. Nihil autẽ differt nec si plura ꝙs dicat significare, solum aũt diffinita. Ponetur. n. vtiq; rõnibus alterum nomen. Dico aũt, vt si nõ dicat hominem vnum significare, sed multa, quorum vnius quidem vna rõ animal bipes. Sunt aũt & aliæ plures, sed diffinitæ numero. Ponetur. n. vtique proprium nomen secundũ vnãquãq; rationem. Si aũt nõ ponatur, sed infinita significare dicat, palam, quia non vtiq; D erit rõ. nam non vnum significare, nihil significare est. Non significãtibus aũt nominibus, aufertur adinuicem disputare, secundum veritatem autẽ, & ad seipsum. nihil. n. cõtingit intelligere nisi intelligentem vnũ. si aũt cõtingit, ponat huic rei nomẽ. sit itaq;, sicut a principio dictũ est, significãs aliqd nomen & significans vnum.

d Nec sic cõtingit hoiem esse E significare non esse hominem,

Sunt autem quidam, qui, vt diximus, ipsi quoque dicunt, contingere idem esse, & nõ esse, & ita arbitrari. Vtuntur autẽ hac oratione multi quõ que eorum, qui de natura tractant. Nos autem nunc accepimus, tanquam impossibile sit, de eodem simul esse & non esse, & per hoc monstraiumus, quòd certissimum hoc cunctorum principiorum est.

Conantur autem quidam hoc quoque probare, propter ignorantiam. Est etenim ignorantia, nescire quorũ oportet quærere demonstrationem, & quorum non. etenim omnino impossibile est omnium esse demonstrationem. in infinitum nãque progrederetur: quare nec hoc modo esset demonstratio. Si autem aliquorum non oportet quærere demonstrationem, quod magis principium esse tale indicarent, dicere non haberent.

Est autem etiam de hoc demonstrare, redarguendo quòd impossibile est, dummodo aliquid dicat, qui dubitat. Quòd si nihil, ridiculum est quærere rationem ad eum, qui nullius habet rationem, quatenus nullam habet rationem. similis nanque plantæ talis est, prout talis est. Demonstrare vero redarguendo, dico differre à demonstratione. quia qui demonstraret, videretur petere quod à principio. cum autem alia huiusce causa sit, redargutio, & non demonstratio.

LECTIO VII.

*Rincipium vero ad hæc omnia * non petere ut aut esse aliquid, aut non esse dicat (hoc. n. fortasse* erit talis, si simpliciter, tunc est argumentatio, siue elenchus & non demõstratio. Alia litera sic habet & melius. {Alterius autem, cũ huius cã sit, argumentatio erit, & non demonstratio} ideſt: cum huiusmodi ꝓcessus a minus notis ad hoc magis notum principium fiat cã alterius hominis, qui hoc negat, tunc poterit esse argumentatio, siue elenchus, & non demõstratio, scilicet syllogismus contradicens ei poterit esse, cum id, quod est minus notum simpliciter, est concessum ab aduersario, ex quo poterit procedi ad prædictum principium ostendendum quantum ad ipsum, licet non simpliciter.

LECTIO VII.

IC incipit elenchice disputare contra negantes prædictum principiũ, & diuiditur in duas partes. Primo disputat contra eos, qui dicunt cõtradictoria simul esse vera. Secundo contra illos, qui dicũt ꝙ contingit ea simul esse falsa. ibi {Verũ nec iterũ &c.} Circa primũ duo facit. Primo, disputat contra prædictos errantes in communi.

Infra le. 10.

nfra leg. 9.
arte 5.
art. 9 h. 1.
ect. 8. ead.
ect. par. 5.
nfra le. 9.
ar. prima.
bi par. 2.
nfra le. 9.
ar. seq.
art. 4.
ect. 6.

arte. 2.

parte. 3.

Tex. cõ. 11.

Parte seq. huius lec.

Infra pt. 6.
Infra pt. 7.
Infra pt. 7.

* Ex Alex. addẽ hec. Pręterea o hoc cõtingit, necesse sit aliquid verũ esse sine demonstratione: quare non omne vtiq; sic, & non sic se habet.

Infra pt. 4.
Infra pt. 5.

communi. Secundo ostendit quõ in speciali sit disputandum contra diuersos. ibi {Est autem non idem modus.} Circa primum duo facit. Primo disputat rationem negãtium ꝑdictum principium. Secundo ostendit quòd opinio Pythagoræ in idẽ redit cum prędicta positione ibi. {Est autem ab eadem &c.}

Circa primum ponit septem rõnes. Secũda ibi {Omnino vero destruit.} Tertia ibi {Amplius si contradictiones.} Quarta ibi {Amplius autẽ circa omnia &c.} Quinta ibi: {Amplius igitur quõ.} Sexta ibi {Vnde & maxime manifestũ est.} Septima ibi {Amplius si quia maxime.} Circa primum duo facit. Primo ostendit ex quo principio oporteat procedere cõtra negãtes primum principium. Secundo ex illo principio procedit. ibi {Primum quidem igitur manifestum &c.} Dicit ergo primo, quòd ad omnia talia inopinabilia non oportet accipere ꝙ principio, quòd aliqs velit ſuppõere hoc determinate esse {vel non esse}. i. nõ oportet accipere ꝙ principio aliqua ꝓpositionẽ, qua afferatur aliquid de re, vel negetur ab ea. hoc. n. esset quærere principium, vt prius dictũ est. Sed oportet accipere pro principio, quòd nomẽ significet aliquid, & ipsi qui profert, inquantum se loquentem intelligit, & alij, qui eum audit. Si aũt hoc non concedit, tunc talis non habebit propositũ, nec secum, nec cum alio. vnde superfluũ erit cum eo disputare, sed, cum hoc dederit, iã statim erit demonstratio cõtra eũ. Scatim. n. inuenitur aliqd diffinitum & determinatũ, qđ ꝙ nomen significat distinctũ a suo contradictorio, vt infra patebit. Sed tñ hoc nõ erit demonstrãs ꝑdictum principium simplr, sed tñ erit rõ sustimens contra negãtes. Ille. n. ꝙ {destruit rationẽ}. i. termonem suum, dicẽdo, quòd nomẽ nihil significat, oportet quòd sustineat, quia hoc ipsum qđ negat proferre non potest nisi loquendo & aliquid significando. Deinde cum dicit.

b ¶ Procedit ex dicta suppositione ad propositum ostendendum: & primo singulariter in vno, secundo generaliter in omnibus. ibi {Amplius si homo &c.} Dicit ergo primo, quòd si nomen aliquid significet primo hoc erit manifestum, quòd hęc propositio erit vera, & eius contradictoria, quam negat est falsa. Et sic ad minus hoc habemus, quia non omnis affirmatio est vera cum sua negatione. Deinde cum dicit.

c Ostendit vlr de omnibus, s. quòd contradictoria non sint

A simul vera. & circa hoc quatuor facit. Primo ponit quędam, ſi sunt necessaria ad propositum concludendum. Secundo concludit propositum. ibi {Necesse itaque.} Tertio probat quoddam, quod supposuerat. ibi {Nam esse hominem &c.} Quarto excludit quandam cauillationem. ibi {Si autem respõdeatur.} Circa primũ tria facit. Primo ostendit, ꝙ nomen vnum significat. Secundo ex hoc ostendit vltrius, ꝙ hoc nomen homo significet id, quod est hominem esse, non autem id quod est, non esse. ibi {Nec sic contingit &c.} Tertio ostẽdit, ꝙ homo & non homo significat vnum. ibi {Si autem non significat &c.} Dicit ergo primo, ꝙ si homo significat aliqd vnum, sit hoc vnũ, animal bipes: hoc. n. vnum dr nomẽ significare, ꝙ est diffinitio rei significate per nomẽ, vt si est hoc esse {animal bipes} ideſt si hoc est ꝙ qđ est homo, hoc erit significatum ꝙ hoc nomen homo. Si aũt dicat nomen plura significat, aut significabit finita, aut infinita: si autẽ finita, nihil differt {secundum aliam translationem} ab eo, quod ponitur significare vnũ, quia significat multas rationes diuersarũ rerum finitas. & singulis eorũ possunt adaptari diuersa noia. Vt, si homo significet multas & vnius eorum sit ratio animal bipes, ponetur vnum nomen secũdum hanc rationẽ, quod est homo, & si sunt plures aliæ rationes, ponẽtur alia plura nomina, dum modo rationes illæ sint finitæ. & sic redibit primũ, ꝙ nomen significet vnũ. Si aũt nomen non significat finitas rationes, sed infinitas, manifestum est ꝙ nulla erit ratio, siue locutio, siue disputatio. Qđ sic patet. Quod. n. non significat vnum, nihil significat. Et hoc sic probatur. Noia significant intellectus. si igit nihil intelligit, nihil significatur. Sed, si non intelligitur vnum, nihil intelligit ũr. qa oportet, ꝙ qui intelligit ab aliis distinguat. Ergo, si non significat vnum, nõ significat. Sed, si nomina non significant, tollet disputatio, & ę est secundum veritatem, & quę est ad hominem. Ergo patet, ꝙ si noia infinita significent, nõ erit ratio, siue disputatio. Sed si contingit intelligere vnum imponat ei nomen, & sic erneatur, ꝙ nomen significet aliquid. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit secundum, s. ꝙ hoc nomen homo non significet id, quod est homini non esse. Nomen. n. significans vnum non solũ significat vnum subiecto: quod ideo sit vnum, quia de vno, sed id, quod est vnum simpliciter, s. secũdum rationẽ

Si enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si enim hoc vellemus dicere, ꝙ nomen significat vnum, quia significat ea, quę verificantur de vno, sic sequeretur, ꝙ musicū, & album, & homo, vnum significarent, qm̃ omnia verificãtur de vno. Et ex hoc sequeretur, ꝙ omnia essent vnum. quia, si album dr̃ de homine, & propter hoc est vnum cum eo, cum dicatur etiam de lapide, erit vnum cum lapide. Et quę vni & eidem sunt eadē, sibiinuicem sunt eadem. Vnde sequeretur, ꝙ homo & lapis sit vnum, & vnius rationis. Et sic sequeretur, ꝙ omnia nomina sint vniuoca, ideſt vnius rationis, vel synonyma secũdum aliam literam, ideſt omnino idem significantia, re & ratione. Quamuis ãt esse & non esse vere dicantur de eodem secundum negantes principium primũ, tñ oportet ꝙ aliud sit hoc, quod est esse hominem, & hoc, quod est non esse, sicut aliud est ratione album & musicũ, quamuis de eodem verificẽtur. Ergo patet, ꝙ esse & non esse, non erunt idem ratione & re, quasi vno nomine significatũ vniuoce. Sciendum est autẽ, quòd esse hominẽ, vel esse homini siue hominis, hic accipitur ꝓ quod quid ellt hominis. Ex hoc ergo concluditur, ꝙ hoc, quod dico homo, non significat hoc, quod dico hominem non esse, sicut propriam rationem. Sed quia dixerat suprà, ꝙ idẽ nomen potest plura significare secundum diuersas rationes, ideo subiungit, nisi secundum æquiuocationem, ad determinandum, quòd homo vniuoce, non significet esse hominem & non esse hominem, sed æquiuoce potest vtrunque significare, vt si id, quod vocamus hominem in vna lingua, vocent alij non hominẽ in alia lingua. non.n.est nostra disputatio, si idem secundum nomen contingat esse & nõ esse, sed si idem secundum rem. Deinde cum dicit.

si homo significat nõ solum de vno, sed & vnum. Nõ.n.hoc dignamur vnum significare qđ de vno, qm̃ sic itaq; musicus, & album, & homo, vnum significarẽt. Quare vnum oĩa erunt. synonyma nãque. & non erunt esse & non esse idem, nisi secm̃ æquiuocationẽ. vt si quem nos hoiem vocamus, alij nõ hoiem vocant. Dubitatum vero non hoc est, si cõtingit simul idem esse & nõ esse hoiem, secũdum nomen, sed secundum rem.

c Si autem non significet alterum homo & non homo, palã, quia non esse hominem nõ erit diuersum ab esse hominẽ. quare erit hominem esse nõ hominem esse. vnum.n.erunt. hoc enim significat esse vnum. vt vestimentum & indumentum, si ratio vna. Si vero erunt vnum, & vnum significat hoiem esse, & non hominem, sed ostensum est, quòd alterum significat.

f Necesse itaq; si quidẽ est verum dicere, qa homo animal esse bipes, hoc.n.erat quod significat homo. Sed si hoc necesse: nõ contingit nõ esse hoc ipsum animal bipes. Hoc.n. significat necesse esse, impossibile non esse hominem. Non igitur cõtingit simul verũ esse, dicere idem hominẽ esse, & non esse hominem. Eadẽ aũt ratio & non de esse hominem.

g Nam hominem esse, & non hominem esse. alterum significat. siquidem album esse, & hominem esse, alterum, multum enim opponitur illud magis, quare significat diuersum. Si autem & album dixerit idem significare, & vnũ ratione, idẽ dicemus quod & prius dictum est, ꝙ vnum omnia sunt, & non solũ opposita. Si aũt hoc nõ cõtingit, contingit qđ dictũ est.

e ¶ Probat tertium, s. quòd homo & non homo nõ significat idem, tali ratione. Homo significat hoc, quod est esse hoiem, & quod quid est homo. non homo autem significat non esse hominem, & quod quid est non homo. Si ergo homo & non homo non significant aliquid diuersum, tunc id, quod est esse homini, non erit diuersum ab hoc, quod est non esse homini, vel non esse hominem. & ita vnum eorum prædicabitur de altero. & erunt etiam secundum rationem vnum. Cum.n.dicimus, aliqua vnum significare, intelligimus, quòd significent rationem vnam, sicut vestis & indumentum. Si igitur esse hominem & non esse hominem sunt hoc modo vnum, s. secundum rationem, vnum & idem erit illud, quod significabit illud, quod est esse hominem, & id, quod est nõ esse hominem. Sed datum est, vel demonstratum, quia diuersum nomen est qđ significat vtrũq; Ostẽsum est enim, ꝙ hoc nomen homo significat hominem, & non significat non esse hominem. ergo patet, ꝙ esse hominẽ, & non esse hominem, & non esse hominem, sunt vnum secundũ rationem. Et sic patet propositũ, quòd homo & nõ homo diuersa significant. Deinde cum dicit. f ¶ Ostendit principale propositum ex prioribus suppositis tali ratione. Necesse est, quòd homo sit animal bipes. quod patet ex præhabitis. Hæc.n. est ratio, quam hoc nomen significat. Sed quod necesse est esse, non contingit non esse. hoc.n. significat necessariũ, scilicet non possibile non esse, vel non contingens nõ esse, vel impossibile non esse: ergo impossibile est siue non contingens, vel nõ possibile hominem nõ esse animal bipes. Sic ergo patet, quòd non contingit vtrũque verum esse affirmationem & negationẽ, s. quòd sit animal bipes, & quòd nõ sit animal bipes. Et eadem ratio ex significationibꝰ nominum sumpta, põt accipi de non hoie, quia necesse est nõ hominem esse, non animal bipes, cum hoc significet nomen: ergo impossibile est esse animal bipes. Ea aũt, quæ supra monstrata sunt, valent ad ꝓpositũ, qa si consideretur, quòd homo & non homo idem significarẽt, vel quòd hoc nomen homo significaret esse hominẽ, & non esse hoiem, posset aduersarius negare istã: necesse est hominem esse animal bipes. Posset.n. dicere, quòd non magis necessarium est dicere: hominem esse animal bipes, q̃ non esse animal bipes, si hęc nomina homo & non homo idem significarent: vel, si hoc nomen homo vtrunque significet, scilicet id, quod est esse hominem: & id, quod est non esse hominem. Deinde cum dicit.

g Hic probat quoddam, quod supposuerat. Ad probandum aũt, quòd hoc nomen homo non significat id, quod est non esse hominem, assumpsit, quòd id, quod est esse hominem, & id, quod est non esse hominem, sunt diuersa, quamuis verificentur de eodem. Et hoc intendit hic probare, tali ratione.

Magis

homo quidem non solum de uno, sed etiam vnum significat. Non enim hoc dicimus vnum significare, quod de vno, hoc enim modo, musicum etiam, & album, & homo, vnum significarent, quare vnum omnia erunt. uniuoca nanque. & non erit esse & non esse idem, nisi secundum æquiuocationem, sicuti siquem nos hominem nominamus, alij non hominem vocarent. Quod autem dubitatur, non est hoc, si contingit simul idem esse, & non esse hominem nomine, sed re.

Si autem non alterum significat homo & non homo, patet quòd nec non esse homini ab eo, quod est esse homini. quare homini esse, erit non homini esse. vnum nanque erit. hoc enim significat unum esse, sicut tunica & uestis, si ratio una. Si autem erit unum, unum significat homini esse, & non homini. verum monstratum est quòd aliud significat.

Necesse igitur, si quid est verum dicere quòd homo, animal esse bipes, hoc enim erat, quod significabat homo. Si autem necesse est, non potest idem non esse animal bipes. Hoc nanque significat ipsum necesse esse, quod impossibile est, non esse hominem. non contingit ergo simul verum esse, idem dicere hominem esse & non esse hominem. Eadem ratio est & de non esse hominem.

Homini nanque esse & non esse homini, diuersum significat. siquidem & album esse & hominem esse, diuersum, multo enim magis illud opponitur, quare diuersum significat. Si autem album aliquis dicat vnum & idem significare, rursus idem dicemus, quod & antea dictum est, quòd omnia vnum sunt, & non solum opposita. Quòd si hoc non contingit, accidit quod dictum est.

Magis opponuntur esse hominem & non esse hominem, q̃ hõ & album: sed homo & album sunt diuersa secundum rõnem, licet sint idem subiecto: ergo & esse hominem & non esse hominem, sunt diuersa secundum rõnem. Minorem sic probat. Si.n. omnia, quæ dicuntur de eodem, sunt vnum secundum rationem quasi significata vno noie, sequitur, quòd oĩa sunt vnum, sicut suprà dictum est, & expositum. Si ergo hoc nõ contingit, continget illud, quod dictum est, s. quòd esse hominem, & non esse hominem, sunt diuersa. Et per consequens sequitur vltima conclusio suprà dicta, s. quòd homo sit animal bipes, & quòd impossibile ẽ ipsum esse non animal bipes. Deinde cum dicit.

h ¶ Excludit quãdã cauillationem, per quam prædictus processus posset impediri. Posset.n. aduersarius interrogatus an necesse sit hominem esse animal bipes, non rñdere affirmationem, vel negationem, sed dicere, necesse est hominem esse animal bipes, & non esse animal bipes. Hoc autem excludit hic Philosophus dicens, prædictam conclusionem sequi, dummodo velit respondere ad interrogatum simpliciter. Si autem interroganti simpliciter de affirmatione, velit addere negationem in sua responsione, vt dictum est, non ad interrogatũ erit responderet. Quod sic probat. Contingit.n. vnam & eandem rem esse hominem & albũ & mille alia huiusmodi. Hic tñ si quæratur: vtrũ homo sit albus, respondendum est tñ id, qđ vno nomine significatur. nec sunt addẽda alia oĩa. Vel bi gra, si quæratur: vtrum hoc sit homo, rñdẽdum est. ꝙ est hõ. Et non est addendum, quòd est homo & albus & magnus & similia: quia oportet omnia, quæ accidunt alicui, simul respondere, aut nullum: omnia autem simul nõ possunt, cum sint infinita. Infinita.n. eidem accidunt, ad minus secundum relationes ad infinita antecedentia & consequentia, & infinita non est pertransire. In respondendo ergo, nullum eorum, quæ accidunt quæsito est respondendum, sed solum quod quæritur. Licet ergo supponatur millies quòd sit idem homo & non homo, cum tñ quæritur de homine, nõ est rñdendum de non hoie, nisi rñdeantur oĩa, quæ pñt homini accidere. Si.n. hoc fieret nõ esset disputandum, quia nunquam cõpleretur disputatio, cum impossibile sit infinita pertransire. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit secundam rationem, quę sumitur ex ratione prędicati substantialis & accidentalis, quę talis est. Si affirmatio & negatio verificantur de eodẽ, sequitur, ꝙ nihil prędicabitur in quid, siue substãtialiter, sed solum ꝙ accidens. Et sic in prę-

dicatis per accidens, erit procedere in infinitũ. sed hoc est impossibile: ergo & primum. Circa hanc rationem duo facit. Primo ponit conditionalem. Secundo probat destructionẽ consequentis ibi {Si vero omnia secundum accidens &c.} Circa primum sic procedit dicens, quòd illi, qui hoc dicunt. s. affirmationem & negationem simul esse vera, omnino destruũt {substantiam}. i. substantiale prædicatũ, {& quod quid erat esse} id est quod prædicatur in eo quòd quid. Necesse est.n. eis dicere {quòd oĩa accidunt}. i. per accidens prædicantur, & quòd non sit hominem esse, aut animal esse, & quòd non sit quod significet quid est homo, aut quid est animal. Quod sic ꝓbat. Si aliquid est quod est hominem esse, i. quod quid est homo substantialiter. s. de homine prædicatum, illud non erit non esse hominem, nec erit esse nõ hominem. Huius.n. quod est, esse hominem, sunt prædictæ duæ negationes, scilicet non esse hominem, vel esse non hominem. Patet ergo, quòd affirmatio & negatio non verificantur de eodem, quia. s. de eo, quod est esse hominẽ, non verificatur non esse hominem, vel esse non hominem. Cõditionalem autẽ ponsitam, quòd si aliqd sit quod quid est homo, quòd illud non sit non esse hominẽ vel esse nõ hominẽ, sic probat. Propositum est.n. suprà & ꝓbatum. quòd hoc quod significat nomẽ est vnum. Et iterum est positũ, quòd illud, quod significat nomen, est substantia rei, s. qđ quid est res. Vñ patet, quòd aliqd significat substantiã rei, & idẽ qđ est significatum non est aliquid aliud. Si igitur illud quod est esse hominem, siue quod quid est homo fuerit, vel non esse hominẽ, vel esse non hoiem, constat quidem quòd erit alterũ a se. Vnde oportet dicere, quòd non sit diffinitio significans quod quid est esse rei, sed sequet ex hoc, quòd oĩa prædicentur secundum accidens. In hoc.n. distinguitur substãtia ab accidente. i. prædicatũ substantiale, ab accidentali, quia vnũquodq; est vere id, qđ ꝓdicatur substantialr de eo: & ita non potest dici illud, quod prædicatur substantialiter, esse non vnũ, quia qlibet res non est nisi vna. Sed homo dr̃ albus, quia albedo vel album accidit ei. Nõ autem ita, quòd sit id, quod vere est albũ, vel albedo. Ergo nõ oportet, quòd id, quod prædicatur per accẽs, sit vnum tm, sed multa possunt per accidens prædicari. Substantiale vero prædicarum est vnum tantum. Et sic patet, quòd ita est esse hominem, quòd non est non esse hominem. Si autem vrũq; fuerit substantiale prædicatum non erit vnum tñ. & sic non erit substantiale, sed accidentale. Deinde cum dicit.

k ¶ Destruit

parte. 5.

part. 6.

T.com. 12.

part. 7.

parte. 8.

parte. 9.

parte seq. huius lect.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. est. 1.

T. com. 14. parte. 10.

k ¶Destruit consequens, ostendens hoc esse impossibile quòd aliquid non p̃dicetur substantialr, sed oĩa accidentaliter: quia, si oĩa per accidens prædicentur, non erit aliquid prædicatũ vere. Dr̃ aũt hic p̃dicatum vere, sicut in Posterioribus, scr̃m q̃ p̃dicat de aliquo per se, & scr̃m q̃ ipsum est. Hoc aũt est impossibile, qa, si semp aliqd prædicat de altero p̃ accĩs, oportet q̃ accĩalis p̃dicatio p̃cedat in infinitũ, qd̃ est impossibile hac rõne. Prædicatio eñ accĩalis nõ cõplectit nisi duos modos. Vnus mod⁹ est, secundũ q̃ accĩs de accidente prædicat p accĩs. & hoc ideo, qa ambo accidũt eidẽ subiecto: sicut albũ prædicat de musico, qa ambo accidũt homini. Alius modus est, quo accĩs p̃dicatur de subiecto, sicut Socra. dr̃ musicus, non qa ambo accidunt alicui alteri subiecto, sed qa vnũ eorũ accidit alteri. Cum igitur sint duo modi prædicationis p accĩs, in neutro cõtingit esse prædicatione i infinitũ. Cõstat. n. q̃ illo modo, quo accĩs prædicat de accidente, nõ contingit abire in infinitũ: qa oportet deuenire ad subiectũ. Iam. n. dictum est, q̃ hæc est rõ p̃dicationis huius, qa ambo p̃dicant de vno subiecto. Et sic descẽdẽdo a p̃dicato ad subiectũ contingit inuenire pro termino, ipsum subiectũ: sed illo mõ p̃dicãdi per accidẽs, quo accidẽs prædicatur de subiecto, vt cum dr̃, Socr. est albus, non cõtingit abire in infinitũ in superius ascendẽdo a subiecto ad prædicatum, ita vt dicamus, q̃ Socrati accidit albũ, & q̃ Socra. albo accidit aliquod aliud. hoc. n. nõ posset esse, nisi duobus modis. Vno mõ, qa ex albo & Soc. fieret vnũ. & sic sicut Socr. est vnũ subiectũ albedinis, ita Soc. alb⁹ esset subiectũ alteri⁹ accidentis. hoc autẽ non põt esse, qa non fit aliquid vnum ex oĩbus quibuscũq; prædicatis. Ex subiecto, n. & accidente non fit vnũ simplr, sicut fit vnum ex genere & dr̃ia: vnde nõ potest dici, quòd Soc. albus sit vnum subiectum. Alius modus esset, q̃ sicut Socr. est subiectũ albi, ita ipsi albo inhic aliquid aliud accidens, vt musicũ. Sed hoc ẽt nõ põt esse. pp duo. Primo, quia nõ erit aliqua ratio, quare musicũ dicatur magis accidere albo, q̃ econuerso, vñ non erit ordo inter album & musicũ, sed econuerso, respicient se adinuicẽ. Secundo, quia simul cum hoc dr̃ finitum est, vel determinatũ, q̃ ille est alius modus prædicãdi per accidens, i n quo accidens prædicatur de accidente, ab illo

Tex c. 15. part. prima

part. 2.

k Si vero oĩa scr̃m accidẽs dicant, nullũ erit primũ vniuersale. Si aũt semp accidẽs de subiecto aliquo significat p̃dicationẽ, in infinitũ ergo necesse est ire. sed impossibile. neq. n. plura duob⁹ cõplectit̃. accidẽs. n. accũti non accidit. nisi qa ambo eidẽ accidũt. dico aũt, vt albũ musico, & hõ albo: qa homini ambo accidũt, sed nõ Socrates musicus: itaq; ambo accidũt alicui alteri. Qm̃ igit hęc q̃dem ita, illa vero illo mõ dicũtur accidentia, q̃cũq; sic dicũtur, vt albũ Socrati, nõ contingit infinita esse in superius, vt Socrati albo alterũ aliqd accidens. Non. n. fit vnum aliqd ex oĩbus, nec itaq; albo erit aliqd aliud accidẽs. vt musicus. Nihil enim magis hoc illi, quã illud huic accidit. Et simul determinatũ est, qa hæc quidẽ ita accidunt, hæc aũt vt musicus Socrati, quæcũque vero sic non accidenti accidũt p accidẽs, sed q̃cũq. illo mõ: quare non oĩa secundũ accidens dicuntur, erit igit aliquid etiam. vt substantiã significans. Si aũt hoc, ostẽsum est, quia impossibile est simul prędicari cõtradictiones.

LECTIO VIII.

4 AMplius. si cõtradictiones simul de eodẽ verę sunt oẽs, palã, qd̃ oĩa vnũ erũt. Erunt. n. idẽ triremis & mur⁹ & hõ, si de oĩ aliqd aut affirmare, aut negare cõtingit.

b Quemadmodũ est necesse dicẽtib⁹ rõnẽ Pythagoræ. Nã alicui, si videat nõ triremis hõ, palã qa nõ triremis. Quare & est, si cõtradictoria vera. Et fit itaque Anaxagoræ simul res oẽs esse, vt nihil vere sit vnũ. Indefinitũ igit vñr dicere. & putãtes dicere ens, de non ente dicunt. Nam potestate ens, & non endelechia, indefinitum erit.

F modo, quo accidens prædicatur de subiecto, vt musicum de Socra. In isto autem modo, de quo nunc loquitur, non dicitur prædicatio accidentalis: quia accidens prædicetur de accidente, sed illo modo, quo prius locuti sumus. Sic igitur manifestũ est, quòd in accidentali prædicatione non est abire in infinitum, Quare patet, quòd non omnia p̃dicantur secundum accidẽs. Et vlterius, q̃ aliquid erit significans substantiã: & vlterius, quòd contradictio non verificatur de eodẽ. Scien dum autem est circa prædictam rationẽ, quòd licet accidens non sit subiectum alterius, & sic non sit ordo accidentis ad accidens quantum ad rationem subiiciendi, est tamen ordo quantum ad rationem causæ & causati. Nam vnum accidens est causa alterius, sicut calidum & humidum dulcis, & sicut superficies coloris. Subiectum enim per hoc, quòd subiicitur vni accidenti, est susceptiuum alterius.

Si autem omnia secundum accidẽs dicuntur, nihil erit primũ vniuersale, Si autem accidens semper de aliquo subiecto significat prædicationem, necesse est in infinitum progredi. sed impossibile est, plura. n. quam duo non conueniunt, accidens. n. non est accidenti accidens, nisi quia vtrũq; eidẽ accidit. dico autẽ veluti album est musicum, & hoc album, quoniã vtrunq. homini accidit. sed non ita Socrates musicus, quoniam vtrunque alicui alteri accidit. Cum itaque quædam ita, quædam aliter accidentia dicantur, quæcunque ita dicuntur, vt album Socrati, non possunt infinita sursum versus esse, vt Socrati albo alterum aliquod quoque accidens. non. n. fit aliquod unum ex omnibus. nec albo aliquid aliud accidens erit, utputa musicum, non. n. magis hoc illi, quam illud huic accidit. Et ad hæc distinctũ est, quòd quædam ita accidunt, quædã, ut musicum Socrati. Q uoteũs; uero hoc modo, non accidenti accidit accidẽs, sed quoteunq; illo modo. quare non omnia secundum accidens dicentur, erit ergo aliquid tanquam substantiam significans. quod si est, monstratum est quòd impossibile est simul contradictiones prædicari.

LECTIO VIII.

I ITem, si contradictiones simul verę de eodẽ oẽs, patet quòd omnia erunt vnũ. erit etenim idẽ & triremis, & paries, & homo, si de omni contingit quicquam affirmare, aut negare.

Sicuti illis necesse, qui Protagoræ opinionem sequuntur. si. n. cuiquã videatur homo non esse triremis, patet quod non erit triremis. sed etiã est, si contradictio quidẽ vera est. & certe sit quod Anaxagoras aiebat, simul omnes res esse. ita vt nihil vere vnũ sit. Indefinitum itaq; uidẽtur dicere: & putantes de ente tractare, de non ente dicunt. quod. n. potentia, & non actu est, illud est indefinitum.

indefinitũ. Potentia. n. nõ finitur nisi p actũ. Tertio cũ dicit. A hõ & nõ non hõ. si aũt ex primis duobus fiat vna ppõ, vt dicamus Soc. nõ est homo, nec non hõ, sequit̃ q̃ nec affirmatio, nec negatio sit vera, sed vtraque falsa. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat conditionalem primo propositam, esse veram. & primo quantumad hoc, quòd omnia affirmatiue dicta vnum essent. Secundo quantum ad hoc, q̃ affirmationes a suis negationibus non distinguerentur in veritate & falsitate. ibi {Et quia non est necesse &c.} Dicit ergo primo, q̃ illud primum est ab eis supponendum, ex quo ponunt affirmationem & negationem simul verificari de eodem, quòd de quolibet est affirmatio & negatio vera. Constat. n. quòd de vnoquoque magis videtur prædicari negatio alterius rei, quàm negatio p̃pria. Inconueniẽs enim esset, si alicui inesset sua negatio, & non inesset negatio alterius rei, per quam significatur, q̃ illa res non inest: sicut, si verum est dicere, quòd homo non est homo, multo magis est verum dicere, q̃ homo nõ est triremis. Patet ergo, quòd de quocũque necessarium est prędicari negationem, quòd prædicatur de eo affirmatio. Et ita per consequens prædicabitur negatio, cũ affirmatio & negatio sint simul vera, aut si non prædicabitur affirmatio, prædicabitur negatio alterius magis quàm negatio p̃pria. Sicut, si triremis non prædicatur de homine, prædicabitur de eo nõ triremis, multo magis quia non homo. Sed ipsa negatio propria prædicatur, quia homo non est hõ: ergo & negatio triremis prædicabitur de eo, vt dicatur, quòd homo nõ est triremis. Sed, si prędicatur affirmatio, prædicabit negatio, cum simul verificentur: ergo necesse est quòd hõ sit triremis, & eadẽ rõne quolibet aliud. Et sic omnia erunt vnum. Hoc igitur contingit dicentibus hanc positionem, s. quòd contradictio verificetur de eodẽ. Deinde cum dicit.

d ¶Deducit aliud inconueniens, quòd. s. non distinguat negatio ab affirmatione in falsitate, sed vtraq; sit falsa. Dicit ergo, quòd non solum prædicta inconuenientia sequuntur ad prædictam positionem, sed etiam sequitur, quòd non sit necessarium {affirmare & negare}. i. quòd non sit necessarium affirmationem vel negationem esse veram, sed contingit vtrãque esse falsam: & sic non erit distantia inter verum & falsum. Quod sic probat. Si verũ sit, q̃ aliqd sit homo & non hõ, verũ est q̃ id non erit homo, nec erit non homo. Et hoc patet. horum. n. duorũ, q̃ sunt hõ & non hõ, sunt duæ negationes, s. quõ

part. 4.

Sed dicẽda est ipsis de omni affirmatio & negatio. Inconueniens enim, si vnicuiq; sua qui dẽ negatio inest, quę vero alterius quidem non inest ei. Dico autem, vt verum est dicere hominẽ, quia nõ homo, palã q̃ & non triremis. Ergo, si affirmatio, necesse & negationẽ. Si autem existat affirmatio, negatio alia inerit magis quàm illa, quæ sua. ergo & si illa inest, inerit quæ & ipsius triremis. si aũt hoc, & affirmatio. Hoc ergo cõtingit hãc dicẽtib⁹ rõnẽ.

d Et quia nõ est necesse aut dicere, aut negare. Nam, si verũ est quia homo & nõ homo, palam quia nec homo, nec non homo erit. nam duorum duæ negatiões. Si aũt vna ex vtriſq; illa, & vna vtiq; erit opposita.

e Amplius aut circa oĩa ita se habet, & est albũ, & non est album: & ens, & non ens, & circa alias dictiões & negatiões mõ simili, aut nõ, sed circa quasdã sic, circa quasdã aũt nõ. & si qdẽ nõ circa oẽs, hæ vtiq; erunt cõfessæ. Si vero circa oẽs, iterũ aut de quibuscũq; dicere & negare, & de qbuscũque negare & dicere: aut de qbus qdem dicere & negare, sed de qbuscũq; negare non de oibus dicere. Et si sic, erit aliquid firmiter non ens, & hæc erit firma opinio. Et si ipsum non, firmũ aliqd sit & notum, notior vtique erit dictio quàm opposita negatio. Si vero negando similiter & quęcũque contingit negare dicere, necesse est de his aut diuidẽte verũ dicere, vt q̃ albũ, & iterũ q̃ non albũ, aut nõ. Et siquidem non verum, diuidentẽ dicere, non dicet ea, & non erit nihil. non entia autem quomodo vtiq; ꝓnũciabũt, aut ibũt?

At uero dicenda est eis de omni aut affirmatio, aut negatio. inconueniens nãque est, si cui sua quidem negatio inerit, alterius vero, quod non inest ei, non inerit. dico autem vtputa, si verũ est dicere de homine, quod non est homo, manifestum est quòd etiam non triremis est. Si affirmatio igitur, necesse est etiam negationem inesse. quod si affirmatio non inest, negatio tamen inerit, magis quàm quæ ipsius est, si igitur & illa inest, inerit triremis negatio. & si hæc, etiam affirmatio. Hæc igitur eis accidunt, qui hanc orationem dicunt.

Et quod non est necesse, aut affirmare, aut negare. nam si uerum est quòd homo, & non homo, patet quòd nec homo, nec nõ homo erit. duorum enim duæ negationes. quod si illa ex vtrisque vna, & hæc vna profecto opposita esset.

Item aut in omnibus ita se habet, & est album, & non album, & ens & non ens, & circa cæteras affirmationes & negationes simili modo, aut non. sed circa aliquas, circa vero aliquas non. Et si non circa omnes, istæ utique certæ essent. Quod si circa omnes, rursus, aut de quibuscunque est affirmare. etiam negare est, & de quibuscunque negare etiam affirmare: aut de quibus quidem est affirmare, etiam negare est. de quibuscunque uero negare, non de omnibus est affirmare. & si ita, esset aliquid vtique pro certo non ens, & hæc firma opinio. quòd si ipsum non esse, certum quid, & notum est, notior erit opposita affirmatio. Q uod si quodcũque est negare, similiter etiam affirmare necesse sit, aut verum est diuidendo dicere. vt puta album, & rursus quod non album, aut non. Et, si nõ est verũ diuidendo dicere, neq; dicit hæc, nihilq; prorsus sunt illa sane, q̃ non sunt, quo loquentur, aut *ambulabunt? Et, vt etiam antea dictũ est, oĩa

*a l. intelligent.

est affirmare, ita de eis est negare. similiter de quibuscũque est negare, de eis est affirmare, vt. s. affirmatio & negatio cõuertãtur. Hoc contingit duplici ær, quia, si semp negatio & affirmatio sunt simul veræ, aut erit diuisim dicere de vtraq; quòd sit vera. v. g. q̃ sit diuisim dicere, q̃ hæc est vera, Homo est albus. & iterũ hæc est vera, Homo non est albus: aut non est diuisim vtraq; dicere veram, sed solum coniunctim, vt dicamus, q̃ hæc copulatiua sit vera, Homo est albus & homo non est albus. Et siquidem dicamus hoc secundo modo, vt. s. non sit vtraque vera diuisim, sed solũ coniunctim, tunc sequuntur duo inconuenientia, quorum primum est, q̃ {non dicet ea}, i. q̃ non affert nec affirmationem nec negationẽ, & q̃ ambæ {erunt nihil}, i. quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd ambæ sunt falsæ, vel secundum aliam translationem, F {& non erit nihil}, i. sequitur q nihil sit verum, nec affirmatio nec negatio. Et si nihil est verum, nihil poterit dici nec intelligi. Quo.n. aliquis pronũciabit vel intelliget non entia? q.d. nullo modo. Secundum incõueniens est, quia sequitur quòd omnia sint vnum, quod in priori rõne est dictũ. Sequitur enim, quòd sit idem homo & De⁹ & triremis, & etiã cõtradictiones: eorum. s. non homo & non Deus & non triremis. Et sic patet, q si affirmatio & negatio simul dicũtur de vnoquoq;, tunc nihil differt vnum ab alio. Si.n. vnum ab alio differret, oporteret quòd aliquid diceretur de vno, quod non diceretur de alio. Et sic sequeretur, quòd aliquid esset verum de terminate & ꝓpriũ huic rei, quod non conueniret alteri. & sic non de quolibet verificarẽ affirmatio vel negatio. Cõstat autem, quòd ea, q̃ nullo modo differunt, sunt vnum, & ita sequetur omnia vnum esse. Si aũt dicatur primo modo, scilicet q nõ solum coniunctim est dicere affirmationem & negationem, sed ẽ diuisim, sequuntur quatuor inconuenientia, quorũ vnum est, quòd hæc positio {significat ipsũ dictum}. i. demonstrat hoc esse verũ, quod immediate est dictum. Vnde alia litera habet. {Accidit quod dictum est}, s. quòd oia sunt vnũ, quia sic etiam similiter affirmatio & negatio de vnoquoque dicetur, & non erit dria vnius ad aliud. Secũdum est, quòd oẽs verum dicerent, qa quilibet, vel dicit affirmationem vel negationẽ, & vtraque est vera, & oẽs mentiuntur, quia contradictorium eius, quod quisque dicit erit verum. Et idem etiam homo seipsum dicere falsum confitetur, quia cum dicit negationẽ esse veram, dicit se falsum dixisse, cum dixit affirmationem. Tertium est, quia manifestum est, quòd adhuc non poterit esse p̃scrutatio vel disputatio. non.n. poterit disputari cum aliquo, q nihil cõcedit. Ille.n. nihil dicit, quia nec dicit absolute, quòd est ita, nec dicit, quòd non est ita, sed dicit quòd est ita & nõ est ita. Et iterum ambo ea negat dicens, quòd nec est ita, nec non ita, sicut ex præcedenti ratione apparet. Si.n. non omnia ista neget, sequitur quòd ipse nouerit aliquid determinate verum, quod est contra positum. Vel secundum quòd alia translatio habet & plantus. {Iam vtique erit determinatũ.} Quartum sequitur per diffinitionem veri & falsi. verum.n. est cum dicitur esse quod est, vel non esse quod non est. Falsum autem est cũ dicitur non esse, quod est, aut esse, quod non est. Ex quo patet per diffinitionem veri & falsi, quòd quando affirmatio est vera, tunc negatio est falsa, tunc enim dicit non esse, quod est: & si negatio est vera, tunc affirmatio est falsa: tunc.n. dicit esse de eo, quod non est. Non ergo contingit vere idem affirmare & negare. Sed forte aduersarius ad hoc vltimum poterit dicere, quòd hic est petitio principij. Qui enim ponit cõtradictione simul esse veram, non recipit hanc diffinitionem falsi, s. quòd falsum est dicere quod nõ est, esse: vel quod est, non esse.

Et oĩa vtiq; erunt vnũ, vt prius dictum est, & idẽ erit homo & Deus & triremis. & ipsorũ cõtradictiões. Similiter si de vno quoq;, nihil differret aliud ab alio. Náq; si differret, erit hoc verum & proprium. Similiter aũt si diuidentem contingit verum esse, accidit qd̃ dictũ est. G Adhuc qa oẽs dicẽt verum, & oẽs mentientur, & idẽ ipse seipsum falsum dicere confiteẽ. Simul aũt palam, quia de nullo est adhuc perscrutatio. nihil enim dicit. Hęc.n. est ita, dicit: sed ita & nõ ita, & iterum hæc negat ambo: qa nec ita, nec nõ ita. Nã si nõ, iã vtiq; erit aliqd determinatum. Amplius, si qñ est affirmatio vera, & negatio est falsa: & si hęc vera, affirmatio falsa: nõ erit vtiq. dicere simul idẽ affirmare & negare vere, sed forsan dicet vtiq; aliqs hoc eẽ, qd̃ a principio positũ é.

LECTIO IX.

a MPlius igitur qũo aut habere existimãs, aut nõ habere, mẽtit' est: q aut ambo, verum dicit? Nã, si verum dicit, qd vtique erit qd̃ dr, qa talis est entium natura? Si vero nõ verum dicit, magis I verum dicit q. isto mõ. existimat, iã aliqualiter se habebunt entia, & verum vtiq; erit, & nõ simul ẽt nõ verum. Si ãt similiter, & oẽs mentienẽ, & vera dicunt, nec ꝓnunciãdum est, nec dicẽdum est tali. Simul.n. hæc & non hæc dicit. si aut̃ nihil sciat, sed similiter existimat & non existimat, & quid vtiq; habebit differenter a plantis?

B sint idem subiecto, differunt tamen ratione. Nam hoc nomen Principium, ordinem quendam importat: hoc uero nomen Causa, importat influxum quendam ad esse causati. Ordo autem prioris, & posterioris, inuenitur in diuersis, sed secundum id quod primo est nobis notum, est ordo inuentus in motu locali, eo quòd ille motus est sensui manifestior. Sunt autem trium rerum ordines se se consequentes, scilicet magnitudinis, motus, & temporis. Nam secundum prius, & posterius in magnitudine, est prius & posterius in motu & secundum prius, & posterius in motu, est prius & posterius in tempore, ut habetur Quarto physicorum. Quia igitur principium dicitur, quod est in aliquo ordine, & ordo, qui attenditur secundum prius, & posterius in magnitudine, est prius nobis notius, secundum autem quod res sunt

LECTIO I.

PRincipium, hoc quidem dicitur illud rei, a quo quis primum mouetur, utputa magnitudinis, C *& uiæ, hinc quidem hoc principium est. Ex opposito uero aliud principium est, illud, unde quodque optime fiat, ut doctrinæ, non a primo, ac rei principio aliquando inchoandum est, sed unde quis facilius discat. Aliud autem, a quo primo inexistente fit. ut nauis carina, & domus fundamentum. animalium quoque quidam cor, quidam cerebrum, quidam quodcunque tale contingit, putant. Aliud uero, a quo primo non inexistente fit, & a quo primo natura aptus est motus, &* D

nobis notæ, secundum hoc a nobis nominantur, ideo hoc nomen principium, secundum propriam sui inquisitionem significat id, quod est primum in magnitudine, super quam transit motus. Et ideo dicit, quòd principium dicitur illud { Vnde aliquis rem primo moueat }, ideſt aliqua pars magnitudinis, a qua incipit motus localis. Vel secundum aliam literam { Vnde aliquid rei primo mouebitur } id est, ex qua parte rei aliquid incipit primo moueri. Sicut in longitudine & in uia quacunque, ex illa parte est principium, unde incipit motus. Ex parte uero opposita, siue contraria, est { diuersum uel alterum, } ideſt finis uel terminus. Sciendum est, quòd ad hunc modum pertinet principium motus, & principium temporis, ratione iam dicta. Quia uero motus non semper incipit a principio magnitudinis, sed ab ea parte unde est unicuique in promptu magis ut moueatur, ideo ponit secundum modum dicens, quòd alio modo dicitur principium motus { unde unumquodque fiet maxime optime, } id est unusquisque incipit optime moueri. Et hoc manifestat per simile in disciplinis, scilicet in quibus non semper incipit aliquis addiscere, ab eo quod est principium simpliciter, & secundum naturam, sed ab eo, unde aliquis facilius siue opportunius { ualet addiscere }, s. ab illis, quæ sunt magis nota quo ad nos. Quę quandoque posteriora sunt secundum naturam. Differt autem hic modus a primo. nam in primo modo ex principio magnitudinis designatur principium

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipium motus. Hic autem ex principio motus, designatur principium in magnitudine, Et ideo, etiam in illis moribus, qui sunt super magnitudines circulares, non habentes principium, accipitur aliquod principium, a quo optime uel opportune mouetur mobile secundum suam naturam. Sicut in motu primi mobilis, principium est ab oriente. In motibus etiam nostris, non semper incipit homo moueri a principio uiæ, sed quandoque a medio, uel a quocunque termino, unde est ei opportunū primo moueri. Ex ordine autem, qui cōsideratur in motu locali, fit nobis etiam notus ordo in aliis motibus, & ideo sequuntur significationes principij, quæ sumuntur secundum principium in generatione vel fieri rerum. Quod quidem principium dupliciter ‡se habet. Aut enim est ‡inexistens‡ ideſt, intrinsecum, vel ‡Non est inexistens‡ ideſt, extrinsecum. Dicitur ergo primo modo principiū, illa pars rei, quæ primo generatur, & ex qua generatio rei incipit, sicut in naui fit primo sedile, vel carina, quæ est quasi nauis fundamentum, super quod omnia ligna nauis compaginantur. Similiter quod primo in domo fit, est fundamentum. In animali vero, primò fit cor secundum quosdam, & secundum alios cerebrum, aut aliud tale membrum. Animal enim dittinguitur a non animali. sensu & motu. Principium autem motus, apparet esse in corde. Operationes autem sensus, maxime manifestantur in cerebro. Et ideo, qui considerauerunt animal ex parte motus, posuerunt cor principium esse in generatione animalis‡. Qui autem considerauerunt animal solum ex parte sensus, posuerunt cerebrum esse principium, quamuis etiam ipsius sensus, primum principium sit in corde, etsi operationes sensus perficiantur in cerebro. Qui autem considerauerunt animal inquantum agit, vel secundum aliquas eius operationes, posuerunt membrum adaptatum illi operationi, vt hepar, vel aliud huiusmodi esse primam partem generatam in animali. Secundum autem Philosophi sententiam, prima pars est cor, quia a corde, omnes virtutes animæ per corpus diffunduntur. Alio autem modo dicitur principium, vnde incipit rei generatio, quod tamen est extra rem, & hoc quidem manifestatur in tribus. Primo quidem, in rebus naturalibus, in quibus principium generationis dicitur, vnde primum natus est motus incipere in his, quæ fiunt per motum, sicut in his, quæ acquiruntur per alterationem, vel per aliquem alium motum huiusmodi. Sicut dicitur homo fieri magnus vel albus. vel vnde incipit permutatio, sicut in his, quæ non per motum, sed per solam fiunt mutationem, vt patet in factione substantiarum, sicut puer est ex patre & matre, qui sunt eius principium, & bellum ex conuitio, quod concitat animos hominum ad bellum. Secundo, etiam manifestat in rebus agibilibus, siue moralibus, aut politicis, in quibus

part. 2.

existente, & unde primum motus natus est initiari, & permutatio, ut puer ex patre, & matre, & bellum ex conuitio. Aliud, secundum cuius uoluntatem, & mouentur mobilia, & mutātur mutabilia, ut ciuitatum principatus, & potestates, & imperia, & tyrannides. Principia dicuntur & artes, & architectonicæ maxime. Amplius unde cognoscibilis res primum, & id principium rei dicitur, ut demōstrationum suppositiones. Toties autem, & causæ dicuntur, Omnes.n. causæ principia.

b Omnium igitur principio rum est commune primum omne unde aut est, aut fit, aut cognoscitur. Horum autem hæc quidem inexistentia sunt, illa uero extra. Qua propter, natura principium & elementum est & mens, & prouoluntas, & substātia, & quod est cuius causa. Multorum enim & cognitionis & motus principium est bonum & malum.

dicitur principium id, ex cuius voluntate vel proposito mouentur, & mutantur alia, & sic dicuntur principatus in ciuitatibus illi, qui obtinent potestates, & imperia, vel etiam tyrannides in ipsis. nam ex eorum voluntate fiunt, & mouentur omnia, in ciuitatibus. Dicuntur autem potestates habere homines, qui in particularibus officiis in ciuitatib⁹ prepōnūtur, sicut iudices, & huiusmodi. Imperia autem illi, qui vniuersaliter quibuscunq; imperāt, vt reges. Tyrannides autem obtinent, qui per violentiā, & præter iuris ordinem ad suā vtilitatem ciuitates, & regnum detinent. Tertiū exēplum ponit in artificialibus, quia artes etiam, simili modo principia esse dicuntur artificiatorū, quia ab arte incipit mot⁹ ad artificii cōstructionem. Et inter has, maxime dicuntur principia architectonicæ, q̄ a principio ‡ nomen habent ‡ id est, principales artes dictæ. Dicuntur.n. artes architectonicæ, q̄ aliis artibus subseruientibus imperant, sicut gubernator nauis, imperat naui factiuæ, & militaris equestri. Ad similitudinē aūt ordinis, qui in motibus exterioribus considerāt, attēditur & quidam ordo in rerum cognitione, & præcipue, secundū q̄ intellectus noster quandam similitudinem motus habet, discurrens de principiis in conclusiones. Et ideo alio modo dicitur principium, vnde res primo innotescit, sicut dicim⁹ principia demonstrationū ‡ esse suppositiones ‡, i. dignitates, & petitiones. His ēt modis & causæ dicuntur quædam principia, (Nam omnes causæ sunt quædam principia.) Ex causa enim incipit motus ad esse rei, licet nō eadem ratione causa dicatur, & principium, vt dictum est. Deinde cum dicit.

transmutatio inchoari. ut proles ex patre, & matre, & bellum ex contumelia. Aliud porro id, ad cuius electionem mouentur, quæ mouentur, & mutantur quæ mutantur, quemadmodum ciuitatum. principatus, potentiæ, regna, & tyrannides principia dicuntur. etiam artes, & ex his maxime architectonicæ. Item unde primum res cognita est, illud quoque principium rei dicitur. utputa demonstrationum suppositiones. Toties autem causæ, quoque dicuntur omnes nanque causæ principia.

Omnibus igitur principijs commune est esse primum, unde aut est, aut fit, aut cognoscitur. Horum uero quædam intrinsecus, quædam extrinsecus sunt. Quare natura quoque principium est, & elementum. mens etiam & electio, & substantia, & quod cuius causa. multis etenim & cognitionis, & motus principium ipsum bonum, & malum.

Tertio de aiali. c. 3. & inde, & in de som. & vi. paulo post princi pium.

b ¶ Reducit omnes prędictos modos ad aliquid commune & dicit, q̄ commune in omnibus dictis modis est, vt dicatur principium illud, quod est primum, aut in esse rei, sicut prima pars rei dicitur principium: aut in fieri rei, sicut primum mouens dicitur principium: aut in rei cognitione. Sed quāuis omnia principia in hoc, vt dictum est, conueniant, differunt tamen, quia quædam sunt intrinseca, quędam extrinseca, vt ex prædictis patet. Et ideo natura potest esse principium & elementum, quæ sunt intrinseca. natura quidem, sicut illud a quo incipit motus. Elemētum autem sicut pars prima in generatione rei. ‡ Et mens ‡ ideſt, intellectus. ‡ Et prouoluntas ‡, ideſt propositum, dicuntur principia, quasi extrinseca. Et iterum quasi intrinsecum dicitur principium ‡ substantia rei ‡, ideſt, forma, quæ est principium in essendo, cum secundum eam res sit in esse. Et secundum etiam prædicta finis cuius causa fit aliquid, dicitur etiam esse principium. Bonum enim quod habet rationem finis in prosequendo, & malum in vitando, in multis sunt principia cognitionis & motus, sicut in omnibus, quę aguntur propter finem. In naturalibus enim & moralibus & artificialibus, præcipue demonstrationes ex fine sumuntur.

LECTIO

LECTIO II.

Lect. seq. parte 2. Lect. seq. in pri.

T. com. 2. par. prima.

Par. seq.

1 HIC Philosophus distinguit, quot modis dicitur causa, & circa hoc duo facit. Primo assignat species causarum. Secundo modos causarum, ibi ‡ Modi vero causarum ‡ Circa primum duo facit. Primo enumerat diuersas species causarum. Secundo, reducit eas ad quatuor, ibi ‡ Omnes vero causæ dictæ. ‡ Circa primū duo facit. Primo, enumerat diuersas species causarum. Secundo, manifestat quædam circa species prędictas, ibi ‡ Accidit autem multoties &c. ‡ Dicit ergo primo, q̄ vno modo, dicitur causa id, ex quo fit aliquid, & est ei ‡ inexistens ‡ ideſt, intrinsecum. Quod quidem dicitur ad differentiam priuationis, & etiam contrarij. Nam ex contrario, vel priuatione dicitur aliquid fieri, sicut ex non inexistente, vt albū ex nigro, vel album ex non albo. Statua autem fit ex ære, & phiala ex argento, sicut ex inexistente, nam, cum statua fit, non tollitur ratio æris, nec si fit phiala, tollitur ratio argenti. Et ideo æs statuę, & argentum phialæ, sunt causa per modum materię. ‡ Et horum genera ‡ quia cuiuscunque materia est species, aliqua materia est eius genus. sicut, si materia statuæ est æs, eius materia erit metallum, & mistum & corpus, & sic de aliis. Alio autem modo dicitur causa, species & exemplum, ideſt, exemplar. & hęc est causa formalis, quę comparatur dupliciter ad rem. Vno modo sicut forma intrinseca rei, & hæc dicitur species. Alio modo sicut extrinseca re, ad cuius tamen similitudinem rei fieri dicitur: & secundum hoc exemplar rei dicitur forma. Per quem modum ponebat Plato ideas esse formas. Et quia vnumquodque consequitur naturam, vel eneris, vel speciei per formam suam, natura autem generis vel speciei est id, quod significat diffinitio dicens, quid est res, ideo forma est ratio ipsius ‡ quod quid erat esse ‡ ideſt, diffinitio, per quam scitur quid est res. Quamuis enim in diffinitione ponantur aliquæ partes materiales, tamen id, quod est principale in diffinitione, oportet quod sit ex parte formæ. Et ideo hęc est ratio, quare forma est causa, quia perficit rationem quidditatis rei. Et sicut id, quod est genus materiæ, est etiam materia, ita etiam genera formarum sunt formæ rerum, sicut forma consonantiæ diapason, est proportio duorum ad vnum. Quando enim duo soni se habent ad inuicem in dupla proportione, tunc est inter eos consonantia diapason, vnde dualitas est forma eius. nam proportio dupla, ex dualitate rationem habet. Et, quia numerus est genus dualitatis, ideo, vt vniuersaliter loquamur, etiam numerus est forma diapason, vt scilicet dicamus, quòd diapason est secundum proportionem numeri ad numerum. Et non solum tota diffinitio comparatur ad diffinitum, vt forma, sed etiam partes diffinitionis,

LECTIO II.

2 CAVSA vero dicit vno quidem modo ex quo fit aliquid, vt in existente, vt æs statuæ, & argentū phiale, & horum genera. Alio vero species & exēplum. hæc autem ratio ipsius quod quid erat esse & huius genera. vt diapason. duo ad vnum, & totaliter numerus & partes, quę in ratione. Amplius vnde principium permutationis primū, aut quietis. vt consiliator est causa, & pater pueri, & omnino efficiens facti, & permutans permutati. Amplius, vt finis. hoc autem est quod est cuius causa. vt ambulandi sanitas. nam quare ambulauit, dicimus vt sanetur. & dicentes ita, putamus reddidisse causam. & quæcunque mouente alio fiunt infra finem. vt attenuatio, aut purgatio, aut pharmacia, aut organa. hęc nanque omnia finis causa fiunt. differunt autem ab inuicem tanquam entia hæc quidem, vt organa, illa vero, ut opera. ergo causę fere toties dicuntur.

LECTIO II.

AVSA vero uno modo dicitur, ex qua in existente aliquid fit, ut æs statuæ, & argentum paterę, & horum genera. Alio uero forma, & exemplar. hæc autem est ratio ipsius quid erat esse, & horum genera. vt ipsius diapason, duo ad unum. & simpliciter numerus, & partes, quæ in ratione sunt. Item, unde principium mutationis primum, aut quietis. ut qui consuluit causa, & pater prolis, & simpliciter faciens eius, quod factum est, & trasmutatarum transmutati. Item ut finis. hæc autem est cuius causa. ut ambulandi, sanitas. propter quid enim ambulat, dicimus ut sanetur. & cum ita dicamus, putamus causam reddidisse. & quæcunque inter illud mouens, & finem medii fiunt. vt sanitatis, attenuatio, purgatio, medicamenta, aut instrumenta. omnia etenim hæc finis gratia sunt. differunt uero abinuicem, eò quod hæc quidem instrumenta, illa uero ut opera sunt. Causæ itaque ferè toties dicuntur.

quę scilicet ponuntur in diffinitione in recto. Sicut enim animal gressibile bipes est forma hominis, ita animal & gressibile & bipes. Ponitur autem interdum materia in diffinitione, sed in obliquo, vt cum dicitur, quòd anima est actus corporis organici physici, potentia vitam habentis.

Tertio modo dicitur causa vnde primum est principiū permutationis, & quietis, & hæc est causa mouens vel efficiens. Dicit autem motus, aut etiam quietis, quia motus naturalis & quies naturalis in eandem causam reducuntur & similiter quies violenta & motus violentus. ex eadem enim causa ex qua mouetur aliquid ad locum, quiescit in loco. ‡ Sicut consiliator est causa ‡ nam ex consiliatore incipit motus in eo, qui secundum consilium agit ad rei conseruationem. Et similiter ‡ pater est causa filij. ‡ In quibus duobus exemplis, duo principia motus tetigit, ex quibus omnia fiunt, scilicet propositum in consiliatore, & naturam in patre. Et vniuersaliter omne faciens est causa facti per hunc modū, & permutans permutati. Sciendum est autem quòd secundum Auicennā quatuor sunt modi causæ efficientis, scilicet perficiens, disponens, adiuuans, & consilians. Perficiens autem dicitur causa efficiens, quę vltimam rei perfectionem causat, sicut quod inducit formam substantialem in rebus naturalibus, vel artificialem in artificialibus vt ædificator domus. Disponens autem, quod non inducit vltimam formam perfectiuam, sed tantummodo præparat materiam ad formam, sicut ille, qui dolat ligna & lapides, dicitur domum facere. Et hęc non proprie dicitur efficiens domus, quia id, quod ipse facit, non est domus nisi in potentia. Magis tamen proprie erit efficiens, si inducat vltimam dispositionem, ad quam sequitur de necessitate forma, sicut homo generat hominem non causans intellectum, qui est ab extrinseco. adiuuans autem dicitur causa, secundum quod operatur ad principalem effectum. In hoc tamen differt ab agente principali, quia principale agens agit ad finem proprium: adiuuans autem ad finem alienum, sicut qui adiuuat Regem in bello; operatur ad finem regis. Et hęc est dispositio causæ secundariæ ad primam. Nam causa secunda operatur propter finem primæ causæ in omnibus agentibus, per se ordinatis, sicut militaris propter finem ciuilis. Consilians autem differt ab efficiente principali, inquantum dat finem, & formam agendi. Et hęc est habitudo primi agentis per intellectum, ad omne agens secundum, siue sit naturale, siue intellectuale. Nam primum agens intellectuale in omnibus dat finem & formam agendi secundo agenti, sicut architector nauis nauim operanti. & primus intellectus toti naturę. Ad hoc autem genus causæ reducitur quicquid facit aliquid quocumque modo esse, non solum secundum esse substantiale, sed secundum accidentale, quod con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tingit in omni motu. & ideo non solum dicit, quòd faciens fit causa facti, sed etiam mutans mutati. Quarto modo dicitur causa, Finis. Hoc autem est, cuius causa aliquid fit, sicut sanitas est causa ambulandi. Et quia de fine videbatur minus quòd esset causa propter hoc, quòd est ultimum in esse, vnde etiam ab

part.2. T.com.7. alijs prioribus philosophis, hæc causa est præmissa, ut in Primo libro præhabitum est, ideo specialiter agit de fine, quòd sit causa. Nam hæc quæstio: quare, vel propter quid, quærit de causa. Cum autem quæritur: quare, vel propter quid, quis ambulat, conueniēter respondentes dicimus vt sanetur, & sic respondentes opinamur reddere causam. Vnde patet, quòd finis est causa. Non solum autem vltimū, propter quod efficiens operatur, dicitur finis respectu præcedentium, sed etiam omnia intermedia, quæ sunt inter primum agens & vltimum finem, dicuntur finis respectu precedentium, & eodem modo dicuntur causa vnde principium motus respectu sequentium: sicut inter medicinam, quæ est primum agens in hoc

part.3.

part.4.

part.1. ordine, & sanitatē, quę est vltimus finis, sunt ista media, scilicet attenuatio, quæ est propinquissima sanitati in his, qui superabundant in humoribus: & purgatio, per quam acquiritur attenuatio: {&[pharmacia], idest medicina laxatiua, & ex qua purgatio causatur: & {organa}, idest instrumenta, quibus medicina vel pharmacia præparatur & ministratur. Huiusmodi etiam omnia sunt propter finem, & tamen vnum eorum est finis alterius. nam attenuatio est finis purgationis, & purgatio pharmaciæ. Hæc autem intermedia posita, differunt adinuicem in hoc, quòd quędam eorum sunt organa, sicut instrumenta, quibus medicina præparatur & ministratur, & ipsa medicina ministrata, qua natura vtitur vt instrumento: quędam uero sunt operata. operationes, siue actiones, vt purgatio & attenuatio. Cōcludit ergo, q̄ {causę toties dñr}. i. quatuor modis. Et addit {fere} pp modos cārū, quos infra ponet. Vtēt iō, q̄a ille æde species, nō eadem rōne in oibus inueniuntur.

b ¶ Ponit quędam, quę consequuntur circa causas ex prędictis, & sunt tria quorum primum est, quòd quia causa multis modis dicitur, contingit multas causas esse vnius rei non secundum accidens, sed secundum se. Quod enim secundum accidens, ut multæ sint causę vnius rei, hoc difficile non videbatur, quia rei, quæ est causa per se alicuius effectus, multa possunt accidere, quę omnia illius effectus possunt etiam causa per accidens dici. Sed quòd causæ per se sint multæ vnius, hoc fit manifestum ex hoc, quòd causę multipliciter dicuntur. Statuę enim causa per se & non per accidens, est factor statuæ, & ę, sed non eodem modo. hoc enim est impossibile, quòd eiusdem secundum idem genus, sint multæ causę per se eodem ordine, licet possint esse plures causę hoc modo, quòd vna sit proxima, alia remota: vel ita, quòd neutrum sit causa sufficiens, sed vtrunque coniunctum, sicut patet in multis, qui trahunt nauem. Sed in proposito, diuersis modis ista duo sunt causa statuæ: ęs quidem ut materia, artifex vero vt efficiens. Secundum ponit ibi.

c ¶ Dicit, quòd etiam contingit, quòd aliqua duo ad inuicem sibi sunt causæ, quod impossibile est in eodem genere causę. Manifestum vero sit multipliciter dictis causis. Sicut dolor ex incisione vulneris, est causa sanitatis, vt efficiens, siue principiū motus. Sanitas autem est causa illius doloris, vt finis. Secundum enim idem genus causæ, aliquid esse causam & causatum est impossibile. Alia litera habet melius {laborare causa est euexiæ}, idest bonę dispositionis, quæ causatur ex labore moderato, qui ad digestionem cōfert: & superfluos humores cōsumit. Sciendum est autē, quòd cum sint quatuor causę superius positæ, earum duæ sibi inuicem correspōdent, & aliæ duę similiter. Nam efficiēs & finis sibi correspōdent inuicem, qa efficiens est principium motus, finis autem terminus. Et similiter materia & forma. nam forma dat esse, materia autem recipit. Est igitur efficiens causa finis, finis autem causa efficiētis. Efficiens est causa finis quantū ad esse quidem, quia mouendo perducit efficiēs ad hoc, quòd sit finis. Finis autem est causa efficientis, nō quantum ad esse, sed quantum ad rationem causalitatis. Nam efficiens est causa inquantum agit, non autem agit nisi causa finis. Vnde ex fine, habet suam causalitatem efficiens. Forma autem & materia sibiinuicem sunt causa quantum ad esse. Forma quidem materiæ, inquantum dat ei esse actu, materia uero formæ, inquantum sustentat ipsam. Dico autem utrunque horū sibi inuicem esse causam essendi, uel simpliciter, vel secundū quid. nam forma substantialis dat esse materiæ simpliciter. forma autem accidentalis secundum quid, prout etiam forma est. Materia etiam quandoque non sustentat formam secundum esse simpliciter, sed secundum quòd est forma huius, habens esse in hoc, sicut se habet corpus humanū ad animam rationalem. Tertium ponit ibi.

d ¶ Dicit, quòd idem, contrariorum contingit esse causam. Quod etiam difficile videbatur vel impossibile, si simpliciter ad utrunq; referatur. Sed dissimiliter est causa utriusque. Illud enim, quod per sui præsentiam est causa huius, quando est absens {causamur}, idest accusamus ipsum {de cōtrario}, idest dicimus ipsum esse causam contrarij. Sicut patet, quòd gubernator per sui præsentiam est causa salutis nauis, dicimus eius absentiam esse causam perditionis. Ne autem putetur, quòd hoc fit referēdum ad diuersa genera causarum, sicut & priora duo, ideo subiungit q̄ vtrunque istorum reducitur ad idem genus causæ, s. ad causam mouentem. Eodem enim modo oppositum est causa oppositi, quo hæc est causa huius.

At, cùm multifariam causæ dicantur, accidit multas quoque eiusdem non secundum accidens causas esse, ut statuæ & ars statuaria, & ipsum æs, non secundum aliud quippiam; sed prout statua est: non tamen eodem modo, sed hoc quidem ut materia, illa uero ut unde motus.

Et inuicem causas esse, ut laborare bonæ habitudinis, hæc uero laborandi. non tamen eodem modo: sed hæc quidem, ut finis, illud uero ut principium motus.

Item, idem aliquando contrariorum causa est. quod enim cùm adsit, aliquius causa est, idem cùm absit, causam contrarij nonnunquā dicimus. ut absentiam gubernatoris, naufragij, cuius præsentia salutis causa erat. ambæ autem, & præsentia, & priuatio, tanquàm mouentes causæ sunt.

LECTIO III.

a Mnes vero causę dictę, i quatuor modos cadunt manifestissimos; sed quantum ad rationem causalitatis. Nam efficiens est causa inquantum agit, non autem agit nisi causa finis. Vnde ex fine, habet suam causalitatem efficiens. Forma autem & materia sibiinuicem sunt causa quantum ad esse. Forma quidem materiæ, inquantum dat ei esse actu, materia uero formæ, inquantum sustentat ipsam. Dico autem utrunque horū sibi inuicem esse causam essendi, uel simpliciter, vel secundū quid. nam forma substantialis dat esse materiæ simpliciter. forma autem accidentalis secundum quid, prout etiam forma est. Materia etiam quandoque non sustentat formam secundum esse simpliciter, sed secundum quòd est forma huius, habens esse in hoc, sicut se habet corpus humanū ad animam rationalem. Tertium ponit ibi.

LECTIO III.

Mnes autem nunc dictæ causæ, in quatuor incidūt manifestissimos modos;

I IC Philosophus reducit omnes causas in quatuor modos causarum prędictos, dicens, quòd omnia, quæ dicuntur causæ incidunt in prędictos quatuor modos. Dicūtur enim {elementa}, idest literæ

A ma vim habet actiuam, menstruum autem mulieris cædit in materiam concepti. Quarta uero ratio causandi est secundum quòd aliqua dicuntur causę per modum finis & boni respectu aliorum. Illud enim, cuius causa sit aliquid est optimum inter alia {& vult esse}, id est habet aptitudinem, ut sit aliorum finis. Quia uero posset aliquis obiicere, q̄ non semper bonum est finis, cum quandoque aliqui inordinate agentes malum finem sibi constituant, ideo respondent quòd nihil ad propositum differt dicere, quòd simpliciter sit bonum, uel apparens bonum. Qui enim agit, agit per se loquendo propter bonum, hoc enim intendit. Per accidēs autem propter malum, inquantum accidit ei, quòd existimat bonum esse, nullus enim agit propter aliquid intendens malum. Sciendum autem est, quòd licet finis sit ultimus in esse in quibusdam, in causalitate tamē est prior semper. unde dicitur causa causarum, quia est causa causalitatis in omnibus causis. Est enim causa causalitatis efficientis, ut iam dictum est. Efficiens autem est causa causalitatis & materiæ & formæ. Nā facit per suum motum materiam esse susceptiuam formę, & formam ineſſe materiæ. Et per consequens etiam finis est causa causalitatis & materię & formæ. Et ideo potissimæ demonstrationes sumuntur a fine in illis, in quibus agitur aliquid propter finem, sicut in naturalibus, in moralibus, & artificialibus. Concludit igitur, quòd prædicta sunt causæ, & quòd causæ secundum tot species distinguuntur. Deinde cum dicit.

b ¶ Distinguit modos causarum. Est autem distinctio causæ per species, & per modos. Nam distinctio per species est penes diuersas rationes causandi. & ideo est quasi diuisio per differentias essentiales, species constituentes. Diuisio autem per modos est penes diuersas habitudines causæ ad causatum. & ideo est in his, quæ habent eandem rationem causandi, sicut per se, & per accidens, remorum, & propinquum. vnde est quasi per differentias accidentales non diuersificantes speciem. Dicit ergo, quòd multi sunt modi causarum, sed pauciores inueniuntur, quando {capitulatim}, idest quodam compendio comprehenduntur. Per se enim & per accidens sunt duo modi, tamen reducuntur ad unum capitulum, secundum quod, est eadem consideratio de utroque. & similiter est de aliis.

elementa etenim syllabarum & materia fictibilium, & ignis, & terra, & omnia huiusmodi corporum, partes quoque totius, & suppositiones conclusionis causæ sunt, ut ex quo. Harum uero hæc quidem tanquam subiectum, ut partes, hæc uero tanquam quod quid erat esse ut totum, & compositio, & forma, semen uero, & medicus, & consiliator, & simpliciter efficiens, omnia unde transmutationis, aut status principium. Cætera uero tanquam finis, & bonum aliorum. quod enim cuius causa optimum, & finis aliorum ualt esse. nihil autem differat, bonum id, an apparens bonum dicatur. Hæ itaque causæ, ac tot species sunt.

Modi autem causarum numero quidem multi sunt, in pauciores autem reducuntur. Dicuntur etenim causæ etiam earum, quæ eiusdem speciei sunt multipliciter, prius uidelicet, & posterius alia, quàm alia. ut sanitatis medicus, & artifex: & ipsius diapason duplum, & numerus: & illa semper, quæ continent quodcunque particularium. Item ut ipsum accidens, & eorum genera. ut statuæ, aliter Polycletus, & aliter statuarius, quia accidit statuario Polycleto esse. Et ea, quæ continent accidens. ut homo causa statuæ, aut simpliciter animal, quoniam Polycletus homo, homo autem animal est. Est autem accidentium quoque aliud alio remotius, & propinquius. ut puta, si albus, & musicus dicatur statuæ causa, & non solum Polycletus, aut homo.

mos. Nam elementa syllabarum, & materia artificialium, & ignis, & terra, & talia omnia corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis, vt ex quo causę sūt. harum autem hęc quidem quasi subiectum, vt partes. Illa vero, vt quod quid erat esse, vt totum, compositio, & species. Sperma vero, & medicus, & consiliator, & omninō efficiens, omnia sunt vnde principium permutationis, aut status. Alia vero, vt finis & bonū aliorum. Nam quod cuius causa, optimū, & finis aliorum vult esse. nihil autē differt dicere siue bonum, siue apparens bonum. Causæ igitur hæ sunt, & tot species.

par. 2. b Modi vero causarum, numero quidem sunt multi, capitulatim vero, & hi pauciores. Dicūtur enim causę multipliciter. Et earum conspecialium prius & posterius altera alia, vt sanitatis medicus & artifex: diapason duplum & numerus: & semper quæ singularium sunt continentia. Amplius autem, vt accidens & horū genera, velut statuæ aliter Polycletus, & aliter statuę factor, quia accidit statuæ factori Polycletum esse: & continentia accidens, vt homo causa statuæ, aut & totaliter animal, quia Polycletus homo est, & animal. Sunt etiam & accidentium aliis remotiora & propinquiora. vt si album & musicum dicatur statuæ causa, & non solum Polycletus, aut homo. Quandoque enim adunantur secundum ordinem tantum, sicut homines in exercitu, vel domus in ciuitate, & sic pro forma respondet totum, quod designatur nomine exercitus vel ciuitatis. Quandoque autem non solum adunantur ordine, sed contactu & colligatione, sicut apparet in partibus domus, & tunc respondet pro forma compositio. Quandoque autem super hoc additur alteratio componentium, quod contingit in mistione, & tunc forma est ipsa mistio, quæ tamen est quædam compositionis species. Ex quolibet autem triū horum sumitur quod quid est rei, scilicet ex compositione & specie & tot, sicut patet, si diffiniretur exercitus, domus, & phiala. Sic ergo habemus duos modos causę. Secundum autem aliam rationem dicitur causa sperma, & medicus, & consiliator, & uniuersaliter omne faciēs, ex eo scilicet, quòd sunt principia motus & quietis: vnde iam hoc est aliud genus causæ propter aliam rationem causandi. Ponit autem sperma in hoc genere causę, quia secundum eius sententiā sperma habet actiuam, menstruum autem mulieris cædit in materiam concepti. Quarta uero ratio causandi est secundum quòd aliqua dicuntur causę per modum finis & boni respectu aliorum. Illud enim, cuius causa sit aliquid est optimum inter alia {& vult esse}, id est habet aptitudinem, ut sit aliorum finis. Quia uero posset aliquis obiicere, q̄ non semper bonum est finis, cum quandoque aliqui inordinate agentes malum finem sibi constituant, ideo respondent quòd nihil ad propositum differt dicere, quòd simpliciter sit bonum, uel apparens bonum. Qui enim agit, agit per se loquendo propter bonum, hoc enim intendit. Per accidēs autem propter malum, inquantum accidit ei, quòd existimat bonum esse, nullus enim agit propter aliquid intendens malum. Sciendum autem est, quòd licet finis sit ultimus in esse in quibusdam, in causalitate tamē est prior semper. unde dicitur causa causarum, quia est causa causalitatis in omnibus causis. Est enim causa causalitatis efficientis, ut iam dictum est. Efficiens autem est causa causalitatis & materiæ & formæ. Nā facit per suum motum materiam esse susceptiuam formę, & formam ineſſe materiæ. Et per consequens etiam finis est causa causalitatis & materię & formæ. Et ideo potissimæ demonstrationes sumuntur a fine in illis, in quibus agitur aliquid propter finem, sicut in naturalibus, in moralibus, & artificialibus. Concludit igitur, quòd prædicta sunt causæ, & quòd causæ secundum tot species distinguuntur. Deinde cum dicit.

b ¶ Distinguit modos causarum. Est autem distinctio causæ per species, & per modos. Nam distinctio per species est penes diuersas rationes causandi. & ideo est quasi diuisio per differentias essentiales, species constituentes. Diuisio autem per modos est penes diuersas habitudines causæ ad causatum. & ideo est in his, quæ habent eandem rationem causandi, sicut per se, & per accidens, remorum, & propinquum. vnde est quasi per differentias accidentales non diuersificantes speciem. Dicit ergo, quòd multi sunt modi causarum, sed pauciores inueniuntur, quando {capitulatim}, idest quodam compendio comprehenduntur. Per se enim & per accidens sunt duo modi, tamen reducuntur ad unum capitulum, secundum quod, est eadem consideratio de utroque. & similiter est de aliis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modis oppositis. Causæ enim multis modis dicuntur, non solum quantum ad diuersas species causæ, sed etiam quantum ad causas conspeciales, quæ scilicet reducuntur ad vnã speciem causæ. Dicitur enim vna prior, & altera posterior. Prius autem & posterius in causis inuenitur dupliciter. Vno modo, in causis diuersis numero adinuicem ordinatis, quarum vna est prima & remota, & alia secunda & propinqua. sicut in causis efficientibus, homo generat hominem, vt causa propinquæ, & posterior, Sol autem, vt causa prior & remota. & similiter potest considerari in aliis speciebus causarum. Alio modo, in vna & eadem causa numero secundum ordinem rationis, qui est inter vniuersale & particulare. Nam vniuersale, naturaliter est prius, particulare posterius. Prætermittit autem primum modum, & accipit secundum. In secundo enim modo, immediate effectus ab vtraque causa exiit, scilicet priori & posteriori, quod in primo non conuenit. Vnde dicit, quòd sanitatis causa est medicus, & artifex in genere causæ efficientis. Artifex quidem vt vniuersale & prius, medicus vero vt particulare siue speciale & posterius. Similiter etiam in causis formalibus dupliciter est causa formalis, vt diapason duplã, vel proportio dupla, vel dualitas est causa formalis vt speciale & posterius. Numerus autem vel proportio numeri ad numerum vel ad vnum, vt vniuersale & prius. Et ita semper ea quę continent singularia, scilicet vniuersalia dicuntur causæ priores. Alia diuisio est causatum, secundum quòd aliquid dicitur, esse causa per se & per accidens. Sicut enim causa per se diuiditur in vniuersale & particulare, siue in prius & posterius, ita etiam causa per accidens. Vnde non solum ipsæ causæ accidentales dicuntur causę per accidens, sed etiam ipsarum genera. Vt statuę factor, statuæ causa est per se. Polycletus autem per accidens est causa, inquantum accidit ei factorem statuæ esse. Et sicut Polycletus est causa statuæ per accidens, ita omnia uniuersalia {continentia accidens}, ideſt causam per accidens, dicuntur per accidens causæ, sicut homo & animal, quę sub se continent Polycleti, qui est homo & animal. Et sicut causarum per se quædam sunt propinquę, quædam remotæ, ut dictum est, ita & inter causas per accidens. Nam Polycletus est causa statuæ magis propinqua, quàm album & musicum. Magis enim remotus modus prædicationis per accidens est, cum accidens prædicatur de accidente, quàm cum accidens prædicatur de subiecto. Accidens enim non prędicatur de accidente nisi quia ambo prędicantur de subiecto. Vnde magis remotum est, vt attribuatur vni accidenti, quod est alterius, sicut musico, quod est ędificatoris', quàm quod attribuatur subiecto quod est accidẽtis, sicut Polycleto quod est ędificatoris. Sciendum autẽ est, quòd aliquid põt dici causa per accidens alterius dupliciter: Vno mõ ex parte causæ, q̃ s. illud, quod accidit causæ, dicitur causa per accidens, sicut si album dicat causa domus. Alio modo ex parte effectus, vt s. aliquid dicatur causa per accidens alicuius, q̃ accidit ei q̃ est effectus per se. Quod quidem põt esse tripliciter. Vno modo, q̃a habet ordinẽ necessariũ ad effectum. sicut remotio impedimẽti habet ordinẽ necessariũ ad effectum. Vnde remouẽs prohibens dicitur mouens per accidens, siue illud accidens sit cõtrarium, sicut cholera phibet frigiditatem, vnde sca monea dicitur infrigidare per accidens, non quia causet frigiditatem, sed quia tollit impedimentum frigiditatis, quod est ei contrariũ, scilicet choleram: siue etiam si non sit cõtrarium, sicut columna impedit motum lapidis. Vnde remouens eo lumẽ dicitur p accidens mouere lapidem superpositum. Alio modo, quãdo accidens habet ordinem ad effectum, non tamen necessarium, nec vt in pluribus, sed vt in paucioribus, sicut inuentio thesauri ad fossionem in terra. & hoc modo fortuna & casus dicuntur causę per accidens. Tertio, quando nullũ ordinem habẽt nisi forte sm̃ existimationẽ, sicut si aliq̃d dicat se eẽ causam terræmotus, quia eo intrante domũ accidit terræmotus. Tertia distinctio est secundũ quod præ omnibus his uel præter omnia hęc, quæ dicunt esse secundum se, siue per se, & secundum accidens, quædam sunt causæ in potentia, quędam vt agentia, ideſt in actu. Sicut ædificationis causa est ædificator in potentia, hoc enim sonat habitum uel officium. Vel ędificans actu. Et eisdem modis, quibus diuiduntur causę, possunt dividi causata, in quibus vel quorum causę sunt causæ. Potest enim dividi causatum per prius & posterius siue particulare & vniuersale. sicut si dicamus, quòd statuę factor est causa huius statuę quod est posterius, aut statuæ quod est vniuersalius & prius, aut imaginis, quod est adhuc vniuersalius. Et similiter aliquid est causa formalis huius æris, aut æris, quod est vniuersalius: aut materię quod est adhuc vniuersalius: Et similiter potest dici in accidentibus, scilicet in effectibus per accidens. Nam statuæ factor, qui est causa statuæ, est etiam causa grauis, vel albi vel rubei, quæ accidunt ex parte materiæ, & non sunt ab hoc agente causata. Vlterius ponit quartam distinctionem causæ, quæ est in simplex & in compositum, vt simplex causa dicatur secundum quod accipitur causa statuę per se solum, vt statuæ factor, siue per accidens tantum, scilicet Polycletus. Composita autem secundum quod utrunque simul accipitur, vt dicatur causa statuę Polycletus statuę factor. Est autem alius modus, quo causæ possunt dici cõpositę, secundum q̃d plures causę concurrunt ad unius rei constitutionem, sicut plures homines ædificant domum. Sed hoc prętermisit, quia nullum illorum est causa, sed pars causæ. His autem modis positis, colligit istorum modorum numerum dicens, quòd isti modi causarum sunt sex, & variantur dupliciter, & ita efficiuntur duodecim. Hi enim modi sex sunt, aut singulare, aut genus quod superius dixit prius & posterius. Et secundum se & per accidens, ad quod etiam reducitur genus accidentis. Nam genus accidentis est causa per accidens. Et iterum per complexum & simplex. Hi autem sex modi vlterius diuiduntur p potentiam & per actum, & sunt duodecim. Ideo autem oportet, oẽs istos modos per potentiam & actum diuidi, quia potentia & actus, diuersificant habitudinem causæ ad effectum. Nã causæ in actu particulares, sunt simul, & tolluntur cũ suis effectibus, sicut hic medicans cum hoc conualescente, & hic ædificans cum hoc ædificato, non enim potest aliquis actu ædificari, nisi sit actu ędificans. Sed causæ secundũ potentiam, non semper remouentur cũ effectibus, sicut domus & ædificator non simul corrumpuntur. In quibusdam tamen contingit, quòd remota actione efficientis, tollitur substantia effectus: sicut in his, quorum esse est in fieri, vel quorum causa non solum est effectui causa fiendi, sed essendi. Vnde remota illuminatione Solis ab aere, tollitur lumen. Dicit autem causas singulares, quia actus singulariũ sunt, vt in Primo huius habitum est.

Quod uero secundum potentiam, non semper. corrumpitur enim non simul domus, & ędificator.

LECTIO IIII.

Lementum vero dicitur, ex quo aliquid componitur primo inexistenti indiuisibili specie in aliam speciem: vt vocis elementa, ex quibus cõponitur vox, et in quę diuiditur vltima: illa uero non in alias uoces ab eis specie diuersas. sed & si diuidantur, particulæ sunt conformes, ut aquę particulę sunt aqua, sed non syllabæ. Similiter autem & corporum elementa dicunt dicentes, in quæ diuidũtur corpora ultima, & illa nõ in alia specie differentia corpora, et siue vnum, siue plura talia, ea elementa dicuntur. Similiter vero & quę sunt diagrammatum elementa. & ex toro quæ sunt demonstrationum. Nam primæ demõstrationes i pluribus demonstrationibus existẽtes, esse demõstrationũ elementa dicuntur. Sunt aũt tales. syllogismi primi per vnũ medium ex tribus terminis.

T.com. 4. par. prima.

LECTIO IIII.

*Lementum dicitur, ex quo componitur primo inexistenti indiuisibili, specie in aliam speciem. vt uocis elementa, ex quibus componitur uox, & in quæ ultima diuiditur, illa uero non amplius in alias uoces ab ipsis specie diuersas: sed & si diuidantur, particulæ tamen eorum eiusdem speciei sunt: ut aquæ particula, aqua, sed non syllaba. Similiter etiam corporum elementa dicunt, ea dicentes vltima, in quæ corpora diuidantur, illa uero non amplius in alia specie differentia corpora. et siue unum, siue plura huiuscemodi sint, hæc elementa aiunt. Similiter autem * figurationum quo que elementa dicuntur, ac simpliciter demonstrationum. primæ enim demonstrationes, quæ in pluribus demonstrationibus insunt, hæ elementa demonstrationum dicuntur, sunt autem tales primi * ex tribus per unum medium syllogismi.*

Et etiam ab omnibus materiis, quæ in diuersas speciẽ resolui possunt, sicut sanguis & huiusmodi. Propter hoc dicit, quòd elementũ est ex quo aliquid componitur quantum ad primum. Primo, quantum ad secundum: Inexistente, quantum ad tertium: Indiuisibile specie in aliam speciem, quantum ad quartum. Hanc aũt diffinitionẽ manifestat i quatuor, quibus vtimur nomine elementi. Dicimus enim, ipsas literas esse elemẽta vocis, q̃a ex eis oĩs uox cõponitur, & primo. Qđ ex hoc patet: quia omnes voces in literas resoluũtur, sicut in vltima. Quod est. n. vltimum in resolutione, oportet esse primum in compositione. Literæ autẽ non resoluuntur vlterius i alias voces, spẽ diuersas: Sed, si aliquo modo diuidantur, particulæ in quas fit diuisio, erũt {conformes}, ideſt vnius speciei, sicut omnes particulæ aquæ sunt aqua. Diuiditur autem litera secundũ tempora prolationis, prout litera lõga dicitur habere duo tẽpora, breuis vero vnum. Nec tamẽ partes, in quas sic diuiduntur literæ, sunt diuersæ secundum speciẽ uocis. Non est autem ita de syllaba: nam eius partes sunt diuersæ secundum speciem. Alius enim sonus est secundum speciem, quem facit vocalis & consonans, ex quibus syllaba componitur.

* designationum.

* a l. trium mediorum.

Secundum exemplum ponit in corporibus naturalibus, in quibus etiam quædam dicimus elementa quorundam. Illa enim dicuntur corporum esse elementa, in quæ vltimo resoluuntur omnia corpora mixta: & per consequens ea sunt, ex quibus primo componuntur huiusmodi corpora. Ipsa autem corpora, quæ elementa dicuntur, non diuiduntur in alia corpora specie differentia, sed in partes consimiles, sicut quælibet pars aquæ est aqua. Et quicunque posuerunt tale corpus esse vnum, scilicet in quod omnia resoluuntur, & ipsum non resoluitur in alia, dixerunt vnum esse elementum. Quidam vero aquam, quidam autem aerem, quidam autem ignem. Qui vero posuerunt plura talia corpora, dixerunt etiam esse elementa plura. Secundum est, q̃ cum in diffinitione elementi ponatur, quòd non diuidatur in diuersa secundum speciem, non est intelligendum de partibus, in quas aliquid diuiditur diuisione quãtitatis. sic enim lignum esset elementum, quia quælibet pars ligni est lignum. Sed de diuisione, quæ fit secundum alterationem, sicut corpora mista resoluuntur in simplicia. Tertium exemplum ponit in demonstrationibus, & in quibus etiam vtimur nomine elementi, sicut dicitur liber elementorum Euclidis. Et dicit, q̃ modo simili, & propinquo dictis, dicuntur elementa, quæ {sunt diagrammatum} id est, descriptionum geometralium elementa. Et non solum hoc potest dici in Geometria, sed vniuersaliter in omnibus demonstrationibus. Illæ enim demonstrationes, quæ existunt in tribus terminis tantum, dicuntur esse aliorum elementa. nam ex his cõponuntur aliæ demonstrationes, & in ea resoluuntur. Quod sic patet. Secunda enim demonstratio accipit pro principio conclusionem primæ demonstrationis, inter cuius terminos intelligitur medium, quod fuit primæ demonstrationis principium. Et sic secunda demonstratio, erit ex quatuor terminis, prima ex trib^us tm. Tertia vero ex quinque. Quarta ex sex. Et

In proœm.

LECTIO IIII.

IC distinguit hoc nomẽ elementum. circa quod duo facit. Primo ãssignat diuersos modos elementi. Secundo ostendit quid in omnibus sit commune ibi. {Omnium autem commune.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo elementum proprie dicatur. Secundo quomodo dicatur transumptiue ibi. {Et transferentes elementum &c.} Ponit ergo primo quandam elementi descriptionem, ex qua colligi potest, quòd quatuor sunt de ratione elementi. Quorum primum est, vt sit causa sicut ex quo: per quod patet, quòd elementum ponitur in genere causæ materialis. Secundum est, quòd sit principium ex quo aliquid fiat primo. cuprum enim est ex quo fit statua, non tamen est elementum, quia habet aliquam aliam materiã ex qua fit. Tertium est, quòd sit inexistens siue intrinsecum: per quod differt elementum ab omni eo, ex quo fit aliquid sicut ex transeunte, siue sit primatio, aut contrarium, siue materia contrarietati & priuationi subiecta, quę est materia transiens. Vt cum dicimus, quòd homo musicus fit ex homine non musico, vel musicum ex non musico. Elementa enim oportet manere in his quorum sunt elementa. Quartum est, quòd habeat aliquam speciem, quę non diuidatur in diuersas species. per quod differt elementum a materia prima, quę nullam speciem habet.

par. 2. fi. par seq. pri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic quælibet demonstratio vnum terminum addit. In quo manifestum est demonstrationes primas in postremis includi, vt si sit hæc demonstratio prima. Omne b. est a, omne c. est b. ergo omne c. est a. hoc includetur in hac, Omne c. est a. omne d est c: ergo omne d, est a. Et ulterius ista in alia, quę concludit omne e, est a, vt quasi videatur esse ad hanc vltimam conclusionem vnus syllogismus, ex pluribus syllogismis compositus prima media habens. vt dicatur sic, Omne b est a, & omne c est b, & omne d est c, & omne e est d: ergo omne e est a. Prima igitur demonstratio, quæ habebat vnum medium & solum tres terminos, est simplex & non resolvitur in aliam demonstrationem. Sed omnes aliæ resolvuntur in ipsam. Et ideo syllogismi primi, qui fiunt ex terminis tribus per vnum medium, elementa dicuntur.

part. 1.

Deinde cum dicit, b ¶ Ostendit quo modo elementum dicatur transumptive, dicens, quod ex hac præmissa ratione & significatione elementi venerunt quidam hoc nomen elemẽtum ad significandum aliquid, quod est vnũ & paruũ & ad multa vtile. Ex hoc enim quòd elementum est indiuisibile in diuersas species, acceperũt ꝙ sit vnũ: ex eo vero, ꝙ est primum, ꝙ sit simplex: ex eo vero ꝙ ex elementis alia cõponũtur, acceperunt ꝙ sit vtile ad multa. Vnde hanc rationẽ elementi constituerunt, vt elementum diceret omne illud, quod ẽ parium in quantitate & simplex, quasi ex: iis non compositum, & indiuisibile in diuersa, Hac autem ratione elementi constituta, per transumptionem contingebat eis, vt duos modos elementorum adinuenirent, quorum primus est, vt ea, quę sunt maxime vniuersalia, dicerent elementa. Vniuersale enim est vnum secundum rationem, & est simplex, quia eius diffinitio non componitur ex diuersis · & est in multis, & sic est ad multa vtile, siue sit in omnibus, sicut vnum & ens: siue in pluribus sicut alia genera. Per eandem vero rationem contingebat eis secundo, quòd punctum & vnitatem dicerent esse principia uel elementa, quia vtrumque eorum est vnum simplex, & ad multa vtile. Sed in hoc a vera ratione elementi defecerunt, quia vniuersalia non sunt materia, ex quibus componuntur particularia, sed prędicant eorum substantiam. Similiter & punctus non est materia linearum: non enim linea ex punctis componitur.

T.com. 5. parte pri.

Alia litera habet. Cõnasci & annasci ut embryo.

Hac autem transumptiua elementi ratione constituta, patet solutio cuiusdam quæstionis in 3. lib. disputate, scilicet quid sit magis elementum, vtrum genus vel species, & vtrum genus magis quàm differentia. Patet enim consequis, quòd genera magis sunt elementa, quia genera magis sunt vniuersalia & indiuisibilia. Non enim est ratio eorum & diffinitio, quam oporteat componi ex genere & differentia, sed diffinitiones proprie dantur de speciebus. Et si aliquod genus diffinitur, non diffinitur inquantum est genus, sed inquantũ est species, & ideo species diuiditur in diuersa, & propter hoc non habent rationẽ elementi. Genus autem non diuiditur in diuersa: & ideo dixerunt genera esse elementa magis quàm species. Alia translatio hęc {vna enim est eorum ratio}, ideſt indiuisibilis, quia genera, & si non habeant diffinitionem, tamen id quod significatur per nomen generis, est quędã conceptio intellectus simplex, quæ ratio dici potest. Et sicut genus est magis elementũ quam species, quia est simplicius, ita etiã magis quam differentia, licet ipsa simplex sit, quia genus est vniuersalius. Quod ex hoc patet, quia cuicunque inest differẽtia, inest genus cum per se differentię non transcendant genera, non tamen oportet quòd ad omne id sequatur differentia, cui conuenit genus. Vltimo autem dicit, quòd omnibus prędictis modis elementi hoc est commune, esse primum in vno quoque, sicut dictum est.

Hinc autem transferentes appellant etiam elementum, quod unum & parvum existens ad plura utile sit. Quare & parvum, & simplex, & indivisibile, elementum dicitur. Unde evenit, quæ maxime universalia sunt elementa esse. quoniam cum unumquodque eorum unum, & simplex sit, in multis, aut omnibus, aut quamplurimis inest. Et unum, & punctum principia quibusdam esse videtur. Cùm itaque illa, quæ genera uocantur, universalia, & indivisibilia sint (una enim est ipsorum ratio) genera quidam dicunt elementa: & magis quàm differentiam. quoniam genus magis universale est quicunque enim differentia inest, genus quoque sequitur illud: cui uero genus, non utique differentia. Omnibus uero commune est, illud cuiusque esse elementum, quod primum cuique inest.

LECTIO V.

a AT VRA uero dicitur vno quidem modo generatarũ generatio. vt si quis porrigẽs dicat. y. Vno vero modo, ex quo generaẽ primum generatum in existẽte. Amplius vnde motꝰ primꝰ in quolibet natura entiũ, & est in eo inquantum id existit. nasci vero dicũtur quecunque augmentum habent per alterum in tangendo, & simul, & aliquid esse apte, vt embryo. Differt autem connascentia a tactu. Hic enim nihil præter tactum diuer-

b Et transferentes elementum vocant hinc quodcunq; vnum ens & paruũ, quod ad multa est vtile. Quapropter paruum & simplex & indiuisibile dicitur elementum. Vnde euenit maxime vniuersalia elementa esse. quia vnumquodq; eorum vnũ ens & simplex multis inest, aut omnibus, aut plurimis. Et vnum & punctum principia quibusdã videntur esse. Quoniam ergo vocata genera sunt vniuersalia & indiuisibilia (vna. n. est eorum ratio) elemẽta genera dicunt aliqui. & magis quàm differentiam, quoniam vniuersale magis genus. nam cui differentia inest, & genus id sequitur: sed cui genus, non omnino differentia. Omniũ autem commune est elementum cuiuslibet, quod primũ est cuique.

LECTIO V.

a AT VRA vero dicit vno quidem modo generatarũ generatio. vt si quis porrigẽs dicat. y. Vno vero modo, ex quo generaẽ primum generatum in existẽte. Amplius vnde motꝰ primꝰ in quolibet natura entiũ, & est in eo inquantum id existit. nasci vero dicũtur quecunque augmentum habent per alterum in tangendo, & simul, & aliquid esse apte, vt embryo. Differt autem connascentia a tactu. Hic enim nihil præter tactum diuersum esse necesse est. Insimul uero apte existẽtibus est aliquid vnum idem in ambobus, quod facit pro tactu simul apte esse, & vnum esse secundum quantitatem & continuitatem, sed non secundum qualitatẽ. Amplius autem natura dicitur, ex quo primo aut est. aut fit aliqd entium natura, cum informe sit & immutabile a sua propria potestate, vt statuę, & vasorum æreorum, æs natura dicitur: & ligneorum, lignum. Similiter autem in aliis. Ex his. n. vnumquodq; saluata prima materia. hoc. n. modo & existentiũ natura elemẽta dicũt naturã: alij ignem, alij terram, alij aquam, alii aerem, alii aliquid, aliud tale dicentes, alii quędã horum, alii omnia ea. Amplius alio modo dicitur natura, existentium natura substantia, vt dicentes naturam primam esse compositionem, vt Empedocles dicit, quòd natura nullius est entium, sed solum mixto, & permutatio permixtorum natura in hominibus nominatur. Quapropter, & quecunq; natura sunt, aut fiunt, iam existẽte ex quo apta nata sunt, fieri, aut esse. non dicimus naturam habere, si non habent speciem & formam. Ergo natura quidem quod ex vtrisq; est. vt animalia & eorum partes.

Non autem generatio rerum non viuentium potest dici natura proprie loquendo secundum communem usum vocabuli, sed solum generatio viuentium, vt dicatur natura ipsa natiui tas, vel ipsa nascentia, quod ipsum nomen sonare videtur {vt si quis porrigens dicat naturã} Litera ista corrupta est. Quod

infra pa. 3.

Alia litera hẽt pro tangi similiter nasci & unũ esse secundum continuũ & quãtum.

par. 2.

T.com. 3.

Et quia de nascentibus mentionem fecit, ostendit quid sit proprie nasci, vt habet alia litera, loco cuius hæc litera improprie habet generari. Differt enim generatio in viuentibus a generatione inanimatorum, quia inanimatum generatur non vt coniunctum siue vnitũ generanti, ut ignis ab igne, & aqua ab aqua. In viuentibus autem fit generatio per quandam vnionem ad generationis principium. Et quia additio quanti ad quantum tacit augmentum, ideo in generatione viuentium videtur esse quoddam augmentum, sicut est cum ex arbore nascitur fructus, aut folium. Et ideo dicit, quòd nasci dicuntur quęcunque {augmentum habent}, ideſt quoddam augmentum cum generationis principio. Differt autem hoc augmentum a specie motus, quæ augmentum dicitur, qua mouentur iam nata. Nam in augmento aliquid augetur in seipso per hoc, quòd id, quod additur, transit in substantiam eius, cui additur, sicut nutrimentum in substantiam nutriti. Id autem quod nascitur, apponitur ei, ex quo nascitur, tamquam alterum & diuersum, non sicut in eius substantiam transiens, Et ideo dicit, quòd habet augmentum {per diuersum} siue per alterum: q.d. quòd hoc augmentum fit per appositionem alicuius alterius, vel diuersi. Sed appositio augmentum faciens potest intelligi dupliciter. Vno modo {tangendo}, ideſt

est per solum contactum. Alio modo per hoc {quod est simul}, ideſt aliqua duo simul producuntur adinuicem coaptata, sicut brachium & nervus & {aliquid esse apte, ideſt quòd aliquid adaptetur ad alterum iam præexistens, sicut capilli capiti, & dentes gingiuis. Loco autem huius, alia litera habet melius connasci & adnasci. In hac autem generatione viuentiũ non solum fit appositio per tactum, sed etiã per quandam coaptationem siue connascentiam, vt patet in embryonibus qui non solum tanguntur in matrice, sed etiam alligantur in principio suæ generationis. Ostendit autem quid inter duo prædicta differat dicens, {quòd consilatio} ideſt colligatio siue connascentia, vt alia litera habet, differt a tactu, quia in tactu non est necessarium aliquid esse præter tangentia, quod ea faciat vnum. In colligatis autem, siue coaptatis, siue connatis vel adnatis oportet esse quid vnum in ambobus {quod pro tactu} id est loco tactus faciat ea simul: {aptæ esse}, ideſt coaptata vel ligata, siue simul nasci. Intelligendum est autem, quòd id, quod facit ea vnum, facit esse vnum secundum quantitatem & continuitatem, & non secundum qualitatem, quia ligamentum non alterat ligata a suis dispositionibus. Ex hoc autem apparet, quia

nihil aliud præter tactum necesse est esse. in connascentibus vero est quiddam vnum in ambobus idem. quod propter id, quod se contingant, facit vt connascantur, & vnum secundum continuationem & quantitatem, non secundum qualitatem, sint. Item natura dicitur, ex quo primo inordinato existente, & immobili ex sua potentia, aut est, aut fit aliquid eorum quæ natura sunt, ut statuæ, vasorumque æreorum æs natura dicitur, ligneorũ uero lignum. similiter autem & de cæteris. ex his enim vnũquodque est, prima materia salua: hoc. n. modo & eorum, quæ natura sunt, elementa dicunt esse naturam, quidam ignem, quidam terram, quidam aerem, quidam aquam, quidam aliquid aliud tale dicentes, & quidam aliqua horum, quidam uero hæc omnia. Alio item modo natura dicitur substantia eorum. quæ natura sunt, sicuti qui dicunt naturam esse primam compositionem. aut, sicut Empedocles dicit, quod nullius entium natura est, sed mistio solum, et mixtorum permutatio est, natura uero ab hominibus nominatur. Quare & quæcunque natura sunt, aut fiunt, iam existente, ex quo aptum est fieri, aut esse, nondum dicimus naturam habere, si speciem, & formam non habeant. Natura igitur, quod ex ambobus his est. ut animalia, & partes eorum.

quod nascitur semper est coniunctum ei, ex quo nascitur, ideo natura nunquam dicit principium extrinsecum, sed secundum omnes suas acceptiones dicit principium intrinsecum. Ex hac autem tertia ratione naturæ, sequitur quarta. Si enim principium motus rerum naturalium natura dicitur, principium autem motus rerum naturalium quibusdam videbatur esse materia, consequens fuit, vt materia natura diceretur, quæ quidem est principium rei, & quantum ad esse & quantum ad fieri. Ipsa etiam absque omni forma considerata, nec a seipsa mouetur, sed ab alio. Et ideo dicit, quòd natura dicitur ex quo aliquod entiũ primo est aut fit. Quod ideo dicit, quia materia essendi & fiendi est principium. Ex quo dico {existẽte inordinato}, ideſt absque forma. Vnde alia litera habet {Cum informe sit} Inquibusdam enim ipse ordo habetur pro forma, sicut in exercitu & ciuitate. Ex quo dico {immutabili ex sua potestate} ideſt quod moueri non potest per suam potestatem sed secundum potestatem sui superioris agentis. Nam materia non mouet seipsam ad formam, sed mouetur a superiori exteriori agente. Sicut si diceremus æs materiam statuæ & vasorum æreorum, & ligna ligneorum, si huiusmodi vasa naturalia corpora essent. Similiter est in omnibus aliis, quæ ex materia sunt vel fiunt: vnumquodque enim eorum fit ex sua materia, ea saluata. Dispositiones autem formæ non saluantur in generatione. Vna enim forma introducitur altera abiecta. Et propter, hoc formę videbantur esse quibusdam accidentia, & sola materia substantia & natura, vt dicitur secundo Physicorum. Et hoc ideo, quia similiter

Tex. c. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

existimabant formam & materiam in rebus naturalibus, sicut in rebus artificialibus, in quibus formæ sunt accidétia, & sola materia substantia. Vnde isto modo, Naturales dixerunt elementa esse materiā existentium secundum naturam, vel aquā, vel aerem, vel ignem, aut terram, quam nullus elementum

par. 2. naturaliū posuit solā, sed aliqui nō naturales, ut in Primo lib. est habitū. Quidam aūt posuerunt aliqua eorū esse elementa & naturā rerum, sicut Parmenides. Quidam vero oīa quatuor, sicut Emp. Quidā vero aliquid aliud, sicut Heraclitus vaporē. Quia vero motus rerū naturaliū magis causāt ex forma q̄ ex materia, ideo supponit quinto modus, quo ipsa forma

par. 3. dicitur natura. Et c sic alio modo natura dicitur {ipsa substātia}, idest forma rerum existentium secūdum naturas, sicut naturam rerū dixerunt esse ipsam cōpositionem mixtorum, sicut Emp. dixit ꝙ nō est aliqd entium absolutum, sed solūmodo commutatio, seu relaxatio, vel commixtio permixtorum, secūdum aliam translationē natura apud homines dicitur.

Alia litera liquabilia. Alia litera. Hęc est index stens. Alia litera, aut actu.

Tex. c. 6. par. 1. Dicitur enim quæ sunt permixtionis diuersæ naturam diuersam habere. Adponendum autem formam esse naturam, hac ratione inducebantur, quia quæcunq; sunt & fiunt naturaliter non dicuntur habere naturam, existente materia, ex qua nata sunt fieri, vel esse, nisi habeant speciem propriam, & formam, per quam speciem consequantur. Videtur autem nomen speciei poni pro forma substātiali, & forma pro figura, quę consequit̄ speciem, & est signū speciei. Si igitur forma est natura, nec aliquid potest dici habere naturam, nisi quando habet formam: illud ergo, quod compositum est ex materia & forma {dicitur esse natura}, idest secundum naturam, vt animalia & partes eorum, sicut caro & os & huiusmodi. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit duos modos adiūctos duobus vltimis præcedentibus, quorum primus additur quarto modo, quo materia dicebatur natura. Et dicit, quòd materia dicitur natura non quęcunque sed prima. Quod potest intelligi dupliciter, aut quantum ad id, quod est genus, aut ex toto vel simpliciter prima. sicut operum artificialium, quæ fiunt ex ære, prima materia secundum genus illud est ęs. Prima vero simpliciter est aqua. K Nam omnia, quę liquescunt calido, & indurantur frigido sunt aquea magis, vt dicitur quarto Metecororū. Secundus modus adiacet quinto modo prædicto, quo forma dicebatur natura. Et secundum hunc modum, non solum forma partis dicitur natura, sed species ipsa, quæ est forma totius. Vt si dicamus, quòd hominis natura non solum est anima, sed humanitas & substantia, quam significat diffinitio. Secundum hoc enim Boetius dicit, quòd natura est unumquodque informans specifica differentia. Nam specifica differentia est, quę complet substantiam rei & dat ei speciem. Sicut autem forma vel materia dicebatur natura, quia est principium generationis, quæ secundum primam nominis impositionem natura dicitur, ita species & substātia dicitur natura, quia est finis generationis. Nam generatio terminatur ad speciem generati, quæ resultat ex vnione formę & materię. Et ex hoc secundum quandam metaphoram & nominis extensionem omnis substantia dicitur natura, quia natura, quam diximus, quæ est generationis terminus, substantia quædam est. Et ita cum eo quòd natura dicitur, omnis substantia similitudinem habet. Et hunc modū etiam ponit Boetius. Rationē aūt istiusmodi distinguitur hoc

Boetius

nomē natura inter nomina cōmunia. Sic .n. cōmune est sicut & substantia. Deinde cum dicit. c ¶ Reducit omnes modos dictos ad vnum. Sciendū est autem, quòd reductio aliorū modorum ad unum primū, fieri potest dupliciter. Vno modo secundum ordinem rerum. Alio modo secūdum ordinem, qui attenditur quātum ad nominis impositionem. Nomina .n. imponuntur a nobis secundum quòd nos intelligimus, quia nomina sunt intellectuū signa. Intelligim⁹ autem quandoq; prius ea ex posterioribꝰ. Vnde aliquid per prius apud nos fortitur nomē, cui res nominis per posterius conuenit: & sic est in proposito.

Natura uero hæc prima materia, & hæc dupliciter, aut quæ ad ipsum prima, aut simpliciter prima, ut puta operum æreorum ad ipsa quidem æs primum, simpliciter autem aqua fortassis, si omnia quidem liquabilia aqua. Et forma, & substantia. hæc autem est generationis finis. Metaphorice vero omnino omnis substantia natura propter hanc dicitur, quoniam & natura est aliqua substantia.

Ex dictis itaque prima, & quæ proprie dicitur natura, est substantia eorum, quæ in seipsis, ut ipsa sunt motus principium habent. materia enim, eo quòd huius est susceptiua, dicitur natura. generationes autem, ac ipsum nasci eò quòd ab hac motus sunt, principium quoque motus eorum, quæ natura sunt, hæc est, inexistens quodammodo, aut potentia, aut actu.

LECTIO VI.

a Necessarium dicitur, sine quo non contingit esse, aut viuere quasi concausali. Vt spirare & cibus animalium est necessarium, nam sine his esse, est impossibile.

Necessarium dicitur, sine quo non contingit uiuere tanquàm concausa. ut respirare, & alimentum animali necessarium est. impossibile enim est absque his animal esse.

Quia enim formæ & virtutes rerū ex actibus cognoscuntur, per priꝰ ipsa generatio vel naturalitas, naturæ nomen accepit, & vltimo forma. Sed secundū rerum ordinem, formæ prius competit ratio naturæ, quia, vt dictum est, nihil

I dicitur habere naturam, nisi secundum quòd habet formam. vnde patet ex dictis, quòd {primo & proprie natura dicitur substantia}, idest forma rerum habentium in se principium motus inquantum huiusmodi. Materia enim dicitur esse natura, quia est formę susceptibilis. Et generationes habent nomen naturæ, quia sunt motus procedentes a forma, & iterum ad formas. Et idipsum, scilicet forma est principium motus rerum existentium secundum naturam, aut in actu, aut in potentia. Forma.n. non semper facit motum in actu, sed quandoq; in potentia tantum, sicut quando impeditur motus naturalis ab aliquo exteriori prohibente: vel etiam quando impeditur actio naturalis ex materiæ defectu.

LECTIO VI.

a Postquam Philosophus distinxit nomina, quę significant causas, hic distinguit nomē, qđ significat aliquid primens ad rōnem causæ, s. necessariū. Causa .n. est, ad quā de necessitate sequitur aliud. Et circa hoc ergo duo facit. Primo distinguit modos necessarij. Secūdo re ducit oēs ad vnū primū, ibi {Et sm hoc necessarium.} Ponit aūt in prima parte quatuor modos necessarij. Primus est sm quòd dicitur aliquid necessarium, sine quo non pōt aliquid viuere, aut esse: quod licet non sit principalis causa rei, est tamē quædam concausa. Sicut respirare est necessariū animali respiranti, quia sine respiratione viuere non pōt. Ipsa enim respiratio, etsi non sit causa vitę, est tamen concausa, inquantum cooperatur ad contemperamentum caloris, sine quo nō est vita. Et similiter est de cibo, sine quo, animal viuere non potest, inquantum cooperatur ad restaurationem deperditi, & impedit totalem consumptionem humidi radicalis, quod est causa vitæ. Igitur huiusmodi dicuntur necessaria, quia sine eis impossibile est esse. Secundum modum ponit ibi.

Dicit

b ¶ Dicit quòd secundo modo dicuntur necessaria, sine quibus nō potest esse, vel fieri bonum aliquod, vel vitari aliquod malum, vel expelli: sicut {bibere pharmacum} idest medicinam laxatiuam, dicimus esse necessarium, non quia sine hoc viuere animal non possit, sed ad expellendum, scilicet hoc malum, quod est infir-

par. 2. mitas, vel etiam vitandum. Est enim hoc necessarium {vt non laboret} idest vt non infirmetur aliquis. Similiter {nauigare ad Aeginam} scilicet ad illum locum, est ne-

part. 3. cessarium, non quia c sine hoc non possit homo esse, sed quia sine hoc non potest acquirere aliquod bonum, idest pecuniam. Vnde dicitur, quòd necessaria est talis nauigatio, vt

Alia litera. Increpabile. D. 919. aliquis pecuniam recipiat. Tertium modum ponit ibi.

c ¶ Dicit, quòd id, quod infert violentiam, & etiam ipsa violentia, necessarij nomen accepit. Nā violentia necessaria dicitur, & quodvim

part. 4. patitur, dicitur de necessitate id facere, ad quod cogitur. Quid autem sit faciens vim manifestat in naturalibus, & in voluntariis. In naturalibꝰ quidem est impetus, siue inclinatio ad aliquem finem, cui respōdet voluntas in natura

part. 5. rationali. Vnde & ipsa naturalis inclinatio appetitus dicitur. Vtrunque autem, scilicet & impetum naturalis inclinationis, & propositum voluntaris, contingit impediri, & prohiberi. Impediri quidem, in prosecutione motus iam incepti. Prohiberi autem, ne etiam motus incipiat. Illud ergo dicitur esse violentum {quod est preter impetum} idest præter inclinationem rei naturalis, & est {impediens præuoluntatem} idest, propositum in prosecutione motus voluntarij iam incœpti, & prohibens etiam ne incipiat. Alia litera habet: & hoc est secundum armin, idest secundum impetū. Violentia enim est, cum aliquid agit secundum impetum exterioris agentis, contra voluntatem vim passi. Violentum autem B est secundum impetum vim faciens. Ex hac autem violenti diffinitione, duas conclusiones inducit: quarū prima est, quòd omne violentum est triste, sine flebile. Quod probat per cuiusdam poetæ, siue doctoris dictum dicēs, quòd omnis res necessaria, siue violenta est tristis, siue lamentabilis. Necessitas enim est quædam violentia, sicut Sophocles Poeta dicit. Violentia me facere coegit ea, idest necessitas. Dictum est enim, quòd violentia est impediens voluntatem. Ea autem, quæ voluntati sunt contraria, contristant. Tristitia enim est de his, quæ nobis nolentibus accidunt. Secunda conclusio est, quòd necessitas recte dicitur, quòd est inculpabilis, & irreprehensibilis. Dicitur enim, quòd necessitas magis meretur veniam, quàm increpationem. Et hoc ideo, quia nō culpamur nisi de his, quę voluntariæ facimus, de quibus etiam rationabiliter increpamur. Necessitas autem violentiæ est contraria voluntati, & excogitationi, vt dictum est, & ideo rationabilius dicitur, quòd violenta non sunt culpabilia. Quartum modum ponit ibi.

d ¶ Dicit, quòd necessariū etiam dicimus sic se habere. quòd non contingit aliter se habere, & hoc est necessarium absolute. Prima autem necessaria sunt secūdum quid. Differt autem necessariū absolute ab aliis necessariis, quia necessitas absoluta, competit rei secūdum id, quod est intimum, & proximum ei, siue sit forma, siue materia, siue ipsa rei essentia. sicut dicimus animal necesse esse corruptibile, quia hoc cōsequitur eius materiam, inquantum ex contrariis cōponitur. Dicimus etiā animal necessario esse sensibile, quia cōsequitur eius formam: & animal necessario esse substantiam animatam sensibilē, quia est eius essentia. Necessariū aūt secundum quid & non absolute est, cuius necessitas dependet ex causa extrinseca. Causa autem extrinseca est duplex, scilicet finis & efficiens. Finis autē est, vel ipsum esse absolutū, & ab hoc fine, necessitas sumpta pertinet ad primum modum: vel bene esse, siue aliquod bonum habere, & ab hoc fine sumitur necessitas secundi modi. Necessitas autem, quæ est a mouente exteriori, pertinet ad tertiū modum. Nam violentia est, quando aliquid mouetur ab exteriori agente ad aliud, ad quod ex propria natura apti tudinem nō habet. Si enim secundum

Et sine quibus bonum non contingit aut esse, aut fieri, siue aliquid mali repellere, aut eo priuari. vt bibere potionem medicatam necessarium est, vt non ægrotet. & in Aeginam nauigare, vt pecuniam recipiat.

Item uiolentum, & uis. hoc autem est, quod præter propositum, & electionem obstat, & prohibet. uiolentum enim necessarium dicitur. quare etiam triste, vt Euenus quoque ait. omnis nanque necessaria res tristis est, & uis necessitas quædam est. quemadmodum Sophocles dicit. Etiam uis me cogit hæc facere. Et recte necessitas uidetur ineuitabile quiddam esse. contrarium enim uoluntario, & secundum cogitationem motui est.

Item, quod non contingit aliter se habere, necesse dicimus ita se habere.

Et secundum hoc necessarium, cætera quoq; omnia dicuntur quodammodo necessaria. nam & ipsum necessarium aut agere, aut pati tunc dicitur, cum non contingat propter illud quod uim infert, secundum propositum fieri, tanquam illa existente necessitate, propter quam non contingit aliter. Et in eis, quæ concauſæ uiuendi, & boni sunt, similiter. cum enim non contingat hic quidem ipsum bonum, hic uero ipsum uiuere, & esse sine quibusdam, hæc necessaria, & hæc causa necessitas quædam est.

suam naturam ordinetur ad hoc, quòd recipiat motum ab exteriori agente, tunc motus non erit violentus, sed naturalis. Sicut patet de motu cœlestium orbium a substantiis separatis, & de motu inferiorum corporum a superioribus. Deinde cum dicit.

e ¶ Reducit omnes modos ad vnum, & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quòd omnes modi necessitatis, qui in rebus inueniuntur, ad hunc vltimum modum pertinent. Secundo, ostendit, quòd secundum vltimum modum accipitur necessa rium in demonstratiuis, ibi: {Amplius demonstratio.} Tertio, infert quoddam corollarium ex præmissis, ibi: {Horum quidem itaque.} Dicit ergo primo, quòd secundum istum vltimum modum necessarij, omnes alij modi aliqualiter dicuntur. Quod primo ostendit in tertio modo. Illud enim, quod vim patitur, de necessitate dicitur aliquid facere, vel pati, propter hoc, quòd non contingit secundum propriam impetum aliquid agere, propter violentiam agentis, quæ est quędam necessitas, propter quam non contingit aliter se habere. Et similiter ostendit hoc in primo, & secundo modo, in quibus necessitas sumitur ex causis viuendi, vel essendi simpliciter: quātum ad primum modum: vel ex causis boni, quantum ad secūdum modum. Sic enim in aliis modis necessarium dicebatur, sine quo non poterat esse ex vna parte bonum, & ex alia parte viuere & esse. Et sic illa causa, sine qua non contingit viuere

Inuen

part. sequē. para. 7.

vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel esse, vel bonum habere, vel malo carere, necessitas dicitur, quasi ex hoc sit prima ratio necessarij, qua impossibile est aliter se habere. Deinde cum dicit.

part.6. ¶ Ostendit, quòd secundum vltimum modum accipitur necessarium in demonstratiuis, & quantum ad conclusiones, & quantum ad principia. Demonstratio enim dicitur esse necessariorum, & dicitur esse ex necessariis. Necessarium quidem esse dicitur, quia illud, qđ simpliciter demonstratur, non contingit aliter se habere.

part.7. Dicitur autem simpliciter demonstratum ad eius differentiam, quod demonstratur in demonstratione, quę est ad aliquem, & non simpliciter: quod in 4. lib. dixit demõstrare ad hominem arguentem. In talibus enim demonstrationibus, quæ sunt ad aliquem, contingit etiã impossibile cõcludi ex aliquibus impossibilibus positis. Sed, quia causæ conclusionis in demõstrationib⁹ sunt

Tex. c.7. part.8. premissæ, cum demonstratio simpliciter scire faciat, quod non est nisi per causam, oportet etiam principia, ex quib⁹ est syllogismus esse necessaria, quæ impossibile sint aliter se habere. Nam ex causa non necessaria, nõ potest sequi effectus necessarius. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit ex præmissis tres conclusiones seinuicem sequentes. quarum prima est, quòd ex quo in demonstrationibus premissę sunt causæ cõclusionis, & vtraq; sunt necessaria, sequitur, quòd aliqua sunt necessaria dupliciter. Quędã quidem, quorum altera sit causa necessitatis, quædã vero, quorum nulla sit causa necessitatis, & talia sunt necessaria propter seipsa. Et hoc est contra Democritũ, qui dicebat, quòd necessa-

T. com.15. riorum non sunt quærendæ causæ, vt habetur in viij. Phy. Secunda conclusio, quia cum oporteat esse vnum primũ necessarium, a quo alia necessitatem habent, quia in causis non est

T.com.5. & inde. procedere in infinitũ, vt in secundo ostensum est, oportet hoc primum necessarium, quod etiam maxime proprie est necessarium, quia est omnibus modis necessarium, quòd ipsum sit simplex. Ea enim, quę sunt cõposita sunt mutabilia, & ita pluribus modis se possunt habere. Quæ autẽ pluribus modis habere se possunt, possunt se habere aliter, & aliter: quod est contra rationem necessarij. Nam necessarium est, quod est impossibile aliter se habere. Vnde oportet, quòd primum necessariũ non aliter, & aliter se habeat, & per consequens nec pluribus modis. Et ita oportet ipsum esse simplex. Tertia conclusio est, quòd cum violentum sit quod mouetur ab aliquo exteriori agente præter naturam propriam, principia autem necessaria sunt simplicia, & immobilia, vt ostensum est, necessarium est, vt si sunt aliqua sempiterna, & immobilia, sicut sunt substantiæ separatæ, quòd in illis non sit aliquid violentum, nec præter naturam. Et hoc dicit, ne deceptio accidat in nomine necessitatis, cum dicitur de substantiis immaterialibus, nec per hoc intelligitur aliqua violentia in eis esse.

f Amplius demonstratio necessariorum est: quia non contingit aliter se habere quod demonstratũ est simpliciter. Huiº autẽ causa est quæ prima sunt, si impossibile est aliter se habere, ex quibus est syllogismus.

g Horum quidem itaq; altera causa essendi necessaria est: aliorum vero nulla, sed propterea alia sunt ex necessitate. Quare primum & proprie necessariũ ipsum simplex est. hoc.n. habere non contingit pluribus modis. Quare nec aliter & aliter, iam enim plus haberet. Ergo, si qua sũt sempiterna & immobilia, nihil illis est violentum, nec præter naturam.

LECTIO VII.

a Num dicitur aliud aũt secundum accidens, aliud secundũ se. Secũdum accidens quidem vt Coriscus & musicus, & Coriscus musicus. Idẽ.n. est dicere Coriscus & musicus. & Coriscus musicus: & musicum & iustũ: & musicus iustus Coriscus. Oĩa nanque ea vnũ dicuntur secundum accidens. Iustum quidẽ & musicum, quia vni substantiæ accidunt, musicus vero & Coriscus, quia alterum alteri accidit. Similiter aũt & modo quodam musicus. Coriscus cũ Co-

LECTIO VII.

a Postquam Philosophus distinxit nomina, quæ significant causas, hic distinguit nomina, quæ significant id, quod est subiectum aliquo modo in ista scientia. Et diuiditur in duas partes. Primo ponit siue distinguit nomina, quæ significãt subiectũ huius scientię: Secundo ea, quę significant partes subiecti, ibi: {Eadem dicuntur} Subiectũ autem huius scientie potest accipi, vel sicut cõmuniter in tota scientia consideratum, cuiusmodi est ens, & vnum: vel sicut id, de quo est principalis intẽtio, vt substantia. Et ideo primo distinguit hoc nomẽ vnũ, secundo hoc nomẽ ens, ibi: {Ens dicitur &c.} Tertio, hoc nomen substantia, ibi: {Substantia dicitur &c.} Circa primum duo facit. Primo, distinguit vnũ in per se, & per accidẽs, & ostẽdit quot modis dicitur vnũ per accidens. Secundo, quot modis dicitur vnum per se, ibi: {secundum se vero vnum &c.} Dicit ergo, quòd vnum dicitur & per se, & per accidens. Per accidens autem vnum docet cõsiderare primo in terminis singularibus, & hoc dupliciter: Vno modo secundum quòd accidens comparatur, ad subiectum. Alio modo, secundum q vnum accidẽs comparatur ad aliud. In vtroque autem istorum tria est accipere, scilicet vnũ comtur secundum comparationem accidentis ad subiectum, sic sunt ista tria, primum est Coriscus, secundum est musicus, tertium Coriscus musicus: & hæc tria sunt vnum per accidens. idem subiecto est Coriscus, & musicus. Et similiter quando comparatur accidens ad accidẽs, tria est accipere, quorum primum est musicum, secundum est iustum, tertium est musicus iustus Coriscus. Et omnia prædicta dicuntur esse vnum secundum accidens, tamen alia & alia ratione. Iustum enim & musicum, quæ sunt duo simplicia in secunda acceptione, dicuntur vnum per accidens, quia accidunt vni subiecto. Musicus vero & Coriscus, quę sunt duo simplicia in prima acceptione, dicuntur vnum per accidens, quia {alterum eorum,} scilicet musicum {accidit alteri,} scilicet Coriscо. Et similiter quantum ad aliquid musicus Coriscus eum Coriscо, quod est compositum cum vno simplicium in prima acceptione, dicuntur vnum per accidens, quia inter partes istas, quę sunt in hac oratione, ideſt in hoc termino cõplexo, scilicet Coriscus musicus, altera pars termini complexi, scilicet musicus, accidit alteri parti per se signatæ, scilicet Coriscо. Et eadem ratione potest dici, quòd musicus Coriscus est vnum cum iusto Coriscо, quæ sunt duo composita in secunda acceptione, quia ambæ partes vtriusque compositi accidunt vni, scilicet Coriscо. Si enim idem est musicus & musicus Coriscus, & iustus & iustus Coriscus, cuicunq; accidit musicum accidit musicus Coriscus, & quicquid accidit Coriscо accidit Coriscо iusto.

Item demonstratio necessariorum est: quoniam non contingit aliter se habere, si simpliciter demonstratum est. Huius uero causæ ipsa prima, si impossibile est aliter se habere, ex quibus fit syllogismus.

Quorundam itaque alia est causa, ut necessaria sint: quorundam uero nihil, sed propter hæc, alia necessario sunt. Quare & proprie necessarium est, quod simplex est. hoc enim non potest multipliciter se habere. quapropter nec aliter, & aliter: etenim multipliciter se haberet. Sic igitur aliqua perpetua, & immobilia sunt, nihil in eis uiolentum, aut præter naturam est.

LECTIO VII.

Num dicitur uno modo secundum accidens, altero per se. Secundum accidens quidem, ut Coriscus & musicum, & Coriscus musicus. idem enim est dicere Coriscus, & musicum, & Coriscus musicus: & musicum & iustum, & musicus iustus Coriscus. Cuncta etenim hæc unum dicuntur secundum accidens. iustum quidem & musicum, quoniam uni substantiæ accidunt: musicum uero & Coriscus, quoniam alterum alteri accidit. similiter etiam quodammodo musicus Coriscus cum Coriscо unum est, quoniam altera partium earum, quæ

Vnde, si musicum accidit Coriscо, sequitur, quòd musicus Coriscus accidit iusto Coriscо. Et sic nihil differt dicere musicũ Coriscum accidere iusto Coriscо, quam musicũ accidere Coriscо. Quia vero huiusmodi prędicata per accidens, per prius prædicatur de singularibus, & per posterius de vniuersalibus, cum tamen eõuerso sit de prædicatis per se, in quibus ita sequenter in terminis vniuersalibus, quod in singularibus ostenderat, dicens, quòd similiter accipitur vnum per accidens, si aliquod accidens dicatur cũ aliquo nomine alicuius generis, vel cuiuscunque vniuersalis, sicut accipitur vnum per accidens in prædictis, quãdo accidẽs adiungitur nomini singulari, ii cut cum dicitur, q homo. & musicus homo sunt vnũ per accidens, licet quantum ad aliquid differat. Singulares.n. substantiæ, nec sunt in subiecto, nec de subiecto prædicant. vnde tantum substat, & nihil eis subsiat. Subsiantiæ qui dẽ vniuersales dicũtur de subiecto, sed nõ sunt in subiecto. vnde non subsiant accidentibus, & eis aliquid subsiat. Cũ ergo accidens adiũgit particulari substantię, non potest esse alia ratio dicti, nisi quia accidens inest substantiæ particulari, vt quia musicum inest Coriscо cum dicitur Coriscus musicus: sed cũ dicitur homo musicus, potest esse duplex ratio dicti: aut enim hoc dicitur, quia musicum accidit homini, per quod significatur substantia, & ex hoc competit sibi, quòd possit substare accidẽti. Aut hoc ideo dicit, quia ambo, scilicet homo, & musicus insunt alicui singulari, sicut Coriscо. sicut musicum dicebatur iustum, quia cidẽ singulari insunt, & eodem modo, scilicet per accidens. Sed forsan hoc non eodem modo, sed vniuersalis substantia inest singulari, vt genus, sicut hoc nomen animal, aut si non sit genus, saltim est in substantia subiecti, id est, vt substantiale prædicatum, sicut hoc nomen homo. Sed aliud, scilicet musicum non est vt genus, vel essentiale prædicatum, sed vt habitus, vel passio subiecti, vel qualecunque accidens. Ponit autem hæc duo habitum, & passionem, quia quædam accidentia sunt manentia in subiecto, sicut habitus, qui sunt difficile mobiles, quædã autem sunt accidentia pertranseuntia, & non manentia, sicut passiones. Patet igitur, quòd illi sunt modi, quibus aliqua dicuntur vnum per accidens. Deinde cum dicit.

T.cõ.8. part.2. b ¶ Ponit modos vnius per se. & circa hoc duo facit: Primo, ostendit quot modis dicitur vnum. Secundo, quot modis dicuntur multa, ibi: [Palam, & quia multa.] Circa primum duo facit. Primo distinguit modos vnius naturaliter, ideſt, secundũ conditiones in rebus inuentas. Secundo vero logice, ideſt, secundum intentiones logicales, ibi {Amplius autem alia &c.} Circa primum duo facit. Primo distinguit modos vnius. Secundo, vero ponit quandam proprietatem consequentem ad vnum, ibi {Vni vero esse, est principium.} Circa primum duo facit. Primo ponit modos vnius, secundo reducit eos omnes ad vnum, ibi {Vniuersaliter enim quæcunque.} Ponit autem in prima parte, quinq; modos vnius. Quorum primus est, q eorũ, q secundum se dicuntur vnum, qđa dnr vnũ esse {natura continuitatis} ideſt, essendo continua, vel {in eo q sunt

A continua,} sicut dicit alia translatio. Sed continua dicuntur aliqua dupliciter. Quædam enim sunt continua, sicut dicit alia litera per aliud, quædam secundum se. Prosequitur ergo primo continua, secundum aliud dicens, q continua per aliud sunt, sicut onus lignorum continuum est ratione ligaminis, vel vinculi. & hoc modo ligna adinuicem connexata, dicuntur vnum per viscum. Quod etiã cõtingit dupliciter, quia quandoq; continuatio alligatorũ, fit secũdum lineam rectam, quandoque autem secundum lineam indirectam, sicut est linea reflexa angulum cõtinens, quæ fit ex contactu duarum in vna superficie, quarum applicatio non est directa. Per hunc enim modum partes animalis dicuntur vnũ, & continuum. Sicut tibia, quæ habet reflexionem, & angulum continet ad genu, dicitur vna, & continua, & similiter brachium. Sed, cum talis continuatio, q̃ est per aliud, possit esse, vel fieri naturaliter & arte, magis vnum sunt, quæ sunt continua per naturam, quam quæ sunt continua per artem: quia in his quę sunt continua per naturam, illud vnum, per quod fit continuatio, non est extraneum a natura rei, quæ per ipsum continuatur. sicut accidit in his, q̃ sunt vnum per artificium, in quibus vinculum, vel viscus, vel aliquid tale est omnino extraneum a natura colligatorũ. Et ita ea, quæ sunt naturaliter colligata, prius accedunt ad ea, quæ sunt secundum se continua, quæ sunt maxime vnum. Et ad euidentiam huius diffinit continuum dicens, quòd continuum dicitur id, cuius est secundum se vnus motus tantum, & non est possibile aliter. Non enim possibile est in cõtinuo, vt diuersę partes diuersis motibus moueantur, sed totum continuum mouetur vno motu. Dicit autem {secundum se} quia possibile est vt cõtinuum moueatur vno modo per se, & vno alio, vel pluribus per accidens. sicut si homo mouetur in naui per se contra motum nauis, mouetur nihilominus motu nauis per accidens. Ad hoc autem, quòd sit vnus motus, oportet quòd sit indiuisibilis, & hoc dico secundum tempus, vt videlicet simul dum mouetur vna pars cõtinui, moueatur & alia, non enim contingit in continuo, quod vna pars moueatur & alia quiescat, vel quòd vna quiescat, & alia moueatur, vt sic motus diuersarum partium continui sint in diuersis partibus temporis. Ideo autem hic diffinit Philosophus continuum per motum, & non per vnitatem termini, ad quem partes cõtinui coniunguntur, sicut in Prędicamentis, & in lib. Physic. habetur, quia ex ista diffinitione potest sumi diuersus gradus vnitatis in diuersis continuis, sicut postea patebit, non autem ex diffinitione ibi data. Sciendum est autem, quòd hoc, quod hic dicitur, quod motus continui, indiuisibilis est secundum tempus, non est contrarium ei, quod probatur in vj. Phy. scilicet, quòd tempus motus diuiditur secũdum partes mobilis. Hic enim loquitur Philosophus quantum ad motum absolute, quia scilicet, non ante incipit moueri vna pars continui, quam alia: ibi autem loquitur referendo ad aliquod signum, quod signatur in magnitudine, per quã fit motus. Illud enim signum, quod est prior pars magnitudinis, in priori tempore transitur,

Infra lec.8. part.5. Infra ibid. part.4. Infra lec.8. part.3. Lect.8. part.1.

Capitu. de quantitate, & tex.cõ.2. Lect.3. Lect.7. T.com.33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

transitur,licet etiam in illa priori parte temporis, aliæ partes mobilis continui moueantur.

c ¶ Prosequitur de illis,quæ sunt secundum se continua dicens,quòd illa sunt secundum se continua, quæ nó dicuntur vnum per contactum,quod sic probat. Illa enim,quæ se tangunt, vt duo ligna, non dicũtur vnum ligniun, nec vnum corpus, nec vnum aliquid aliud, quod pertineat ad genus continui. Et sic patet, quòd alia est vnitas continuorũ, & alia tangentium. Quæ enim sunt se tangentia, non habent vnitatem continuitatis per seipsa, sed per aliquod vinculum, quod ea coniungit. Sed illa, quæ sunt continua, dicuntur vnum secundum se, quamuis habeat reflexionem. Duæ enim lineæ reflexę, continuantur ad vnũ cõmunem terminum, qui est punctus in loco vbi constituitur angulus. Sed tamen magis sunt vnũ, quæ per se sunt continua sine reflexione. Cuius ratio est, quia linea recta nõ potest habere, nisi vnum motũ in omnibus partibus suis. Linea vero reflexa, potest habere vnũ motum,& duos motus. Potest enim intelligi linea reflexa, tota moueri in vnã partem:& iterũ potest intelligi, quòd vna parte quiescente,alia pars, quæ cũ parte quiescente cõtinet angulum, appropinquet per suũ motum ad partem quiescentem, sicut quãdo tibia,vel crus applicatur ad coxa, quæ hic dicitur fęmur. Vnde vtrunq; eorum scilicet,tibia vel coxa sunt magis vnũ ἢ quã scholos ἢ vt habeẽ in græco, ideſt quàm id,quod est compositum ex tibia,& coxa. Sciendum autem,quòd litera,quæ habet curuitatem loco reflexionis,falsa est. Cõstat enim, quòd partes lineæ curuæ,angulum non continẽtes, oportet, quòd simul moueantur,& simul quiescant, sicut partes lineæ rectæ,quod non accidit in reflexa,vt dictum est. Secundum modum ponit ibi.

d ¶ Dicit,quòd secundo modo dicitur vnum,non tantum ratione cõtinuæ quantitatis,sed ex eo, quòd subiectum totum est in differens forma secundum speciem. Quædam enim esse possunt cõtinua,quæ tamen in subiecto sunt diuersa secundũ speciem,sicut,si continuetur aurum argẽto, vel aliqua huiusmodi. Et tunc talia duo erunt vnum,si attendatur sola quantitas,non autem si attendatur natura subiecti. Si vero totum subiectum continuum sit vnius formæ secundum speciem, erit vnum & secundum rationem quantitatis,& secundum rationem naturę. Subiectum autem dicitur esse indifferens secundum speciem, quando eadẽ species sensibilis non diuiditur, ita quòd sint diuersę formæ sensibiles in diuersis partibus subiecti, sicut quandoque contingit, quòd vnius corporis sensibilis vna pars est alba, & alia nigra. Hoc autem subiectum indifferens, potest accipi dupliciter. Vno modo subiectum primum. Alio modo subiectũ finale, siue vltimum, ad quod peruenitur in fine diuisionis. Sicut patet, quòd totum vinum dicitur vnum esse, qa partes eius cõmunicant in vno primo subiecto, qđ est indifferens secũdum speciem. Et similiter est de aqua. Omnes enim liquores siue humores dicuntur vnũ, in vno vltimo. Nam oleũ & vinum & omnia huius, resoluuntur vltimo in aquã vel aerem, qui in omnibus est radix humiditatis. Tertiũ modum ponit ibi.

e ¶ Dicit quòd aliqua dicũtur vnum, quorum genus est vnum oppositis differentijs diuisum. Et ille modus, habet aliquam similitudinem cum præcedenti. Ibi enim aliqua dicebanẽ esse vnum, quia genus subiectum est vnũ: hic etiam aliqua dicuntur esse vnum, quia eorum genus, quod est subiectum differentiis est vnũ, sicut homo & equus & canis dicunẽ vnũ: quia communicant in animali, quasi in vno genere subiecto differentiis. Differt tamen hic modus a prędicto,quia in illo modo subiectum erat vnum nõ distinctum per formas, hic autem genus subiectum est vnum,distinctum per diuersas differentias quasi per diuersas formas. Et sic patet, quòd propinquissimo modo dicuntur aliqua esse vnum genere, & similiter sicut aliqua dicuntur esse vnum materia. Nam illa etiam,quæ dicuntur esse vnum materia,distinguũtur per formas. Genus enim licet non sit materia: quia non prædicaretur de specie, cum materia sit pars,tamen ratio generis sumitur ab eo, quod est materiale in re,sicut ratio differẽtiæ ab eo, quod est formale.

Non enim anima rationalis, est differentia hominis, cum de homine non predicetur, sed habens animam rationalem, quod significat hoc nomen rationale. & similiter natura sensitiua non est genus hominis, sed pars. Habens etiam naturam sensitiuam, quod nomine animalis significatur, est hominis genus. Simi-

T. com. 11. parte 6. lis ergo & propinquus mod° est quo aliqua sint vnum materia, & vnũ genere. Sed sciendum est, quòd vnum ratione generis dicit dupliciter. Quandoque enim aliqua dicuntur ita unum in genere, sicut dictum est, quia scilicet eorum vnum est genus qualitercunque. Quãdoque uero non dicuntur aliqua esse vnũ in genere, nisi in genere superiori, quod est ad iunctione vnitatis, vel identitatis prædicatur de vltimis speciebus generis inferiosis, qũ sunt aliquæ aliæ superiores species supremi generis, in quarum una infinitę species cõueniũt. Sicut figura est unũ genus supremum, continẽs sub se multas species, scilicet circulum, triangulum, quadratum, & huiusmodi. Et triangulus etiam, continet diuersas species scilicet, æquilaterum, qui dicitur ἰσοπλευρος: & trianparte pri. gulum duorũ æqualium laterum, qui dicitur æquicrurium, vel ἰσοσκελος. Isti igitur duo trianguli dicũtur una figura, quod est genus remotum: sed non vnus triangulus, quod est genus proximum. Cuius ratio est, quia hi duo trianguli nõ differũt per differentias, qbus diuidit figura. differunt aũt per differentias, qbus diuidit triangulus. Ide aũt dicitur, a quo aliquid nõ differt differentia. Quartum modum ponit ibi.

f ¶ Dicit quòd vnum etiam dicuntur quæcunquæ ita se habent, quòd diffinitio, vnius, quæ est ratio significans quid est esse, non diuiditur a diffinitione alterius, quæ significat etiã quid est esse eius. Ipsa enim diffinitio scilicet, secundum se, oportet quòd sit diuisibilis, cum constet ex genere & differentia. Sed potest esse quòd diffinitio vnius sit indiuisibilis a diffinitione alterius, quando duo habent vnam diffinitionem, siue illæ diffinitiones significent totum hoc, quod est in diffinito, sicut tunica, & indumentum: & tunc sunt simpliciter vnum, quorum diffinitio est vna. siue illa communis diffinitio non totaliter comprehendat rationem duorum, quę in ea conueniunt. sicut bos & equus conueniunt in vna diffinitione animalis: vnde nunquam sunt vnum simpliciter, sed secundum quid, inquantum scilicet, vtrunque eorum est animal. Et similiter augmentum & diminutio conueniunt in vna diffinitione generis, quia vtraque est motus secundum quantitatem. Similiter in omnibus superficiebus est vna diffinitio huius speciei, q est superficies. Quintũ modũ ponit ibi.

g ¶ Dicit quòd omnino ideſt perfectę & maxime sunt vnũ, quorum intellectus intelligens quidditatem eorum, est omnino indiuisibilis, sicut simplicia, quæ non componuntur ex principijs materialibus,& formalibus. Vnde intellectus accipiens quidditatẽ eorũ, non comprehendit ea, quasi cõponens diffinitionẽ eorum ex diuersis principijs, sed magis per modũ negationis: sicut punctus est cuius pars non est, vel ẽt per modum habitudinis ad cõpositã, sicut si dicatur, q vnitas est principium numeri. Et, quia talia habẽt intellectũ indiuisibile in seipsis, ea autẽ, q sunt quocũq; modo inita, pñt intelligi se paratim, iõ sequitur q hmõi sunt inseparabilia, & secundum tempus, & secundũ locũ, & secundum rõnem. Et propter hoc sunt maxime vnum, præcipue illud, quod est indiuisibile in gẽe substantiæ. Nam qđ est indiuisibile in genere accidentis, & si ipsum in se nõ sit compositum, est tñ alteri compositũ, i. subiecto in quo est. Indiuisibile autem substantia, neq; secundum se compositã est, nec alteri componitur. Vel by substantia, põt esse ablatiuus causæ. Et tunc est sensus, q licet aliqua dicantur vnum, quia sunt indiuisibilia secundum locum vel tempus, vel rationem, tamen inter ea illa maxime dicuntur vnum, quæ non diuiduntur secundum substantiã & redit in eundem sẽsum cum priore.

LECTIO VIII.

Tex. c. 10. part. 5. Dicuntur autẽ vnum, & quorum genus vnum differens oppositis differentiis. & hæc dicuntur omnia vnum quod subiicitur differentiis. vt homo, canis, & equus, vnum quidem. quia omnia animalia, & modo propinquissimo, sicut materia vna. Hęc autem, quandoq; quidem ita vnum dicuntur, quandoque, vere genere superiore, quod idem dicitur. si sint vltimę species generis superiores his. Vt isosceles, & isopleurus, sunt vna & eadem figura, quia ambo triangulus, sed trianguli non iidem.

Amplius aũt vnum dicũtur, quorumcunque ratio, quę qđ quid erat esse dicit, indiuisibilis est ad aliam significantem quid erat esse rei. Ipsa enim secundum se omnis ratio diuisibilis. sic enim augmentatum & diminutum vnum est, quia ratio una, sicut in superficiebus, quæ speciei una.

g Omnino uero quorum intelligentia indiuisibilis intelligẽs quid erat esse, & non põt separari, neque tempore, neque loco, neque ratione, maxime hęc vnũ: & horũ quæcũq; substãtia.

LECTIO VIII.

a Vniuersaliter enim quæcunque non habẽt diuisionem, inquantum non habent, sic vnum dicũtur, Vt si inquantum homo non habet diuisionem, vnus homo: si vero inquantum animal, vnum animal: & si inquantum magnitudo, una magnitudo. Plura quidem igitur vnum dicuntur per alterum aliquid facere, aut pati, aut habere, aut aliquid esse vnum. Quæ autem vnum primo dicuntur, quorum substantia vna: vna vero aut continuatione, aut specie, aut ratione. Etenim numeramus vt plura, aut quę non continua, aut quorum non una species, aut quorum ratio non vna.

Item unum ea dicuntur, quorum ratio, quod quid erat esse dicens, indiuisibile ad aliam est, quod quid erat esse rei significantem, ipsa enim per seipsam omnis ratio diuisibilis. sic enim & auctum & diminutum vnum est quoniam ratio una: quemadmodum in superficiebus est ipsius speciei una.

Et omnino quorumcunque intellectio, quæ quod quid erat esse intelligit indiuisibilis est, neque separare potest nec tempore, nec loco, nec ratione, hæc maxime vnum sunt. & horum quæcunque substantiæ sunt.

LECTIO VIII.

a Sic Philosoph° reducit oẽs modos ad vnũ primũ, & circa hoc duo facit. Primo ponit reductionẽ predictã. Secundo sup modos positos ponit aliũ modũ vnitatis, ibi ἢ Amplius autem &c. ἢ dicit ergo primo, q ex hoc patet, q illa, q̃ sunt penitus indiuisibilia, maxime dicuntur vnũ, qa ad hunc modum oẽs alij modi reducuntur, qa vniuersaliter hoc est verum, q quęcũq; non habent diuisionẽ, scđm hoc dicuntur vnũ, inquantum diuisionẽ non habent. Sicut quæ non diuiduntur in eo quod est homo, dicuntur vnum in homine, sicut Socra. & Plato. Et quæ non diuiduntur in rõne animalis, dicuntur vnum in animali. Et quę non diuiduntur in magnitudine vel mẽsura, dicuntur vnũ scđm magnitudinem, sicut continua. Et ex hoc põt accipi ẽt numerus, & diuersęas modorum vnius suprapositorum, quia vnum, aut est indiuisibile simpliciter, aut indiuisibile scđm quid: Si quidem simpliciter, sic est vltimus modus, qui est principalis: Si aũt est indiuisibile scđm quid, aut scđm quantitatem tñ, aut secundum naturã. si scđm quantitatem, sic est primus modus: si scđm naturã, aut quantũ ad subiectũ, aut quantũ ad diuisionẽ, quę se tenẽt ex parte formę: si quantum ad subiectũ, vel quantũ ad subiectũ reale, & sic est secundus modus, vel quantum ad subiectum rationis, & sic est tertius modus. Indiuisibilitas autem formæ, quę est indiuisibilitas rationis, ideſt diffinitionis, facit quartum modum. Ex his autem modis, vlterius aliqui alii modi derivantur: Plurima autem sunt, quæ dicuntur vnum, ex eo quòd faciunt vnum, sicut plures homines dicuntur vnũ, ex hoc quòd trahunt

part. seq.

D. 546.

Universidad de Deusto
Biblioteca

trahunt nauem. Et etiam dicuntur aliqua vnum, ex eo quòd F vnum patiuntur, sicut multi homines sunt vnus populus, ex eo quod ab uno Rege reguntur. Quædam vero dicuntur unũ ex eo, quòd habẽt aliquid vnum, sicut multi possessores vnius agri, sunt vnum in dominio eius. Quædam etiam dicuntur vnum ex hoc, quòd

part. 2. sunt aliquid vnum, sicut multi homines albi dicũtur vnum, quia quilibet eorũ albus est. sed respectu omnium illorũ modorum secundariorum, primo dicũtur vnum illa, quæ sunt vnum secundũ suam substantiam, de quibus supra dictum est in quinque modis suprapositis. Vna naq; substãtia est, aut ratione continuitatis, sicut in primo modo: aut propter speciem sub

Tex. cõ. 12. part. 3. iecti, sicut secundo modo, & etiam in tertio, prout vnitas generis aliquid habet simile cum unitate speciei: aut etiã propter rationem, sicut in quarto & in quinto modo. Et ꝙ adhuc ex his modis aliqua dicãtur unũ, patet per oppositũ. Aliqua enim sunt numero plura, vel numerantur ut plura, quia non sunt cõtinua, uel quia non habẽt speciem vnã, vel quia non conueniunt in vna ratiõe. Deinde cum dicit.

b ¶ Addit aliũ modum a supradictis, qui nõ sumũtur ex ratione indiuisionis sic prædicti, sed magis ex ratione diuisionis. & dicit, quòd quandoque aliqua dicuntur vnum propter solam continuitatem: quandoque vero non, nisi sit aliquod totũ & perfectum, quod quidem contingit, quando habet aliquam vnã speciem, non quidẽ sicut subiectum homogeneum dicitur vnum specie, quod pertinent ad secundum modum positum prius: sed secundum quod species in quadam totalitate constitut, requirens determinatum ordinem partium. sicut patet, quod non dicimus vnum aliquid, vt artificiatum, quando videmus partes calciamenti qualitercunque compositas, nisi forte secundum quod accipitur vnum pro continuo, sed tũc dicimus esse vnum omnes partes calciamenti, quando sic sũt compositæ, quod sit calciamentum, & habeat aliquam vnam speciem, scilicet calciamenti. Et ex hoc patet, quòd linea circularis est maxime vna, quia non solum habet continuitatẽ, sicut linea recta, sed etiam habet totalitatẽ, & perfectionẽ, quod non habet linea recta. Perfectum est enim & totum, cui nihil deest, quod quidem contingit lineæ circulari: nõ. n. pot sibi fieri additio, sicut fit lineæ rectæ. Deinde cum dicit.

b Amplius aũt, est quidem ut quodcunque vnum continuitate dicimus esse, si sit quantum & continuum: est autem vt nõ, si non aliquod totum sit. hoc aũt si non speciem habeat vnã. Vt videntes utique non dicem⁹ similiter vnũ qualitercũq; partes cõpositas calciamenti, G nisi propter cõtinuitatem, sed si sit vt calciamentum sit, & speciẽ habeat aliquam, iam vnũ. Quapropter & quæ circuli maxime vna linearum, quia tota & perfecta est.

Item est quidem, vt quodcunque dicamus continuitate vnum esse, modo quantum & continuum sit: est autem ut non aliquid totum sit. hoc autem, si non habeant formam vnã. non enim dicemus similiter unum, cum viderimus partes calciamenti quomodocunque compositas, propter continuitatem, sed si ita ut calciamentum sit, ac quandam formam habeat, tunc vnum. Quare maxime linearum circuli linea, una est, quoniam tota & perfecta est.

c Vni uero esse, est principium alicui numero esse. Prima nãq; mẽsura principium. Nam quo primo cognoscim⁹, hoc est prima mẽsura cuiuslibet generis. Principium ergo cognoscibilis circa quodlibet, vnum. non H idem aũt in omnibus generib⁹ vnũ: hoc quidem. n. est diesis, illis autem vocalis, aut consonans: grauitatis autem alterũ, & in motu aliud. Vbique uero vnum aut quantitate, aut speciẽ diuisibile. Secundum quantũ qdem igitur, & inquãtũ quãtum, indiuisibile: quod quidẽ omnino & sine positione, dicit vnitas: quod autem omnino & positionem habens, punctum: Quod autem secundum vnum linea: quod autẽ secundũ duo, superficies. Omnino vero & tripliciter diuisibile secũdũ quãtitatem, corpus. Facta aũt conuersione, dualiter quidem diuisibile superficies, vnice aũt linea, nullatenus diuisibile secundũ quantitatem pũctus & vnitas. Hoc quidem non habens positionem, vnitas, illud uero habens positionem, punctus.

Vni autem esse, principium alicui numero esse. prima enim mensura principium est. quo namque primo cognoscimus, hoc prima cuiusque generis mensura. Principium itaque scibilis circa unumquodque, ipsum unum, non est autem idem in cunctis generibus unum. sed hic quidem diesis, hic uero vocalis aut muta, grauitatis autem aliud, & motus aliud. Vbique autem ipsum unum, aut quantitate, aut forma indiuisibile. Illud igitur, quod secundum quantum, et prout quantum, indiuisibile est, quod quidem omnino, & sine positione est, dicitur unitas; quod uero omnino, & positionem habens, punctum, quod autem secundum unum, linea: quod uero secundum duo, superficies: quod autem omnino, & in tria secundum quantum diuisibile, corpus. & econuerso, in duo quidem diuisibile, superficies est: quod uero in unum, linea. quod autem nequaquam secundum quantitatem diuisibile est, punctum, & unitas est. quæquidem sine positione, unitas: quod uero habet positionem, punctum.

meri, quo omnis numerus mensuratur. Mensura autem habet rationem principij, quia per mensuram res mensurate cognoscuntur. Res autem cognoscuntur per sua propria principia. Et ex hoc patet, quòd vnum est principium noti vel cognoscibilis circa quodlibet, & est in omnibus principium cognoscendi. Hoc tamen vnum, quod est principium cognoscendi, non est idem in omnibus generibus. In genere enim consonantiarum est vnum, quod est diesis, qđ est minimum in cõsonantijs. Diesis, enim est semitoniũ minus. Diuiditur enim tonus in duo semitonia in æqualia, quorum vnus dicitur diesis. In vocibus autem vnum primum & minimum, est litera vocalis, aut consonans, & magis vocalis quàm consonans vt in .x. dicetur. Et in grauitatibus, siue ponderibus est aliquid minimum, quod est mensura, scilicet vncia, vel aliquid aliud huiusmodi. Et in motibus est vna prima mensura, quæ mensurat alios motus, scilicet motus simplicissimus & velocissimus, sicut est motus diurnus. In omnibus tamẽ istis hoc est commune, quòd illud, quod est prima mensura, est indiuisibile secundum quantitatem, uel secundum speciem. Qđ igitur est in genere quantitatis vnum, & primum, oportet quòd sit indiuisibile & secundum quãtitatem. Si autem sit omnino indiuisibile, & secundum quantitatem, & non habeat positionem, dicitur vnitas. Punctus uero est id, qđ est omnino indiuisibile secundum quãtitatem, & tamen habet positionem. Linea vero est, quod est I diuisibile secundũ vnam dimensionem tm̃. Superficies uero K secundũ duas. corpus autem est omnibus modis diuisibile secundum quantitatem, s. secundum tres dimensiones, & hæ descriptiones conuertuntur. Nam omne, quod duabus dimensionibus diuiditur est superficies, & sic de aliis. Sciẽdũ est aũt, quòd esse mẽsuram, est propria ratio vnius, secundũ ꝙ est principium numeri. Hoc aũt nõ est idem cum vno, qđ cõuertitur cum ente, vt in Quarto dictum est. Ratio. n. illius vnius in sola indiuisione consistit: huiusmodi autem vnius in mensuratione. Sed tamen hæc ratio mensuræ, licet primo conueniat vni, quod est principium numeri, tamen per quandam similitudinem deriuatur ad vnum in aliis generibus, vt in x. huius Philosophus ostendet, & secundum hoc ratio mensuræ inuenitur in quolibet genere. Hęc autem ratio mensuræ consequitur rationem indiuisionis, sicut habitum est. Et ideo vnum non omnino æquiuoce dicitur de eo, quod conuertitur

Text. 21. inde.

titur cum ente, & de eo quod est principium numeri, sed se- A cundum prius & posterius. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit aliam diuisionem vnius, quæ est magis logica dicens, quòd quędam sunt vnum numero, quędam specie, quædam genere, quædam analogia. Numero quidem sunt vnum, quorum materia est

D. 731 vna. Materia enim d Amplius aũt alia secundum numerum sunt vnum, alia secũdum speciem: alia secundũ genus, alia secũdum analogiam. Numero quidem, quorum materia vna. Specie, quorũ ratio est vna. Genere, quorum eadẽ figura prędicationis. Secundũ proportionem, quæcunque se habent vt aliud ad aliud. Semper itaq; posteriora, præcedentia sequuntur. Vt quæcunq; numero, specie vnum. sed quęcunque specie, non omnia numero: sed genere omnia vnum, q̃cunque & specie quęcunque vero genere, non omnia specie. Sed ꝓportione, & q̃cunq; vnũ proportione, non oĩa genere.

sub dimensionibus signatis, est principium indiuiduationis formæ. Et propter hoc, ex materia habet singulare, ꝙ sit vnum numero ab aliis diuisum. Specie autẽ dicuntur vnũ, quorum vna {est ratio} ideſt diffinitio. Nam nihil proprie diffinitur, nisi species, cum omnis diffinitio ex genere, & differentia conster. Et si aliquod genus diffinitur, hoc est, in quãtum est species. Vnum vero genere sunt, quæ conueniũt in figura {prędicationis} ideſt, quæ habent vnum modum

part. 5. prædicandi. Alius enim est mod⁹, quo prędicatur substantia: & quo prædicatur qualitas, vel actio, sed omnes substantiæ habent vnũ modum prædicandi, inquantum prædicantur non vt in subiecto existentes. Proportione vero vna analogia sũt vnũ, quęcunque in hoc cõueniũt, quòd hoc se habet ad illud sicut aliud ad aliud. Et hoc quidem potest accipi duobus modis, vel in eo, quòd aliqua duo habent diuersas habitudines ad vnum, sicut sanatiuũ de vrina dictum, habitudinem significat signi sanitatis. De medicina vero, quia significat habitudinẽ causæ respectu eiusdem. Vel in eo, ꝙ est eadem ꝓportio duorum ad diuersa, sicut

c Palam autem & quia multa oppositа dicẽtur vni. Nam alia non existendo cõtinua, alia in habendo materiam diuisibilẽ secundum speciem, aut primã, aut vltimam: alia in habendo rationes plures, quod quid erat esse dicentes.

C

LECTIO IX.

Tex. cõ. 13. part. prima. a ENS dicitur, hoc quidẽ secundum accidens, illud vero secundum se.

b Secundum accidẽs quidem, D vt iustum musicum esse dicim⁹. & hominem musicum, & musicum cum hominem: similiter autẽ dicentes, vt musicũ ædificare, quia accidit ędificatori musicum esse, aut musico ędificatorẽ. hoc. n. esse hoc, significat accidere hoc huic. Sic aũt & in dictis, qñ hominem musicum dicimus, & musicũ hominẽ, aut album musicũ, aut hunc albũ.

Item alia numero, alia genere, alia specie, alia analogia vnum sunt. Numero quidem, quorum materia vna. Specie uero, quorum ratio una. Genere autem, quorum eadem prædicationis figura. Secundum analogiam uero, quæcunque se habent, ut ad aliud. Semper autem posteriora sequuntur præcedentia. utputa quæcunque numero, specie quoque unum sunt: quæcunque uero specie, non etiam numero. sed genere cuncta unum sunt, quæcunque etiam specie: quæcunque autem genere, non omma specie, sed secundum analogiam: quæcunque uero analogia unum, non omnia genere.

Manifestum autem etiam est, quòd multa quoque uni oppositе dicuntur. quædam enim, eo quòd non sint continua, quædam uero, eo quòd diuisibilem secundum speciem materiam habeant, aut primam, aut ultimam. quædam autẽ eo quòd rationes, quod quid erat esse dicentes, plures sint.

LECTIO IX.

ENS dicitur, aliud secundum accidens, aliud per se.

Secundum accidens quidem, 'ut iustum musicum esse dicimus, & hominem musicum, ac musicum hominẽ: similiter dicentes. at cum dicimus musicum ædificare, quia accidit ædificatori musico esse, aut musico ædificatori. hoc etenim hoc esse dicere significat hoc huic accidere. Ita igitur de his, quæ dicta sunt, cum hominem dicimus musicũ esse, & musicũ hominẽ, aut albũ musicũ, siue hũc album, hoc quidẽ, quoniã ambo eidem accidunt:

tranquillitatis ad mare, & serenitatis ad aerem. Tranquillitas E enim est quies maris, & serenitas aeris. In istis autem modis vnius, semper posterius sequitur ad præcedens, & non conuertitur. Quæcunque. n. sunt vnum numero, sunt specie vnũ, & nõ conuertitur, & idem patet in aliis. Deinde cum dicit.

e ¶ Ex modis vnius accipit modos multorum. & dicit, ꝙ multa dicuntur per oppositum ad vnum. Et ideo quot modis dicitur vnum, tot modis dicuntur multa, quia quoties dicitur vnũ oppositorum, toties dicitur & reliquum. Vnde, aliqua dicuntur multa propter hoc, ꝙ non sunt continua. quod est per oppositum ad primum modum vnius. Alia dicuntur multa propter hoc, ꝙ materiam habent diuisam secundũ speciem, siue in relligamus deſ materia prima} ideſt, proxima: aut de finali siue vltima, in quam, vltimo fit resolutio. Per diuisionem quippe proximæ materiæ dicuntur multa, vinum & oleum: per diuisionem vero materiæ remotę, vinum & lapis. Et si materia accipiatur tam pro materia naturę, q̃ pro materia rationis. s. pro genere, quod habet similitudinem materiæ, hic modus multitudinis sumitur per oppositum ad secundum, & tertium modũ vnius. Alia vero dicuntur multa, quæ habent rationes, quod quid est esse dicentes, plures. Et hoc sumitur per oppositũ ad quartum modum. Quod aũt opponitur quinto modo, nondũ habet rationem plu raliratis, nisi secũdũ quid & in potentia. Nõ. n. ex hoc, quòd aliqd est diuisibile, propter hoc est multa nisi in potentia.

LECTIO IX.

a PHIC Philosophus distinguit quot modis dẽ ens. & circa hoc tria facit. Primo, distinguit ens i ens per se, & per accidens. Secundo, distinguit modos entis per accidens, ibi; {Secundum accidẽs qdẽ &c.} Tertio, modos entis per se, ibi; {Secũdum se vero.} Dicit ergo, ꝙ ens dicitur quoddã secundum se, & quoddã secundũ accidẽs. Sciẽdum tñ est, ꝙ illa divisio entis, nõ est ea dẽ cũ illa diuisione, qua diuiditur ens in substãtiã & accidẽs. Quod ex hoc patet, quia ipse postmodũ, ens secundum se dividit in decem prædicamenta, quorum nouem sunt de genere accidentis. Ens igr diuiditur in substãtiã, & accidens, secundũ absolutã entis cõsiderationem, sicut ipsa albedo in se considerata dr̃ accidens, & homo substantia. Sed ens secũdum accidẽs, prout hic sumitur, oportet accipi per comparationem accidẽtis ad substantiã. Quę qui dẽ cõparatio significat hoc verbo Est, cũ dr̃, hó est alb⁹. vñ hoc totum, hó est albus, est ens per accidens. Vnde patet, ꝙ diuisio entis secundum se, & secundum accidens, attendit secũ dũ qđ aliquid ꝑdicatur de aliquo ꝓ se, vel per accidẽs. Diuisio vero entis in substãtiã & accidẽs, attẽditur secũdũ hoc, ꝙ aliqd in natura sua est vel substantia vel accidẽs. Deinde cum dicit.

b Ostẽdit quot modis dr̃ ens per accidẽs. & dicit, ꝙ trib⁹, quorũ vnus est, qñ accidens prædicatur de accidente, vt cũ dr̃ iust⁹ est music⁹. Secundus, cũ accidens ꝑdicat de subiecto, vt cũ dr̃, hó est musicus. Tertius, cum subiectũ prædicatur de accidente. vt cũ dr̃ musicus est hõ. Et quia superius iã manifestauit, qũo cã per accidẽs differt a cã per se, ideo nunc cõsequẽter per cãm per accidens manifestat ens per accidẽs. Et dicit, ꝙ sicut assignantes cãm per accidẽs, dicimus ꝙ musicus ædificat, eo ꝙ musicum accidit ædificatori, vel econtra: constat. n. ex hoc} ideſt musicum ędificare, nihil aliud significat, q̃ {hoc accidere huic,} ita est etiã in prædictis modis entis per accidẽs, qñ dicimus hominẽ esse musicum, accidens, prędicando de subiecto, vel musicum esse hominẽ, ꝑdicando subiectum, de accidente:

Universidad de Deusto
Biblioteca

cidente:vel album esse musicum, vel econuerso, scilicet musicum esse album, prædicando accidens de accidente. In omnibus enim his, esse, nihil aliud significat, quàm accidere. ¶Hoc quidem,} scilicet quando accidens de accidente prædicatur, significat, quòd ambo accidentia accidunt eidem subiecto. ¶Illud vero}scilicet cum accidens prædicatur de subiecto dicitur esse {quia ens, }ideſt subiecto accidit accidens. Sed musicum esse hominem dicimus,{quia huic}scilicet prædicato accidit musicũ, quod ponitur in subiecto. Et est quasi similis ratio prædicandi, cum subiectũ prædicatur de accidente, & accidẽs de accidente. Sicut n. subiectum prædicatur de accidente ea ratione, quia prædicatur subiectum de eo, cui accidit accidens in subiecto positum; ita accidens prædicatur de accidente, quia prædicatur de subiecto accidentis. Et propter hoc, sicut dicit musicum est homo, similiter dicitur musicũ esse album, quia scilicet illud, cui accidit esse musicum, scilicet subiectum, est album. Patet igitur, quòd ea, quę dicuntur esse secũdum accidens, dicuntur triplici ratione, aut eo {quòd ambo}scilicet subiectum, & prædicatum insunt eidem, sicut cum accidens prædicatur de accidente: aut {quia illud} scilicet prædicatum, vt musicum {inest enti} ideſt subiecto, quòd dicitur esse musicum. & hoc est, cum accidens prædicatur de subiecto:aut{quia illud}scilicet subiectum in prædicato positum est illud, cui inest accidens, de quo accidẽte illud, scilicet subiectum prædicatur. Et hoc est, scilicet cum subiectũ prædicatur de accidente, vt cum dicimus, musicum est homo. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 14. parte. 3.

part. 4.

Infr. par. 4.

parte 4.

T. com. 10.

hoc quidẽ, quia ambo eidẽ accidũt: illud vero, qa enti accidit hoc: aliud aũt musicum hominem, quia huic musicum accidit. Sic autẽ dr & album esse, quia cui accidit, ille est. Quæ quidẽ igitur secundũ accidens esse dicuntur, sic dr, aut eo, ꝙ eidẽ enti ambo insunt, aut qa enti illud inest, aut qa ipsũ est, cui inest, de quo ipsum ꝓdicat.

c Secundũ se vero esse dicunt, ũcunq; significant figuras prędicationis. Quoties.n. dicitur toties esse significat. Quoniam ergo prædicatorum, alia quid est significant, alia quale, alia quantum, alia ad aliquid, alia facere, alia pati, alia vbi, alia qñ, horum vnicuiq; idem esse significat. nihil.n. refert homo conualescens est, aut homo conualescit: vel hõ vadẽs est aut se cans, vel hominẽ vadere, aut secare. Similiter autẽ & in aliis.

d Amplius autem & esse significat, quia verũ, non esse, quia non verum, sed falsum. Similiter in affirmatiõe, & negatione, vt quod est. Socrates musicus, quia hoc verum: aut quod nõ est Socrates albus, quia verum est. Hoc autẽ non est, Diameter incommensurabilis, quia falsum.

e Amplius esse significat, & ens: hoc quidem potestate dicibili; illud vero actu* Horum enim dictorum terminorum esse dicimus, & quod potestate est dicibile terminorum & quod est actu. Et scire similiter, & potens vti scientia, & vtens. Et quiescẽs, & cui iã inest quiès, & potens quiescere. Similiter autem & in substantiis. Et enim Mercuriũ in lapide dicimus esse, & medietatẽ lineæ, & frumentum non dum perfectũ, Quãdo vero potens, & qñ non, in aliis determinandum.

LECTIO X.

a VBSTANTIA dicitur, & simpliicia corpora: vt terra, & ignis, & aqua, & quæcunque talia: & vniuersaliter corpora, & ex his constantia, & animalia, & dęmonia, & partes horum. Hęc autem omnia dicuntur substantia, quia non de subiecto dicuntur, sed de his alia.

Tex. cõ. 15. part. prima

b Alio vero modo quodcũque fuerit causa existendi inexistẽs in talibus, quæcunque non dicuntur de subiecto, vt anima in animali.

Ibi par. 2.

c Amplius quęcunque particulæ existentes sunt in talibus, terminantes, & hoc aliquid significantes. quibus destructis, destruitur totum. vt superficie corpus, vt quidam dicunt. & superficies linea. & totaliter numerus videtur quibusdam esse talis. Nam eo destructo nihil esse. & determinare omnia.

part. 3.

d ¶ Ponit alium modũ entis, secundum quòd esse & est, significant compositionem propositionis, quam facit intellectus componens, & diuidens. Vnde dicit, quod esse significat veritatem rei. Vel sicut alia translatio melius habet, {quòd esse significat} quia aliquod dictum est verum. vnde veritas propositionis potest dici veritas rei per causam. Nam ex eo, quòd res est, vel nõ est, oratio vera vel falsa est. Cum enim dicimus aliquid esse, significamus propositionem esse veram. Et cum dicimus non esse, significamus non esse veram, & hoc siue in affirmando, siue in negando. in affirmando quidem, sicut dicimus: quòd Socrates est albus: quia hoc verum est. In negando vero, vt Socra. non est albus, quia hoc est verum scilicet, ipsum esse non album. Et similiter dicimus: quòd non est diameter incommensurabilis lateri quadrati, quia hoc est falsum scilicet, non esse ipsum non commensurabilem. Sciendum est autẽ, quòd iste secũdus modus comparatur ad primum, sicut effectus ad causam. Ex hoc enim, quòd aliquid in rerũ natura est, sequitur veritas & falsitas in proportione, quam intellectus significat per hoc verbũ, Est, prout est verbalis copula. Sed, quia aliquid quod est in se non ens, intellectus considerat vt quoddam ens, sicut negationẽ & hmõi, ideo quandoque dicitur esse de aliquo hoc secũdo modo, & non primo. Dicitur enim, ꝙ cæcitas est secundo modo, ex eo ꝙ vera est propositio, qua dicitur aliquid esse cæcum, non tñ dicitur, ꝙ sit primo modo vera. Nam cæcitas non habet aliquod esse in rebus, sed magis est priuatio alicuius esse. Accidit autem vnicuique rei, ꝙ aliquid de ipsa vere affirmetur intellectu, vel voce. nam res non refertur ad scientiã, sed econuerso. Esse vero, quod in sui natura vnaqueque res habet, est substantiale. Et ideo, cum dicitur. Socrates est, si ille est, primo modo accipiat, est de prædicato substantiali. Nam ens est superi ad vnum quodque entiũ, sicut animal ad hominem. Si autem accipiatur secũdo modo, est de prędicato accidentali. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit distinctionẽ entis per actũ & potentiã, dicẽs: ꝙ ens & esse significãt aliquid dicibile, vel effabile in potẽtia, vel dicibile in actu. In oibus.n. prædictis terminis, quæ significat decẽ prædicamẽta aliquid dr in actu & aliquid in potẽtia. Et ex hoc accidit, ꝙ vnũquodq; prædicamentũ per actũ & potentiã dividit. Et sicut in rebus, quæ extra animã sunt dr aliquid in actu & aliquid in potẽtia, ita in actibus aiẽ & priuationibus, quę sunt res rõnis. Dicit.n. aliquis scire, quia põt vti scientia, & quia vtitur: si militer quiescens, quia iã inest ei quiescere, & quia põt quiescere. Et non solũ hoc est in accidentibus, sed etiã in substantiis. Etenim mercuriũ}. i. imaginẽ Mercurii dicimus esse in lapide in potentia, & medium lineæ dr esse in linea in potentia. Quælibet.n. pars continui, est potentialiter in toto. Linea ve-

A ro inter substantias ponitur secundũ opinionẽ ponentiũ mathematica esse substãtias, quã nõdũ reprobauerat Frumẽtũ ẽt, qñ nõdũ est perfectũ, sicut qñ est in herba, dr esse in potentia. Quando vero aliquid sit in potentia, & quando nondum est in potentia, determinandũ est in aliis, scilicet in Nono huius.

LECTIO X.

a Infra par. 5

Ic ostendit quot modis dicitur substantia. & circa hoc duo facit. Primo ponit diuersos modos subæ. Sẽdo reducit oẽs ad duos. ibi{Ac cidit itaq;. } Circa primum ponit quatuor modos, quorũ primus est secũm ꝙ subæ particulares dr subæ. sicut simplicia corpora, vt terra, ignis & aqua & hmõi. Et vlr omnia corpora, ẽt si nõ sint simplicia, sicut mista similiũ partiũ, vt lapis, sanguis, caro, & hmõi. Et ite rũ animalia, quæ cõstant ex hmõi corporibus sensibilibꝰ, & partes eorum, vt manus & pedes & hmõi. {. & dæmonia, }. idola, quæ in templis ponũtur, colebantur pro diis. Vel dæmonia dicit quædam animalia ratiobilia ꝫm Platonicos, quæ Apuleꝰ sic diffinit. Dæmones sunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo passiua, tempore æterna. Hæc enim omnia prædicta dicuntur substantia, quia non dicuntur de alio subiecto, sed alia dicuntur de his. Et hæc est descriptio primæ substantiæ in prædicamentis. Secundum modum ponit ibi,

b ¶ Dicit, quòd alio modo dicitur substantia, quæ est causa essendi prędictis substantiis, quę non dicuntur de subiecto, non quidem extrinseca, sicut efficiens, sed intrinseca eis, vt forma. Sicut dicitur anima substantia animalis. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit tertiũ modũ ꝫm opinionẽ Platonicorũ & Phytagoricorũ dicens, ꝙ quæcunque particule sunt in prędictis substantijs, ꝙ sunt termini earũ & significãt hoc aliqd scđm opinionẽ eorũ, in quibus destructis destruit totũ, dr ẽt substãtiæ. Sicut superficie destructa destruitur corpus, vt quidã dicũt, & destructa linea, destruitur superficies. Patet ẽt, quòd superficies est terminus corporis, & linea terminus superficiei. Et scđm dictorum positionem, linea est pars superficiei. & superficies pars corporis. Ponebant enim corpora componi ex superficiebus, & superficies ex lineis, & lineas ex punctis. Vnde sequebatur, quòd punctum sit substantia lineæ, & linea superficiei, &

Item quecunque particulæ inexistentes sunt in talibus, definientes, & quod quid significantes, quibus peremptis, totum perimitur, vt superficie, corpus, vt quidam aiunt. & linea superficies, & uniuersaliter numerus uidetur quibusdam talis esse. eo etenim peremptο nihil esse, & omnia terminare.

B

C

LECTIO X.

SVBSTANTIA dicuntur & simplicia corpora, vt terra, ignis, aqua, & quæ talia sunt, & uniuersaliter corpora, & quæ ex his consistunt animalia, & dæmonia, ac eorum particulæ. hæc uero omnia dicuntur substantia, quoniam non dicuntur de subiecto, sed de eis cætera.

Alio uero modo quodcunque fuerit causa existentiæ, talibusque inexistens, quæ non dicuntur de subiecto, vt anima animali.

D

E

sic de aliis. Numerus autem secundum hanc positionem videtur esse substantia totaliter omnium rerum, quia remoto numero nihil remanet in rebus: quod enim non est vnum, nihil est. Et similiter quæ non sunt plura, non sunt. Numerus etiam inuenitur terminare omnia, eo quòd omnia mensurantur per numerum. Iste autē modus non est verus. Nam hoc, quod communiter inuenitur in omnibus, & sine quo res esse non pōt nō oportet q̄ sit substantia: sed pōt, esse aliqua proprietas cōsequēs rei substantiam, vel principiū substantiæ. Prouenit etiam eis error specialiter quantum ad vnum & numerum, eo q̄ nō distinguebāt inter vnū, qđ cōuertitur cū ente, & unū, qđ est principium numeri. Quantum modum ponit ibi. d ¶ Dicit, q̄ etiam quidditas rei, quam significat diffinitio, dī substantia vniuscuiusque. Hęc autē quidditas, siue rei essentia, cuius diffinitio est ratio, differt a forma, quā dixit esse substantiam in secundo modo, sicut differt humanitas ab anima. Nam forma est pars essentiæ, vel quidditatis rei, ipsa autem quiditas, vel essentia rei, includit omnia essentialia principia. Et ideo genus & species dicuntur esse substantia eorū de quibus prędicatur, hoc vltimo modo. Nam genus & species non significant tm̄ formā, sed totam rei essentiā. Dein de eum dicit.

part. 4.

part. 5.

Par. 1.

d Amplius quod quid erat esse, cuius ratio est diffinitio, & hæc substantia videtur vniuscuiusque.

e Accidit itaq; secundū duos modos substantiam dici, subiectum vltimum, quod non adhuc de alio dicitur: & quodcunque hoc aliquid ens, & separabile fuerit. Tale vero vniuscuiusque forma & species.

LECTIO XI.

a ADEM dicuntur, secundum accidēs quidem, vt album & musicum idem, quia eidem accidunt: & homo & musicum, quia alterum alteri accidit. Sed & musicum homo, quia musicum homini accidit. Et vtrique hoc, & horum vtrūque illi. Etenim homini musico, & homo & musicus idem dicitur, & his illud. Quapropter & omnia ea vniuersaliter non dicuntur. non enim verum dicere, quia omnis homo ide, & musicum. nam vniuersalia secundum se existunt, & accidentia non secundum se, sed in singularibus simpliciter dicuntur. Idem enim videtur Socr. musicus, & Socr. esse: nam Socra. non in multis. Quapropter non omnis Socra. dicitur, quemadmodum omnis homo. Et hęc quidē sic dicuntur eadē.

e ¶ Reducit dictos modos substantię ad duo dicens, q̄ ex prædictis modis considerari pōt, q̄ substantia duobus modis dicitur, quorum vnus est, secundum q̄ substantia dicitur id, quod vltimo subiicitur in propositionibus, ita q̄ de alio non prædicetur, sicut substantia prima. Et hoc est quod est hoc aliquid, quasi per se subsistens, & quod est separabile, quia est ab omnibus distinctum, & non communicabile multis. & quantum ad hæc tria, differt substantia particularis ab vniuersali. Primo quidem, quia substantia particularis nō prædicatur de aliquo inferiori, sicut vniuersalis. Secundo, quia substantia vniuersalis non subsistit nisi ratione singularis, quæ per se subsistit. Tertio, quia substantia vniuersalis est in multis, non autem singularis, sed est ab omnibus separabilis & distincta. Sed etiam forma & species vniuscuiusq; rei, {dicitur tale} idest substantia. In quo includit & secundum & quartum modum. Essentia. n. & forma in hoc conueniunt, q̄ secundum vtrunque dicitur esse illud, quo: aliquid est: sed forma refertur ad materiā quam facit esse in actu: quidditas autem refertur ad suppositum, quod significatur vt habens talem essentiam. vnde sub vno comprehenduntur {forma & species}, idest sub essentia rei. Tertium autem modum prętermittit, quia falsus est, vel quia reducibilis est ad formam, q̄uæ habet rationem termini. Materiā vero, quæ substantia dicitur, prętermittit, quia non est substantia in actu. Includitur tamen in primo modo, quia substantia particularis non habet, quòd sit substantia, & quòd sit individua in rebus materialibus, nisi ex materia.

LECTIO XI.

Rostquam Philosophus distinxit nomina, quę significant subiectum huius scientiæ, hic distinguit nomina, quę significāt partes eorum, quæ sunt subiecta huius scientiæ. & diuiditur in partes duas. In prima, distinguit nomina quæ significant partes vnius. In secunda, nomina, quæ significāt partes entis, & hoc ibi {Potestas dicitur.} Substātia. n. quæ etiā posita est subiectū huius scientiæ, est vnū solum prædicamentum, non non diuisum in multa prædicamenta Prima diuiditur in duas. In prima, distinguit nomina, quę significant partes vnius. In secunda, nomina, quæ significant aliquod consequens ad rationem vnius, scilicet prius & posterius. Nam vnum esse, est principium esse, vt supra dictum est, & hoc ibi {Priora & posteriora dicunt.} Prima diuiditur in duas. In prima distinguit nomina, q̄ significant primas partes vnius & eius oppositi. s. multitudinis. In secunda distinguit nomina, quæ significāt quasdam secūdarias partes. ibi {Oppositā dicūtur.} Partes autem vnius sunt idē, quod est vnum in substantia: & simile quod est vnum in qualitate: & æquale, quod est vnū in quantitate. Et econtrario partes multitudinis sunt diuersum, dissimile, & in æquale. Circa primum duo facit. Primo, distinguit hoc nomen, idem & ea, quæ ei opponuntur. Secundo, distinguit hoc nomen simile, & dissimile oppositū eius. ibi: Similia dicuntur.} De æquali autem, & eius opposito mentionem hic non facit, quia in eis multiplicitas non est ita manifesta. Circa primum tria facit. Primo, distinguit hoc nomen idem. Secundo, hoc nomen diuersum ibi. {Diuersa vere dicuntur.} Tertio, hoc nomen differens. ibi {Differentia vero.} Circa primum duo facit. Primo ponit modos eiusdem per accidens, secūdo eiusdem per se. ibi {Alia vero secundum se.} Dicit ergo, quòd aliqua dicunt̄ eadē per accidens tribus modis. Vno modo, sicut duo accidentia, vt album & musicū dār idē, quia accidūt eidē subiecto. Secūdo mō, q̄n prædicatū dī idē subiecto, inquantū de eo prædicat, vt cū dr hō est musicus, quæ dicuntur idem, quia accidit {musicū homini} i. prædicatum subiecto. Tertio modo dicuntur idem per accidens, q̄n subiectum dicitur esse idem accidenti quasi de eo prædicatum. vt cum dicit, musicus est homo, significatur quòd homo sit idem musico: Quod enim prædicatur de aliquo, significatur idem esse illi. Et hæc ratio identitatis est, quia subiectum accidit prædicato. Præter hos autem modos eiusdem per accidens, in quibus sumitur accidens per se & subiectum per se, sunt alii modi, in quibus accipitur accidens cum subiecto cōpositum. Et in hoc uariantur duo modi, quorum vnus significatur, quando accidens simpliciter prędicatur de composito ex accidente & subiecto. & tunc significatur hoc, scilicet accidens

Item quod quid erat esse, cuius ratio definitio est, & hoc uniuscuiusque substantia dicitur.

Accidit igitur duobus modis substantiam dici, & ipsum ultimum subiectum, quod non dicitur de alio: & id, quod eum quod quid sit, etiam separabile fuerit. tale uero cuiusque forma & species,*

LECTIO XI.

ADEM uero, quædam secundum accidens dicuntur. ut album, & musicum idem, quoniam eidem accidunt: ac homo & musicum, quoniam alterum alteri accidit. musicus uero homo, quoniam musicum homini accidit. utrique uero hoc, & huic utrunque illorum. eterim homini musico & homo, & musicum idem dicitur, & his illud. Quare omnia hæc uniuersaliter non dicuntur. non enim est uerum dicere, quòd omnis homo idem & musicum. uniuersalia nanque per se existunt. accidentia uero non per se, sed de singularibus simpliciter dicuntur. idem enim uidetur Socrates, & Socrates musicus esse. Socrates enim non de multis. quare non dicitur omnis Socrates, sicut omnis homo. quædam igitur ita dicuntur eadem.

accidens esse idem vtrique simul accepto, sicut musico homini, musicum. Alius modus significatur, quando compositum prædicatur de subiecto simplici, vt cum dicitur, homo est homo musicus. Tunc enim {illi} idest subiecto simplici significatur esse idem horum vtrūque simul acceptum, scilicet hoc, quod dicitur, homo musicus. Et similis ratio est, si accidens accipitur vt simplex & subiectum cū cōpositione. vt si dicamus, musicus est hō musicus aut ecōuerso, qa & homini musico, q̄d est compositū, dñr idem per accidens & homo & musicū, quādo hæc duo de illo uno pōtcanť, & ecōuerso. Ex hoc autem cōcludit vlterius conclusionem, quòd in omnibus prædictis modis prædicandi, in quibus idem per accidens prædicatur, non prædicatur aliquod nomē vniuersaliter. non. n. est uerum dicere, q̄ omnis homo sit idē musico, quod sic patet. Ea enim sola de vniuersalibus prædicātur vniuersaliter, q̄ secundum se insunt eidem. Propter hoc enim modus prædicādi, qui est vniuersaliter prædicari, cōuenit cum conditione subiecti, quod ē vniuersale, quia prædicatū per se de subiecto prædicatur. Sed accidentia non prædicantur secūdum se de vniuersalibus, sed ratione singularium. & ideo de vniuersalibus non prædicantur vniuersaliter: sed de singularibus prædicantur simpliciter, quia idem videtur esse subiecto Soc. & Soc. musicus, non tamē prædicantur de singulari vniuersaliter, quia de nullo pōt prædicari aliquid vniuersaliter quod non est vniuersale. Socr. autem non est vniuersale. nam non est in multis: & ideo nō prædicatur vniuersaliter aliquid de Socrate vt dicatur, omnis Socra. sicut omnis homo. Igitur quæ diximus sic dicuntur eadē, scilicet per accidens, vt dictum est. Deinde cum dicit.

part. 2.

parte pri.

part. 2.

b ¶ Ponit modos eiusdem per se, & dicit: quòd aliqua dicuntur eadem secundum se eisdem modis, quibus dicitur vnum per se. Omnes enim modi, quibus aliqua vnum per se dicuntur, reducuntur ad duos, quorum vnus est secundum quod dicūtur vnum illa, quorum materia est vna, siue accipiamus materiam eandem secundnm speciem, siue secundum numerum, ad quod pertinet secundus & tertius modus vnius. Alio modo dicuntur vnum, quorum substantia est vna, vel ratione continuitatis, quod pertinet ad primum modum: vel propter vnitatem & indiuisibilitatem rationis, quod pertinet ad quartum & quintum. vnde & his modis dicuntur aliqua esse idem. Ex hoc autem vlterius concludit, quòd identitas est vnitas vel vnio, aut ex eo, quòd illa, quę dicuntur idem, sunt plura secundum esse, & tamen dicuntur idem inquantum in aliquo vno conueniunt: Aut quia sunt vnum secundum esse, sed intellectus vtitur eo vt pluribus ad hoc, quòd relationem intelligat. Nam non potest intelligi relatio nisi inter duo extrema. sicut cum dicitur aliquid esse idem sibiipsi. tunc enim intellectus vtitur eo, quòd est vnum secundum rem, vt duobus. alias eiusdem ad seipsum relationem designare nō posset. Vnde patet, quòd si relatio semper requirit duo extrema, & in huiusmodi relationibus non sunt duo extrema secundum rem, sed secundum intellectum solum, relatio identitatis non erit relatio realis, sed rationis tantum, secundum quod aliquid dicitur idē simpliciter. Secus autem est, quando aliqua duo dicuntur esse idem vel genere, vel specie. si enim identitatis relatio esset res aliqua præter illud, quod dicitur idem, res etiam, quæ relatio est, cum sit idem sibi, pari ratione haberet aliam relationem,

A

b Alia vero secūdum se, quem admodum & vnū. Etenim quorum materia vna, aut specie, aut numero, eadem dicuntur: & quorum substātia vna. Quare palam, quia identitas vnio quædam est plurium essendi, aut quando vtitur vno vt pluribus: veluti quādo dicit idem eidem idem. nam vt duobus utitur eodem.

LECTIO XII.

a Iuersa vero dicuntur, quorū aut species plures, aut materia, aut ratio substātiæ: & omnino opposite eidem dicitur diuersum.

b Differentia vero dicuntur, quęcunque diuersa sunt, idem aliquid entia, & non solum in numero, sed specie, aut genere, aut proportione. Amplius quorum diuersum genus, & contraria, & quęcunque habent in substantia diuersitatem.

Quædam uero per se, sicuti & unum. etenim quorum materia, aut specie, aut numero una, eadem dicuntur; & quorum substantia una. Quare patet, quòd identitas unitas quædam essentiæ est aut plurium, aut cum ut pluribus utatur. ut puta cum dicat ipsum sibi ipsi idem. ut duobus enim ipso utitur.

LECTIO XII.

Iuersa uero dicuntur, quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ. & omnino diuersum dicitur opposite ad id, quod idem dicitur.

C

Differentia uero dicuntur, quæcunque diuersa sunt, cum idem quid sint, modo non sint idem numero, sed aut specie, aut genere, aut proportione. Item, quorum diuersum genus, & cōtraria. & quæcunque diuersitatem in substantia habent.

LECT. XII.

Hic ondit quot modis dicit diuersū. & dicit quòd diuersa dicuntur aliqua tripliciter. Dicitur enim aliqua diuersa specie, quorum species sunt plures, sicut asinus & bos. Quædam vero dicuntur diuersa numero, quia differūt secundum materiā, sicut duo individua vnius speciei. Quædam vero dicuntur diuersa sēm̄ rationem substantiæ {id est secundum diffinitionem declarantem substātiam rei. Cōtingit enim quędam esse idem numero, scilicet subiecti, sed diuersa ratione, sicut Socrates & hoc album. Et quia plures modi diuersitatis accipi possunt, sicut quòd dicatur diuersum genere, & diuersum propter continui diuisionē, ideo subinngit, quòd diuersum dicitur oppositum totaliter ad idem. Cuilibet enim modo eius, quod est idem, opponitur aliquis modus eius, quod est diuersum. Et propter hoc, quot modis dicitur idem, tot modis dicitur diuersum. Et tamē alii modi vnius, uel eius quod est idem, possunt reduci ad istos hic tactos. Diuersitas enim generis includitur in diuersitate materiæ, eo q̄ partes quantitatis se habent per modum materiæ ad totum. Deinde cum dicit.

b ¶ Hic distinguit, quot modis dicitur hoc nomen differens. Assignat autē duos modos, quorum primus est, q̄ aliquid proprie dicitur differens secūdū qđ aliqua duo, quę sunt {aliquid idem entia}, i. in aliquo vno conuenientia, sunt diuersa: siue conueniant in aliquo uno secundum numerum, sicut Socr. sedens a Socr. nō sedente: siue conueniant in aliquo vno specie, sicut Socr. & Plato in homine: siue in aliquo vno genere, sicut homo & asinus in animali: siue in aliquo vno, secundum proportionē, d sicut quantitas & qualitas in ente. Ex quo patet, q̄ differens d omne est diuersum, sed non conuertitur. Nam illa diuersa, quæ in nullo conueniunt, non possunt proprie dici differentia, quia non differunt aliquo alio, sed seipsis. Differens autem dicitur, quod aliquo alio differt. Secundum modus est prout differens communiter sumitur pro diuerso. & sic dña dicuntur etiam illa, quæ habent diuersum genus, & in nullo cōicant. Docet aūt quibus conueniat esse differens sēm primū modū, qui est proprius. Cū. n. oporteat ea quæ proprie dicuntur differentia, in vno aliquo conuenire, ea vero, quæ cōueniunt in specie, non distinguantur nisi per accidentales differentias, vt Socra. albus vel iustus, Plato niger vel musicus. Quæ vero conueniunt in genere & sunt diuersa secundū speciem, differunt differentijs substātialibus, illa propriissime dicuntur differentia quæ sunt eadem genere & diuersa secundū speciem. Omne autem genus diuiditur in contrarias differentias, non autem omne genus diuiditur in contrarias species. Coloris enim species sunt contrariæ, s. albus, nigrum: & differentię etiam, s. congregatiuum & disgregatiuum. Animalis autem differentiæ quidem sunt contrarię, s. rationale & irrationale, sed species animalis, vt homo & equus &c. non sunt contrariæ. Illa igitur, quæ propriissime dicuntur differen-

D.508.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia, sunt quæ vel sunt species contrariæ, sicut album & nigrū: vel sunt species vnius generis non contrariæ, sed habentia cōtrarietatem in substantia, ratione contrarii differētiarum, quæ sunt de substantia speciērum. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostēdit, quot modis dicitur simile. Circa hoc autem duo facit. Nā primo, assignat quot modis dicitur simile. Secūdo, quot modis dicitur dissimile. ibi { Oppositę vero. } Circa primum duo facit. Primo, ostēdit quot modis dicitur simile. Secundo, qßo dicatur aliquid maxime simile. ibi { Et secundum quæ alterari. } Ponit aūt tres modos similitudinis. Cōstat. n. q vnū in qualitate, facit simile. Passio autē est affinis qualitati, eo q præcipue passio in mutatione qualitatis, quæ est alteratio, attenditur. vnde & quedam species qualitatis est passio & passibilis qualitas. Et propter hoc, similitudo non solū attenditur secundū conuenientiam in qualitate, sed secundum conuenientiam in passione.

Quod quidem potest esse dupliciter, aut ex parte passionis, aut ex parte eius, ad quod passio terminatur. Sic igitur, tripliciter aliqua sunt similia. Vno modo, quia patiuntur idem, sicut duo ligna, quæ comburūtur, possunt dici similia. Alio modo ex hoc solo, q patiuntur aliqua plura, similia dicuntur, siue patiātur idem, siue diuersā, sicut duo homines, quorum vnus fustigatur, & alter incarceratur, dicuntur similes in patiēdo. Tertio modo dicūtur similia, quorū vna est qualitas, sicut duo albi, & duo sydera in cœlo habentia similem splendorem, aut virtutem. Deinde cum dicit.

c Similia dicuntur, quę idem sunt passa. & plura idem patientia aut diuersa. & quorum qualitas vna.

d Et secundū quę alterari contingit horum contrariorum, quod plura habet, aut magis proprium, hoc est simile. Oppositę vero similibus, dissimilia.

e Opposita dicuntur cōtraria contradictio, & ad aliquid, & priuatio, & habitus.

f Et ex quibus & in quæ vltima, vt generationes & corruptiones: & quæcunque non contingunt simul adesse amborum susceptibili, ea opponi dicuntur, aut ea ex quibus sunt. nam pallidum & album, simul eidē nō insunt. vnde ex quibus sunt hæc opponuntur.

g Contraria dicuntur, quæ nō possunt simul ad esse eidem differentium secundum genus: & quæ plurimum differunt eorū, quæ sunt in eodem genere: & quę plurimum differunt eorū, quæ sunt in eodem susceptibili: & quę plurimum differunt eorum, quę sub eadem potestate: & quorum differentia maxima, aut simpliciter, aut secundū genus, aut secūdum speciē.

d ¶ Ostendit, vnde aliquid maxime dicatur simile. Quando. enim sunt plures contrarietates, secundum quas attenditur alteratio, illud, quod secundum plures illarum contrarietatum est alicui simile, dicitur magis proprie simile. Sicut alliū, quod est calidum & siccum, dicitur magis proprie simile igni, quam saccharum; quod est calidum & humidum. Et idem est inter K duo, quorum vtrunque est simile alicui tertio, secundum vnā qualitatem tantum, illud, quod est simile secundum qualitatem magis sibi propriam, magis proprie dicitur simile ei, sicut aer magis proprie similis est igni, quam terra. Aer enim assimilatur igni in calore, quæ est qualitas sibi propria, magis quam siccitas, in qua assimilatur sibi terra. Consequenter dicit. q dissimilia dnr per oppositū ad similia. Deinde cum dicit.

e ¶ Hic distinguit secundarias partes pluralitatis, quæ. s. continentur sub differenti & diuerso, quæ sunt partes primæ. & circa hoc tria facit. Primo, ostendit quot modi dicuntur opposita. Secūdo, quot modis dicuntur contraria, ibi: { Cōtraria dicuntur. } Tertio, quot modis dicuntur diuersa specie, ibi: { Diuersa vero specie. } Circa primū duo facit. Primo. n. dicit quot modis dicuntur opposita, quia quatuor modis, s. contradictoria, contraria, priuatio & habitus, & ad aliquid. Aliquid enim qua dependet ab ipso, & sic sunt opposita relative: Aut ratione remotionis, quia. s. vnum remouet alterum quod quidem contingit tripliciter, aut enim totaliter remouet, nihil relinquēs, & sic est negatio: aut relinquit subiectum solum, & sic est priuatio. aut relinquit subiectum & genus, & sic est contrarium. Nā contraria non sunt solum in eodem subiecto, sed etiam in eodem genere. Secundo ibi.

Simil a dicuntur, & quæ idem passa sunt. & quæ plura eadem quam diuersa passa sunt. & quorum qualitas una.

Ac secundum quæcunque contrariorum alterari contingit id, quod plura habet, aut magis propria habet. simile illi est. Oppositę uero similibus, dissimilia dicuntur.

Opposita dicuntur, contradictio, contraria, ad aliquid, priuatio & habitus.

Et ea, ex quibus, & in quæ ultima. ut generationes & corruptiones, & quæcunque susceptiuo amborum non contingit simul adesse, hæc opponi dicuntur, aut ipsa, aut ex quibus sunt. fu H *cum nanque & album simul eidem non insunt. quare ea, ex quibus sunt, opponuntur ipsis.*

Contraria dicuntur, quæ non possunt simul eidem adesse, cum eorum sint, quæ secundam genus differunt. & quæ plurimum differunt, cum in eodem genere sint. quæuc plurimum differunt, cum in eodem susceptiuo sint. ac etiam quæ plurimum differūt, cum eorum sint, quæ sub eadem potentia sunt. & quorum differentia maxima, aut simpliciter, aut secundum genus, aut secundum speciem. I

f ¶ Ponit duos modos, secundum quos potest cognosci, q aliqua sunt opposita, quorum primus est per comparationem ad motum. nā in quolibet motu vel mutatione, terminus a quo, opponit termino ad quē. Et ideo, ex quibus est motus, & in quæ est motus, sunt opposita, vt patet in generationibus. Nam generatio albi est ex non albo, & ignis ex non igne. Secundo modo, per comparationem ad subiectum. Nam illa, quæ non possunt in esse simul eidem susceptibili, oportet quod adinuicem opponantur, vel ipsa, vel ea ex quibus sunt. non enim potest idem corpus simul esse album & nigrum, quia sunt contraria. Homo vero & asinus nō possunt de eodem dici, quia habent in suis rationibus differentias oppositas, scilicet rationale & irrationale. Et similiter pallidum & album, quia pallidum componitur ex nigro, quod est oppositum albo. Et notandum, quod ligniter dicit eidem susceptibili, quia quædam nō possunt alicui eidem subiecto simul inesse, non propter oppositionem, quam habeant adinuicem, sed quia subiectum non est susceptibile vtriusque, sicut albedo & musica non possunt simul inesse asino, possunt autem simul inesse homini.

g ¶ Hic ostendit, quot modis contraria dicuntur. & circa hoc tria facit. Quorum primum est, quòd assignat modos, quibus aliqua principaliter dicuntur contraria, inter quos ponit vnum primum improprium, scilicet quòd aliqua dicuntur contraria, quæ non possunt simul adesse eidem, licet differant secundum genus. Proprie enim contraria quæ sunt eius generis sicut si diceretur, quod grauitas & motus circularis non sunt in eodem subiecto. Alium modum ponit proprium, secundum quod contraria dicuntur in aliquo conuenientia. Conueniunt enim contraria in tribus, s. in eodem genere, & in eodem subiecto, & in eadem potestate. Et ideo notificat secundū ista tria illa, quæ sunt vere contraria, dicens, q illa, quæ plurimum differunt eorum, quæ sunt in eodem genere, dicuntur contraria, sicut album & nigrum in genere coloris: & iterum illa, quæ plurimum differunt in eodem susceptibili existentia, sicut sanum & ægrum in animali: & iterum, quæ plurimum differunt in eadem potestate contenta, sicut congruum & incongruum in grammatica. Potestates enim rationabiles ad oppositā sunt. Dicit autem { plurimum } ad differentiam mediorum inter contraria, quę etiam conueniunt in eodem genere, subiecto, & potestate, non tamen sunt plurimum differentia. Vnde subiungit vniuersalem rationem, secundum quam aliqua dicuntur contraria, quia scilicet eorū differentia est maxima, vel simpliciter, vel in eodem genere, vel in eadem specie. simpliciter quidem, sicut in motu locali extrema sunt maxime distantia, sicut punctus orientis & occidentis, quæ sunt extrema diametri totius orbis. in eodem genere sicut specificæ differentię, quæ diuidunt genus, in eadem speciem, sicut accidentales differentię contrariæ, per quę differunt indiuidua eiusdem speciei. Secundum ponit ibi.

h ¶ Et ostēdit qualiter aliqua secundario modo dicuntur contraria, propter hoc q habent habitudinem ad ea, quæ principaliter sunt cōtraria, s. quia vel habent contraria in actu, sicut ignis & aqua dicuntur contraria, quia alterum est calidū & alterū frigidum. Vel quia sunt susceptibilia cōtrariorum in potētia, sicut sanatiuū & ægrotatiuū. Vel quia sunt actiua vel passiua contrariorū in potentia, vt calefactiuum & infrigidatiuum, calefactibile & infrigidabile. Vel quia sunt contrariorum agentia & patientia in actu, sicut calefaciēs & infrigidans, calefactum & infrigidatū. Vel quia sunt expulsiones, siue abiectiones, siue acceptiōes contrariorū, vel etiā habitus aut priuationes eorū. Nā priuatio albi opposita est priuatiōi nigri, sicut habitus habitui. Patet ergo, q tāgit triplicē habitudinem circa contraria. Vna, quę est subiecti in actu uel in potentia. Alia, quæ est actiui & passiui in actu & potentia. Tertia, quæ ē generationis & corruptionis vel secundū se, vel quantū ad eorum terminos, qui sunt habitus & priuatio. Tertium ponit ibi.

i ¶ Et ostendit, qua de causa prædicta dicuntur multipliciter. Quia enim vnum & ens dicuntur multipliciter, oportet quod ea, quę dicuntur secundum ea, multipliciter dicantur, sicut idem & diuersum, quæ consequuntur unum & multa, & cōtrarium quod sub diuerso continetur. Et ita oportet, quòd diuersum diuidatur secundum decem prædicamenta, sicut ens & vnum.

k ¶ Hic ostendit quot modis dicantur aliqua diuersa specie: & ponit quinque modos: quorum primus est, quando aliqua sunt in eodem genere, & non sunt subalterna: sicut scientia & albedo sub qualitate: licet non contra se diuidantur oppositis differentijs. Secundus est, quando sunt in eodem genere: & diuiduntur contra inuicem per aliquam differentiam, siue differentiæ sint contrarię, siue non, vbi bipes et quadrupes. Tertius modus est, quando sua subiecta habent contrarietatem, vtpote quæ diuiduntur per differentias contrarias, siue ipsa sint contraria, vt album & nigrum, quę diuiduntur per cōgregatiuum & disgregatiuum: siue non, vt homo & asinus, quę diuiduntur per rationale & irrationale. Contraria enim oportet esse diuersa specie, vel omnia, vel illa, quæ principaliter dicuntur esse contraria. Quartus modus est, quando sunt diuersæ species vltimæ, eędemque specialissimæ in aliquo genere, vt homo & equus. Magis enim proprie dicūtur specie differre, quę solum specie differūt, quam quæ specie & genere. Quintus modus est, quando aliqua accidentia sunt in eodē subiecto, & tamen differunt adinuicem, eo quòd, impossibile est, plura accidentia vnius speciei in eodem subiecto esse. Eadem vero specie dicuntur per oppositum ad prædicta.

Alia vero contraria dicuntur, hæc quidem talium habitu: alia talium susceptiōe: alia existēdo, aut actiua, aut passiua talium, alia agentia, alia patiētia, aut expulsiones, aut acceptiones, aut habitus, aut priuationes talium.

Sed quoniam ens & vnum multipliciter dicuntur, sequi est necesse, & alia quęcunque secundum ea dicuntur. Quare idē, & diuersum, & cōtrarium, est diuersum secundum vnamquanque categoriam. B

Diuersa vero specie dicuntur quæcunque eiusdem generis existentia non sunt subalterna. & quæcunque sub eodem genere existentia differētiam habent. & quęcunque in substantia contrarietatem habent. Cōtraria enim diuersa sunt specie ab inuicem, aut omnia, aut dicta primum. Et quorumcūque in finali generis specie rationes diuersæ. vt homo & equus indiuidua genere, & rationes eorum diuersæ. Et quæcunque in eadem substantia differentiam habent. Eadem uero specie, opposite his dicta. C

LECTIO XIII. D

Cætera uero contraria dicuntur, quædam, eo quòd talia habent: quædam, eo quòd susceptiua talium sunt: quædam, eo quòd actiua aut passiua talium sunt, aut agentia, aut patientia, aut abiectiones, aut sumptiones, aut habitus, aut priuationes sunt horum, ac talium.

Cùm autem unum & ens multipliciter dicatur, necesse est, ut cætera quoque, quæcunque secundum hæc dicuntur, sequantur. quare & idem, & diuersum, et contrarium ut secundum unumquodque prædicamentum diuersum sit.

Diuersa uero specie dicuntur, quæcunque, cùm eiusdem sint generis, non sunt subalterna. & quæcunque, cùm in eodem genere sint, differentiam habent. & quæcunque in substātia contrarietatem habent. Contraria quoque diuersa specie inuicem sunt, aut omnia, aut quæ primo dicuntur, & quorum in ultima generis specie rationes diuersæ. ut homo & equus in diuidua genere, rationes uero eorum diuersæ. & quæcunque, cùm in eadem substantia sint, differentiam habēt. Ea dem uero specie sunt, quæcunque his opposite dicuntur.

LECTIO XIII.

a Oſtquā distinxit nomina, quæ significāt partes vnius, hic distinguit nomina significantia ordinē, s. prius & posterius. Vnum. n. quendam ordinē importat, eo quòd vni esse est principium esse, vt supra dictum est. Et circa hoc duo facit. Primo, assignat rōnem communem prioris & posterioris. Secundo, distinguit diuersos modos prioris & posterioris secundum cōmunem rationem, ibi: { Vt hoc quidē secundū locū. } Dicit ergo primo, q significatio prioris dependet a significatione principii. Nā principium in vnoquoque genere est id, quod est primū in genere: Prius autem dicitur, quod est propinquius alicui determinato principio. Huiusmodi autē ordo principii & eius, quod est principio propinquum, potest attendi multipliciter. Aut. n. aliquid est principium & primū simpliciter secūdum naturam, sicut pater est principium filii. Aut est principium { ad aliquid }, idest per ordinem ad aliquid, extrinsecū sicut dicitur id, quod est secundum se posterius esse prius quātum ad aliquid, vel quantum ad cognitionem vel perfectionē vel dignitatem, vel aliquo tali modo. Vel etiam dicitur aliquid esse principium & prius, quantum ad vbi. Aut etiam aliquibus aliis modis. Deinde cum dicit.

b ¶ Distinguit modos diuersos, quibus dicitur aliquod prius & posterius. Et quia prius & posterius dicuntur in ordine ad principium aliquod, principium autē est, vt supra dictum est, quod est primum in esse, aut in fieri, aut in cognitione: ideo pars ista diuiditur in partes tres. In prima dicit, quomodo dicitur aliquid esse prius secundum motum & quantitatē. Nam

Tex. 16. part. 1.

part. 8.

part. 9.

part. 10. Alia. l. sub inuicem.

Infra pt. 4. fin.

part. 4.

part. 4. p̄n.

part. 5.

part. 6.

part. 7.

Infra pt. 7.

Infra pt. 10.

Tex. 16. 1.

par. seq. huius lect.

Lect. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lect. 19. T.com. 13. part. 6. part. 9. fe. par. 5. hᵉ le.

ordo in motu, sequitur ordinē in quātitate. Per prius. n. & posteriꝰ in magnitudine, est prius & posterius in motu, vt dr in Quarto Physicorū. Secūdo, ostēdit quo aliquid dr prius altero in cognitiōe, ibi: {Alia vero modo.} Tertio, quo dr aliquid altero prius in essendo, i. secundū naturā, ibi: {Alia uero secūdū naturam.} Circa primū duo facit. Primo ostendit quo aliquid sit prius & posterius secundū quātitatē, in rebus continuis. Secūdo quo in reb⁹ discretis, ibi: {Alia secundū ordinē.} Et circa primū, ponit tres modos. Primus modus attēditur secundū ordinē in loco, sicut aliquid dr esse prius secundū locū in hoc, q est propinquius alicui loco determinato, siue ille locus determinatus accipiat ut mediū in aliqua magnitudine, siue ut extremū. Potest. n. in ordine locali accipi ut principiū, centrū mūdi, ad qđ feruntur grauia, vt sic ordinem⁹ elementa, dicētes terrā esse primū, aquā secundū &c. Et pōt et accipi vt principiū etiā ipsum cœlū, vt si dicamus ignē esse primū, aerē secundū & sic deinceps. Propinquitas autem ad principium in loco, quicquid sit illud, pōt esse dupliciter. Vno mō, secundum ordinē naturalē, sicut aqua propinquior est medio naturaliter q̄ aer, aer uero propinquior extremo, s. cœlo. Alio modo {sicut euenit}, i. secūdū qđ ordinanē aliqua in loco a casu, ut a qua cunq; cā præter naturā, sicut in lapidibus superpositis inuicē in aceruo, supremus est prior vno ordine, & alio ē prior infimꝰ. Et sicut id, qđ est propinquiꝰ principio, est prius, ita quod remotius a principio, est posterius.

part. 3.

Alia l. hēt. Hoc aūt eo q propinquus nūc, vt in futuris. Alia. l. sed corrupte. Priꝰ. n. Menelaus Pyrrho, in græ. n. hr hcut in hac lra.

part. 4.

part. 5.

part. 6.

a Alia secundū tēpus. Hęc quidem. n. eo quòd remotiora ab ipso nūc. vt in factis. Priora nāque troica medis, quia remotiora ab ipso nūc. Alia affiniora ipsi nunc: vt in futuris. Prius. n. Nemea Pythion, quia propinquius nunc: & ipso nunc vt principio & primo vsi sunt.

b ¶ Secūdus modus attendit secūdū ordinem tpis, qđ ponit dicēs, q alia dr priora secundū tps, & diuersimode. Quædā nanq; dr priora, eo q sunt remotiora a præsenti nunc, ut accidit {in factis}, i. in præteritis. Bella. n. troiana dr priora bellis Medis & Persicis, quibus Xerses Rex Persarū & Medorum Græciā expugnauit, quia remotiora sunt a præsenti nūc. Quædā uero dr priora, quia sunt affiniora vel propinquiora ipsi nūc, sicut dr q prius est Menelaus Pyrrho, quia propinquius alicui nunc presenti, respectu cuius vtrunq; erat futurū. Vē aūt hæc litera falsa esse, quia utrunq; erat præteritū, tēpore Aristi, qñ hæc sunt scripta. In Greco aūt hr q prius est Nemea Pythion, quę quidē erat duæ nundinæ, uel duo festa: quorū unū erat propinquius illi nunc, quo hæc scripta sunt, cū tñ vtrunq; esset futurum. Patet aūt, q in hoc vtimur ipso nunc, vt principio & primo in tpe, quia per propinquitatē vel remotionem respectu eius, dicimus aliquid esse prius vel posterius. Et hoc necessarium est dicere secundum ponentes æternitatē temporis, non. n. pōt accipi hac positione facta, aliquod principium in tpe, nisi ab aliquo nunc, quod est medium præteriti & futuri, ut ex vtraque parte tempus in infinitum procedat.

vē uero mutilum!

d ¶ Tertius modus est secundum ordinē in motu, & hoc primo ponit quantum ad naturalia dicēs, q aliqua dr esse priora secūm ordinē in motu. Illud. n. qđ est propinquiꝰ primo moueti, est prius. sicut puer est prius viro, quia est propinquior primo, i. generanti. & hoc etiā prius dr per propinquitatē ad aliquod principium. id. n. i. moues & generans, est principium quodammō, nō qua intercurrit; sicut in loco accidebat, sed simplr & scūm naturam. Secūdo, ponit hūc ordinē morē ēe in rebus volūtariis dicēs, q quædā priora dr scūm ptātē, sicuti hoies, qui sunt in ptātibus constituti. Ille. n. q excedit ptāte, & qui est potētior, dr esse prior. Et hic ē ordo dignitatis. Patet autem, q hic ordo ēt est secūdū motū, qa potentiꝰ & ptāte excedēs, est scūm {cuius prę uoluntatē}, i. propositū, necesse est sequi aliqd, qđ est eo posterius in mouēdo, ita. s. q nō mouente illo potentiori, uel priori, non moueat posterius, & mouente, moueat. sicut sēhēt princeps in ciuitate. nā ex eius imperio mouentē alii ad exequēdū imperata, eo uero nō imperante, nō mouentē: & patet q hoc etiā prius dr pp propinquitatē ad aliquod principiū. Nā {præuoluntas, i. propositū imperatis, hic accipit vt principiū, cui propinquiores sūt, & per cōsequēs priores, pei quos p positū & imperium principis ad subditus detertur. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit modū secundū ordinē in rebus discretis dicēs: q alia dr priora secundū ordinē, qui inuenīt in aliquibus rebus tñmodo quodā ordine associatis sibi, nō per cōtinuitatē, vt in præcedentibus accidebat: hmōi aūt sunt quæ distāt ab aliquo uno determinato scūm aliquā rōnē determinatā, ut parastata, tricostata. Parastata ē priꝰ tricostata. Parastata dr ille, q stat iuxta aliquē, puta Regē: Tricostata aūt est ille, qui stat tertius ab eo. Vnde alia litera hēt. {Præstās, tertio stāte prius est.} Patet aūt q alia rō distātiæ est distare, vt secundum, vel tertiū. Et sīr paranitę sunt priores netis. In chordis. n. Hypatę dr quę sunt graues, Netę vero acutę dr, mediocres aūt uocanē Mesæ. Paranetæ aūt dr quæ sunt iuxta neras, mesis propinquiores. Patet etiā q hic dr etiā esse aliquid priꝰ per propinquitatē ad aliquod principiū. Sed differenter in vtroq; prædictorū exēplorū, quia in illis, s. parastata & tricostata, accipitē principiū id, quod ē verū initiū & extremū. Ille qui est sūmus inter alios, vel vertex aliorū, vt Rex uel aliquis alius talis. Sed in chordis accipit vt principiū mediū, & media chorda, quæ dr mesa, cui propinquiores dicūtur paranetæ, & per hoc priores dicuntur netes. Ista ergo dicuntur priora per hunc modum, scilicet per ordinem quantitatis vel continuæ vel discretę. Secundo ibi,

ordo medii vnius extremi ad vtrumq; extremorum

f ¶ Ostendit quo aliquid dicitur prius altero in cognitione. Illud autem prius est cognitione, quod etiam prius est simpliciter, non secundum quid, sicut erat in loco; nā res per sua principia cognoscitur. Sed cum cognitio sit duplex, s. intellectus uel rationis, & sensus, aliter dicimus aliqua priora secūdum rationem, & aliter secundum sensum. Ponit autem tres modos, secūdum quos aliquid est prius ratione, siue cognitione intellectiua, quorum primus est, secundum quòd uniuersalia sunt priora singularibus, licet in cognitione sensitiua accidat econtrario. Ibi. n. singularia

part. 7.

sunt priora. Ratio enim est uniuersalium, sensus autem singularium. Vnde sensus non cognoscit uniuersalia nisi per accidens, inquātum cognoscit singularia, de quibus uniuersalia prædicātur. cognoscit enim hominem inquantum cognoscit Socratem, qui est homo. econtrario autem intellectus cognoscit Socratem, inquantum cognoscit hominem. Sem per autem quod est per se, est prius eo, quod est per accidēs. Secundum modum ponit ibi.

part. 8.

part. 9.

g ¶ Dicit, q secundum rationē prius ē ens accidens quàm totum. i. quàm cōpositū ex subiecto, & accidente, & musicus homo cognosci nō pōt sine rōne huius partis, quod est musicū. Eodem modo quæcunq; alia simplicia sunt priora secundum rōnem cōpositis, cū in sensu fit econuerso. Nam sensui primo cōposita offeruntur. Tertiū modū ponit ibi.

part. 10.

h ¶ Dicit q priora dicuntur etiā secūdum rationē passiones, sicut rectitudo habetur prior lætitate. Rectitudo. n. est per se passio linex, lætitas autem superficiei, linea uero naturaliter est prior superficie. Secundum autem sensum, prior est superficies linea, & passiones compositorum, passionibus simplicium. Hoc igitur dicuntur priora per hūc modum, scilicet per ordinē cognoscēdi. Deinde cū dicit.

T.com. 17. part. 1.

i ¶ Ponit modos, q bus dr aliquid prius secundū ordinē in essendo, & circa hoc duo facit. Primo ponit tres modos, quibus dr aliquid esse prius in essendo. Secūdo reducit eos ad vnū ibi: {Modo itaq; quodā.} Dicit ergo primo, q quædā dr esse priora {secundū naturā & substantiā}, i. secundū naturalē ordinē in essendo. Et hoc tripliciter. Primo ratione cōmunitatis, aut dependētiæ, secūdū q priora dicunē quæ pōt esse sine aliis, & illa non possunt esse sine eis. Et hoc est prius, a quo non conuertitur essendi consequentia, vt dr in prædicamentis. Et {hac diuisione}, i. isto modo prioris & posterioris contra alios diuisus est Plato. Voluit. n. q propter hoc uniuersalia essent priora in esse dō singularia, & superficies q̄ corpora, & lineę quàm superficies, & numerus quàm omnia alia. Secundus modus attenditur secundum ordinem subsātiæ ad accidēs. Quia n. ens multipliciter dr, & non uniuoce, oportet q ois significationes entis reducātur ad unam primā secūdū quā dr ens, quod est subiectum aliorū entiū, per se existens. & pp hoc primū subiectū dr esse prius. Vnde substātia prius est accidente. Tertius modus attendit secundū diuisionē entis in actū & potentiā. Nam uno modo dr aliquid esse prius secundū potentiā, & alio modo secundū actū: secundū potentiam quidem, dimidium rei est prius re ipsa, & qlibet pars toto, & materia {q̄ substantia}, i. q̄ forma. Hæc. n. omnia sic cōparātur ad ea, respectu quorū sic dr priora, ut potentia ad actū. secundū actū uero dr prædicta esse posteriora. Nā prædicta nō esse iunt in actu nisi p dissolutionē. resoluto. n. toto in partes, incipiunt partes esse in actu. Deinde cum dicit.

k ¶ Cōcludit q oēs modi prioris & posterioris pōt reduci ad hos ultimos modos, & præcipue ad primū, prout prius dr quod pōt esse sine aliis, & nō econuerso. Quędam. n. pōt esse sine aliis secundū generationē, per quē modū totū est prius partibus, quia qñ iā totū generatū est, partes nō sunt in actu, sed in potētia. Quædā uero cōtingit esse sine aliis secundū corruptionē, sicut pars sine toto, qñ est iam totū corruptum & dissolutum in partes. Et similiter etiā alii modi prioris & posterioris, ad hunc modum reduci possunt. Constat enim quòd priora non dependent a posterioribus, sicut econuersō. Vnde omnia priora aliquo modo possunt esse sine posterioribus, & non econuersō.

LECTIO XIIII.

T.com. 17. part. 1.

a Oteſtas dicitur alia quidem principium motus aut mutationis in diuerſo inquātum diuersum ut ędificatiua poteſtas, est quæ non existit in ædificato. sed ars medicinalis est potētia, & existit in sanato, sed non inquantū sanatū est. Ergo totaliter principium permutationis aut motus, dicitur poteſtas in diuerſo, inquantū diuersū.

LECTIO XIIII.

Ostia dicitur, quædam quidem principium motus, aut transmutationis in altero, aut prout alterum est. ut ędificatiua potentia est, quæ non inest in ædificato. sed ars medendi cum sit potentia, inerit utique in eo, qui sanatur, sed non prout sanatur. Quædam igitur omnino principium transmutationis, aut motus dicitur potentia in altero, aut prout alterum est.

LECTIO XIIII.

Ostquam distinxit nomina significantia partes unius, hic incipit distinguere nomina significantia partes entis. & primo secūdū q ens diuidit p actū & potentiam. Secūdo, prout diuiditur ens in decē

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circa primum distinguit hoc nomen potẽtia uel potestas. Nomen autem actus prætermittit, quia eius significationem sufficienter explicare nõ poterat, nisi prius natura formarum esset manifesta, quod faciet in Octauo & nono. vnde statim in Nono simul determinat de potentia & actu. Diuiditur ergo pars ista in partes duas. In prima ostẽdit, quot modis dicitur potentia. In secunda, reducit omnes ad unum primũ ibi: ¶ Quę uero secundum potentiã. ¶ Circa primum duo facit. Primo, distinguit hoc nomen potentia. Secũdo, hoc nomen impotentia, ibi: ¶ Impotentia autem. ¶ Circa primũ duo facit. Primo ponit modos potẽtię. Secũdo modos possibilis, ibi: ¶ Dicta uero potestate. ¶ Ponit ergo in prima parte quatuor modos potentiæ, uel potestatis. Quorum primus est, quòd potentia dicitur principium motus & mutationis in alio inquantũ est aliud. Est enim quoddam principium motus uel mutationis in eo quod mutatur, ipsa. s. materia: uel aliquod principiũ formale: ad quod cõsequitur motus, sicut ad formam grauis uel leuis sequitur motus sursum aut deorsum. sed huiusmodi principiũ non potest dici de potentia actiua, ad quam pertinet motus ille. Omne enim quod mouetur, ab alio mouetur. Nequit aliquid mouere seipsum nisi per partes, inquãtum una pars eius mouet aliã, ut probatur in Octauo Physicorum. Potentia igitur secundũ qđ est principiũ motus in eo in quo est, nõ cõprehenditur sub potentia actiua, sed magis sub passiua. Grauitas. n. in terra nõ est principiũ ut moueat, sed magis ut mouea tur. Potẽtia igitur actiua motus, oportet ꝙ sit in alio ab eo qđ mouetur, sicut ædificatiua potestas nõ est in ædificato, sed magis in ædificate. Ars aũt medicinalis, quamuis sit potẽtia actiua, quia per eã Medicus curat, contingit tñ ꝙ sit in aliquo sanato, nõ inquãtũ est sanatũ, sed per accidẽs inquãtũ accidit eidẽ esse Medicũ & sanatũ. Sic igitur uniuersaliter loquẽdo, potestas dicitur uno modo, principium mutationis aut motus in alio, inquantum est aliud. Secundum modum ponit ibi.

part. 2.

Lec. seq.

part. 3. Alia ¦ litera. Adhuc aũt ut bene hoc efficiaẽ aut secundũ uoluntatem. Quandoq; n. solum uti que ambulantes aut loquentes, non bene autẽ, aut nõ ut uellent, nõ dicimus posse loqui aut ambulare.

part. 4. Infr. pt. 14. Infra par. 9 In hac. lec.

Infra pt. 5. Alia litera. potens.

part. 5.

Tex. cõ. 18.

b ¶ Dicit ꝙ quodã alio modo dicitur potestas principiũ motus uel mutationis ab altero, inquantũ est aliud. & hæc est potentia passiua, secundũ quã paties aliquid patitur. Sicut enim oẽ agẽs & mouẽs, aliud a se mouet, & in aliud a se agit, ita oẽ paties ab alio patit: & oẽ motũ ab alio mouetur. Illud. n. principiũ, per qđ alicui cõpetit ut moueatur uel patiaẽ ab alio, dr potẽtia passiua. Posse aũt pati ab alio dr dupliciter. Aliqñ quidem, quicquid sit illud, qđ aliquid põt pati, dicimus ipsum esse possibile ad illud patiendũ, siue sit bonũ, siue malũ. Aliqñ uero nõ dr aliquid potẽs ex eo, ꝙ põt pati aliquod malũ, sed ex hoc, ꝙ põt pati aliqđ excellentius. Sicut, si aliquis põt vinci, nõ dicimus potentẽ uel ti aliquis põt doceri uel adiuuari, dicimus eũ potentẽ. Et hoc ideo, quia posse pati aliquẽ defectũ qñq; attribuitur impotẽtię, & posse nõ pati idẽ, attribuitur potentię, ut

b Alia diuerso inquantum di uersum. Nam secundum quam patiens patitur aliquid, quandoque quidem si quodcunque pati sit possibile, dicimus esse potens pati. Quandoque uero non secundum omnem passionẽ sed si secundũ excellẽtiorẽ.

c Amplius alia bene hoc perfi ciendi, aut secundum pręuolũ tatem. Nam quãdoque solum progredientes, aut dicentes, non bene uero, aut non ut maluerunt, non dicimus posse dicere, aut uadere. similiter autem & in pati.

d Amplius quicũque habitus, secundum quos impassibilia omnino & immutabilia, aut non facile in peius mobilia, potestates dicuntur. Franguntur autem & conteruntur, curuan tur & omnino corrumpuntur, non per potentiam, sed per nõ potentiam & alicuius defectionem. Impassibilia uero talium quæ uix & paulatim patiuntur propter potentiam, & posse ali quo modo habere.

e Dicta vero potestate toties, & possibile dicetur vno quidẽ modo, quod habet motus principiũ, aut mutationis. Etenim statiuum possibile quoddam in diuerso, inquãtum est diuersum. Alio uero modo, si quidẽ ab eo aliud potestatem habet talem.

Quædam uero ab altero, aut prout alterum est: secundum quam profectio quod patitur, aliquid patitur. Quandoque igitur, si quodcunque pati possibile est, dicimus illud posse pati: quandoque uero non secundum omnem passionem, sed si ad melius.

Item qua eius, quod bene, quippiam efficiatur, aut secundum electionem. aliquando enim eos, qui solum ambularunt, aut dixerunt, non autem bene, nec ut proposuerunt, non dicimus posse dicere, aut ambulare. similiter quoque de pati.

Item quicunque habitus, secundum quos impassibilia omnino, aut immutabilia sint, aut non facile ad deterius moueantur, potentiæ dicuntur. franguntur nanque, & conteruntur, & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non propter posse, sed propter nõ posse, & in aliquo deficere. Impassibilia uero a talibus sunt, quæ propter potentiam & posse, & aliquatenus se habere uix & parum patiuntur.

Cum autem potentia tot modis dicatur, potens quoque uno quidem modo dicetur, quòd motus, aut transmutationis principium habet. etenim sedatiuum potens quid est in altero, aut prout alterum est. Alio uero, si quid eius aliud talem potentiam habet.

infra dicetur. Alia tñ litera habet: Aliquãdo aũt nõ secundum oẽm passionẽ, sed uriq; in contrariũ: Quod quidẽ sic debet intelligi. Improprie. n. dr pati, quicquid recipit aliquã perfectionẽ, ab aliquo, sicut intelligere dr quoddã pati. Proprie aũt pati dr qđ recipit aliquid cũ sui trãsmutatione ab eo, qđ est ei naturale. unde & talis passio dicit esse abiectiõis a substãtia. hoc aũt nõ põt fieri nisi per aliquod contrarium. Vnde, qñ aliquid patitur secundũ qđ est contrariũ suæ naturæ, uel conditioni proprię pati dicitur. Secundũ quod etiã ægritudines passiones dicuntur. Quando uero aliquis recipit id qđ est ei conueniẽs secundum suam naturã, magis dicitur perfici q̃ pati. Tertiũ modũ ponit ibi.

c ¶ Dicit, ꝙ alia potestas dr, quæ é principiũ faciendi aliqd nõ quocunque modo, sed bene: aut secundũ pręuoluntatẽ. i. secundũ ꝙ homo diiponit. Quando. n. aliqui progrediuntur uel loquuntur, sed nõ bene, aut non secundũ qđ uolunt, dicuntur non posse loqui, aut progredi. Et ¦ sitr est in pati. ¦ Dr. n. aliquid posse pati illud, qđ bene põt pati. Sicut dicuntur aliqua ligna cõbustibilia, qa de facili cõburũtur, & incombustibilia, quæ non possunt de facili cõburi. Quartũ modũ ponit ibi.

d ¶ Dicit, ꝙ ét potestates dicuntur omnes habitus, siue formæ, uel dispositiones, quib* aliqua dicuntur, uel reduntur omnino impassibilia. uel immobilia, aut non de facili mobilia in peius. Quod. n in peius mutentur, sicut ꝙ frangantur, uel curuentur, uel conseruntur, vel qualitercunque corrumpãtur, nõ inest corporib* per aliquã potẽtiã, sed magis per impotẽtiã & defectũ alicui* principii: qđ corrũpeti resistere nõ põt. nũquã. n. corrũpit aliquid, nisi pp uictoria corrũpẽtis supra ipsum. Quod quidem contingit ex debilitate propriæ utrutis. Illis uero, quæ nõ possunt tales defectus pati, aut ¦uix aut paulatim, ¦. i. tarde, uel modicum patiuntur, accidit eis propter potentiã, & in eo ꝙ habent ¦aliquo modo posse ¦. i. cum quadam perfectione, ut non superentur a contrariis. Et per hunc modũ dicitur in Prædicamentis, ꝙ durũ vel sanatiuũ significat potentiam naturalem non patiendi a corrumpentibus, Molle autem & ægrotatiuum impotentiam. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit modos possibilis correspondẽtes prædictis modis potestatis, primo aũt modo pẽtis respõdẽt duo modi possibilis. Secundũ pẽtẽ. n. actiuã aliquid dicitur potens agere, dupliciter Vno modo, quia ipse per seipsum agit immediate. Alio modo, quia agit mediãte altero, cui potentiã suã cõmunicat. sicut Rex agit per Balliuũ. Dicit ergo, ꝙ cũ potentia tot modis dicatur, possibile etiã & potens pluribus modis dicatur. Vno qui dẽ modo, qđ habet principiũ actiuũ mutationis in seipso ¦sicut statiuũ uel sitiriuũ ¦. i. id qđ facit aliud: stare dicitur esse potẽs ad sistendum aliquid aliud diuersum ab eo. Alio uero modo, quando ipse non immediate operatur, sed aliud habet ab eo talem potestatem, ut possit immediate agere.

Secundo

f ¶ Secundo ponit secundum modum, rñdentem secundo modo potentiæ, i. potentiæ passiuæ dicens, quòd alio modo a dicto, dr possibile, siue potens, quod põt mutari in aliquid, quicquid hr aliud, ¦. siue possit mutari in peius, siue in melius. Et secundum hoc, aliquis dr corruptibile, quia ¦põt corrumpi, ¦qđ est in peius mutari,

Parte. 6. vel non corruptibile, quia põt nõ corrumpi, si fit impossibile illud ipsũ corrumpi. Oportet autem illud, quod est possibile ad aliqd patiendum, habere in se quandam dispositionẽ, quæ sit causa, & principiũ talis passionis. Et illud principium vocatur potentia passiua. Principium autem passionis, põt inesse alteri passibili dupliciter. Vno modo p hoc, quòd habet aliquid, sicut homo est possibilis pati infirmitatem pp abundantiã alicuius inordinati humoris in ipso. Alio vero modo, est aliquid potens pati p hoc, quòd priuatur aliquo, quod posset repugnare passiõi: sicut si homo dicatur potens, Infirmari propter subtractionem fortitudinis, & virtutis naturalis. Et hæc duo oportet esse in quolibet potente pati.

par. 9. Nunquam. n. aliqd pateretur, nisi esset in eo ¦subiectum, quod esset receptiuum dispositionis, vel formæ, quæ per passionem inducitur, & nisi esset debilitas virtutis in patiente ad resistendum actioni agentis. Hi. n. duo modi principij patiendi, põt reduci in vnũ, quia potest priuatio significari vt habitus. Et sic sequetur, quòd priuari sit habere priuationem. Et ita vterq; modus erit in aliquid habendo. Quod autem priuatio possit significari vt habitus, & vt aliquid habitum, ex hoc contingit, quòd ens æquiuoce dicitur. & secundum vnum medium & priuatio & negatio dicitur ens, vt habitum est in principio Quarti. Et sic sequitur, quòd etiam negatio & priuatio possunt significari, vt habitus. Et ideo possumus vniuersaliter dicere, quòd aliquid possibile sit pati propter hoc, quòd habet in se quendam habitum & quoddam principium passionis, cum etiam priuari sit habere aliquid, si contingat priuationem habere.

Lec. 8.

g ¶ Tertium modum ponit hic, & respondet quarto modo potentiæ, secundum quod potentia dicebatur inesse alicui, quod non posset corrumpi, vel in peius mutari. Dicit ergo, quòd alio modo dicitur possibile vel potens, inquantum non habet potestatem vel principium aliquod ad hoc, quòd corrumpatur. Et hoc dico ab alio, inquantum est aliud, quia secundum hoc aliquid dicitur potens & virtuosum, quod ab exteriori vinci non potest vt corrumpatur.

h ¶ Quartum modum ponit, qui rñdet tertio mõ potentiæ, secundum quem, dicebatur potentia ad bene agendum, vel patiendum. Dicit ergo secundum prædictos modos, qui pertinent ad agendum, vel patiendum, potest dici aliquid potens, vel ex eo solum quòd aliquid accidit fieri, vel non fieri, vel ex eo quòd accidit etiam bene fieri. Sicut etiam dicitur potens agere, quia potest bene & faciliter agere, vel quia potest agere simpliciter. Et similiter potens pati & corrumpi, quia de facili

A

f Alio si habet pmutari in quolibet secundum potestatẽ, siue in peius, siue in melius. etenim corruptibile, esse vt vtiq; nõ corrũpi, si erat impossibile. nũc autem quãdam dispositionẽ habet, & cãm talis passionis & principium. Aliqñ quidem igitur p habere aliquid videtur, aliqñ per priuari, tale esse. Sed, si priuatio est habitus aliquo modo in habendo, omnia vtiq; erunt aliquid. Ens vero dictum æquiuoce. Quare in habendo priuationem aliquam & principiũ, est possibile: & habendo huiusmodi priuationem, si contingit habere priuationem.

B

part. 7.

g Alio in non habendo ipsius potestatem aut principium in alio, inquantum est aliud, corruptiuum.

C

part. 8.

h Amplius autem ea omniª aut ex solo accidere fieri, aut non fieri, aut bene. nã in inanimatis est talis potestas. vel organis. Alia enim dicunt posse sonare lyram, aliam non, si est non bene sonans.

i Impotentia aũt, est priuatio potẽtiæ, & talis principij sublatio q̃dã, qualis dicta est, aut oĩno, aut ī apto nato, aut qñ aptũ natũ est iã habere. non. n. similiter dicunt impossibile generare puerũ, & virũ, & eunuchũ.

D

k Amplius autem secundum potentiam vtrãque, est impotentia opposita ei, quæ solum mobili, & ei quę bene mobili.

Alio vero, si qđ ad quodcũq; trãsmutetur, siue in peius, siue in melius potentia habeat. etenim quod corrũpitur, videtur possibile esse corrũpi. aliter non corrumperetur, si impossibile esset. nunc autem habet quandam dispositionem, causam, & principium huiusmodi passionis. quandoq; n. propterea quod habet quandoq; propterea quod priuatur, tale videtur esse. Quòd si priuatio habitus quodammodo est, omnia, propterea quod habet, profecto aliquid erunt, æquiuoce autẽ dicimus ipsum ens. Quare, propterea quòd habet habitum quendam, et principium, possibile est, & propterea quod habet huius priuationem, si possibile est priuationem habere.

Alio autem modo, propterea quòd non habet eius potentiam, aut principium in altero, aut prout alterum, corruptiuum.

Item hæc omnia, aut eò quòd solum contingant hæc fieri, aut non fieri, aut eò quod bene. etenim inanimatis etiam talis potentia inest, vt instrumentis. aliquam. n. posse sonare lyram aiunt, aliquam minime, si non bene sonans est.

Impotentia vero, potentiæ priuatio est, & quædam talis principij ablatio, quale diximus, aut oĩno, aut ab eo, qui natura aptus est habere, aut & ei natura aptus sit iã habere. non. n. similiter dicent impossibile esse puerum generare, & virum eunuchum.

Item vtrique potentiæ, est impotentia opposita, & ei, quæ solum mobili, & ei, quæ bene mobili est.

E

difficili hoc pati potest. Et ille modus potestatis, etiam inuenitur ī rebus inanimatis ¦vt in organis ¦. i. in lyra, & musicis instrumentis. Dicitur enim, quòd aliqua lyra potest sonare, qa bene sonat: alia non potest sonare, quia non bñ sonat. Deinde cum dicit.

i ¶ Ostendit quot modis dicitur impotentia, & circa hoc duo facit. Primo, distinguit hoc nomen, impotẽtia. Secundo, hoc nomen, impossibile, ibi: ¶ Impossibilia vero. ¦ Circa primũ duo facit. Primo. n. ostendit communẽ rationem huius nominis impotentia. Secundo, ostendit quot modis dicatur ibi: ¶ Amplius aũt. ¦ Dicit ergo primo, ꝙ impotẽtia est priuatio potentiæ. Ad rõnem aũt priuationis, duo requiruntur, quorum primũ est remotio habit* oppositi. Id aũt, quod opponitur impotẽtiæ, est potẽtia. Vnde cum potentia sit quoddã principiũ, impotentia erit sublatio quædam talis principij, qualis dicta est esse potentia. Secũdum quod requiritur, est quòd priuatio proprie dicta, sit circa determinatum subiectũ & determinatũ tẽpus. Impropriẽ autem ¦sumitur abs ¦: determinatione subiecti, & temporis. non. n. cæcum proprie dicitur, nisi quod est aptum natum habere visum, & quando est natum habere visum. Impotẽtia autem sic dicta, dicit remotionem potentię ¦aut omnino ¦. i. vniuersaliter, vt. s. omnis remotio potentiæ impotentia dicatur, siue sit aptum natum habere, siue non: aut dicitur remotio in eo, quod est aptum natum habere quandocũque, aut ¦olum tunc, qñ aptum natum est habere. Non enim similiter accipitur impotentia, cum dicimus, puerum nõ posse generare, & cum virum & eunuchum simul. Puer enim dicitur impotens generare, quia subiectum est aptum ad generandum, non tamen pro illo tempore. Vir autem eunuchus dicitur impotens ad generandum, quia pro illo tempore esset qui dem aptus, non tamen potest, quia caret principijs actiuis generationis. Vnde hic magis ¦aluatur ratio priuationis. Mulus autem, vel lapis dicitur impotens ad generandum, quia non potest, nec etiam habet aptitudinem in subiecto existentem. Deinde cum dicit.

Lec. 9.

k ¶ Dat intelligere impotentiæ modos per oppositũ ad modos potentiæ: Sicut enim potentia est duplex, ¦. activa & passiua: & iterum vtraque aut ad agendum & patiendum ¦simpliciter, aut ad bene agendum & patiendum, ita secundum vtramque potentiam, est impotentia opposita. Et ¦ solum mobili & bene

Alia litera mouiuæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bene mobili}, i. potentiæ actiuæ, quæ est ad mouendum simpliciter, vel bene mouendum: & potentiæ passiuæ, quę est ad moueri simpliciter, vel bene moueri. Deinde cum dicit.

part. 11. intra p. 14.

I ¶ Ostendit quot modis dicitur impossibile. & circa hoc duo facit. Primo distinguit modos impossibilis. Secundo reducit illos modos ad vnũ. ibi: {Quæ vero secundum.} Circa primum tria facit. Primo dicit, quòd vno modo dicuntur aliqua impossibilia secũdum quod habent impotentiam prædictã, quæ opponitur potentiæ. & huiusmodi modus in quatuor diuiditur, sicut & impotentia: ideo cũ dicit. {Alio modo.} Ponit alium modum, quo dicuntur aliqua impossibilia, non propter priuationem alicuius potentiæ, sed propter repugnantiam terminorum in propositionibus. Cum enim posse dicatur in ordine ad esse, sicut ens dicitur non solum quod est in rerum natura, sed secundum compositionem propositionis, prout est in ea verum vel falsum, ita possibile & impossibile dicitur, nõ solum propter potentiam, vel impotentiam rei, sed propter veritatẽ & falsitatem compositionis, vel diuisionis in propositionib⁹. Vnde impossibile dicitur, cuius contrarium est verum de necessitate. vt diametrum quadrati esse commensurabilẽ eius lateri, est impossibile, quia hoc tale est falsum, cuius contrarium non solum est verum, sed etiam necessarium: quod quidem est non commensurabile esse. Et propter hoc esse cõmensurabile est falsum de necessitate, & hoc est impossibile. Tertio ibi.

Impose qd.

Imposibilia vero hæc quidem secundũ impotentiã eam dũr, alia alio mõ, vt posibile & imposibile. Imposibile q̃dem, cuius cõtrariũ de necesi tate est verũ. vt diametrũ commensurabilẽ esse, imposibile, qa falsum tale, cuius contrariũ non solũ verũ, sed & necesse, nõ cõmensurabile esse. Ergo commensurabile nõ solum falsum, sed ex necesitate falsum.

par. 12. fi. part. 12.

m Contrarium vero huic posibile, quando non necesse est contrarium falsum esse. vt sedere hominẽ posibile. non enim ex necesitate non sedere falsum. Ergo posibile & vno modo sic dictum est quod non ex necesitate falsum significat: Alio modo verum esse: alio cõtingens verum iam.

part. 13.

n Secundum metaphoram autem quę in Geometria dicitur potentia. Hæc quidem igitur posibilia non secundum potentiam.

part. 14.

o Quę vero secundum potentiam omnia dũr ad primã vnã. & ea est principium mutationis in alio, inquantum aliud. Alia nãque dicũtur posibilia, hoc quidem eorum in habẽdo aliquid aliud talem potentiã: illa vero in non habendo: alia in sic habendo. Similiter autẽ & imposibilia. Quare ꝓpria diffinitio primę potentiæ erit, principium permutationis in alio inquantum aliud.

LECTIO XV.

Tex. cõ. 18. par. prima.

a Vantum vero dicitur quod est diuisibile in ea, quæ insunt, quorũ vtrunque aut singulum, vnum aliquid. & hoc aliquid, aptum natum est esse.

m ¶ Manifestat qd fit posse oppositũ imposibili secũdo mõ dicto. Imposibile. n. opponitur posibili secundo modo dicto, sicut dictum est. Dicit ergo, quòd posibile contrarium huic secundo imposibili est, cuius contrarium de necesitate est falsum, sicut sedere hominem est posibile, quia non sedere, quod est eius oppositum, non est de necesitate falsum. Ex quo patet, quòd ille modus posibilis in tres modos diuiditur. Dicitur enim vno modo posibile quod falsum est, sed non ex necesitate: sicut hominem sedere, dum non sedet, quia eius oppositum nõ est verum ex necesitate. Alio modo dicitur imposibile quod est verum, sed non de necesitate, quia eius oppositum nõ est falsum de necessitate. sicut Socratem sedere dum sedet. Tertio modo dicitur posibile, quia licet non sit verum, tamen contingit in proximo verum esse. Deinde cum dicit.

n ¶ Ostendit quomodo potentia sumatur metaphorice. & dicit, quòd in Geometria dicitur potentia secundum metaphoram. Potentia. n. lineę in Geometria dicitur quadratum lineę per hanc similitudinem, quia sicut ex eo quod est in potẽtia, fit illud quod est in actu, ita ex ductu alicuius lineæ in seipsam, resultat quadratum ipsius. Sicut si diceremus, quòd ternarius potest in nouenarium, quia nouenarius consurgit ex ductu ternarij in seipsum. Nam ter tria sunt nonem. Sicut autẽ imposibile secũdo modo acceptum, nõ dicitur secundũ aliquam impotẽtiam, ita & modi posibilis vltimo positi, nõ dicuntur secundum aliquam potẽtiam, sed secundum similitudinem, vel secundum modum veri & falsi. Deinde cum dicit.

Impossibilia quoque quædam secundum hanc impotentiam dicuntur, quæda alio modo, vt: possibile. et impossibile impossibile quidem, cuius cõtrarium necessario verum est. veluti diametrum cõmensurabilem esse, impossibile est, quoniam falsum huiusce modi est, & cuius contrarium non solum verum, sed necessarium quoque est. ut incommensurabilis sit. commensurabile igitur non solum falsum, sed necessario etiam falsum est.

Ipsum vero possibile huic contrarium, cùm non sit necessarium, contrarium falsum esse. vt sedere hominem possibile est. non enim necessario non sedere falsum est. possibile itaque vno quidem modo significat, ut dictum est, quod non necessario falsum est: alio vero, ipsum verum esse: alio autem, contingens verum esse iam.

Metaphorice autem, quæ in Geometria, potentia dicitur. Hæc igitur possibilia, non secundum potentiam.

Quæ autem dicuntur secundum potentiam, omnia ad primam vnam dicuntur. hæc autem est principium transmutationis in altero, prout alterum est. cætera nãque possibilia dicuntur, quædam eo quod eorum aliquid talem potentiam habet: quædam, eò quòd non habent: quædam, eò quòd sic habent. Similiter etiam in possibilia. Quare propria primæ potentiæ definitio profectò erit, principium transmutatiuum in altero, prout alterum est.

LECTIO XV.

Vantum dicitur, quod est in ea quæ insunt diuisibile, quorum utrunque, aut singulum unum quid, et quod quid aptũ est esse.

Metaphorice autem, quæ in Geometria, potentia dicitur. Hæc igitur posibilia non secundum potentiam. Quæ autem dicuntur secundum potentiam, omnia ad primam vnam dicuntur. hæc autem est principium transmutationis in altero, prout alterum est. cætera nãque posibilia dicuntur, quædam eo quod eorum aliquid talem potentiam habet: quædam, eò quòd non habent: quædam, eò quòd sic habent. Similiter etiam in posibilia. Quare ꝓpria primæ potentiæ definitio profectò erit, principium transmutatiuum in altero, prout alterum est.

LECTIO XV.

Voniam ens non solum diuiditur in potentiam & actum, sed etiam in decem ꝓdicamenta, postquam Philosophus distinxit hoc nomen potentia, hic incipit distinguere nomina, quæ significant prædicamenta, & primo nomen quantitatis. Secundo nomen qualitatis,

Lect. seq. Lect. 17.

tatis, ibi: {Quale autem.} Tertio distinguit modos ad aliqd, ibi: {Ad aliquid dicuntur.} Alia vero prædicamẽta præmittit, quia sunt determinata ad aliquod genus rerum naturalium, vt patet præcipue de agere & pati, & de vbi & qñ. Circa primum tria facit. Primo, ponit rationem quantitatis dicens, quòd quãtum dicitur quod est diuisibile in ea, quæ insunt.

part. 2. Alia littera habet magnitudinis vero quæ q dem ad vnũ cõtinua, lõgitudo, quæ aũt ad duo, latitudo, q autẽ ad tria ꝓfunditas.

b Quod quidem dicitur ad differentiam diuisionis mistorum. Nam corpus mistũ resoluitur in elemẽta, quę nõ sunt actu in misto, sed virtute tantũ. Vnde, non est ibi tm̃ diuisio quatitatis, sed oportet quòd adhuc aliqua alteratio, per quam mistum resoluitur in elementa. Et iterum addit, q vtrunque aut singulum est natum esse {vnum aliquid,} hoc est aliquid demõstratum. Et hoc dicit ad remouendum diuisionem in partes essentiales, q̃ sunt materia & forma. Nam neutrum eorum, aptum natum est esse vnum aliquid per se. Secundo ibi.

Multitudo ergo, quantũ aliquid, si fuerit numerabilis: magnitudo, si fuerit mẽsurabilis. Dicitur aũt multitudo quidẽ, quod est diuisibile potestate in non continua: magnitudo aũt, qd in continua. Mensura vero, alia ī vnũ cõtinuũ lõgitudine: alia ī duo, latitudine alia ī tria, ꝓfunditate. Horũ aũt, pluralitas qdẽ finita, numerus: sed lõgitudo, linea: latitudo, superficies: & profundum corpus.

part. 3.

b ¶ Ponit spẽs quãtitatis, inter quas primæ sunt duæ, s. multitudo siue pluralit s, & magnitudo siue mensura. Vtrunque autẽ eorum habet rationẽ quanti, inquantum multitudo numerabilis est. & magnitudo est mẽsurabilis. Mensuratio. n. proprie pertinet ad q̃titatem. Diffinitur autẽ multitudo sic, Multitudo est, qd̃ est diuisibile secundum potentiam in partes non continuas. Magnitudo autem, quod est diuisibile in partes cõtinuas. Quod quidem contingit tripliciter, & secundum hoc sunt tres species magnitudinis. Nam si sit diuisibile secundum vnam tantum dimensionem in partes continuas, erit longitudo. Si autem in duas latitudo. Si autem in tres, profunditas. Vlterius autẽ, quando pluralitas vel multitudo est finita, dicitur numerus. Longitudo autem finita, dicitur linea. Latitudo finita, corpus. Si. n. esset multitudo infinita, non esset numerus, quia quod infinitum est, numerari nõ potest. Similiter, si esset longitudo infinita, non esset linea. Linea enim, est longitudo mensurabilis. Et propter hoc in ratione lineæ ponitur, quòd eius extremitates sunt duo puncta. Simile est de superficie & corpore. Tertio ibi.

part. 4.

c Amplius autem alia dicunt secm̃ se quanta, alia secundum accidens: vt linea quantum ali quid secundum se, musicum vero secundum accidens.

c ¶ Distinguit modos quantitatis. & circa hoc tria facit. Primo, distinguit quantum in id, quod est quantum per se, sicut linea: & in id, quod est quantum per accidens, sicut musicum. Secundo ibi.

d Eorum vero, quæ sunt secundum se, alia secundum substantiam sunt, vt linea quãtum qd. nam in ratione quid est dicente, quantum quid existit. Alia passiones & habitus talis sunt substantiæ: vt multum & paucum, productum & breue, latum & strictum, profundum & humile, graue & leue, & alia talia. Sũt autem magnum & parvum, & maius & minus, & secũdum se & ad inuicẽ dicta, quãti passiones secm̃ se. Transferuntur ẽt & ad alia, ea nomina.

d ¶ Distinguit quãtum per se, quod quidem duplex est. Quędam. n. significantur per modum substantiæ & subiecti, sicut linea, vel superficies, vel numerus. Quodlibet. n. istorum substantialiter est quantum, quia in diffinitione cuiuslibet, ponitur quantitas. Nam linea est quantitas continua secundum longitudinem, diuisibilis finita, & similiter est de alijs. Quædam vero per se pertinent ad genus quantitatis, & significantur per modum habitus, vel passionis talis subſtantiæ, s. linea quæ est substantialiter quantitas, vel aliarum similium quantitatum, sicut multum & paucum, significantur vt passiones numeri, & productum & breue, vt passiones lineæ, & latum & strictum, vt passiones superficiei: & profundum & humile siue altum, vt passiones corporis: & similiter graue & leue, secundum opinionem illorum, q dicebant multitudinem superficierum. vel atomorum esse causam grauitatis i corporibus, paucita tem vero corundẽ, causam leuitatis. Sed secundum veri tatem graue & leue non pertinent ad quantitatem, sed ad qualitatem, vt infra ponet. Et similiter est de aliis talibus. Quædam etiã sunt, quæ cõiter euiusliber quantitatis continuę passiões sunt, sicut magnum & paruum, maius & minus, siue hæc dicãtur {secundum se} ideſt absolute, siue dicãtur {adinuicẽ,} sicut aliquid dẽ magnum & paruum respectiue, sicut in prędicamẽtis habetur. Ista auté noia, quę significant passiones quantitatis per se, trãseruntẽ etiam ad alia quàm ad quantitates. Dicitur. n. albedo magna & parua, & alia huiusmodi. Sciendum autem est, q̃ quãtitas inter alia accidentia propinquior est substantiæ. Vnde, quidam quantitates esse substantias putant, s. lineam & numerum & superficiẽ & corpus. Nam sola quantitas habet diuisionem in partes proprias post substantiam. Albedo enim non potest diuidi, & per consequens nec intelligitur indiuiduari, nisi per subiectum. Et inde est, quòd in solo quantitatis genere aliqua significantur vt subiecta, alia vt passiones. Tertio ibi.

Lec. seq.

Part. 5.

e Secundum accidens vero, dictarum quantitatũ aliæ sic dicuntur, sicut dictum est, quia musicum quantum est, & albũ per esse quantum aliquid cui insunt. Alia vt motus & tempus. etenim hæc quanta quæ-

Multitudo igitur quantum quid, si numerabilis est: magnitudo vero, si mensurabilis. Dicitur autem multitudo quidem, quæ potentia diuisibilis est in non continua: magnitudo uero, quæ in continua. Magnitudinis autem, quæ quidem ad vnum continua est, longitudo: quæ vero ad duo, latitudo: quæ autem ad tria profunditas est. Horum autem multitudo quidem finita numerus, longitudo vero linea, latitudo autem superficies, profunditas vero, corpus est.

Item alia per se quanta quædã dicũtur, alia secundũ accidens. vt puta linea quidem quantum quiddam per se est, musicũ vero secundũ accidens.

Eorum vero, quæ per se sunt: quædam secundum substantiam sunt: vt linea quantum quiddam. in definitione nãque, quod quid est dicenti, quãtum quiddam inest. quædam passiones, & habitus huiusce modi substantiæ sunt; vt multum & paucum, lõgum & breue, latum & strictum, profundum & humile, graue & leue, & cætera quo que huiusce modi. Sunt autem magnum etiam & paruum, maius & minus, tam secundum se, quàm ad seinuicem dicta quanti per se passiones. transferuntur autem & ad alia ista nomina.

Eorum autem, quæ secundum accidens dicuntur quanta, quoddam ita dicitur, vt prædictum est, quòd musicum, & album quantum est: eò quòd illud, cui insunt, quantum quid est. Quædam, vt motus & tempus. & hæc enim quanta quædam & contin-

tur per modum habitus, vel passionis talis substantiæ, s. linea quæ est substantialiter quantitas, vel aliarum similium quantitatum, sicut multum & paucum, significantur vt passiones numeri, & productum & breue, vt passiones lineæ, & latum & strictum, vt passiones superficiei: & profundum & humile siue altum, vt passiones corporis: & similiter graue & leue, secundum opinionem illorum, q dicebant multitudinem superficierum. vel atomorum esse causam grauitatis i corporibus, paucitatem vero eorundẽ, causam leuitatis. Sed secundum veri tatem graue & leue non pertinent ad quantitatem, sed ad qualitatem, vt infra ponet. Et similiter est de aliis talibus. Quædam etiã sunt, quæ cõiter euiusliber quantitatis continuę passiões sunt, sicut magnum & paruum, maius & minus, siue hæc dicãtur {secundum se} ideſt absolute, siue dicãtur {adinuicẽ,} sicut aliquid dẽ magnum & paruum respectiue, sicut in prędicamẽtis habetur. Ista auté noia, quę significant passiones quantitatis per se, trãseruntẽ etiam ad alia quàm ad quantitates. Dicitur. n. albedo magna & parua, & alia huiusmodi. Sciendum autem est, q̃ quãtitas inter alia accidentia propinquior est substantiæ. Vnde, quidam quantitates esse substantias putant, s. lineam & numerum & superficiẽ & corpus. Nam sola quantitas habet diuisionem in partes proprias post substantiam. Albedo enim non potest diuidi, & per consequens nec intelligitur indiuiduari, nisi per subiectum. Et inde est, quòd in solo quantitatis genere aliqua significantur vt subiecta, alia vt passiones. Tertio ibi.

e ¶ Distinguit modos quantitatis per accidens. & ponit duos modos quantitatis per accidens, quorum vnus est secundum quod aliqua dicuntur quanta per accidens ex hoc solo, quòd sunt accidentia alicuius quanti, sicut album & musicum per hoc, quòd sunt accidentia alicuius subiecti, quod est quãtum. Alio modo dicuntur aliqua quanta per accidens, non ratione subiecti in quo sunt, sed ex eo quòd diuiduntur secundũ quantitatem ad diuisionem alicuius quantitatis, sicut motus & tẽpus, quæ dicuntur quædam quanta & continua, propterea q̃ ea, quorum sunt, sunt diuisibilia, & ipsa diuiduntur ad diuisionem eorum. Tempus enim est diuisibile & continuum propter motum, motus autem propter magnitudinem, non quidem propter magnitudinem eius, quod mouetur, sed propter magnitudinem eius, in quo aliquid mouetur. ex eo. n. q̃ illa magnitudo est quanta, & motus est quantus. & propter hoc q̃ motus est quantus, sequitur tempus esse quantum. vnde hæc nõ solum per accidens quantitates dici possunt, sed magis per posterius, inquantum quantitatis diuisionem ab aliquo priori sortiuntur. Sciendum est autem, quòd Philosophus in Prædicamentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicamentis posuit tempus quantitatem per se, cum hic ponat ipsum quantitatem p accidens, quia ibi distinxit species quantitatis secundum diuersas rationes mensuræ. Aliam. n. rationē mensuræ habet tempus, quod est mensura extrinseca, & magnitudo, quæ est mēsura intrinseca. & ideo ponitur ibi vt alia species quantitatis.

hic autem considerat species quantitati quantū ad ipsum esse quantitatis. Et ideo illa, quæ non habent esse quantitatis nisi ex alio, nō ponit hic spēs quantitatis, sed quantitates per accidens, vt motum & tempus.

T.com. 19. part. 1. Motus autem non habet aliam rationē a mensuræ q̄ tempus & magnitudo. Et ideo nec hic, nec ibi ponitur quantitatis species. Locus autē ponitur ibi species quantitatis, nō hic, quia habet aliam rationem mensuræ, sed non aliud esse quantitatis.

LECT. XVI.

a Hic distinguit modos quantitatis, & circa hoc duo facit. Primo ponit quatuor modos qualitatis. Secundo reducit eos ad duos, ibi: {Fere vero secundū duos modos.} Dicit ergo primo, quòd vnus modus qualitatis est secundum quod qualitas dicit {differentia substantiæ} ideſt differētia, per quā aliquid ab altero substantialiter differt: quæ intrat ī diffinitionem substantiæ. Et propter hoc dicitur q̄ differentia prædicatur in quale quid. Vt si quæratur, quale animal est homo? respondemus q̄ bipes: & quale animal equus? respondemus quòd quadrupes: & qualis figura est circulus? respondemus quòd agonion, i. sine angulo, ac si ipsa differentia substantiæ qualitas sit. Vno igitur modo ipsa differentia substantię qualitas dicitur. Hunc autem modum qualitatis Arist. in prædicamentis prætermisit, quia non continetur sub prædicamento qualitatis de quo ibi agebat. Hic autem agit de significationibus huius nominis qualitas. Secundo ponit ibi.

part. 2. Infr. pt. 5. Alia litera melior, secū dum quantitatem.

part. 3.

part. 4.

b ¶ Dicit, quòd alius modus qualitatis vel qualis, est secundū quod immobilia & mathematica dicuntur qualia. Mathematica. n. abstrahunt a motu, vt in Sexto huius dicetur. Mathematica. n. sunt numeri & magnitudines, & in vtrisque vtimur nomine qualis. Dicimus enim superficies esse quales, inquātum sunt quadratæ, vel triangulares. Et similiter numeri dicuntur quales, inquantum sunt compositi. Dicuntur autem numeri compositi: qui communicant in aliquo numero mensurante eos, sicut senarius numerus & nouenarius mensurantur ternario, & non solum ad vnitatem comparationem habent, sicut ad mensuram communem. Numeri autem incompositi, vel primi in sua proportione dicuntur, quos non mensurat alius numerus communis, nisi sola vnitas. Dicuntur etiam numeri quales ad similitudinem superficiei {& solidi,} ideſt corporis. Secundum quidem imitationem superficiei, inquātum numerus ducitur in numerum vel eundem, vel alium. vt cum dicitur, bis tria, vel ter tria. Et hoc est quod dicit {quoties quā ti.} Nam designatur quasi vna dimensio in hoc, quod dicitur {tria} quasi vero secunda dimēsio, hoc quod dicitur {bis tria} vel etiam {ter tria.} Ad imitationem vero solidi, qñ est duplex ductꝰ, vel eiusdem numeri in seipsum, vel diuersorum numerorum ī vnum. vt cum dicitur ter tria ter, vel bis tria bis, vel bis tria quater. Et hoc est qđ dicit {Quoties quot quanti.} Sic. n. considerantur ī numero quasi tres dimensiones ad modum solidi. In hac autem numerorum ordinatiōe, aliquid cōsideratur per modum substantiæ, sicut hoc quod dico tria, vel quicunque numerus, qui in aliū ducitur. Aliquid vero per modum quātitatis, sicut ipse ductus vnius numeri in alterum, vel in se ipsum. vt cum dico bis tria, binarius significatur per modū quantitatis mensurantis, ternarius vero per modū substantiæ. Id ergo, q̄ existit in substantia numeri præter ipsā quantitatem, quæ est numeri substantia, dicitur qualitas eius, vt hoc quod significatur per hoc, quod dicitur bis vel ter. Alia litera habet {secundum quātitatem} & tunc substantia numeri dicitur ipse numerus simpliciter prolatus, vt quod dicitur tria. Quantitas autem, secundum quā attenditur eius qualitas, dicit ipsa multiplicatio numeri ī numerum. Et huic concordat litera sequens, quę dicit, quòd substantia cuiuslibet numeri est id quod semel dicitur. Sicut substantia senarij est quod dicitur semel sex, non quod dicitur bis tria, vel ter duo, sed hoc pertinet ad eius qualitatem. Dicere enim numerum esse superficialem vel solidum siue quadratum, siue cubitum significat eum esse qualem. Hic autem modus qualitatis, est quarta species in prædicamentis posita. Tertio ponit ibi.

c ¶ Dicit, quòd etiam qualitates dicuntur passiones substantiarum mobilium, secundum quas corpora per alterationem mutantur, vt calidum, & frigidum, & huiusmodi. Et hic modus pertinet ad tertiam speciem qualitatis in prædicamentis positam. Quarto ponit ibi.

d ¶ Dicit, q̄ qualitas siue quale, dicitur quarto modo secundum quod aliquid disponitur per virtutem & vitium, vel qualitercūq; per bonum & malum, sicut per scientiam & ignorantiam, sanitatem & ægritudinem, & huiusmodi. & hæc est prima species qualitatis in prædicamentis posita. Prætermittit autem inter hos modos secūdam qualitatis speciem, quia magis comprehenditur sub potentia, cum non significetur nisi vt principium passioni resistens, sed propter modum denominandi, ponitur in prædicamentis inter species qualitatis. Secundum

dā dūr & continua, qa illa sunt diuisibilia, quorū sunt hæ passiones. Dico aūt nō qđ mouet, sed quo motū est. nā p esse quātū illud, & motus est quantus, Tps vero p ipsum, s. motum.

LECTIO XVI.

G Vale vno quidem modo dicitur differentia substantię. vt quale qd homo? qa animal bipes, equus quadrupes: & circulus qualis? quia quædam figura, quia agonion est, quasi differentia secūdum substantiam qualitate existente. Vno quidem itaque modo hæc dicitur qualitas differentia substantię.

b Alio vero modo, vt immobilia & mathematica, sicut numeri quales quidem sunt. quēadmodum compositi: & non solum ad vnum entes, sed quorum imitatio superficies & solidū. hi vero sunt quoties quanti, aut quoties quot quanti, & totaliter quod præter quantitatem existit substantia. Nam substantia cuiuslibet, quod semel. Vt ipsorū sex, non bis tres sūt, sed semel. Sex. n. semel sex.

c Amplius q̄cunq; passiones sunt earum q̄ mouent substātia I rum, vt calor & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & q̄cunq; talia, scđm q̄ dñt mutari corpora pmutantium.

d Amplius scđm virtutem & vitium, & oīno bonū & malū.

LECTIO XVI.

Vale dicitur vno modo differentia substantiæ. vtputa quale animal homo, quoniam bipes, equus vero quadrupes, & circulus qualis? quædam figura, quoniam absque angulis est, tanquàm differentia, quæ secundum substantiam, qualitas sit. vno itaque modo qualitas dicitur substantiæ differentia.

Alio, vt immobilia, & mathematica, veluti numeri quales quidam sunt. vt qui compositi: & non solum, qui ad vnum sunt, sed hi, quorum imitatio superficies & solidum. hi autem sunt, qui quoties quanti aut quoties quanti quoties. & omninò quod in substantia, præter quantum existit. substantia namque cuiusque est quod semel, vtputa ipsorum sex, non qui bis, vel ter. sed qui semel, sex enim semel, sex sunt.

Item quæcunque substantiarum, quæ mouentur passiones, vt caliditas & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & quæcunque similia, secundum quæ dicuntur alterari corpora, ipsis mutatis.

Item, secundum virtutem & malitiam, & omnino bonum & malum.

Fere itaque secundum duos modos dici possit ipsum quale, & horum vnum maxime proprium. prima etenim qualitas, substantiæ differentia est, huius autem pars, & quæ in numeris qualitas est, etenim differentia quædam substantiarum est. sed non aut eorum, quæ mouentur, aut non prout mouentur, hæ autem passiones eorum, quæ mouentur, prout mouentur sunt, & motuum differentiæ. Virtus autem, & malitia, passionum quædam partes sunt. differentias enim motus, & actionis quasdam manifestant secundum quas bene, vel male agunt, aut patiuntur ea, quæ in motu sunt. Quod enim hoc modo potest moueri, aut agere, bonum, quod vero illo modo & contrario, prauum. Maxime autem bonum & malum significant qualitatem in illis, quæ animata sunt, & in illis maxime, quæ habent electionem.

eundum autem modum essendi, magis continetur sub potentia, sicut & supra posuit. Deinde cum dicit.

e ¶ Reducit quatuor positos modos ad duos dicens, quòd quale dicitur aliquid fere secundum duos modos, inquantum alij duo de quatuor, reducuntur ad alios duos. Horum autem vnus principalissimus est primus modus, secundum quē differentia substantiæ dicitur qualitas, quia per eum aliqd significatur informatum & qualificatū. Et ad hunc modum reducitur qualitas, quæ est in numeris & in mathematicis alijs, sicut quædam pars. huiusmodi. n. qualitates sūt quasi quędam differentię substantiales mathematicorum. nā ipsa significantur p modum substantiæ, potius quam alia accidentia, vt in cap. de quantitate dictum est. Sunt autem huiusmodi qualitates differentiæ substantiarum, aut non motarum, aut non inquantum sunt motæ. Et hoc dicit, vt ostendat quantum ad propositum non differre: vtrum mathematica sint quædam substantiæ per se existentes secundum esse, vt dicebat Plato a motu separatæ, siue sint in substantijs mobilibus secundum esse, sed separatæ secundum rationem. Primo. n. modo, essent qualitates nō motorum, secundo autem, motorum, sed non inquantum sunt motæ. Secundus modus principalis est, vt passiones motorum inquātum motæ, & etiam differentiæ motuum, dicantur qualitates. Quę quidem dicuntur differentiæ motuum, quia alterationes differunt secundum huiusmodi qualitates, sicut calefieri & infrigidari, secundum calidum & frigidum. Et ad hunc modum reducitur ille modus, secundum quem vitium & virtus dicitur qualitas. hic enim modus est quasi quædam pars illius. Virtus enim & vitium, ostendunt qualdam differentias motus & actus, secundum bene & male. Nam virtus est per quam se aliquis habet bene ad agendum & patiendum. Vitium autem, secundum quod male. Et simile est de alijs habitibus, siue intellectualibus, vt scientia, siue corporalibus vt sanitas. Sed tamen bene & male maxime pertinet ad qualitatem in rebus animatis, & præcipue in habentibus {prohæresim} ideſt electionem. Et hoc ideo, quia bonum habet rationem finis. Ea vero, quæ agunt per electionem, agunt propter finem. Agere autem propter finem, maxime competit rebus animatis. Res enim inanimatæ agunt, vel mouentur propter finem, non tanquam cognoscentes finem, neque tanquam se agentes ad finem, sed potius ab alio diriguntur, qui eis naturalem inclinationem dedit; sicut sagitta dirigitur in finem a sagittante. Res autem irrationales animatæ, cognoscunt quidem finem & appetunt ipsum appetitu animali, & mouent seipsa localiter ad finem, tanquam iudicium habentes de fine, sed appetitus finis, & eorum, quæ sunt propter finem, determinatur eis ex naturali inclinatione. Propter quod sunt magis acta, quàm agentia. Vnde nec in eis est iudicium liberum. Rationalia vero, in quibus solum est electio, cognoscunt finem & proportionem eorum, quæ sunt in finem ipsum. Et ideo, sicut scipsa mouent ad finem, ita etiam ad appetendum finem, vel ea quæ sunt propter finem, ex quo est in eis electio libera.

Fere vero secundū duos modos dicitur quale, & * horum quodā maxime secundū priorem. Nam prima qualitas, substantiæ differentia. eius vero quędam & quæ in numeris qualitas pars. nam differentia quædam substantiarum est, sed aut non mororum, aut non in quā- B tum mota. Hę autem passiones motorum inquantum sunt mota & motuum differentiæ. Virtus autem & vitium, passionū pars quædam est. Differentias enim ostēdunt motus & actus, secundum quos faciunt vel patiuntur bene, aut praue, quæ sunt in motu. Possibile nāque sic moueri aut agere, bonum: quod vero non sic sed cōtrarie, prauum. Maxime vero bonum & malum significant quale in C animatis, & horum maxime in habentibus prohęresim.

LECTIO XVII.

D aliquid dicunt alia per se, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & totaliter multiplicatum ad multiplicati partem, & continens ad contentum. Alia, vt calefactiuum ad calefactibile, & sectiuum ad D secabile, & omne actiuum ad passiuum. Alia, vt mensurabile ad mensurā, & scibile ad sciē tiam, & sensibile ad sensum.

LECTIO XVII.

D aliquid dicuntur quædam, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad multiplicati partem, & excedens ad excessum. Quædam, vt calefactiuum ad calefactibile, & sectiuum ad secabile, & omnino actiuum ad passiuum. Quædam, vt mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum.

LECT. XVII.

a Hic determinat Philosophus de ad aliquid. & circa hoc duo facit. Primo, ponit modos eorum, q̄ sunt ad aliquid secundum se. Secūdo eorum, quæ sunt ad aliquid, ratione alterius, ibi: {Illa vero quia sua genera.} Circa primum duo facit. Primo, enumerat modos eorum, quæ secundum se ad aliqd dicuntur. Secundo, prosequitur de eis, ibi: {Dicuntur autem prima.} Ponit part. 2. ergo tres modos eorum, quæ ad aliquid dicuntur, quorum primus est, secundū numerum & quantitatem. sicut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiā partem & {multipli eatum} ideſt multiplex ad partē {multiplicati} ideſt ad submultiplex, {& continens ad contentum.} Accipitur autem continens p eo, quod excedit secundum quantitatem. Omne enim excedens secūdum quantitatem, continet in se illud quod exceditur. est enim hoc & adhuc amplius, sicut quinque continent in se quatuor, & tricubitum continet in se bicubitum. Secundus modus est, prout aliqua dicuntur ad aliquid secundum actionem & passionem, vel potentiam actiuam & passiuam, sicut calefactiuum ad calefactibile, quod pertinet ad actiones naturales, & sectiuum ad sectibile, quod pertinet ad actiones artificiales, & vniuersaliter omne actiuum ad passiuum. Tertius modus est, secundum quod mensurabile dicitur ad mensuram. accipitur autem hic mensura & mensurabile, non secundum quantitatem. hoc enim ad primum modum pertinet, in quo vtrunque ad vtrunque dicitur: nam duplum dicitur ad dimidium, & dimidium ad duplum: Sed secundum mensurationem esse & veritatis. Veritas enim scientiæ mensuratur a scibili. Ex eo enim, quòd res est vel nō est, oratio scita, vera vel falsa est, & non econuerso. Et similiter est de sensibili & sensu. Et propter hoc, non mutuo dicuntur mensura ad mensurabile & econuerso, sicut in alijs modis, sed solum mensurabile ad mensuram. & similiter etiam imago dicitur ad id, cuius est imago, tanquam mensurabile ad mensuram. veritas enim imaginis mensuratur ex re, cuius est imago. Ratio autem istorum modorum hæc est, Cum enim relatio, quæ est in rebus, consistat in ordine quodam vnius rei ad aliam, oportet tot modis huiusmodi relationes esse, quot modis contingit vnam rem ad aliam ordinari. Ordinatur autem vna res ad aliam, vel secundum esse, prout esse vnius rei dependet ab alia, & sic est tertius modus: vel secundum virtutem actiuam & passiuam, secundum quod vna res ab alia recipit, vel alteri confert aliquid, & sic est secundus modus. Vel

secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum quod quantitas vnius rei, potest mensurari per aliam, & sic est primus modus. Qualitas autem rei, inquantum huiusmodi, non respicit nisi subiectum in quo est. Vnde secundum ipsam, vna res non ordinatur ad aliam, nisi secundum quod qualitas accipit rationem potentiæ passiuę, vel actiuæ, put est prin

parte. 2. cipium actionis vel b passionis. Vel ratione quantitatis, vel alicuius ad quantitatem pertinentis. sicut dicitur aliquid albius alio: vel sicut dicitur simile, quod habet vnam aliquã qualitatem. Alia vero genera magis cõsequuntur relationem, quam possint relationem causare. Nam quando, consistit in aliquali relatione ad tempus. Vbi vero, ad locum, Positio autem, ordinem partium importat. Habitus autem relationem habentis ad habitum. Deinde cum dicit.

b ¶ Prosequitur. tres modos enumeratos. & primo prosequitur primum. Secundo prosequitur secundum ibi: {Actiua vero & passiua.} Tertio tertium, ibi: {Ergo secũdum numerum.} Circa primum, duo facit. Primo ponit relationes, quæ consequuntur numerum absolute. Secundo ponit relationes, quæ consequuntur vnitatem absolute, ibi: {Et amplius æquale.} Dicit ergo, quòd primus modus relationum, qui est secundum numerum, dittinguitur hoc modo, quia vel est secundum comparationem numeri ad numerum, vel numeri ad vnum. & secundum comparationem ad vtrunque dupliciter, quia vel est secundum comparationem numeri indeterminate ad numerum, aut ad vnum determinate. Et hoc est quod dicit, quòd prima, quæ dicuntur ad aliquid secundum numerum, aut dicuntur {simpliciter} idest vniuersaliter vel indeterminate, aut determinate. Et vtrolibet modo {ad eos,} scilicet numeros. {Aut ad vnum} idest ad vnitatem. Sciendum est autem, quòd omnis mensuratio, quæ est in quãtitatibus continuis, aliquo modo deriuatur a numero. Et ideo relationes, quæ sunt secundum quantitatem cõtinuam, etiam attribuuntur numero. Sciendum est etiam, quòd proportio numeralis diuiditur primo in duas, scilicet æqualitatis, & inæqualitatis. Inæqualitatis autem sunt duæ species, scilicet excedens, & excessum, & magis & minus. Inæquale autem excedens in quinque speciebus diuiditur. numerus enim maior quandoque respectu minoris est multiplex, quando scilicet aliquoties continet ipsum, sicut sex continet duo ter. & si quidem contineat ipsum bis, dicitur duplum, sicut duo ad vnum, vel quatuor ad duo. Si ter, triplum, si quater, quadruplum. & sic inde. Quandoque vero numerus maior continet totum numerum minorem semel, & insuper vnam aliquam partem eius. & tunc dicitur superparticularis. Et siquidem contineat totum & medium, vocatur sex qui alterum, sicut tria ad duo. Si autem tertiam, sexquitertius, sicut quatuor ad tria. Si quartam, sexquiquartus, sicut quinque ad quatuor, & sic inde. Quandoque numerus maior continet minorem totum semel, & insuper non solum vnam partem, sed plures partes. & sic dicitur superpartiens. Et si quidem cõtineat duas partes, dicitur superbipartiẽs, sicut quinque se habent ad tria. Si vero tres, dicitur supertripartiens, sicut septem se habent ad quatuor. Si autem quatuor, sic est superquadripartiens, & sic se habet nomen ad quinque. Et sic inde. Quandoque vero numerus maior continet totum minorem pluries, & insuper aliquam partem eius & tũc dicitur multiplex superparticularis. Et siquidem contineat ipsum bis & mediam partem eius,

Infra pt. 5. Infra pt. 4.

Infra par. 3.

b Dicuntur autem prima quidem secundum numerum, aut simpliciter, aut determinate ad eos; aut ad vnum. vt duplũ ad dimidium, vt numerus determinatus. Multiplex vero secundum numerum ad vnum, sed non determinatum, vt hũc aut hunc. Sed hemiolium ad subhemiolium, secundũ numerum ad numerũ determinatũ. Et superparticulare ad subpar ticulare secundum indeterminatum, vt multiplex ad numerum. Continens autem ad contentum omnino indeterminatum secundum numerum. Numerus enim commensurabilis. Secundum non commensurabilem autem numerum dicuntur. Continens enim ad contentum tantum quid est, & amplius, sed hoc indetermina- tum. quodcunque enim euenit, aut æquale est, aut non æquale. Hæc igitur ad aliquid omnia secundum numerum dicuntur, & numeri passiones.

I

K

F dicitur duplum sexqualterum, sicut quinque ad duo. Si autem ter & mediam partem eius, vocabitur triplum sexqualterum, sicut se habent septem ad duo. Si autem quater & dimidiam partem eius, dicitur quadruplum sexqualterum, sicut nouem ad duo. Possent etiam ex parte superparticularis huiusmodi proportionis species sumi. vt dicatur duplex sexquitertius, quando maior numerus habet minorem bis & tertiam partem eius, sicut se habent septem ad tria. vel duplex sexquiquartus, sicut nouem ad quatuor, & sic de alijs. Quandoque etiam numerus maior habet minorem totũ pluries, & etiam plures partes eius, & tunc dicitur multiplex superpartiens. Et similiter proportio potest diuidi secũdum species multiplicitatis, & secundum species superpartientis, si dicatur duplum superbipartiens, quando habet maior numerus totum minorem bis & duas partes eius, sicut octo ad tria. Vel etiam duplum supertripartiens, sicut vndecim ad quatuor. Habet enim totum bis, & tres partes eius. Et totidem species sunt ex parte inæqualitatis eius, qui exceditur. Nam numerus minor dicitur submultiplex, subparticularis, subpartiens, submultiplex subparticularis, submultiplex, subpartiens, & sic de alijs. Sciendum autem, quòd prima species proportionis, scilicet multiplicitas cõsistit in comparatione vnius numeri ad vnitatem. Quælibet enim eius species inuenitur primo in aliquo numero respectu vnitatis. Duplum enim primo inuenitur in binario respectu vnitatis. & similiter proportio tripli in ternario respectu vnitatis, & sic de alijs. Primi autem termini, in quibus inuenitur aliqua proportio, dant speciem ipsi proportioni. vnde in quibuscunque alijs terminis consequenter inueniatur, inuenitur in eis secundum rationem primorum terminorum. sicut proportio dupla primo inuenitur inter duo & vnum. vnde ex hoc proportio recipit rationem & nomen. Dicitur enim proportio dupla, proportio duorum ad vnum. & propter hoc, si etiam vnus numerus respectu alterius numeri sit duplus, tamen hoc est secundum q minor numerus accipit rationem vnius, & maior rationem duorum. sex enim se habet in dupla proportione ad tria, inquantum tria se habent ad sex, vt vnum ad duo. & simile est in tripla proportione, & in omnibus alijs speciebus multiplicitatis. & ideo dicit, quòd ista relatio dupli, est per hoc, quod numerus determinatus, scilicet duo, {refertur ad vnum} idest ad vnitatem. sed hoc, quod dico multiplex, importat relationem numeri ad vnitatem, sed non alicuius determinati numeri, sed numeri in vniuersali. Si enim determinatus numerus accipiatur vt binarius, vel ternarius, esset vna species multiplicitatis, vt dupla vel tripla. Sicut autem duplũ se habet ad duo, & triplũ ad tria, quæ sunt numeri determinati, ita multiplex ad multiplicitatem, quia significat numerum indeterminatũ. Aliæ autem proportiones non possunt attendi secundam numerum ad vnitatem, scilicet neque proportio superparticularis, neque superpartiens, neque multiplex superparticularis neque multiplex superpartiens. Omnes enim hæ proportionum species, attenduntur secundum quòd maior numerus cõtinet minorem semel, vel aliquoties, & insuper vnam vel plures partes eius. Vnitas autem partem habere non potest. & ideo nulla harum proportionum, potest atteadi secundum comparationem numeri ad vnitatem, sed secundum comparationem

Dicuntur autem prima quidem secundum numerum, aut simpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnum. vtputa duplum quidem ad vnum numerus determinatus. multiplex vero secundum numerum ad vnum, non tamen determinatum, vt hunc vel hunc, sexquialterum vero G *ad subsexquialterum secundum numerum ad numerum determinatum. superpartiens aũt ad superpartientem secundum indeterminatum, sicuti multiplex ad vnum, excedens autem ad excessum, omnino indeterminatum secundum numerum. numerus enim commensurabilis, secundum vero incommensurabilem numerum dicitur. excedens enim ad excessum tantum est, & vltra. hoc vero indeterminatum est, quodcunque enim contingat, est aut æqua-* H *le, aut non æquale. Hæc itaque ad aliquid omnia secundum numerum dicuntur, & numeri passiones sunt.*

rationem numeri ad numerum. Et sic est duplex, vel secũdum numerum determinatum, vel secundum numerum indeterminatum. Si autem secundum numerum determinatum, sic {est hemiolum} idest sexquialterum, aut {subhemiolum} idest supersexquialterum. Proportio enim sexqualtera primo consistit in his terminis,

part. 3. scilicet ternario, & binario, & sub ratione eorum in omnibus alijs inuenitur. Vnde quod dicitur hemiolum, vel sexquialterum, importat relationem determinati numeri ad determinatũ numerum, scilicet ad duo. Quod vero dicitur superparticulare, refertur ad subparticulare, non secundum determinatos numeros, sicut etiam multiplex refertur ad vnum, sed secũdum numerum indeterminatum.

part. 4. Primę enim species inæqualitatis superius numeratæ, accipiuntur secundum indeterminatos numeros, vt multiplex, superparticulare, supparties &c. Species vero istorũ, accipiuntur secundum numeros determinatos, vt duplum, triplum, sexquialterum, sexquitertiũ, & sic de aliis. Cõtingit. n. aliquas quantitates continuas habere proportionem adinuicem, sed non secundum aliquem numerũ, nec determinatum, nec indeterminatũ.

part. 1. Omnium. n. quantitatum continuarũ est aliqua proportio: non tñ est proportio numeralis. quorumlibet enim duorum numerorũ est vna mẽsura cõis, scilicet vnitas, quæ aliquoties sumpta, quilibet numerum reddit. Non autem quarumlibet quantitatum continuarum inuenitur esse vna mensura communis, sed sunt quædam quãtitates continuæ incommensurabiles: sicut diameter quadrati est incommensurabilis lateri. Et hoc ideo, quia nõ est proportio eius ad latus, sicut proportio numeri ad numerum, vel numeri ad vnum. Cum ergo dicitur in quantitatibus, q hæc est maior illa, vel se habet ad illam vt continens ad contentum, non solum hæc ratio non attenditur secundum aliquam determinatam speciem numeri, sed nec etiam quòd sit secũdum numerum, quia omnis numerus est alteri commensurabilis. omnes enim numeri habent vnam communem mensuram, scilicet vnitatem: sed continens & contentum non dicuntur secũdum aliquam commensurationem numeralem. Continens enim ad contentum dicitur, quod est tantum, & adhuc amplius. & hoc est indeterminatum, vtrum sit commensurabile, vel non commensurabile. Quantitas enim qualiscunque accipiatur, vel est æqualis vel inæqualis. Vnde si non est æqualis, sequitur q sit inæqualis & continens, etiam si non sit commensurabilis. Patet igitur, quòd omnia prædicta dicuntur ad aliqd secundum numerum, & secundum passiones numerorũ q sunt cõmensuratio, proportio, & huiusmodi. Deinde cum dicit.

c Et amplius æquale, & simile, & idem secundum aliũ modum. hæc enim secundum vnũ dicũtur omnia. Eadem nãque. quorum vna est substantia. Similia vero, quorũ qualitas est vna. Aequalia vero, quorum quantitas est vna. Vnum vero, est numeri principium & metrum. Quare ea omnia dicuntur ad aliqd, secundũ numerũ quidẽ, non tamen eodẽ modo.

d Actiua vero & passiua secundum potentiam actiuã & passiuã sunt, & actiones potẽtiarũ. vt calefactiuũ ad calefactibile, quia põt. & iterum calefaciens ad calefactum, & secans ad sectum, tanq agentia. Eorum vero, q sunt secũdum numerum, non sunt actiones, nisi quemadmodum in alijs dictum est. quę autẽ secundum motum actiones nõ existunt. Istorum autẽ, quæ secundum potẽtiam: & secũdum tps iam dãr ad aliquid, vt faciẽs ad qđ fit: & facturum ad faciendum. Sic. n. pater filij dicitur pater. Hoc quidem. n. fecit, illud autem passum quid est. Amplius quædam secundum priuationem potentiæ, vt imposibile: & quæcunque sic dicuntur, vt inuisibile.

e Ergo secũdum numerum & potẽtiam dicta ad aliquid, oĩa sint ad aliquid, eo q ipsum, qđ est alterius dicitur quid est, sed non eo q aliud ad aliud. Mensurabile vero, & scibile, & intelectuale, eo q aliud dicitur ad ipsum, ad aliquid dicuntur, sed

Et adhuc æquale, simile, & idem secundum alium modum, secundum vnum etenim omnia dicuntur. Eadem enim sunt, quorum substantia vna. Similia vero, quorum qualitas vna. Aequalia autem, quorum quantitas vna. ipsum vero vnum numeri principium, & mensura. vnde hæc omnia ad aliquid dicuntur, secundum numerum quidem, non tamen eodem modo.

Actiua vero, & passiua secundum actiuam & passiuam potentiam, & potentiarum actiones. vtputa calefactiuum ad calefactibile, quoniam possunt. & rursus calefaciens ad id, quod calefit, & secans ad id, quod secatur, vt agentia. Eorum autem, quæ secundum numerum sunt, non sunt actiones, nisi quemadmodum in alijs dictum est. sed secundum motum actiones non existunt. Eorum vero, quæ secundum potentiam, etiam secundum tempora iam dicuntur ad aliquid. veluti quod fecit, ad id, quod factum est: & id, quod facturum est, ad id, quod faciẽdum est. sic. n. pater quoque filij pater dicitur. hoc. n. fecit, at illud passum quid est. Item quædam secundum priuationem potentiæ. vt impossibile: & quæcunq; ita dicuntur, vt inuisibile.

Quæcunque igitur secundum numerum, & potentiam ad aliquid dicuntur, cuncta sunt ad aliquid, eo quòd ipsum, quod est alterius, dicitur ipsum, quod est, sed non eo quòd aliud ad illud. Mensurabile autem, & scibile, & intelligibile, eo quod aliud ad illud dicitur. Nam in-

c ¶ Ponit relatiua quæ acipiuntur secundum vnitatem, & non per comparationem numeri ad vnum, vel ad numerum, & dicit quòd alio modo a prædictis dicuntur relatiue, æquale, simile, & idem. hæc enim dicuntur secundum vnitatem. Nam eadem sunt, quorum substantia est vna. Similia, quorũ qualitas est vna. Aequalia, quorum quantitas est vna. Cum autem vnum sit principium numeri & mensura, patet etiam quòd hęc dicuntur ad aliquid {secundum numerum} idest secũdum aliquid, ad genus numeri pertinens, non eodem modo tamen hæc vltima cum primis. Nam primæ relationes, erant secundum numerum ad numerũ, vel secũdum numerum ad vnum, hoc aũt secũdum vnum absolute. Deinde cum dicit.

d ¶ Prosequitur de secundo modo relationum, quæ sunt i actiuis & passiuis, & dicit, quòd huiusmodi relatiua sũt relatiua dupliciter. Vno modo, secundum potẽtiam actiuam & passiuam, & secundo modo secundum actus harũ potentiarum, qui sunt agere & pati, sicut calefactiuum dicitur ad calefactibile secundum potentiam actiuã & passiuam. Nam calefactiuum est, quod potest calefacere. Calefactibile vero, qđ potest calefieri. Calefaciens autem ad calefactum, & secans ad id, quod secatur, dicuntur relatiue ĩ cundum actus prædictarum potentiarum. Et differt iste modus relationum a prędictis. Quę. n. sunt secundum numerum quidem, non eodem modo tamen hæc vltima cum primis. Nam primæ relationes, erant secundum numerum ad numerũ, vel secũdum numerum ad vnum, hoc aũt secũdum vnum absolute. Deinde cum dicit.

d ¶ Prosequitur de secundo modo relationum, quæ sunt i actiuis & passiuis, & dicit, quòd huiusmodi relatiua sũt relatiua dupliciter. Vno modo, secundum potẽtiam actiuam & passiuam, & secundo modo secundum actus harũ potentiarum, qui sunt agere & pati, sicut calefactiuum dicitur ad calefactibile secundum potentiam actiuã & passiuam. Nam calefactiuum est, quod potest calefacere. Calefactibile vero, qđ potest calefieri. Calefaciens autem ad calefactum, & secans ad id, quod secatur, dicuntur relatiue ĩ cundum actus prædictarum potentiarum. Et differt iste modus relationum a prędictis. Quę. n. sunt

merum, non sunt aliquæ actiones nisi secundum similitudinem, sicut multiplicare, diuidere, & huiusmodi, vt etiã in alijs dictum est, ĩ 2. Physic. Vbi ostendit, q mathematica abstra- Tex. c. 18.
hunt a motu, & ideo in eis esse non possunt huiusmodi actiones, quæ secundum motum sunt. Sciendum etiam est, quòd eorum relatiuorum, quæ dicuntur secundum potentiã actiuam & passiuam, attenditur diuersitas secundum diuersa tempora. Quædam. n. horum dicuntur relatiue secundum tps præteritum, sicut quod fecit ad illud quod factum est, vt pater ad filiũ, quia ille genuerit, ille genitus est, quæ differunt secundum fecisse, & passum esse. Quædam vero secundum tempus futurũ, sicut facturus refertur ad faciendum. Et ad hoc genus relationum reducuntur illæ relationes, quæ dicuntur secundum priuationem potentiæ, vt impossibile & inuisibile. Dicitur enim aliquid impossibile huic vel illi, & similiter inuisibile. Deinde cum dicit.

e ¶ Prosequitur de tertio modo relationum: & dicit, quòd in hoc differt iste tertius modus a præmissis, quòd in præmissis vnumquodq; dicitur relatiue ex hoc, quòd ipsum ad aliud refertur, non ex eo q aliud referatur ad ipsum. Duplum. n refertur ad dimidium, & econuerso: & similiter pater ad filium, & econuerso.

Universidad de Deusto Biblioteca

econuerſo. Sed hoc tertio modo aliquid dicitur relatiue, ex eo ſolum quòd aliquid refertur ad ipſum, ſicut patet quòd ſenſibile & ſcibile vel intelligibile dicuntur relatiue, quia alia referuntur ad illa. Scibile enim dicitur aliquid, propter hoc, quòd habetur ſcientia de ipſo. & ſimiliter ſenſibile dicitur aliquid quod poteſt ſentiri.

vnde non dicitur relatiue propter aliquid quòd ſit ex eorum parte, quòd ſit qualitas, vel quantitas, vel actio, vel paſſio, ſicut in præmiſſis relationibus accidebat, ſed ſolum ꝓpter actiones aliorum, quæ tamen in ipſa non terminantur. Si enim videre eſſet actio videntis perueniens ad rem viſam, ſicut calefactio peruenit ad calefactibile, ſicut calefactibile refertur ad calefaciens, ita viſibile refertur ad videntem. Sed videre & intelligere, & huiuſmodi actiones, vt in Nono huius dicetur, manent in agentibus, & non tranſeunt in res paſſas, vnde viſibile, & ſcibile non patitur aliqd ex hoc, quòd intelligitur vel videtur. & ꝓpter hoc non ipſamet referũtur ad alia, ſed alia ad ipſa. & ſimile eſt in omnibus aliis, in quibus relatiue aliquid dr̃ pp relationẽ alterius ad ipsũ, ſicut dextrũ, & ſiniſtrũ in colũna. Cum enim dextrũ & ſiniſtrũ deſignẽt principia motuũ in rebus animatis, colũnæ, & alicui inanimato attribui nõ poſſunt, niſi ſm quòd animata aliquo modo ſe habeant ad ipſam. ſicut columna dicitur dextra, quia homo eſt ei ſiniſter. Et ſimile eſt de imagine reſpectu exemplaris, & denario, quo fit pretium emptionis in omnibus autem his, tota ratio referendi in duobus extremis, pendet ex altero. & ideo omnia huiuſmodi quodammodo ſe habent, vt menſurabile & menſura. Nam ab eo quæliber res menſuratur a quo ipſa dependet. Sciendum eſt autẽ, ꝙ quãuis ſcientia ſecundum nomen videatur referri ad ſcientem, & ad ſcibile, (dicitur.n. ſcientia ſcientis, & ſcientia ſcibilis, & intellꝰ ad intelligentem & intelligibile,) tñ intellectus ſecũdum qđ ad aliquid dr̃, non ad hoc, cuius eſt, ſicut ſubiecti dr̃. Sequeretur.n. quòd idem relatiuum, bis diceretur. conſtat enim qm̃ intellectus dicitur ad intelligibile, ſicut ad obiectũ. Si autem diceretur ad intelligentem, bis diceretur ad aliquid. Et cum eſſe relatiui ſit ad aliud quodammodo ſe habere, ſequeretur, ꝙ idem haberet duplex eſſe. Et ſimiliter de viſu patet, ꝙ non dicitur ad videntem, ſed ad obiectum quod eſt color {vel aliquid aliud tale.} Quod dicit propter ea, quæ videntur in nocte non per proprium colorem, vt habetur in ſecundo de Anima. Quãuis & hoc recte poſſet dici, ſ. ꝙ viſus ſit videntis. Refertur autem viſus ad videntem, non inquantum eſt viſus, ſed inquantum eſt accidens vel potentia videntis. Relatio enim reſpicit aliquid extra, non autem ſubiectum, niſi inquantũ eſt accidens. Et ñc patet, ꝙ iſti ſunt modi, quibus aliqua dicuntur ſecundum ſe ad aliquid. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit tres modos, quibus aliqua dicuntur ad aliquid, non ſecundum ſe, ſed ſecũdum aliud. Quorum primus eſt, qñ aliqua dr̃ ad aliquid propter hoc, ꝙ ſua genera ſunt ad aliquid. ſicut Medicina dr̃ ad aliquid, quia ſcia eſt ad aliquid. Dr̃.n. ꝙ Medicina eſt ſcientia ſani & egri. & iſto modo refertur ſcientia per hoc, qđ eſt accidens. Secundus modus eſt, qñ aliqua abſtracta dicuntur ad aliquid, quia concreta habẽtia illa abſtracta, ad aliud dr̃, ſicut æqualitas & ſimilitudo dr̃ ad aliquid, quia ſimile & æquale ad aliquid ſunt. Aequalitas autẽ & ſimilitudo ſecũdum nomen non dr̃ ad aliquid. Tertius modus eſt, quãdo ſubiectum dr̃ ad aliquid ratione accidentis, ſicut homo vel album dicitur ad aliquid, quia vtrique accidit duplum eſſe. Et hoc modo caput dicitur ad aliquid, eo ꝙ eſt pars.

part. 6.

Tex.cõ. 15.

Tex.cõ. 21. parte pri.

LECTIO XVIII.

a Perfectum vero dicitur, vnum quidem extra quod non eſt accipere vllam quidem particulã. vt tempus ꝓfectum ſingulorũ, extra quod non eſt accipere tẽpus aliquod, quod ſit huius tẽporis pars. Et quę ſunt ſecundũ virtutem & eius quod bene, nõ habentia hyperbolem ad genus. vt perfectus Medicus, & perfectus Fiſtulator, quando ſe cũdum ſpeciem propriæ virtutis in nullo deficiũt. Sic autem trãsferẽtes ad mala dicimꝰ ſyntelligibile ſignificat quod eius eſt intellectus. Non eſt autem intellectus ad illud, cuius intellectus eſt. idem enim profecto bis dictum eſſet. ſimiliter & viſus cuiuſdam eſt viſus, non cuius eſt viſus (etſi verum eſt hoc dicere) ſed ad colorem, aut aliquid aliud tale. illo vero modo bis idem diceretur, quòd viſus eſt, cuius eſt viſus. Eorum igitur, quæ per ſe ad aliquid dicuntur, quædam ita dicuntur.

Quædam ſi genera eorum talia ſunt. vtputa Medendi ars eorum eſt, quæ ad aliquid ſunt, quoniam genus eius ſcientia videtur eorum eſſe, quæ ad aliquid ſunt. Item ſecundum, quæ ad aliquid dicuntur ea, quæ illa habent. vt æqualitas, quoniam ipſum æquale: & ſimilitudo, quoniam & ipſum ſimile. Aliqua vero ſecundum accidens dicuntur. vt homo aliquid, quoniam accidit ei duplo eſſe. hoc autem eorum eſt, quæ ad aliquid ſunt. aut album, ſi eidem accidit duplo, & albo eſſe.

f Illa vero, quia ſua genera ſunt talia. vt Medicina ad aliquid, quia ſuum genus ſcientia videtur ad aliqd eſſe. Amplius quæcunque ſecundum habentia dicũtur ad aliquid. vt ęqualitas, quia ęquale: & ſimilitudo, quia ſimile. Alia vero ſecũdum accidens. vt homo ad aliquid, quia ei accidit duplum eſſe: & hoc eſt ad aliquid, vt album, quia ei accidit album eſſe & duplum eſſe.

Lect. 2.

LECTIO XVIII.

a Perfectum dicitur vno quidem modo, extra quod non eſt vllam accipere particulam. vtputa tempus ipſum, uniuſcuiuſque perfectum eſt, extra quod non eſt ullum accipere tempus, quod pars huius temporis ſit. Et quod ſecundum uirtutem, & quod eſt eius, quod bene, non habens exceſſum ad genus. ut perfectus muſicus, & perfectus tibicen, cum ſecundum proprię uirtutis ſpeciem in nullo deficiant. Ita etiam in malis transferentes dicimus calumniatorem perfectum, Poſtquã Philoſophus diſtinxit noia, ꝙ ſignificat cauſas, & ſubiectum. & partes ſubiectorum huius ſcientiæ, hic incipit diſtinguere nomina, quæ ſignificant ea, quæ ſe habent per modum paſſionis, & diuiditur in duas partes. In prima diſtinguit nomina ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. In ſecunda diſtinguit nomina, quæ pertinent ad entis defectum, ibi: {Falſum dicitur vno modo.} Circa primum duo facit. Primo, diſtinguit nomina ſignificantia ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. Secundo, pertinentia ad totalitatem. Perfectum enim & totum aut ſunt idem, aut fere idem ſignificant, vt dicitur in 3. Phyſic. ſecunda ibi. {Ex aliquo eſſe dicitur.} Circa primum duo facit. Primo, diſtinguit hoc nomẽ perfectum. Secundo, diſtinguit quędam nomina, quæ ſignificant quaſdam perfectiones perfecti, ibi: {Terminus dicitur.} Circa primum duo facit. Primo ponit modos, quibus aliqua dicuntur perfecta ſecundum ſe. Secundo modos, quibus aliqua dicuntur perfecta per reſpectum ad alia, ibi· {Alia vero.} Circa primum duo facit. Primo, ponit tres modos quibus aliquid ſecundum ſe dicitur perfectum. Secundo, oſtendit quomodo ſecundum hos modos, aliqua diuerſimode perfecta dicũtur, ibi: {ẽm ſe dicta quidem igitur.} Dicit ergo primo, ꝙ perfectum vno modo dicitur, extra quod non eſt

Infra le. 22. part. 3.

Infra ha. Lec. par. 4.

Infra pt. 3.

non eſt accipere aliquam eius particulam. ſicut homo dicitur perfectus, quando nulla deeſt ei pars. Et dicitur tempus perfectum, quando non eſt accipere extra aliquid, quod ſit temporis pars. ſicut dicitur dies perfectus, quando nulla pars diei deeſt. Alio modo dicitur aliquid perfectum ſecũdum virtutẽ. & ſic dicitur aliquid perfectum quod nõ habet {hyperbolẽ}, ideſt, ſuperexcellentiam, vel ſuperabundantiam ad hoc, ꝙ aliquid bene fiat ſecũdum genus illud. Et ſimiliter nec defectum, hoc enim dicimus bene ſe habere, vt dr̃ in 2. Ethic. ꝙ nihil habet, nec plus, nec minus, q̃ debet habere. Et ſic dicitur perfectꝰ Medicus, & perfectus fiſtulator, quãdo nõ deficit ei aliquid, quod pertineat ad ſpeciem proprie virtutis, ſcḋm quã dr̃, ꝙ hic eſt bonus medicus, & ille bonus fiſtulator. Virtus.n. cuiuslibet eſt, q̃ bonum facit habentẽ, & opus eius bonum reddit. Secundum autem hunc modũ, vtimur translatiue, nomine perfecti et in malis. dicimus.n. perfectum {ſycophãtam}. i. calumniatorem: & perfectum latronem, quando in nullo deficit ab eo, quod competit eis, inquantum ſunt tales. Nec eſt mirum, ſi in iſtis, quæ magis ſonant defectũ, vtimur nomine perfectionis, quia etiã cum ſint mala, vtimur in eis nomine bonitatis per quandam ſimilitudinem. Dicimus.n. bonum furem, & bonum ea luminatorem, quia ſic ſe habent in ſuis operationibus, licet malis, ſicut boni in bonis. Et ꝙ aliquid dicatur perfectum per comparationem ad virtutem ꝓpriam, prouenit, quia virtus eſt quædam perfectio rei. Vnumquodque enim tunc eſt perfectum, quando nulla pars magnitudinis naturalis, quę competit ei ſecundum ſpeciem proprie virtutis, deficit ei. Sicut autem quælibet res naturalis habet determinatam menſuram naturalis magnitudinis ſecundum quantitatem continuam, vt dicitur in 2. de {Anima, ita etiam quælibet res habet determinatam quantitatem ſuæ virtutis naturalis. equus enim habet quantitatem dimenſiuam determinatam ſecundum naturam cum aliqua latitudine. eſt enim aliqua quantitas, vltra quam nullus equus protenditur in magnitudine. & ſimiliter eſt aliqua quantitas, quam non tranſcendit in paruitate. Ita etiam ex vtraq; parte determinatur aliquibus terminis, quantitas virtutis equi. Nam aliqua eſt virtus equi, qua maior in nullo equo inuenitur. & ſimiliter eſt aliqua tam parua, qua nulla eſt minor. Sicuti igitur primus modus perfecti accipiebatur ex hoc, ꝙ nihil rei deerat de quantitate dimenſiua ſibi naturaliter determinata, ita hic ſecundus modus accipitur ex hoc, ꝙ nihil deeſt alicui de quantitate virtutis ſibi debitæ, ſecundum naturam. Vterque autem modus perfectionis, attenditur ſecundum interiorem perfectionem.

b ¶ Tertium modum ponit per reſpectum ad exterius: dicẽs, quod illa dicuntur tertio modo perfecta {quibus ineſt finis} ideſt, quæ iam conſecuta ſunt ſuum finem: ſi tamen ille finis fuerit {ſtudioſus} ideſt, bonus. ſicut homo, quando iam conſequitur beatitudinem. Qui autem conſequitur finem ſuum in malis, magis dicitur deficiens, quàm perfectus: quia malum eſt priuatio perfectionis debitæ. In quo patet, ꝙ mali quando ſuã perficiunt voluntatẽ, non ſunt feliciores, ſed miſeriores. Quia vero omnis finis eſt quoddam vltimum, ideo per quandam ſimilitudinẽ trãſferimus nomen perfectionis ad ea, quę ꝓ ueniunt ad vltimũ, licet illud ſit malũ. Sicut dicitur aliqd pfecte perdi vel corrumpi, quãdo nihil deeſt de corruptione, vel perditione rei. & per hãc metaphorã, mors dicitur finis, quia eſt vltimũ. Sed finis nõ ſolum habet, ꝙ ſit vltimum, ſed etiã quòd ſit cuius cauſa ſit aliquid. Quod non cõtingit mortui vel corruptioni. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtẽdit quomodo aliqua diuerſimode ſe habeãt, ad prædictos modos perfectionis. & dicit, ꝙ q̃dam dicuntur ſecũdum ſe perfecta, & hoc dupliciter. Alia quidem vniuerſaliter perfecta, quia nihil omnino deficit eis abſolute, nec aliquam habent {hyperbolem}. i. excedentiam, quia a nullo vi delicet penitꝰ in bonitate exceduntur, nec aliquid extra accipiunt, quia nec indigent exteriori bonitate. Et hęc eſt cõditio primi principij, ſcilicet Dei, in quo eſt perfectiſſima bonitas, cui nihil deeſt de omnibus perfectionibus, in ſingulis generibus inuentis. Alia dicuntur perfecta in aliquo genere, ex eo, quòd quantum ad illud genus pertinet, nec {habent hyperbolem} ideſt, excedentiam, quaſi aliquid eis deficiat eorum, quæ illi generi debentur: nec aliquid eorum, quę ad perfectionem illius generis pertinent eſt extra ea, quaſi eo careant. ſicut homo dicitur perfectus, quando iam adeptus eſt beatitudinem. Et ſicut ſit hæc diſtinctio, quantum ad ſecundum modum perfectionis ſupra poſitum, ita poteſt fieri quantum ad primum, vt tangitur in principio Cœli, † & Mundi. Nam quodlibet corpus particulare eſt quantitas perfecta ſecundum ſuum genus, quia habet tres dimenſiones, quibus non ſunt plures. Sed mundus dicitur perfectus vniuerſaliter, quia omnino nihil extra ipſum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit modum, ſecundum quem aliqua dicuntur perfecta per reſpectum ad aliud: & dicit, quòd alia {dicuntur perfecta {ſecundum ipſa} ideſt, per comparationem ad perfecta, quæ ſunt ſecundum ſe perfecta: Vel ex eo, quòd faciunt aliquid perfectum aliquo priorum modorum. ſicut medicina eſt perfecta, quæ facit ſanitatem perfectam. Aut ex eo, quòd habent aliquid perfectum, ſicut homo dicitur perfectus, qui habet perfectam ſcientiam. Aut repreſentando tale perfectum: ſicut illa, quæ habent ſimilitudinem ad perfecta: vt imago dicitur perfecta, quę repreſentat hominem perfectę. Aut qualitercunque aliter referantur ad ea, quæ dicuntur per ſe perfecta primis modis.

Tex.cõ. 3.

cophantam perfectum, & latronem perfectum: quoniã & bonos dicimus eos. vt latronem bonum, ſycophantam bonum. Eſt enim virtus perfectio quędam. Quodlibet n. perfectum, & ſubſtantia omnis tunc perfecta, quando ſecũdum ſpeciem ꝓprie virtutis in nulla deficit parte ſecũdũ naturã* menſurę.

b Amplius quibus eſt finis ſtudioſus, ea dicũtur perfecta. etenim ſecundum habere finem perfecta. Quare qm̃ finis vltimorum aliquis eſt, & ad praua transferẽtes dicimus perfecte perdi, & perfecte corrumpi, qñ nihil deeſt corruptioni, & malo, ſi in vltimo eſt. Quapropter mors ſecundum metaphoram dicit finis, quia ambo vltima. Finis autẽ & cuius cã vltimum.

c Secundum ſe dicta quidem igitur perfecta toties dicũtur. Alia quidem, quia ſecundum bene in nullo deficiunt, nec hyperbolem habẽt, nec extra aliquid accipiunt. Alia omnino, ſecundum, ꝙ non habent hyperbolem in vnoquoq; genere, nec aliquid eſt extra.

d Alia vero iam ſecundum ipſa, aut in faciendo aliquid tale, aut habendo, aut cognoſcẽdo tali, aut aliqualiter dici primo dicta perfecta.

Cætera uero iam ſecundum ipſa, eo quòd aut aliquid tale faciunt, aut habent, aut conueniunt, aut tali, aut aliquo alio modo ad ea, quæ primo dicta ſunt, perfecta dicuntur.

& furem perfectum, quoniam etiam bonos eos appellamus, utputa furem bonum, & calumniatorem bonum. Virtus quoque quædam perfectio eſt. vnumquodque nanque tunc perfectum eſt, cunctaque ſubſtantia tunc perfecta, cum ſecundum ſpeciem proprie uirtutis nulla deſit particula magnitudinis, naturalis.

Item, quibus finis ſtudioſus eſt, ea perfecta dicuntur. etenim ſecundum quod habent finem, perfecta dicuntur. Quare cum finis ultimorum quippiam eſt, ad praua quoq; transferentes, dicimus perfecte interemptum eſſe, & perfecte corruptum eſſe, cum nil corruptionis, aut mali deſit, ſed in ultimo ſit. propter quod, & mors metaphorice dicitur finis, quoniam ultima. finis autem & quod cuius gratia, ultimum.

Quæcunque igitur per ſe perfecta dicuntur, toties dicuntur. Quædam, eo quod ſecundum bene in nullo deficiunt, nec habent in aliquo genere exceſſum, nec eſt quicquam extra. Quædam, eo quod omnino in unoquoque genere exceſſum non habent, nec quicquam eſt extra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO XIX.

HIC prosequitur de nominibus, quæ significant conditiones perfecti. Perfectum autem, vt ex præmissis patet, est terminatum & absolutum, non dependens ab alio, & non priuatum, sed habens ea, quę sibi secundum suum genus competunt. Et ideo primo ponit hoc nomẽ terminus, Secũdo hoc quod dicitur, p se, ibi: {Et secundum quod dicitur.} Tertio hoc nomen habitus, ibi: {Habitus vero dicitur.} Circa primum tria facit. Primo ponit tationem termini dicens, quod terminꝰ dicitur quod est vltimũ cuiuslibet rei: ita quòd nihil de primo terminato ẽ extra ipsum terminum, & omnia quæ sunt eius, continentur intra ipsum. Dicit autem {primi} quia cõtingit quòd id, quod est vltimũ primi, ẽ principiũ secundi. sicut nunc quod est vltimum præteriti, est principium futuri.

Tex.cõ.22. par. prima. *a.l.primũ.

Infra par.4 Lect. 1eq. part. 2. part. 2.

part. 3.

b ¶ Secundo ponit quatuor modos, quibus dicitur terminus: quorum Primus est secundum quòd i qualibet specie magnitudinis finis magnitudinis, vel habentis magnitudinem, dicitur terminus. sicut punctus dicitur terminus lineæ, & superficies corporis, vel etiam lapidis habẽtis quantitatem.

* Et quod est per se.

Secũdus modus est similis primo, secundum quòd vnum extremum motus, vel actionis, dicitur terminus. hoc scilicet ad quod est motus, & non a quo. sicut terminus generationis est esse, nõ autem non esse, quãuis quandoque ambo extrema motus dicantur terminus, largo modo, scilicet a quo, & in quod. prout dicimꝰ quòd omnis motꝰ est inter duos terminos. Tertius modus dicitur terminus, cuius causa fit aliquid: hoc enim est vltimum intentionis, sicut terminus secũdo modo dictus est, vltimum motus vel operationis. Quartus modus, est secundum quòd substantia rei, quæ est essent a & diffinitio significans quòd quid est res, dicitur terminus. est enim terminus cognitionis. Incipit enim cognitio rei ab aliquibus signis exterioribus, quibus peruenitur ad cognoscendam rei diffinitionem. Quo cum peruentũ fuerit, habetur perfecta cognitio de re. Vel dicitur terminus cognitionis diffinitio, quia infra ipsam cõtinentur ea, per quę scitur res. si autẽ mutetur vna differentia, vel addatur, vel subtrahatur, iam non erit eadem diffinitio. Si autem est terminus cognitionis, oportet quòd sit rei terminus, quia cognitio fit per assimilationem cognoscentis ad rem cognitam.

par. 5.

c ¶ Concludit comparationem termini ad principium dicens, quòd quoties dicitur principium, toties dicitur terminus, & adhuc amplius: quia omne principium est terminus, sed non terminus ois est principium. Id enim ad quod motus est, terminꝰ est, & nullo modo principium est. Illud vero a quo est motus est principiũ & terminus, vt ex prędictis patet.

d ¶ Hic determinat de per se. & circa hoc tria facit. Primo determinat de hoc quod dicitur se cũdum quòd, quod est communius quã secundum se. Secundo cõcludit modos eius, quod dicitur secundum se ibi: {Quare secundum se.} Tertio, quia vtrunque dictorum modorum secundũ aliquem modum significat dispositionem. determinat de nomine dispositionis ibi: {dispositio.}

part.seq.

Lect.seq. part. 1.

Circa primum ponit quatuor modos eius quod dicitur se cundum quòd, quorum primus est, prout {species,} i. forma, & substantia rei {id est essentia, est id, secundum quod aliquid esse dicitur. sicut secundum Platonicos {per se bonum} id est idea boni est illud, secundum quod aliquid bonum dicitur. Secundus modus est, prout subiectum. in quo primo aliquid natum est fieri, dicitur secũdum quòd, sicut color primo fit in superficie: & ideo dicitur quòd corpꝰ est coloratum secundum superficiem. Hic autem modus differt a prędicto, quia prędictus pertinet ad formam, & hic pertinet ad materiam. Tertius modus est, prout vt quęlibet causa dicitur secũdum quòd. Vnde toties dicitur sẽm quòd, quoties & causa. Idem.n. est quærere secundũ quòd venit, & cuius causa venit: similiter, secundum quòd paralogizatur, aut syllogizatum est, & qua causa facti sunt syllogismi. Quartus modus est, prout secundum quò, d significat positionem & locum. sicut dicitur, iste {stetit sẽm hunc,} i. iuxta hunc: & ille {vadit sẽm hunc} .i. iuxta hunc, quæ oia significant positionem & locum. Et hoc manifestius in græco idiomate apparet. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex prędictis, quatuor modos dicendi per se, uel secundum se. quorum Primus est, quando diffinitio significans quid est esse vniuscuiusque, dicitur ei inesse sẽm se. sicut Callias {& quod quid erat esse Calliam}. i. & essentia rei, ita se habent

LECTIO XIX.

ERminus dicitur, quod vltimum cuius que est, extra quod nihil est ac cipere primum, & intra quod omnia primum.

Et quod magnitudinis forma, aut magnitudinem habentis. Et cuiusquè finis. tale uero est, ad quod motus, & actus, non a quo. quandoque autem ambo, & a quo, & ad quod. Et cuius causa. Et substantia vniuscuiusque, ac quod quid erat esse vnicuique. cognitionis enim hoc terminus est. quòd si cognitionis, rei quoque est.

Quare patet, quòd quoties dicitur principium, toties etiam terminus, & adhuc amplius. principium nanque terminus quidem est: sed non omnis terminus principium.

Secundum quod multipliciter dicitur. Vno modo, forma & substantia cuiusque rei, vt secundum quod bonus, ipsum bonum. Alio, in quo primo fieri aptum est, vt color in superficie. Quod igitur primo dictum est secundum quod, ipsa forma est. secundo uero, tanquam cuiusquè materia, & primum cuiusquè subiectum. Et omnino ipsum secundum quod, toties dictum erit, quoties dicitur causa. secundum quod enim uenit, aut qua causa uenit dicitur. & secundum quod paralogizatum, siue syllogizatum est, & quæ syllogismi, siue paralogismi causa est. Item, secundum quod dicitur, quod secundum positionem est. secundum q stetit, aut secundũ quod uadit. etenim hæc omnia positionem & locum significant.

Quare & secundum se multipliciter vt dicatur necesse est. Vno

Vnde toties dicitur sẽm quòd, quoties & causa. Idem.n. est quærere secundũ quòd venit, & cuius causa venit: similiter, secundum quòd paralogizatur, aut syllogizatum est, & qua causa facti sunt syllogismi. Quartus modus est, prout secundum quò, d significat positionem & locum. sicut dicitur, iste {stetit sẽm hunc,} i. iuxta hunc: & ille {vadit sẽm hunc} .i. iuxta hunc, quæ oia significant positionem & locum. Et hoc manifestius in græco idiomate apparet. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex prędictis, quatuor modos dicendi per se, uel secundum se. quorum Primus est, quando diffinitio significans quid est esse vniuscuiusque, dicitur ei inesse sẽm se. sicut Callias {& quod quid erat esse Calliam}. i. & essentia rei, ita se habent

habẽte, & vnum inest secundum se alteri. Non autem solum tota diffinitio dicitur de diffinito secũdum se, sed aliquo mõ etiam qcunque insunt in diffinitione dicente quid est, prædicantur de diffinito secundum se. sicut Callias est animal sm se. nial.n. inest in ratione Callię. nam Callias est quoddam aial, & poneretur in eius diffinitione, si singularia diffinitio nẽ habere possent. Et hi duo modi sub vno cõprehenduntur. Nam eadem rõne, diffinitio & pars diffinitionis per se de vnoquoque prædicantur. Est.n. hic primus modus per se, qui ponitur in lib. Posteriorũ, & rñdet primo modo eius, quod dr, secundum, quod, superius posito. Secundus modꝰ est, qñ aliqd ostendi tur esse in aliquo, sicut in primo subiecto, cum inest ei per se. Quod qdem contingit duplr, qa vel primum subiectum accidentis est ipsum totũ subiectum de quo prædicatur. Sicut superficies dicit colorata vel alba secundũ seipsam. Primum.n. subiectum coloris est superficies, & iõ corpus dr colo ratum rõne superficiei. Vel etiã aliqua pars eius, sicut hõ dr vinens secũdum se, qa aliqua pars eius est primũ subiectũ vitę. s. aïa. Et hic est secundus modus di cẽdi per se in Posterioribus positus, qñ s. subiectum ponit i diffinitione prędicati. Subiectum.n. primum, & pprium ponit̃ i diffinitione accidentis pprij. Tertius modus est, put secundum se esse dr illud, cuiꝰ nõ est aliqua alia causa. sicut omnes propositiones immediate, quę scilicet, per aliquod medium, non probantur. Nam medium in demonstrationibus propter quid est causa, quòd prædicatum insit subiecto. Vnde licet homo habeat multas causas, sicut animal & bipes, quæ sunt causæ formales eius, tamen huius propositionis, homo est homo, cum sit immediata, nihil est causa. Et propter hoc homo est homo, secundum se. Et ad hunc modum reducitur quartus modus dicendi per se in Posteriorib⁹ positus, quando effectus prædicatur de causa. vt cum dicitur, Interfectus interiit propter interfectionem, vel infrigidatum infriguit, vel refriguit propter refrigerium. Quartus modus est, prout illa dicuntur secundum se inesse alicui, quę ei soli, in quantum soli insunt. Quod dicit ad differẽtiam priorum modorum, in quibus non dicebatur secundum se inesse, ex eo, quod est soli inesse: quãuis etiam ibi aliquid soli inesset, vt diffinitio diffinito. Hic autẽ sm se dicitur ratione solitudinis. Nam hoc quod dico secundum se, significat aliquid separatum, sicut dicitur homo secundum se esse, quando solus est. Et ad hunc reducitur tertius modus in Posterioribus positus, & quartus modus dicendi, secundum quod, qui positionem importabat.

Tex.com.2. part.1. subitors sine

Tex.c.25. part.1.

LECTIO XX.

DIspositio dicitur habẽtis partes, ordo aut secundum locum, aut secundum potentiam, aut secun dum speciem. Positionem em oportet quandam esse. sicut & ipsum, hoc nomen dispositio ostendit.

Habitus vero dicitur, vno q dem modo tanquam actio quę dam habentis & habiti. vt act quidam, aut motus. nam quando hoc quidẽ facit, illud vero fit, est factio intermedia. Et ita inter habentẽ indumentum, & habitũ indumẽtũ, intermedi est habitus. Ergo palam, quia non cõuenit habere habitum.

LECTIO XX.

DIspositio dicitur ordo partes habentis, aut secundum locum, aut secundum potentiam, aut secundum formam. positionem enim quandam esse oportet, sicut ipsum etiam dispositionis nomen significat.

Habitus autem dicitur uno modo, tanquam quidam habentis, & habiti actus, sicuti actio quædam aut motus. nam cum hoc quidem efficit, illud uero fit, est media effectio. ita & habentis uestem & uestis habitæ est medius habitus. Hunc itaque habitum, quòd non contingit habere manifestum est. in infinitum enim progrederetur, si ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quamuis autem habitus intelligatur esse medius inter hominem & vestem, inquantum habet eam, tamē manifestum est, quòd non contingit inter ipsum habitum & habentem esse aliud medium, quasi adhuc sit alius habitus medius inter habentem & ipsum medium habitum. sic enim procederetur in infinitum, si dicatur quòd conuenit habere habitum ℞ habiti, ℈ idest rei habitæ. Homo.n. habet ℞ rem habitam, ℈ idest vestem: sed illum habitum rei habitę, non habet homo alio medio habitu. Sicut homo taciens facit factum factione media, sed ipsam mediam factionem nō facit aliqua alia factione media. Et ꝓpter hoc etiam relationes, quibus subiectum refertur ad aliud, non referuntur ad subiectū aliqua alia relatione media, nec etiā ad oppositum, sicut paternitas, neque ad patrem, neque ad filium refertur aliqua alia relatione media, & si aliquæ relationes medię dicantur, sunt rationis tantum, & non rei. Habitus autem sic acceptus, est vnū prædicamentum.

T.cō.16 part.3.

T.cō.27. part. 4.

Secundo modo dicitur habitus dispositio, secundum quā aliquid disponitur bene & male, sicut sanitate aliquid disponitur bene vel male dupliciter, scilicet aut secūdum se, aut per respectū ad aliquid. Sicut sanum est, quod est bene dispositum secundum se: robustum autem, quod est bene dispositum ad aliquid agendum. Et ideo sanitas est habitus quidam, quia est talis dispositio, qualis dicta est. Et non solum habitus dicitur dispositio totius, sed etiam dispositio partis, quæ est pars dispositionis totius. sicuti bonę dispositiones partium animalis, sunt partes bonæ habitudinis in toto animali. Et virtutes etiam partium animæ, sunt quidam habitus, sicut temperantia concupiscibilis, & fortitudo irascibilis, & prudentia rationalis.

T. com. 24.

c ¶ Hic prosequitur de illis, quæ consequuntur ad habitum. & primo de his, quæ se habent ad ipsum per modum oppositionis. Secundo de eo, quod se habet ad ipsum per modum effectus, scilicet de habere, quod ab habitu denominatur, ibi {Habere multipliciter dicitur.} habitui autem opponitur aliquid, scilicet passio, sicut imperfectum perfecto. Priuatio autem oppositione directa. Vnde primo determinat de passione. Secundo de priuatione. ibi {Priuatio dicitur.} Ponit ergo primo quatuor modos, quibus passio dicitur. Vno modo dicitur qualitas, secundum quam fit alteratio, sicut album & nigrum & huiusmodi. & hęc est tertia species qualitatis. Probatum enim est in vij. Physi. quòd in sola tertia specie qualitatis, poterit esse alteratio. Secundus modus est, secundū quòd huiusmodi actiones qualitatis & alterationis, quæ fiunt secundum eas, dicuntur passiones. & sic passio est vnum prędicamē-

Lect.se.pri.

d Priuatio dicit̄ uno quidē mō si non habet aliquid aptorum natorum haberi, & si non sit id natū habere. vt oculis priuari dicit planta. Alio vero, si aptū natū habere, aut ipsum, aut genus, non habeat. vt aliter hō cœcus visu priuari dicit, & talpa. hoc quidem sm genus, illud vero sm se. Amplius si aptum natum, & qñ aptum natum est haberé, & non habet. Cœcitas.n. priuatio quędam est. sed cœc' non est secundum omnem ętatem, sed in qua aptum natum

e Passio dicitur vno quidem modo qualitas, secundum quā alterari contingit. vt album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & q̄cunq; sunt talia. Alio uero modo, horum actiōes & alterationes. Amplior̄ horum magis nociuę alteratio nes & motus, & maxime lamē tabiles & nociuę. Amplius magnitudines exultationum & lamentationū passiones dicunt̄.

Passio dicitur vno quidem modo qualitas, secundum quam alterari contingit. vt album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcunque alia similia. Alio uero horum actiones, & iam alterationes. Item harum magis, quæ noxiæ alterationes & motus, & maxime quæ tristes & noxiæ sunt. Item calamitatum & tristium magnitudines passiones dicuntur.

Priuatio dicitur vno modo, si non habeat aliquid eorum, quæ apta sunt haberi, etiam si ipsum non sit natura aptum habere. vt planta dicitur oculis priuari. Alio modo, si cum aut ipsum, aut genus eius aptum habere sit, non habeat. vt puta aliter cæcus homo visu priuatur, & aliter talpa: hæc quidem secundum genus, illo uero secundum se. Item si cū aptum sit, & quando sit aptum habere, non habeat. cæcus nanque priuatio quædam est. cæcus autem non secundum omnem ætatem, sed si, in qua aptus est habere, non habet.

habiti eßet habitum habere. Alio modo habitus dicitur dispositio, secundum quam bene uel male disponitur dispositum, & aut ad aliud. vt sanitas quidam habitus est. dispositio etenim talis est. Item habitus dicitur, si particula talis dispositionis sit, quare partium quoque uirtus, quidam habitus est.

Passio dicitur vno quidem modo qualitas, secundum quam alterari contingit. vt album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcunque alia similia. Alio uero horum actiones, & iam alterationes. Item harum magis, quæ noxiæ alterationes & motus, & maxime quæ tristes & noxiæ sunt. Item calamitatum & tristium magnitudines passiones dicuntur.

Priuatio dicitur vno modo, si non habeat aliquid eorum, quæ apta sunt haberi, etiam si ipsum non sit natura aptum habere. vt planta dicitur oculis priuari. Alio modo, si cum aut ipsum, aut genus eius aptum habere sit, non habeat. vt puta aliter cæcus homo visu priuatur, & aliter talpa: hæc quidem secundum genus, illo uero secundum se. Item si cū aptum sit, & quando sit aptum habere, non habeat. cæcus nanque priuatio quædam est. cæcus autem non secundum omnem ætatem, sed si, in qua aptus est habere, non habet.

quia hęc tria scilicet dispositio, habitus, & passio, non significant genus prædicamenti nisi secundum vnum modum significationis, vt ex prębabitis patet, ideo non posuit ea cum aliis partibus entis, scilicet quantitate, qualitate, & ad aliquid. In illis enim, uel omnes, uel plures modi ad genera prædicamenti, significata per illa nomina, pertinebant.

par.seq.

d ¶ Hic distinguit modos, quibus dicitur priuatio. & quia priuatio includit in sua ratione negationem, & aptitudinem subiecti, ideo primo distinguit modos priuationis ex parte aptitudinis. Secundo ex parte negationis. ibi {Et quoties.} Et circa primum ponit quatuor modos. Primus modus est, secundum quòd aptitudo consideratur ex parte rei priuatę, non ex parte subiecti. Dicitur enim hoc modo priuatio, quando ab aliquo non habetur id, quod natum est haberi, licet hoc quod ipso caret, non sit natum habere. sicut planta dicitur priuari oculis, quia oculi nati sunt haberi, licet non a planta. In his uero, quæ a nullo nata sunt haberi, non potest dici aliquid priuari, sicut oculus uisu penetrante per corpora opaca. Secundus modus attenditur secūdum aptitudinem subiecti. hoc.n. modo dicitur priuari hoc solum quod natū est illud habere, aut secūdum se, aut sm genus suum: Secundum se, sicut homo cœcus dicitur priuari uisu, quem natus est habere secundū se. Talpa autem dicitur priuari visu, nō quia ipsa secundum se sit nata habere visum, sed quia genus eius scilicet animal, natū est habere

habere visum. Mulea enim sunt, a quibus aliquid non impeditur ratione generis, sed ratione differentiæ. Sicut homo non impeditur, quin habeat alas ratione generis, sed ratione differentiæ. Tertius modus attenditur ex parte circunstantiarum. Vnde hoc modo dicitur aliquid priuari aliquo, si non habet ipsum habitum, cū natum sit habere. Sicut cœcitas, quæ est quędam priuatio, & tamē animal non dicitur cœcum secundum omnem ætatem, sed solum si non habet visum in illa ętate, in qua natum est habere. vnde canis non dicitur cœc' ante nonum diem. Et sicut est de hac circunstantia quando, ita est & de aliis circunstantiis, scilicet ℞ i quo ℈ vt in loco, sicut nox dicitur priuatio lucis in loco vbi nata est esse lux, non in cauernis, ad quas lumē solis permeare nō potest. ¶ Et secundum qd, ℞ Sicut homo nō dicitur edentulus, si non habet dentes in manu, sed si non habet secundum illam partem, secundum quam natus est habere. ¶ Et ad qđ ℈ sicut homo non dicitur parvus, vel deficientis staturæ, si nō est magnus respectu montis, vel respectu cuiuscunque alterius rei, ad cuius comparationem non est natus habere magnitudinem. Et sic homo non dicitur tardus esse motu, si nō curat ita velociter, sicut lepus vel vent': vel ignorans, si non intelligit, sicut De'. Quartus modus ē secundū quod ablatio cuiuslibet rei p violentiam, dicitur priuatio. Violentū enim; est contra impetum naturalem, vt habitum est supra. Et ita ablatio per violentiam est respectu eius quod quis natus est habere. Deinde cum dicit.

part. 3.

*ignem.

Ioa.16.28. 1ti. prima.

*Troiani.

Ioa.6.

e ¶ Distinguit modos priuationis ex parte negationis. Græci enim vtuntur hac prępositione .a. in compositionibus ad designandas negationes & priuationes, sicut nos vtimur hac prępositione, in. Dicit ergo, quòd quoties dicuntur negationes designare ab hac ꝓpositione .a. posita in principio dictionis per compositionem, toties dicuntur etiam priuationes. Dicitur enim inæquale vno modo, quod non habet æqualitatem, si aptum natum est habere: & inuisibile, quod non habet colorem, & sine pede, quod non habet pedes. Secundo modo dicuntur huiusmodi negationes non per hoc, quod est omnino non habere, sed per hoc, quod est prauè vel turpiter habere. sicut dicitur non habere colorem, quia habet malum colorem vel turpem: & non habere pedes, quia habet prauos uel turpes. Tertio modo significatur aliquid priuatiue uel negatiue, ex hoc, quod est parū habere, sicut dicitur in græco Apyron, ideſt non ignitum, vbi est modicum de igne. Et hic modus quodammodo continetur sub secundo, quia parum habere, est quodammodo prauè, vel turpiter habere. Quarto

Et quoties ab eo q̄.a. priuatiua particula negationes dicūtur, toties & priuationes dicuntur. Nam inęquale, nō habere æqualitatē aptum quidē natū dicit. Inuisibile vero, & eo qđ non habere omnino colorē, & eo quod turpiter. Et sine pede, & nō habere omnino pedes, & ex eo q̄ turpes. Amplius & eo q̄ parum habeat, vt non* ignitum. Hoc aūt ē turpiter aliquo modo habere. Amplius nō facile, aut non bene. vt insecabile, non solum quia nō secatur, sed quia nō facile, aut qa nō bene. Amplius non habere omnino. Cæcus.n. non dicitur monoculus, sed qui ambobus nō habet visum. Propter qđ, non omnis homo bonus aut malus, aut iustus, aut iniust' est, sed ē mediū.

e

Habere multipliciter dicit. Vno quidē modo deducere sm suam naturam, aut secundum suum impetum. propter quod febris dicitur habere hominē, & *tyranni ciuitatem, & vestimentū induti. Alio. in quo vtique aliquid exciterit, vt susceptibili. vt æs habet statuæ formam, & infirmitatē corpus. Alio, vt cōtinens contentum. nā in quo est, contētum aliqđ haberi ab hoc dicitur. vt lagenā habere humidum dicimus, & ciuitatē homines, & naues nautas, sic autē &

f

Similiter si in quo, & secundum quod, & ad quod, & quemadmodum natura aptus sit, non habeat. Item violenta cuiusquè ablatio priuatio dicitur.

Et quoties negationes ab I N, uel simili negatione incipientes dicantur, toties etiam priuationes dicentur. Inæquale nanque dicitur, eo quòd non habeat æqualitatem, aptum existens habere. inuisibile uero, eò quod non habeat omnino colorem, & quod exigue. & impes, eò quòd & non habeat omnino pedes, et quod debiles. Item, cùm parum quid habeat. ut cùm dicimus oliuam exosiem. hoc autem est, eò quòd exile quiddam habet. Item, cùm non facile, aut non bene. vt insecabile, non solum eo quòd non secetur, sed etiam eò quòd non facile, nec bene. Itē, cùm omnino non habeat, cæcus nanq; dicitur, nō qui unoculus est, sed qui utri usq; oculi visu caret. Quare, non omnis, bonus vel malus, aut iustus uel iniustus, sed etiam intermedium est.

Habere multipliciter dicitur. Vno modo, cùm quid secundum suam naturam, aut suam inclinationem agat. quare dicitur, quòd febris hominem habet, & tyranni ciuitates, & induti uestem. Alio modo, in quo quid tanquàm susceptiuo existit. vt æs habet statuæ formam, & corpus ægritudinem. Alio modo, vt continens ea, quæ contenta sunt. in quo nanque contentum quiddam est. haberi ab eo dicitur. vt vas habere humidum dicimus, & urbem homines, & nauem nautas. sic & totum partes habet. Item, quod prohibet

A modo dicitur aliquid priuatiue uel negatiue, ex eo quod non est facile, vel non bene. sicut aliquid dicitur insecabile, non solum quia non secatur, sed quia non facile, aut non bene.

Quinto modo dicitur aliquid negatiue vel priuatiue, ex eo quod est omnino non habere. Vnde monoculus non dicitur cœcus, sed ille qui in ambobus oculis caret visu. Ex hoc inducit quoddam corollariū, scilicet quòd inter bonum & malum, iustum & iniustum est aliquid medium. Non enim ex quocunq; defectu bonitatis, efficitur aliquis malus, sicut Stoici dicebant, ponentes omnia peccata esse paria. Sed quādo multum a virtute recedit, & in contrariū habitum inducitur. Vnde in 2. Ethi. dicit, ex eo quòd homo recedit parum a medio virtutis, nō inuperatur.

B

C

D

E

f ¶ Hic ponit quatuor modos eius, quod ē habere, quorum primus est, secundum quòd habere aliquid est ducere illud secūdum suam naturam in rebus naturalibus, aut secundum suum impetum in rebus voluntariis. & hoc modo febris dicitur habere hominem, qa homo traducitur a naturali dispositione i dispositionem febrilem. & hoc modo habent tyranni ciuitates, quia secundum uoluntatē & impetum tyrannorum, res ciuitatum aguntur. & hoc etiam modo induti dicuntur habere vestimentum, quia vestimentum coaptatur induto, ut accipiat figuram eius, & ad hunc modum reducitur etiam habere possessionem, quia homo re possessa utitur secundum suam voluntatem. Secundus modus est, prout illud, in quo existit aliquid, ut in proprio susceptibili, dicitur habere illud: sicut æs habet speciem statuę, & corpus habet infirmitatem. Et sub hoc modo comprehenditur habere scientiam, quantitatem, & quodcunque accidens, uel quancunque formam. Tertius modus est, secundum quòd continens dicitur habere contentum, & contentum haberi a continente, sicut dicimus quòd lagena ℞ habet humidum. ℈ ideſt humorem aliquem, ut aquam uel uinū, & quòd ciuitas habet homines, & nauis nautas. Et secundum hunc modum etiam dicitur, quòd totum habet partes. Totum enim continet partē, sicut & locus locatum. In hoc.n. differt locus a toto, quia locus est diuisus a locato, non autem totum a partibus. vnde locatum est sicut pars diuisa, ut habetur in 4. Physi. Quartus modus est, secundum quòd aliquid dicitur habere alterum, ex eo quòd prohibet ipsum operari, vel moueri secundum suum impetum: sicut columnæ dicuntur habere corpora ponderosa imposita super eas, quia, prohibent ea descēdere deorsum sm inclinationem. & hoc etiam modo Poetæ dixerūt, q̄ Athlas habet cœlum. Fingunt enim. Poetæ, q̄ Athlas

T.com.24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est quidam gigas, qui sustinet cælum, ne cadat super terram. Quod etiam quidam naturales dicunt, qui ponebãt, quòd cœlum quandoq; corrumpetur, & resolutum cadet super terram. Quod paret precipue ex opinione. Emp. qui posuit mundum infinities corrũpi, & infinities generari. habuit aũt poetica fictio ex veritate originẽ. Athlas quidẽ magnus astrologus, subtiliter motus cælestium corporum perscrutatus est, ex quo fictio processit q̃ ipse cœlum sustineret. Differt autẽ hic modus a primo. nam in primo habens, habitum cogebat sequi secundum suum impetũ, & sic erat causa motus violenti. Hic aũt habens, prohibet habitũ moueri motu naturali, vnde est causa quietis violentæ. Ad hunc aũt modũ reducitur tertius modus, quo cõtinens dicitur habere cõtenta, ea ratione, quia contẽta suo proprio impetu singula sep̃rarẽtur abinuicem, nisi continens prohiberet. sicut patet in lagena continente aquam, qui prohibet partes ab inuicem separari. Dicit autem in fine, q̃ esse in aliquo similiter dicitur sicut & habẽ, & modi essendi in aliquo, cõsequuntur ad modos habendi. Octo autem modi essendi in aliquo in 4. phy. positi sunt, quorum duo, scilicet, secundum quod totum integrale est in partibus, & econuerso, duo etiam scilicet, secundum q̃ totum vniuersale est in partibus & econuerso, & alius modus secũdum q̃ locatum est in loco, cõsequuntur ad tertium modum habẽdi, secundum, q̃ totum habet partes, & locus locatum. Modus autem secũdum q̃ aliquid dicitur esse in aliquo, vt in efficiẽte, vel mouẽte, sicut quæ sunt regni in rege, consequitur primum modum habẽdi hic positum. Modus autem essendi in, secũdum q̃ forma est in materia, reducitur ad secundum modum habendi hic positũ. Modus autem quo aliquid est in fine, reducitur ad modum habendi quartum hic positum, vel etiam ad primum, quia secundum finem mouentur & quiescunt ea, quæ sunt ad finem.

Tex.cõ.29. parte pri.

Tex.c.23.

totum habere partes. Amplius & prohibens sĩn suum impetũ aliquid mouere, aut operari, habere dicit̃ hoc ipsum. vt columnæ ponderosa superposita. ut poetæ Athlantẽ faciunt habere cælum, tanquam casurum super terram, quemadmodum Physiologorum quidã dicunt. Hoc autem modo. continens dicitur quæ continet habere, quasi separata secundum suum impetum singula. Et in aliquo aliqd, esse, simili modo dicitur & consequenter ipsi habere.

LECTIO XXI.

a

IC incipit ꝓsequi de his, quæ pertinent ad rationem totius & partis, & primo de his, quę pertinẽt ad partem. Secundo de his, quę pertinent ad totũ. ibi {Totum dicit.} Et quia ex partibus constituit totũ, ideo circa primũ duo facit. Primo ostendit quot modis

Infra par. 3

F dicitur aliquid esse ex aliquo. Secundo quot modis dicit̃ pars, ibi {Pars dicitur uno quidẽ modo} Circa primũ tria facit. Primo ponit modos, q̃bus aliud ex aliquo fieri dicitur proprie & primo. Secundo, quo mõ fit aliqd ex aliquo, sed nõ primo. ibi {Alia uero si sĩn partem.} Tertio quo mõ fit aliquid ex aliquo non ꝓprie. ibi {Alia uero.} Circa primũ ponit quatuor modos. Quorũ primus est sĩn quòd aliquid dicitur eẽ ex aliquo ut ex materia. quod quidẽ contingit dupliciter. Vno modo sĩn quòd accipitur {materia primi generis} .s. cõmunis, sicut aqua est materia oiumliquabiliũ, q̃ omnia dicunt eẽ ex aqua. Alio mõ {sĩn ipsũ ultimã,} .s. specialissimam: sicut hęc species, quę est statua, dicitur fieri ex ære. Secundo modo dicitur aliqd fieri ex alio, vt {ex primo principio mouẽte} sicut pugna ex conuitio, quod est principium mouẽs animum cuiuslibet ad pugnandum. Et sic ét dicitur, quod domus est ex ædificante, et sanitas ex medicina. Tertio modo dr fieri ex aliquo, sicut simplex {ex cõpósito ex materia & forma.} Et hoc est in via reloiutionis. sicut dicim' q̃ partes fiunt ex toto, & {versus ex Ilia de} .i. ex toto tractatu Homeri de Troia. Resolut. n. Ilias in versus, sicut totũ in partes. Et sĩr dicitur, q̃ lapides fiũt ex domo. Ratio aũt huius est: quia forma est finis in generatione. Perfectum enim dicitur quod habet finem, vt supra habitum est. vñ de patet, quòd perfectum est quod habet formam. Quando igitur ex toto perfecto fit resolutio partiũ, est mot' quasi a forma ad materiam, sicut econuerso, q̃n partes cõponuntur, est motus a materia in formã. Et ideo hæc præpositio Ex, q̃ principiũ designat, utrobiq; cõpetit, & in uia cõpositionis, quia determinat principiũ materiale: & in uia resolutionis, quia significat principiũ formale. Quarto mõ dicit aliquid fieri ex aliquo sicut {species ex parte speciei.} Pars aũt speciei põt accipi dupliciter, aut sĩn ratione, aut sĩn rem. secundum rationẽ, sicut bipes est pars hominis, quia est pars diffinitionis eius, quamuis ĩm rem non sit pars, quia aliter non prædicaretur de toto. toti. n. homini competit habere duos pedes. Secundum rem uero, sicut {syllaba est ex elemento,} .i. ex litera, sicut ex parte speciei. hic autem quartus modus differt a primo. Nam dicebatur aliquid esse ex parte materiæ, sicut statua ex ære. nam ex substantia, quæ est statua, est cõposita ex sensibili materia tanquam ex parte substantię. Sed hæc species componitur ex parte speciei. Sunt enim partium, quædam partes speciei, & quædam partes materiæ. Partes quidem speciei dicuntur a quibus dependet perfectio speciei, & sine quibus esse non potest species. vnde & tales partes in diffinitione totius ponuntur, sicut anima, & corpus in diffinitione animalis, & angulus in diffinitione trianguli, & litera in diffinitione syllabæ. Partes vero materiæ dicuntur, ex quib' species non dependent, sed quodammodo accidunt speciei, sicut accidit statuæ, quod fiat ex ære, vel ex quacunq; materia. Accidit etiam circulo, q̃ diuidatur in duos semicirculos: & angulo recto, q̃ angul' acut' sit eius pars. vnde huiusmodi partes nõ ponuntur, in diffinitione totius speciei, sed potius econuerso, vt in septimo huius erit manifestum. Sic ergo patet, q̃ sic quædam dicuntur ex aliquo fieri primo, & proprie. Aliqua vero dicuntur ex aliquo fieri nõ primo, sed secundum partem. Et hoc secũdũ; {quæcunq; prædictorum modorum,} sicut puer dicitur fieri ex patre, sicut principio motiuo, & matre, sicut ex materia: quia quædam pars patris mouet, scilicet sperma, & quędam pars matris est materia, scilicet mẽstruum. Et plantæ fiunt ex terra, non tamen quidem ex toto, sed ex aliqua eius parte. Alio vero modo dicitur fieri aliquid ex aliquo non ꝓprie, scilicet ex hoc ipso, q̃ importat solum ordinem, & sic aliquid fieri dicitur ex aliquo, post quod fit, sicut {nox fit ex die} idest, post diem; & {himber ex serenitate} .i. post serenitatem. Hoc aũt dr dupliciter. Qñq; n. inter ea, quorũ vnũ dicitur fieri ex altero, attenditur ordo secundum motum, & non solum secundum tps, quia vel sunt duo extrema eiusdem motus. vt cum dr, q̃ album fit ex nigro: vel consequuntur aliqua extrema motus, sicut nox & dies consequuntur diuersa vbi, solis. Et similiter hiems & æstas. Vnde in quibusdam dicitur hoc fieri post luc, quia habent trãsmutationem adinuicem, vt in prædictis patet. Qñq; vero attenditur ordo secundum tps tm, sicut dr q̃ {ex equinoctio fit nauigatio,} .i. post æquinoctium. Hæc n. duo extrema, non sunt duo extrema vnius motus, sed ad diuersos motus pertinent. Et similiter dicitur, ex Dionysiis fiunt Thargelia, quia sunt post Dionysia. Hæc autem sunt quædam festa, quæ apud gentiles celebrabantur, quorum vnum erat prius, & aliud posterius.

Tragilia.

Tex.c.31. part.3.

Part.4.

Tex.33.34.

Dionysia sunt Bacchanalia. Thargelia sunt festa Atheniensium & Diange.

1 *aliquid secundum suam inclinationem moueri, aut agere, habere dicitur hoc ipsum. ut & columnæ impositæ onera. & ut Poetæ Atlantem faciunt cælum habere, tanquam, nisi ipse teneret, casurum super terram, vt quidam Physiologorum tradunt. hoc autem modo & continens dicitur, quæ continet habere, tanquam separaretur secundum suam inclinationem unumquodque. In aliquo etiam esse similiter & consequenter, sicuti habere dicitur.*

LECTIO XXI.

G

X *aliquo esse dicitur, uno modo dicitur ex quo, vt ex materia est. & hoc dupliciter,* H *aut secundum primum genus, aut secundum ultimam speciem. ut puta, omnia liquabilia quodam modo quidem ex aqua sunt, quodam modo uero ex ære statua est. Vno modo dicitur, ex primo modo mouente principio. vt ex quo pugna? ex conuitio. quia hoc pugnæ principium. Vno modo ex composito ex materia, & forma. sicuti ex toto partes, & uersus ex Iliade, & lapides ex domo. finis nanque est forma: perfectum uero, quod habet finem. Quædam uero tanquam ex parte forma. vt homo ex bipede, & syllaba ex elemento. aliter nanque hoc, atque statua ex ære. ex sensibili nanque materia composita substantia est. forma quoque ex materia. Quædam itaque ita dicuntur. quædam, siquis horum modorum secũdum aliquam partem sit. vt ex patre & matre proles, & ex terra plantæ, quia ex aliqua eorum parte. Vno modo, post quod tempore, ut ex die nox, & ex sereno tempestas. quoniam hoc post illud. Horum* K *autẽ quædã, eò quòd habent mutuam*

I

A citur pars eius, sicut duo aliquo modo sunt partes trium. Alio modo dicitur solum pars quantitas minor, quæ mensurat maiorem. Et sic duo non sunt pars trium, sed sic duo sunt pars quatuor, quia bis duo sunt quatuor. Secundo modo, dicuntur partes, in quę diuiditur aliquid sine quantitate. & per hunc modum species dicuntur esse partes generis. Diuiditur enim in species, nõ sicut quãtitas in partes quantitatis: nã tota quantitas, non est in vna suarum partium: genus autem est in qualibet specierum. Tertio, modo dicuntur partes, in quas diuidĩ, aut ex quibus componitur aliquod totum, siue, sit species, siue aliquid habens speciem. .s. indiuiduum. Sunt enim (sicut dictum est) quędam partes speciei, & quędam partes materię, q̃ sunt partes indiuidui. Aes. n. est pars sphęræ æreæ, aut cubi ærei, sicut materia in qua species est recepta. Vnde æs nõ est pars speciei, sed pars {habentis speciem.} Est aũt cubus corpus contentum ex superficiẽb' quadratis: angulus autem est pars triãguli sicut species, sicut supra dictum est.

Quarto modo dicuntur partes, quæ ponuntur in diffinitione cuiuslibet rei, quę sunt partes rationis: sicut animal, & bipes sunt partes hominis. Ex quo patet, q̃ genus quarto modo est pars spẽi, aliter vero .s. secundo modo species est pars generis. In secundo. n. modo sumebatur pars pro parte subiectiua totius vniuersalis. In aliis autem trib', parte integrali. Sed in primo, pro parte quantitatis: in aliis autem duobus, pro parte substantię. Ita tamen, q̃ pars secundum tertium modum est pars rei, siue sit pars speciei, siue pars indiuidui. Quarto autem modo, est pars rationis.

*transmutationem adinuicem, ita dicuntur, vt quæ nunc sunt dicta: Alia, quia secũdum tempus solum, vt ex equinoctio fit nauigatio, quia post æquinoctium. Sic festiuitates sunt, vt ex Dionysiis * thargelia, quia post Dionysia.*

b Pars dicitur quidẽ vno modo, in quam diuiditur vtique, quantum quocunque modo. Semper. n. ablatum a quanto, vt quantum est, pars dicitur illius, vt trium, duo pars quodã modo dicuntur. Alio vero modo quę talia mensurant solum. propter quod trium, duo sunt, vt dicitur pars, sunt autem vt non. Amplius, & in quę diuiditur vtiq; species sine quantitate, & ea partes huius dicunt̃: quare species, generis dicũtur esse partes. Amplius in quę diuiditur aliquid, aut ex quibus cõponitur totum, aut spẽs, aut habens speciẽ, vt sphęra æreæ, aut cubi ærei, ęs pars ẽ. hoc aũt est materia, in qua spẽs, & angulus pars. Amplius, quę sunt in ratione vnũquodq; ostendẽte, & ea partes sunt totius. Propter quod, & gen' spẽi pars dr: aliter aũt spẽs, generis pars.

B

Pars dicitur uno quidem modo, in quod: quoquo modo, quantum diuidi potest. semper enim quod a quanto, prout quantum, aufertur, pars illius dicitur: ut duo, pars trium quodam modo dicitur, Alio modo, ex his ea duntaxat, quæ metiuntur. quare duo quodammodo quidem sunt pars trii, quodammodo uero non. Item, in quæ forma absque quanto diuidi potest, hæc quoque partes eius dicuntur. qua re species generis aiunt partes esse.

C *Item, in quæ aliquid diuiditur, aut ex quibus totum componitur, aut ipsa forma, aut quod formam habet. ut sphæræ æneæ, aut ænei cubi & ipsum æs pars. hoc autem est materia, in qua forma, & angulus pars. Item quæ in ratione unumquodque significante sunt, hæc quoque pars totius sunt. quare genus, pars etiam speciei dicitur. aliter uero species generis pars est.*

D

c Totum dicitur, cui nulla partium deest, ex quibus dicitur totum natura. Et continens cõtenta: vñ vnũ aliquid sunt illa.

Totum dicitur, cuius nulla pars eorum abest, ex quibus totum natura dicitur. Et quod continet contenta, ut unum quid illa sint.

d Hoc autem dupliciter. Aut enim vt vnumquodque vnum, aut vt ex his vnum.

Hoc autem dupliciter. Aut enim ut unumquodque unum, aut ex his illud unum.

E

c ¶ Hic prosequitur de his, quæ pertinent ad totum, & primo de toto in communi, secundo de toto quodam. .s. de genere, ibi {Genus dicitur} Circa primum duo facit. Primo, prosequitur de ipso nomine totius: secundo, de eius opposito. .s. de Colobon, ibi {Colobon autem dicitur} Circa primum tria facit. Primo, ponit rationem cõem totius, q̃ consistit in duobus. Primo, in hoc q̃ perfectio totius integratur ex partibus: & significat hoc cum dicit, q̃ {totum dicitur, cui nulla suarum partium deest, ex quibus} .s. partibus {dicitur totum natura} .i. totũ secundũ suã naturã cõstituitur. Secundum est, q̃ partes uniũtur in toto. & sic dicit, q̃ totũ {continens est contenta} .s. partes, ita q̃ illa contenta sunt aliquid vnum in toto. Secundo ibi.

d ¶ Ponit duos modos totius dicẽs, q̃ totũ dicitur dupliciter, aut ita, quòd vnumquodque contentorum a toto continente fit ipsum vnum, scilicet ipsum totum continens, quod est in toro vniuersali de qualibet suarum partium prædicato: Aut ex partibus constituatur vnum, ita q̃ non quęlibet partium

Lect. seq. part. prima. Iustra par. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit unum illud. Et hęc est ratio totius integralis, quod de nulla suarum partium integralium prædicatur. Tertio ibi.

e ¶ Exponit prædictos modos totius. & primo primum, dicens quòd vniuersale {& quod totaliter, } idest quod communiter prædicatur, dicitur quasi sit aliquod vnum totum ex hoc quòd prædicatur de vnoquoq;, sicut vniuersale, quasi multa continens vt partes, in eo quòd prædicatur de vnoquoque. Et omnia illa sunt vnum in toto vniuersali, ita quòd vnumquodq; illorum est illud vnum totū. Sicut animal continet hominem & equum & deum, quia {omnia sunt animalia } idest qa animal prædicatur de vnoquoq;. Deū autem hic dicit aliquod corpus cœleste, vt Solem, vel Lunam, quę antiqui animata corpora eē dicebant, & deos putabant. Vel animalia quædam aerea, quę Platonici dicebant esse dæmones, & pro dijs colebantur a gentibus. Secundo ibi.

part. 5.

part. 6.

part. 7.

part. 8.

e Vniuersale quidem enim, & quod totaliter, dicit vt aliqd ens vnū sicut vniuersale, quasi multa contines quia prædicatur de vnoquoque, & vnum omnia sunt & vnumquodque vt homo, & equus, & Deus, quia omnia animalia.

f Continuum vero & finitum, qñ vnum aliquid ex pluribꝰ est quæ insunt, maxime quidē potestate, sin autem & energia.

g Horum vero eorundem magis quæ sunt natura, quàm arte talia: quemadmodū & in vno dicimus, tamquam existente totalitate vnione aliqua.

h Amplius quāto habēte principium & medium & ultimū, quorum quidem non facit positio differentiam, omne dicitur: quorum vero facit, totum, & quæcunque ambo dicuntur, & omne & totum. Sunt autem ea, quorū natura quidem eadē manet transpositione, forma vero non, vt cera & vestis. etenim omne & totum dicuntur. habēt enim ambo. Aqua vero, & quęcunque sunt humida, & numerus, omne quidem dicuntur: totus vero numerus, & tota aqua non dicitur, nisi metaphorice. Omnia vero dr̄ in quibus omne, vt in vno: in his omnia, vt ī diuersis, omnis hic numerus, omnes hę vnitates.

Tex.cō. 12.

f ¶ Exponit modū secundū totius, qui pertinet ad totum integrale, & circa hoc duo facit. Primo, ponit rationē communem huius totius, & præcipue de toto, quod dividitur in partes quātitatiuas, quod est manifestius dicens, quòd aliquid dicitur {continuum & finitum, } idest perfectum & totū. nam infinitum non habet rationem totiꝰ, sed partis, vt dicitur in 3. Physi. quando scilicet vnum aliqd fit ex pluribus, quę insunt toti. & hoc dicit ad remouendum modum, quo aliquid fit ex aliquo, sicut ex contrario. Partes autem, ex quibus constituitur totum, dupliciter possunt esse in toto. Vno modo in potētia, alio modo in actu. Partes quidem sunt in potentia in toto continuo, actu vero in toto non continuo, sicut lapides actu sunt in aceruo. Magis autem est vnum, & per consequens magis totum, continuum, quàm non continuū. Et ideo dicit, quòd oportet partes inesse toti, maxime quidem in potentia, sicut in toto continuo. Et si non in potētia, saltem {energia } idest in actu. Dicitur. n. energia, interior actio. Licet autem magis sit totum qñ partes sunt in eo in potentia, quàm qñ sunt actu, tamen si respiciamus ad partes, magis sunt ipsæ partes, qñ sunt actu, quam quando sunt in potentia. Vnde alia litera habet {maxime quidē perfectione & actu: Sin autem, & potestate. } Et subiungit etiam quod prius dictū est, & maxime potestate, sin autē & energia. Vnde videtur, q̄ translator duas inuenit literas, & vtrunque transtulit, & errore factum est, sic vt coniungātur ambæ quasi vna litera. Et hoc patet ex alia translatione, quę non habet nisi alterum tātum. Sic enim dicit. {Continuum autem, & finitum est, cum vnum aliquod sit ex pluribus inhærentibus, maxime quod potētia. } Si autem non, actu sunt. Secundo ibi.

g ¶ Ostendit duas diuersitates in isto secundo modo totius, quarum prima est, quòd continuorum quædam sunt cōtinua per artem, quędam per naturam, & illa, quæ sunt cōtinua per naturā, magis sunt {talia }, i. tota, quàm quæ sunt per artem. Sicut de vno dictum est supra, s. quòd illa, quæ sunt continua per naturam, magis sunt vnum, ac si totalitas sit aliqua vnio. Ex quo patet, quòd, quod est magis vnum, est magis totū.

h ¶ Secundam diuersitatem ponit. Cum enim ita sit, quòd in quantitate sit ordo partium, quia est ibi principium, medium & vltimū, in quo ratio positionis cōsistit, oportet quòd omnia tota ista, continuā habeant positionem, in suis partibꝰ. Sed ad positionem partium, totum continuum tripliciter se inuenitur habere. Quędam enim tota sunt, in quibus diuersa positio partium non facit diuersitatem, sicut patet ī aqua: qualitercunque enim trāsponantur partes aquę nihil differūt, & similiter est de aliis humidis, sicut de oleo, vino, & huiusmodi. In his autem significatur totum per hoc, quod dicitur omne, non autem ipse nomine totius. Dicimus. n. omnis aqua, vel omne vinum, vel omnis numerus, non autem totus, nisi secundum metaphoram. & hoc forte est secundum proprietatem græci idiomatis: nam apud nos dicitur ppric. Quædam vero sunt, in quibus positio differētiam facit, sicut in homine, & in quolibet aiali, & in domo, & huiusmodi, non enim est domus qualitercunque partes ordinentur, sed secundum determinatum ordinem partium. & similiter nec homo animal. Et in his dicimus totum, & non omne. Dicimus enim de vno solo animali loquentes, totum animal, non omne animal. Quædam vero sunt, in quibus contingunt ambo, quia positio quodammodo facit differentiam, in eis: in his autem dicimus vtrunque, scilicet & omne & totum, & ista sunt in quibus facta transpositione partium, manet eadem materia, sed non eadem forma siue figura. vt patet in cera, cuius qualitercunque transponantur partes, nihilominus est cera, licet non eiusdem figuræ. & similiter est de vestimento, & de omnibus quæ sunt similium partium, retinentium diuersam figuram. Humida enim, & si sunt similium partium, non tamen figuram possunt habere propriam, quia non terminantur terminis proprijs, sed alienis. & ideo transpositio in eis nihil variat quod sit ex parte eorum. Ratio autem huius diuersitatis est, quia omnę distributiuum est. & ideo requirit multitudinē in actu, vel in potentia propinqua. & quia ea sunt similium partium, diuiduntur in partes consimiles toti, sicque ibi multiplicatio totius. Nam si quęlibet pars aquæ est aqua, in vnaquaque aqua sunt multę aquæ, licet in potentia, sicut in vno numero sunt multæ vnitates in actu. totum vero significat collectionem partium in aliquo vno, & ideo in illis proprie dicitur totum, in quibus ex omnibus partibus acceptis simul fit vnum perfectum, cuius perfectio nulli partium competit, sicut domus: & animal. Vnde omne animal non dicitur

Ipsum enim uniuersale, & quod omnino ut totum quappiam ens dicitur, sic est uniuersale, ut multa continens, eo quod de singulis prædicatur, & unum omnia sunt singula. ut homo, equus, deus, quoniam omnia animalia.

Cæterum continuum & finitum, cùm e pluribus inexistentibus unum quid sit, maxime quidem potentia, non actu.

Horum autem ipsorum, magis quæ natura, quàm arte talia sunt: sicut & de uno dicimus, tanquàm totalitas unitas quædam sit.

Item, cum quantum habeat principium medium, & ultimum, quorumcunque positio non facit differentiam, omne dicitur: quorumcunque uero, facit, totum: quæ autem ambo facere contingit, & omne, & totum. Sunt autem hæc, quorum natura quidem eadem manet in transpositione, forma uero minime, ut cera, & uestis, etenim totum & omne dicuntur. ambo namque habent. Aqua uero, & quæcunque humida, ac numerus, omne quidem dicuntur: totus uero numerus, totaque aqua non dicuntur, nisi translatione. Omnia uero dicuntur, de quibus omne tanquàm de uno. de his omnia, ut de diuisis, omnis hic numerus, omnes hæ unitates.

tur de vno animali, sed de pluribus: Et ideo in fine dicit, qđ in illis totis, in quibus dicitur omne, vt de vno referente ad totum, potest dici omnia in plurali, vt in diuersis referendo ad partes, sicut dicitur omnis hic numerus, & omnes hæ vnitates, & omnis hæc aqua, demonstrato toto, & homines hæ aquę, demonstratis partibus.

part. 9. Tex.c. 33. Alia litera Diminutū Alia vero. l. mancū, seu truncatum. ªNunquàm legebatur in manu scriptis exemplaribus. κωλοβον.

4 ¶ Hic determinat de eo, quod est oppositum toti, quod est colobon pro quo alia translatio habet diminutum membrum, sed non vsquequaque conuenienter. Nam colobon non dicitur solum in animalibus, in quibus solis sunt membra. Videtur autem esse colobon, quod nos dicimus truncatum. Vnde Boetius transtulit mancum, idest defectiuum. Est ergo intentio philosophi ostendere, quid requiratur ad hoc qđ aliquid dicatur colobon. Et primo, qđ requiratur ex parte totius. Secūdo, quid requiratur ex parte partis deficiētis, ibi {Adhuc autem neque quælibet. } Ad hoc autem quòd aliquod totū dici possit colobon, septem requiruntur. Primū est, vt illud totū sit quantum, habens partes in quas diuidatur secundū quantitatem. non enim totū vniuersale potest dici colobon, si vna species eius auferatur. Secundum est, quòd nō quodlibet quantum potest dici colobon, sed oportet quòd {sit partibile, } idest distinctionem habens. & {totum } idest ex diuersis partibus integratum. vnde vltimæ partes, in quas aliquod totum resolui-

i Colobon vero dicitur, quantū non quodlibet, sed partibile oportet illud esse, & totum. Nam duo non sunt coloba, altero ablato vno. non. n. ęquale colobonion & reliquum ª vnq̄ est. nec totaliter numerꝰ vllus. etenim substantiā oportet manere. si calix colobos adhuc oportet esse calicē: sed numerus non est idem parte sublata. Ad huc & quæ sunt partium dissimilium, nec hæc oía. Numerus. n. est vt dissimiles habeat partes, vt dualitatem & trinitatē. Sed & totaliter, quorum positio non facit differentiam, nullum enim colobon vt aqua aut ignis: sed oportet talia esse, q̄ in substantia positionē habeāt. Amplius continua. nam harmonia est ex his, quę sunt dissimilium partium, & positionē habent, sed colobon nō est.

part. 10.

k Adhuc aūt nec quelibet tota nec cuiusque particulę priuatione coloba. Nō. n. nec quæ sunt proprię substātiæ, nec quę sunt vbiq; entia. vt si perforare tur calix, nō colobon, sed si auris calicis, aut extremitas aliqua. Et homo non si carnē, aut splenem, sed si extremitatem, & hanc nō oēm, sed quę nō habet generationē ablatā a toto. Quapropter calui, nō colobi.

LECTIO XXII.

Tex.cō. 33. prin. prima.

a Enus dicitur hoc quidem si sit generatio cōtinua speciē habentium eādem. vt dicitur donec

Mutilum dicitur quamorum non quodcunque, sed ut diuisibile, & totum illud sit oportet. Duo etenim non sunt mutila, altero ablato uno. non enim æquale mutilamen & re liquum vnquam est. nec omnino numerus ullus. substantiam namque manere oportet. si calix mutilus, adhuc oportet esse calicem. numerus uero non amplius idem.

Et ad hæc etiam, si partium dissimilarium sint, nec hæc omnia. numerus etenim est, ut etiam dissimilares habeat partes, utputa binarium & ternarium. Cæterum nihil omnino eorum, quorum positio differentiam non facit, mutilum est, vt aqua uel ignis: sed oportet talia esse, quæ secundum substantiam positionem habent. Item continua. harmonia namque & ex partibus dissimilaribus est, & positionem habet, mutila autem non sit.

Et ad hæc nec illa, quæ tota sunt cuiuscunque particulæ priuatione, mutila sunt. non enim oportet, nec quæ principales ipsius substantiæ, nec ubicunque existentes. ut si perforetur calix, non mutilus, sed si ansa, aut extremum aliquod. homo quoque, non si carnem, aut splenem, sed si extremitatem, & hanc no omnem, sed quæ tota ablata non habeat generationem, quare calui, non mutili.

LECTIO XXII.

Enus dicitur, hoc quidem, si generatio eorum, quæ eandem speciem habent, continua sit, utputa dicitur quousque

in tibia, vel in brachio, vel circa medium corporis, aut si emittens splenem vel aliquam eius partem, sed si amittat aliquam eius extremitatem, vt manum aut pedem. Tertio vero, vt non omni particula in extremitate existente ablata, aliquid dicatur colobum, sed si sit talis pars, quæ non regeneratur iterum, si tota auferatur, sicut manus aut pes. Capillus autem totus incisus iterum regeneratur. Vnde per eorum subtractionem, licet in extremitate sint, non dicitur colobus. Et propter hoc calui non dicuntur colobi.

LECTIO XXII.

Hic determinat de quodā toto s. de genere, & primo, ostendit quot modis dicitur genus. Secundo, quot modis dicunt aliqua diuersa. ibi {Diuersa vero genere. } Dicit ergo primo, q̄ genus dr̄ quatuor modis. Primo, generatio continua aliquorū habentiū eandē speciem. Sicut dicitur, dum erit {genus hominū }, i. dum durabit generatio continua hominum. iste est primus modus positus in Porphyrio, scilicet multitudo habentium relationem adinuicem & ad vnum principium. Secundo modo, dicitur genus illud,

parte seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud, a quo primo mouente ad esse ꝛ ideſt a generante procedunt aliqua. ſicut dicuntur Hellines genere, quia deſcendunt a quodam Helline nomine, & aliqui dicuntur Iones genere, quia deſcendunt a quodam Ione, ſicut a primo generante. Magis autem denominantur aliqui a patre, qui eſt generans, quàm a matre: quę dat materiam in generatione: & tamen aliqd denominantur genere a matre, ſicut a quadam femina nomine Pleia, dicuntur aliquę pleiades. Et iſte eſt ſecundus modus generis in Porphyrio poſitus. Tertio modo dicitur genus, ſicut ſuperficies eſt genus figurarum ſuperficialium, & ſolidum, ideſt corpus dicitur eſſe genus figurarū ſolidarum, ideſt corporearum. Genus autem hoc non eſt quod ſignificat eſſentiam ſpeciei, ſicut animal eſt gen⁹ hominis, ſed quod eſt proprium ſubiectum, ſpecie differentium accidētiū. Superficies enim eſt ſubiectum omnium figurarum ſuperficialium. Et habet ſimilitudinē cū gñe, quia propriū ſubiectū, ponit in diffinitione accidentis, ſicut genus in diffinitione ſpeciei. Vnde ſubiectum propriū de accidente prædicat ad ſimilitudinē generis. Vnaquaqs enim figurarū hæc quidē, ideſt ſuperficialis eſt talis ſuperficies ⸢Hoc autem,⸣ i deſt figura ſolida eſt tale ſolidum, ac ſi figura ſit differentia qualificans ſuperficiem, vel ſolidum. Superficies. n. ſe habet ad figuras ſuperficiales, & ſolidum ad ſolidas, ſicut gen⁹ quod ſubijcitur cōtrarijs. Nā differentia prædicatur in eo quod quale. Et propter hoc, ſicut cum dr animal rōnale ſignificat tale animal, ita cū dr ſuperficies quadrata ſignificatur talis ſuperficies. Quarto modo genus dr quod primo ponitur in diffinitione, & prædicat in eo quod quid, & differentiæ ſunt eius qualitates, ſicut in diffinitione hominis, primo ponitur animal, & bipes ſiue rationale. quod eſt quædam ſubſtantialis qualitas hominis. Patet ergo quòd tot modis dicitur genus. Vno modo ſecundū generationem continuam in eadem ſpecie, quod pertinet ad primum modum. Alio modo ſecundum primum mouens, qđ pertinet ad ſecūdum. Alio modo ſicut materia, quod pertinet ad tertium & quartum modum. Hoc. n. modo ſe habet genus ad differentiam, ſicut ſubiectū ad qualitatē. Et iō patet, ꝙ gen⁹ prædicabile, & genus ſubiectum, quaſi ſub vno modo comprehenduntur. & vtrumque ſe habet per modum materię. Licet vtiq; genus hoīum ſit, qa dum eſt generatio eorū cōtinua. Illud vero a quo ſunt primo mouēte ad eſſe. Sic. n. dñr Hellines genere, & Iones, qa illi ab Helline, illi ab Ione generantę. & magis qui a generante, q̄ qui a materia. Dicunt. n. & a femina genere, vt a Pleia. Amplius aūt vt ſuperficies figurarū genus ſuperficialiū, & ſolidū ſolidorū. Figurarū. n. vnaquęq; hæc ſuperficies quidē talis, hoc aūt ſolidū tale. hoc aūt eſt ſubiectum differentiis. Amplius, vt in rōnibus quod primū ineſt: & dr in eo, quod quid eſt, hoc gen⁹: cuius differentiæ dñr qualitates. Genus igitur toties dicit: aliud quidē ſecūdū generationem continuam ſpeciei, aliud quidem ſecūdum primum mouens eiuſdem ſpeciei, aliud vt materia. Cuius. n. differentia, & qualitas eſt, hoc eſt ſubiectū, quod dicimus materiam.

Alia litera Pyrrha, vt habet Græcus, πυῤῥαια.

part. 2.

b Diuerſa vero genere dicunt, quorum diuerſum primum eſt ſubiectū. & non reſoluitur alterum in alterum, nec ambo in idē. vt ſpecies, & materia diuerſum genere. Et quęcunq; ſecundū diuerſam figurā categoriæ entis dñr. Alia nāq; quid ſignificāt entium: Alia quale quid: Alia aliud vt diuiſum eſt prius. nec enim ea reſoluūtur, nec in inuicem, nec in vnum aliquod.

Dubitauerit etenim aliquis: vtrum prima philosophia vniuersalis sit, an circa aliquod genus, & unam naturam. Non enim idem modus est, atque in mathematicis, sed geometria quidem, & astrologia circa quādam naturam sunt, illa uero vniuersaliter omnibus communis est.

G

Si igitur non est aliqua alia substantia præter eas, quæ natura consistunt, naturalis profecto prima scientia est. Quod si est aliqua substantia immobilis, hæc prior, & philosophia prima, & vniuersalis sic. Quòd prima, et de ente prout ens est, ac quid est, & quæ ei insunt, prout ens

H

est speculari huius est.

LECTIO II.

Ed cùm ens illud, quod simpliciter dicitur, multipliciter dicatur, quorum vnum quidem erat, quod secundum accidens, aliud uero, quod ut uerum, & non ens ut falsum: præter hæc autem sunt prædicationis figuræ, vt quid, quale, quantum, vbi, quando, & si quid aliud hoc modo significat: istem præter hæc omnia, quod potentia, & actu.

I

Cùm itaque ens multipliciter dicatur, primo de eo, quod secundum accidens est, dicendum, quod nulla circa illud speculatio est. Signum autem, quòd nulli scientiæ curæ est illud, neque actiuæ, neque factiuæ, neque speculatiuæ. Nec enim, qui facit domum, facit simul quæ accidunt domui factæ, infinita namque sunt. quibusdam enim delectabilem, quibusdam noxiam, quibusdam vtilem nihil prohibet factam esse, &, vt ita dicam, ob eas res omnes esse aliam, quarum nullius factiua est ædificatiua: simili modo, nec geometra ea, quæ ita figuris accidunt, speculatiua itaquæ aliis scientijs præponendæ sunt, hæc uero speculatiuis.

K

A grammaticum esse musicum, sed una ad hoc, quòd est grammaticum esse, alia ad hoc quod est musicum esse. Patet etiam, quòd in hac ratione, prima est uera de eo quod est per se, sed in secunda assumitur quod est ens per accidens. Et similiter est in omnibus talibus rationibus, quæ sunt fm fallaciam accidentis. Videt em ens per accidens, esse propinquum non enti. Et iō sophistica, quę est circa apparens & nō existēs, est præcipue circa ens per accidēs.

e ¶ Secundo probat idem per rationem, dicens, quod etiam ex his rationib⁹, quibus vruntur sophistæ palam est, quod ens per accidens est propinquum nō enti. Nam eorum, quæ sunt entia alio mō quàm per accidens, est generatio & corruptio: sed entis per accidens non est neque generatio, neque corruptio. Musicum enim vna generatione fit, & grammaticum alia. Non est autem vna generatio, grammatici musici, sicut animalis bipedis: vel sicut hominis risibilis. Vnde patet, quòd ens p accidens non uere dicit ens. Deinde cū dicit,

Tex.cō.5.

f ¶ Determinat de ente per accidens secundū quod est possibilis de eo determinatio. Quāuis enim ea, quibus conuenit esse per accidens, non cadant sub considerationē alicuius scientiæ, tamen ratio huius quod est esse per accidēs, per aliquam scientiam considerari potest. Sicut etiam licet id quod est infinitū fm quod est infinitū sit ignotū, tñ de infinito fm qđ é infinitū, aliqua scientia tractat. Et circa hoc duo facit. Primo determinat ea, quæ sunt considerāda circa ens per accidens. Secundo excludit quandam opinionem, per quā remouetur ens per accidens. ibi {Quòd autem sint principia & esse &c.} Circa primum duo facit. Primo dicit, quòd est dicendum de ente per accidens inquantum contingit de ipso tractare tria scilicet, quæ est eius natura, & quæ est eius causa, & ex his erit tertium manifestum, quare eius non potest esse scientia.

Inf. lec. seq. part. 1.

g ¶ Prosequitur tria prædicta, & primo quę sit causa entis per accidens, dicens, quòd quia in entibus quædam sunt semper similiter se habentia ex necessitate, nō quidem secundum quod necessitas ponitur pro uiolentia, sed prout necessitas dicitur, secundum quam non contingit aliter se habere, vt hominem esse animal. Quædam uero ō sunt ex necessitate, nec semper, sed sunt {secundum magis}, ideſt, ut in pluribus. Et {hoc}, scilicet ens ut in pluribus, est causa & principium quòd aliquid sit per accidens. In rebus enim quæ sunt semper, non potest esse aliquid per accidens, quia solum quod est per se, potest esse necessarium & sempiternum, vt etiam in Quinto, habitum est. Vnde relinquitur, quod solum in contingentibus potest esse ens per accidens. Contingens autem ad utrumlibet, non pōt

Et hoc rationabiliter contingit. nam quasi nomine solum, ipsum accidens est.

Quare Plato non male quodam modo circa Sophisticam, ipsum non ens applicuit. Sophistarum etenim rationes, circa accidens (ut ita dicā) maxime omnium sunt, utrum diuersum an idem, musicum & grammaticū. & musicus Coriseus, ac Coriscus. & si omne quod est, non autem semper, factum est. quare si musicus existens grammaticus factus est. & grāmaticus existens musicus & quæcunque aliæ orationum tales sint. Videtur etenim accidens, propinquū quid dam esse non enti.

Hoc autem ex his etiam orationibus, manifestum est: eorum etenim, quæ alio modo se habent est generatio & corruptio. eorum autem, quæ secundum accidens, non est.

Attamen dicendum est amplius de accidente. quoad possibile est, quænam eius natura sit, & ob quam causam est. simul autem patebit, & cur eius scientia non est.

Cum igitur in entibus sint quædam semper similiter se habentia, & ex necessitate, non ea quæ secundum uim dicitur, sed quam dicimus, eo quòd non contingit aliter, quædam ex necessitate quidem non sunt, nec semper. sed ut plurimum hoc principium & huius causa est, ut accidens sit.

S.Tho. sup Metaphy. L esse

esse causa alicuius inquantum huiusmodi. Secundum enim F quòd est ad utrumlibet, habet dispositionem materiæ, quæ est in potentia ad duo opposita: nihil enim agit secundum quòd est in potentia. Vnde oportet quòd causa, quæ est ad utrumlibet, vt uoluntas, ad hoc quòd agat inclinetur magis ad unam

part. 8. partẽ, per hoc quòd mouetur ab appetibili, & sic fit causa ut in pluribus. Contingens autem vt in paucioribus est ens per accidens, cuius causa quæritur. Vnde relinquit quòd causa entis per accidens sit cõtingens ut in pluribus, quia eius defectus est. ut in paucioribus. Et hoc est ens per accidens. Secundo ibi.

h ¶ Ostendit naturam entis per accidẽs dicens, ideo dico, quòd id quod est in pluribus, est causa entis per accidens, quia quod nõ est semper, neque secundum magis, hoc dicimus esse per accidens. Et hoc est defectꝰ eius quod est in pluribus, ut si {fuerit hyems} ideſt, tempus pluuiosum, & frigus {sub cane,} ideſt, in diebus canicularibus, hoc dicimus esse per accidẽs. Non tamen si tunc {fuerit æstuatio}, i. siccitas & calor. Hoc enim est semper ut

part. 9. in pluribus, sed illud non. Et similiter dicimus hominem esse album per accidens, quia hoc non est semper, nec in pluribus. Hominem vero per se dicimꝰ eé animal, non per accidens, qa hoc est semper. Et similiter ædificator facit sanitatem per accidens, quia ædificator non est aptus natus facere sanitatem inquãtum huiusmodi, sed solus medicus. Aedificator autem facit sanitatem, inquãtum accidit eum esse medicum, & similiter {opsopios}, ideſt, cocus {coiectans}, id-est, intendens facere {uoluptatem}, ideſt, delectationem in cibo, faciendo aliquem cibum bene saporatum, facit aliquid salubre. Cibus enim bonus & delectabilis quandoque est vtilis ad sanitatẽ. Sed hoc non est secũdum {artem opsopœticam}, ideſt, pulmentariam quòd faciat salubre. sed quòd faciat delectabile. et propter hoc dicimus hoc accidere. Et notandum quòd in primo exemplo fuit ens per accidens secundum concursum in eodem tempore. In secundo per concursum in eodem subiecto, sicut album cum homine. In tertio, secundum concursum in eadem causa agente sicut ædificator & medicus. In quarto, secundum concursum in eadem effectu, sicut in pulmento salubre & delectabile. Quamuis autem cocus faciat pulmentum delectabile, tamen hoc sit per accidens salubre. Cocus quidem facit modo quodam salubre secundum quid, sed simpliciter non facit, quia ars operatur per intentionem. Vnde, quod est præter intentionem artis, non fit ab arte per se loquendo. Et ideo ens per accidens, qd est præter intentionem artis, non fit ab arte. Aliorum enim entium, quæ sunt per se, sunt quandoque aliquæ potentiæ factiuæ determinatæ, sed entium per accidens, nulla ars, neque potentia determinata est factiua. Eorum enim, quæ sunt, aut fiunt secundum accidẽs, oportet esse causam secundum accidens, & non determinatam. Effectꝰ enim & causa proportionantur adinuicem, & ideo effectus per accidens habet causam per accidens, sicut effectꝰ per se, causam per se. Et quia suprà dixerat, quòd ens, ut in plurib⁹ est causa entis per accidens, consequenter cum dicit.

i ¶ Ostẽdit qualiter ex eo quod est in pluribus, est ens per accidens dicens, quod quia non oia ex necessitate & semper existunt & fiunt, sed {plurima sunt secundum magis}, i. vt in pluribus, ideo necesse est esse quod est secundũ accidens, quod neque est semp, neq; ẽm magis, vt hoc quod dico, Albus ẽ musicꝰ. Quia tamen aliquando fit, licet non semper, nec vt in pluribus, sequitꝰ quòd sit per accidẽs. Si enim nõ fieret ali quando id quod est in paucioribus, tunc id, quod est in pluribus, nunquam deficeret, sed esset semper & ex necessitate. & ita oia essent sempiterna & necessaria, quod est falsum. Et quia defectus eius, qꝰ est ut in pluribus, est propter materiã, quę non subditur perfectæ virtuti agenti ut in pluribus, ideo materia est causa accidentis aliter {quàm ut in pluribus} scilicet accidentis vt in paucioribus: causa, inquam, non necessaria, sed contingens. Habito autem, quòd omnia sunt necessaria, sed aliquid est nec semper, nec secundum magis, principium hoc oportet hic sumere, utrum nihil sit, nec semper, nec secundum magis. Sed hoc patet esse impossibile: quia cum id, quod est vt in pluribus sit causa entis per accidens, oportet esse & id quod est semper, & id quod est ut in pluribus. igitur quod est præter utrumque dictorum, est ens secundum accidens. Sed vtrum iterum, id quod est ut in pluribus ineſt alicui, quod autem est semper nulli

h Quod enim nec semper, nec quasi secundum magis est, hoc dicimus esse accidẽs. ut sub cane si fuerit hyems & frigus, hoc accidere dicimus, sed non si æstuatio & calor, quia hoc quidem semper, aut secũdum magis, illud vero non. Et hominẽ albũ esse accidit: nec enim semper nec secundum magis, animal uero non secundum accidens. Et ædificatorem sanitatẽ facere, accidens: quia non est natꝰ hoc facere ędificator, sed medicus: sed accidit medicum esse ędificatorem. Et opsopios, ideſt, cocus {coiectans}, id-est, intendens facere {uoluptatem}, ideſt, delectationem in cibo, faciendo aliquem cibum bene saporatum, facit aliquid salubre. Cibus enim bonus & delectabilis quandoque est vtilis ad sanitatẽ. Sed hoc non est secũdum {artem opsopœticam}, ideſt, pulmentariam quòd faciat salubre. sed quòd faciat delectabile. et propter hoc dicimus hoc accidere. Et notandum quòd in primo exemplo fuit ens per accidens secundum concursum in eodem tempore. In secundo per concursum in eodem subiecto, sicut album cum homine. In tertio, secundum concursum in eadem causa agente sicut ædificator & medicus. In quarto, secundum concursum in eadem effectu, sicut in pulmento salubre & delectabile. Quam-

Quodcunque enim non semper, neque utplurimum est, hoc dicimus accidens esse. utputa, si sub cane tempestas & frigus factum fuerit, hoc dicimus accidisse, non si æstus aut calor. quoniam hoc quidem semper, aut utplurimum. illud uero, non hominem quoque album esse, G accidit. nec enim semper, nec utplurimum. animal uero, non secundum accidens. & fabrum sanitatem feciſſe, accidens est. quoniam non est aptus ad sanitatem faciendam faber, sed medicus, uerum accidit, fabrum esse medicum. Cocus etiam uoluptati intentus facit quicquam salubre, sed non secundum pulmentariam: unde dicimus, quòd accidit. & quodam modo quidem facit, simpliciter uero minime. illorum etenim aliæ quandoque factiuæ potentiæ H sunt, horum uero nulla ars, nullaque potentia determinata est. eorum enim quæ secundum accidens, aut sunt, aut fiunt, causa quoque secundum accidens est.

Quare, cum non omnia ex necessitate, & semper, aut sint aut fiant, sed multa, utplurimum, necesse est esse, quod secundum accidens est. utputa, nec semper, nec utplurimum albus musicus est. cum autem I aliquando fiat, secundum accidens erit. quod si non, cuncta ex necessitate erunt. Quare, materia erit causa contingens eius, quod aliter accidit quàm illud, quod utplurimum est. Principium autem hoc sumendum est. utrum nihil est, quod nec semper, nec utplurimum, aut hoc impossibile? Præter hæc igitur, aliquid est, quod utcunque contingit, & secundum accidens. sed utrum, quod utplurimum, quodue semper nulli ineſt, an K aliqua sunt sempiterna, de his sane posterius considerandum est.

T.com. 19. & inde. nulli ineſt, aut etiam sunt aliqua sempiterna, considerandum est A posterius in Duodecimo, vbi ostendet quasdam substantias esse sempiternas. Sic igitur per primam quæstionem quæritur: vtrum omnia sint per accidens. Per secundam vero: vtrum omnia possibilia, & nihil sempiternum.

T.com. 6. part. 10. k ¶ Ostendit tertiũ pmissorum. s. q. scientia nõ sit de ente per accidens. Quod quidẽ dicit esse palam ex hoc, qꝰ oĩs sciẽtia est, aut ei quod est semper, aut eius quod ẽ in pluribus. Vnde, cum ens per accidẽs, nec sit semper, nec sit in pluribus, de eo nõ poterit esse scientia. Primam sic probat. Non. n. põt aliqs doceri ab alio, vel docere alium de eo, quod nec est semper, nec vt frequenter, hoc. n. de quo est doctrina, oportet esse diffinitũ aut per hoc, quòd est semper, aut per hoc, quòd est in plurib⁹. Sicut quòd {Mellicratũ}, i. mistũ ex aqua, & melle, vtile est, febricitantibus, determinatum est, vt in pluribus. Sed quod {est præter hoc}, id est, præter id, quod est semper & magis, non põt dici, qñ fiat, sicut qꝰ fiat in tẽpore nouilunij. Quia qñ determinatur fieri i tpe nouilunij, vel est semper, vel vt in plurib⁹. Vel põt esse hoc quod dr de noua luna aliud exemplum, eius. s. quòd determinat semper. Et quod addit, aut in plurib⁹ fit, addit ꝓpter differentiã eius per accidẽs, quod nec sic, nec sic est. Vnde subdit, {qꝰ accidens sit præter hoc}. s. præter ens semper, & ens vt magis, & hæc minor est rõnis principalis superius positæ. Vlterius autem epilogando dicit, qꝰ dictum est. quid est ens per accidẽs, & quæ est causa eius, & quod de eo non potest esse scientia.

k Quod autem scientia non est accidentis, palam. Scientia nanq; omnis, aut est eius, quod semper, aut eius quod secũdum magis. Etenim quomodo docebitur, aut docebit alium? Oportebit enim diffiniri, aut per semper, aut per magis: vt quia vtile Mellicratum febricitanti, vt secundum magis. quod autẽ præter hoc, nõ habebit dicere. Quãdo, puta noua luna: aut. n. semper, aut in plurib⁹, & qꝰ noua luna. Accidẽs aũt est præter hoc. Quid quidẽ igitur est accidens, & ꝓpter quã causam, & qa scientia non est eius, dictum est.

LECTIO III.

Ter. c. 7. part. 1. a Vod autem sint principia, & causæ generabilia & corruptibilia sine generari, & corrumpi, palam. Si enim non hoc, ex necessitate omnia erunt, si eius quod fit, & corrumpitur, non secundum accidens causam aliquam necesse est esse. Vtrum. n. erit hoc, aut non? Si hoc fiat, erit: si autem non, non. hoc autem, si aliud. Et ita manifestum, quia semper tẽpore ablato a finito tempore, venit vsque ad nunc. Quare hic morĩ infirmitate aut vi, si exit aut si facit: sed hoc, si aliud: & ita veniet ad quod nunc est. Aut in factorum aliquid, vt si sirit. Hoc autẽ, si comedit mordicantia. Sed hoc, aut est, aut non.

LECTIO III.

Post. sequ. ad fi. text. 3 a Ostquam philosophus determinauit de ente per accidens, hic excludit quandam opinionem, per quam tollitur totum ens per accidens. Quidam enim posuerunt, quòd quicquid fit in mundo, habet aliquã causam per se: & iterum, quòd qualibet causa posita, necesse est sequi effectum eius. Vnde sequebatur, quòd per quandam connexionem causarum omnia ex necessitate accidерent, & nihil esset per accidens in rebus. & ideo hanc opinionem philosophus, intendit destruere, & circa hoc tria facit. Primo enim destruit prædictam opinionem. Secundo, {infert quandam conclusionem ex prędictis, ibi: ¶ Palam ergo, quia vsque ad aliquod &c.} Tertio, mouet quandam quæstionem, quæ ex prædictis occasionatur, ibi: {¶ Sed ad principium quale.} Dicit ergo primo, quòd palam erit ex sequentibus, quòd principia causæ generationis, & corruptionis aliquorum {sunt generabilia & corruptibilia}. i. contingit generari & corrumpi, sine generatione & corruptione, ideſt, sine hoc, quòd sequatur generatio, & corruptio. non enim oportet, quòd si generatio alicuius rei, vel corruptio, est causa generationis, aut corruptionis rei alterius, quòd posita generatione vel corruptione causæ, de necessitate sequatur generatio, vel corruptio effectus: quia quædam causæ sunt agentes vt in pluribus. vnde eis positis, adhuc potest impediri effectus per accidens, sicut ꝓpter indispositionem materiæ, vel ꝓpter occursum contrarii agentis, vel propter aliquid huiusmodi. Sciendum tamen, quòd Auicenna probat in sua metaphysica, quòd nullus effectus, sit possibilis in comparatione ad suam causam, sed solum necessarius. Si enim posita causa, possibile est effectum nõ poni: & poni: id autem, quod est in potentia, inquantum huiusmodi, reducitur in actum, per aliquod ens actu, oportebit ergo, quod aliquid aliud a causa faciat ibi sequi effectum in actu. causa igiturilla non erat sufficiens. & hoc videtur contra id, quod philosophus hic dicit. Sed sciendum, quòd dictum Auicen. intelligi debet supposito, quòd nullum impedimentum causæ adueniat. Necesse est enim, causa posita, sequi effectum, nisi sit impedimentum, quod quandoque contingit esse per accidens. Sic ideo philosophus dicit, quòd non est necessarium generationem sequi vel corruptionem, positis causis generationis vel corruptionis. Si

Quod autem non est accidentis scientia, patet. Omnis enim scientia eius est, quod aut semper, aut utplurimum est. quomodo enim discet, aut alium docebit? oportet enim ut determinentur, aut per semper, aut per utplurimum. utputa febricitanti, proficuum melicratum est utplurimũ. B Quod uero præter hoc est, non habebit dicere quando non, ut in nouilunio. nam etiam in nouilunio aut semper, aut utplurimum, accidens uero præter hoc est. Quid itaque accidens est, & ob quam causam, & quod non est eius scientia, dictum est.

LECTIO III.

Vòd autem sint principia, & causæ generabiles, & C corruptibiles, absq; eo quòd generentur, & corrumpantur, manifestum est. Etenim si non hoc, ex necessitate omnia erunt, si eius, quòd generatur, & corrumpitur non secundum accidens causam aliquam necesse sit esse. Vtrum enim erit hoc, an non? Si hoc: fiet, sin uero non, minime. hoc uero, si aliud. & hoc modo uidelicet (tempore semper dempto a tempore finito) deuenies usque ad nunc: quare hic morietur ægritudine, aut ui, si exierit. hoc autem, si aliud. & sic deueniet ad id, D quod nunc est, aut aliquid eorum, quæ facta sunt. utputa, si sitierit. hoc uero, si comederit acria. hoc uero aut est, aut non. quare necesse enim non est verum hoc, quod dictum est, sequetur, quòd omnia erunt ex necessitate, si tamen cum hoc, quòd dictum est, quòd posita causa necesse est sequi effectum, ponatur etiam alia positio, scilicet, quòd cuiuslibet quod fit, & corrumpitur, necesse sit esse aliquam causam per se, & non per accidens. Ex his enim duabus propositionibus sequitur, omnia esse de necessitate. quod sic probat. Si enim quæratur de aliquo: vtrum sit futurum, vel non, sequitur ex prædictis, quòd alterum sit de necessitate verum: quia, si omne quod fit habet causam per se suę factionis, qua posita, necesse est ipsum fieri, sequetur, quòd res illa, de qua quæritur, vtrum sit futura, fiat, si fit, hoc, quod ponitur causa eius: & si illud non fuerit, quòd non fiat. Et similiter oportet dicere, quòd illa causa erit futura, si aliquod aliud, quod est causa eius, erit futurum. Constat autem, quod tempus quantumcunque futurum accipiatur, siue post centum annos, siue post mille, est finitum, incipiendo a præsenti nunc vsque ad illum terminum. Cum autem generatio causæ præcedat tempore generationem effectus, oportet, quòd procedendo ab effectu ad causam, auferamus aliquid de tempore futuro, & appropinquemus magis, ad præsens. omne autem finitum consumitur aliquoties ablato quodam ab ipso. Et ita sequitur, quòd procedendo ab effectu, ad causam, & iterum ab illa causa ad eius causam, & sic deinceps, auferatur totum tempus futurum cum sit finitum, & ita perueniatur ad ipsum nunc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod quidem patet, in hoc exemplo. si enim omnis effectus habet aliquam causam per se, ad quam de necessitate sequitur, oportet, quòd iste de necessitate moriatur, vel per infirmitatem, vel per violentiam, si exit domum suam. Exitus enim a domo eius inuenitur causa esse mortis eius, vel violentiæ. puta si exiens domum inuenitur a latronibus, & occiditur. Vel per infirmitatem, puta si exiens de domo ex æstu incurrit febrem & moritur. Et eodē modo, hoc erit ex necessitate, scilicet q̄ exeat domū ad hauriendum aquam si sitit. nam si tis inuenitur esse causa, vt exeat domum, ad hauriēdum aquam. Similiter per eādem rationē, hoc erit de necessitate, scilicet, quòd sitiat, si aliq̄d aliud erit, quod est causa sitis. Et ita sic procedens de effectu ad causam perueniet ad aliquod; {quod nunc est}.i. in aliquē præsens, vel in {aliquod factorum}.i. in aliquod præteritorū. Sicut si dicam⁹, quòd sitis erit si comecit mordicantia vel salsa, quæ faciunt sitim, hoc autem, scilicet, quòd comedat salsa vel non comedat, est in præsenti. Et ita sequitur, quòd {prædictum futurum}.s. quòd iste moriatur vel non moriatur ex necessitate erit. Cum enim quælibet conditionalis vera sit necessaria, oportet, quòd ex quo antecedens est positum, quòd consequens ex necessitate ponatur. Sicut hæc est vera, si Socra. currit, mouetur. Posito ergo, quòd currat, necesse erit ipsum moueri, dum currit. Si autem quilibet effectus habet causam per se, ex qua de necessitate sequitur, oportet quòd sit illa conditionalis vera, cuius antecedens est causa, & consequens effectus. Et licet inter causam, quæ nunc est præsens, & effectum, qui erit futurus, quandoq; sint plurima media, quorum vnumquodque est effectus respectu præcedentium, & causa respectu sequentium, tamen sequitur de primo ad vltimum, q̄ conditionalis sit vera, cuius antecedens est præsens, & eius consequens quandoque futurum. Sicut hic, Si comedit salsa, occidetur. Antecedens autem ponitur, ex quo præsens est, ergo de necessitate erit, quòd occidatur. Et ita omnia alia futura erunt necessaria, quorum causæ proximæ vel remotæ, sunt præsentes. Et similis ratio est, si aliquis procedens ab effectibus ad causas, supersiliat {ad facta}. ad præterita, hoc est dicere, si reducat effectus futuros in aliquam causam præteritam non præsentem, quia hoc quod præteritum est, iam est secundum aliquem modum. hoc autem dico, inquantum est factum vel præteritum. Licet enim vita Cæsaris non sit nunc, vt in præsenti, est tamen in præterito. verum enim est Cæsarem vixisse. Et ita nunc est ponere verum esse antecedens conditionalis, in cuius antecedente est causa præterita, & in consequente est causa futura. Et sic sequetur, cum omnes effectus futuros oporteat redigere in tales causas præsentes vel præteritas, quòd omnia futura ex necessitate eueniant. Sicut nos dicimus, q̄ viuentem fore moriturum est necessarium absolute, quia sequitur de necessitate ad aliquid, quod iam factum est. s. duo contraria esse in eodem corpore per commistionem. hæc enim conditionalis est vera. Si aliquod corpus est compositum ex contrariis, corrumpetur. Hoc autem est impossibile, quòd omnia futura ex necessitate eueniant. Ergo illa duo sunt impossibilia, ex quibus hoc sequebatur. s. q̄ liber effectus habeat causam per se, & quòd causa posita necesse sit effectum poni. Quia ex hoc ipso sequeretur, quod iam dictum est, q̄ quorumlibet effectuum futurorum essent aliquæ causæ iam positæ. Sicut corruptionis animalis iam sunt aliquæ causæ positæ. Sed quòd iste homo moriatur per infirmitatem, vel violentiam, nondum habet aliquam causam positam, ex qua de necessitate sequatur. Deinde cum dicit,

b ¶ Infert quandam conclusionem ex prædictis dicens, ergo ex quo non quodlibet, quod fit, habet causam per se, palam q̄ in futuris contingentibus, effectus futuri reductio ad causam per se', vadit vsque ad aliquod principium, quod quidem principium non reducitur in aliquod principium, adhuc per se, sed ipsum erit cuius causa {erit quodcunque euenit} idest, causa casualis, & illius causæ casualis, non erit aliqua alia causa, sicut iam prædictum est, quòd ens per accidens non habet causam neque generationem. Verbi gratia, quòd iste occidatur a latronibus habet causam per se, quia vulneratur, & hoc etiam habet causam per se, quia a latronibus inuenitur. sed hoc, non habet nisi causam per accidens. Hoc enim, quòd iste qui negotiatur ad negotium vadens inter latrones incidat, est per accidens vt ex prædictis patet. vñ eius non oportet ponere aliquā causam. Ens enim per accidens, vt supra dictum est, nō habet generationē, & ita eius generationis causam per se, q̄rere non oportet. Deinde cum dicit.

c ¶ Mouet quādam quæstionem occasionatam ex dictis. Dixit enim supra immediate, quòd causæ entium per accidēs, reducuntur vsque ad aliquod principium, cuius non est ponere aliam causam. Et ideo hic inquirit de hac reductione, vel anagoge, quod idem est, ad {quale principium}, & ad qualem causam debeat fieri}. i. ad quod genus causæ, vel principij, scilicet vtrum ad aliquam causam primam, quæ sit causa sicut materia: aut ad aliquam, quæ sit causa sicut finis, cuius gratia aliquid fit: aut ad aliquam, quæ sit causa sicut mouens. Prætermittit autem de causa formali, quia quæstio hic habetur de causa generationis rerum, quæ sunt per accidens. In generatione autem, forma non habet causalitatem, nisi per modum finis. Finis enim & forma in generatione incidunt in idem numero. Hanc autem quæstionem hic mocam non soluit, sed supponit eius solutionem ab eo, quod est determinatum in ij. Physic. Ibi enim ostensum est, quòd fortuna & casus, quæ sunt causæ eorum, quæ fiunt per accidens, reducuntur ad genus causæ efficientis. Ergo concludit ex præmissis, quod prætermittendum est loqui de ente, per accidens, ex quo determinatum est sufficienter secundum id, quod de eo determinari potest. Attendendum est autem, quòd ea, quæ Philosophus hic tradit, videntur remouere quædam, quæ secundum philosophiam ab aliquibus ponuntur, scilicet fatum & prouidentiam. Vult enim hic Philosophus, quòd non omnia, quæ fiunt, reducantur in aliquam causam per se, ex qua de necessitate sequantur, alias sequeretur, quòd omnia essent ex necessitate, & nihil per accidens esset in rebus. Illi autem, qui ponunt fatū, dicunt contingentia, quæ hic fiunt, quæ videntur per accidens, esse reducibilia in aliquam virtutem corporis cælestis, per cuius actionem ea, quę secundum se considerata per accidens fieri videntur, cum quodam ordine producantur. Et similiter illi, qui ponunt prouidentiam, ea, quæ aguntur hic, dicunt esse ordinata secundum ordinem prouidentiæ. Ex vtraque igitur positione duo videntur sequi, quę sunt contraria his, quæ hic Philosophus determinat, quorum primum est, in rebus nihil fit per accidens, neque a fortuna, neque a casu. quę enim secundum aliquem ordinem procedunt, non sunt per accidens. sunt enim vel semper, vel in maiori parte. Secundum autem est, q̄ omnia ex necessitate eueniant. si enim omnia ex necessitate eueniunt, quorum causa vel ponitur in præsenti, vel iam est posita in præterito, vt ratio Philosophi procedit, eorum autem, quæ sunt sub prouidentia vel fato causa ponitur in præsenti, & iam posita est in præterito, eo quòd prouidentia est immutabilis, & æterna, motus etiam cœli est inuariabilis: videtur sequi, q̄ ea, quæ sunt sub prouidentia vel fato, ex necessitate contingant. Et ita, si omnia, quę hic aguntur, fato & prouidentiæ subduntur, sequitur q̄ omnia ex necessitate proueniant. Videtur ergo, q̄ secundum intentionem philosophi, non sit ponere neque prouidentiam, neque fatum. Ad horum autem euidentiam considerandum est, quòd quanto aliqua causa est altior, tanto eius causalitas ad plura se extēdit. Habet enim causa altior proprium

Lect. 2.

Quare ex necessitate morietur, aut non moritur. Similiter aūt, & si superfiliat aliquis ad facta, eadem ratio. Iam enim est hoc in aliquo, dico autem factum. Ex necessitate ergo oia erunt, q̄ sunt futura: vt moriturum fore viuentem. iam enim aliquid factum est, vt contraria in eodem corpore: sed si infirmitate, aut vi, nondū, nisi hoc factū fuerit.

Sario morietur, aut non morietur. Similiter, & siquis ad iam facta ascenderit, eadem ratio est. iam enim hoc in aliquo est. dico autem, quod factum est. ex necessitate ergo erunt omnia futura, ut mori viuentem. iam enim aliquid factum est, utputa contraria in eodem corpore. sed si egritudine aut ui, nondum, sed si hoc factum fuerit,

b Palam ergo, quia vsq; ad aliquod vadit principiū, hoc aūt non adhuc ad aliud. Erit ergo eius quodcunque euenit ipsum, & cā ipsius generationis nulla.

Patet igitur, quòd usque ad aliquod uadit principium: hoc uero non amplius ad aliud. erit igitur hoc eius, quod utcunque contingit, causaque generationis eius nulla.

c Sed ad principiū quale, & causam qualem reductio talis, vtrū vt ad materiam, aut ad quod cuius gratia, aut vt ad mouens,

Sed in quale principium, & qualem causam talis reductio est. Vtrum ut ad materiam, an ut ad cuius gratia, an ut ad mouens, maxime

par. 2.

Tex. 66. 8. par. 3.

proprium causatum altius, quod est communius & in pluribus inuentum. Sicut in artificialibus patet, quòd ars politica, quę est supra militarem, ad totum statum communitatis se extendit. Militaris autem solum ad eos, qui in ordine militari continentur. Ordinatio autem, quę est in effectibus ex aliqua causa, tantum se extendit, quantum extendit se illius causæ causalitas. Omnis enim causa per se, habet determinatos effectus, quos secundū aliquem ordinē producit. Manifestum igitur est, quòd effectus relati ad aliquam inferiorem causam, nullum ordinem habere uidentur, sed per accidens sibipsis coincidunt. Qui si referantur ad superiorem causam & communem, ordinati inueniuntur, & non per accidens coniuncti, sed ab vna per se causa simul producti sunt. Sicut floritio huius herbæ, vel illius, si referatur ad particularē virtutem, quæ est in hac planta, vel in illa, nullum ordinem habere videtur, immo videtur esse per accidens quòd hac herba florente, illa floreat. Et hoc ideo, quia causa virtutis huius plantę exeendit se ad floritionem huius, & non ad floritionem alterius. Vnde est quidem causa, quòd hæc planta floreat, non autem quòd simul cum altera. Si autem ad virtutem corporis cælestis, quæ est causa communis, referatur, inuenitur hoc nō esse per accidens, quòd hæc herba florente illa floreat, sed esse ordinatum ab aliqua prima causa hoc ordināte, quæ simul mouet vtranque herbam ad floritionem. inuenitur autem in rebus triplex causarum gradus. Est enim primo causa incorruptibilis & immutabilis, scilicet diuina. Sub hac secundo est causa incorruptibilis, sed mutabilis, scilicet corpus cælestе. Sub hac tertio sunt causæ corruptibiles & mutabiles. Hæ igitur causæ in tertio gradu existentes sunt particulares, & ad proprios effectus secundum singulas species determinatæ. Ignis enim generat ignem, & homo generat hominem, & planta plantam. Causa autem secundi gradus, est quodammodo vniuersalis, & quodammodo particularis. Particularis quidem, quia se extendit ad aliquod genus entium determinatū, scilicet ad ea, quæ per motum, in esse producuntur. est enim causa mouens & mota. Vniuersalis autem, quia non ad unam tantum speciem mobilium se extendit causalitas eius, sed ad omnia, quæ alterantur & generantur & corrumpuntur. Illud enim quod est primo motū, oportet esse causam omnium consequenter mobilium. Sed causa primi gradus est simpliciter vniuersalis. Eius enim effectus proprius est esse. vnde quicquid est & quocunque modo est, sub causalitate & ordinatione illius causæ proprie continetur. Si igitur ea, quæ hic sunt contingentia, reducamus in causas proximas particulares tantum, inueniuntur multa fieri per accidens. tum propter concursum duarū causarum, quarum vna sub altera non continetur. sicut cum præter intentionem occurrunt mihi latrones; hic enim concursus causatur ex duplici virtute motiua, scilicet mea & latronum. Tùm etiam, propter defectum virtutis agentis, cui accidit debilitas, vt non possit peruenire ad finem intentum, sicut cum aliquis cadit in via propter lassitudinem. Tum etiam, propter indispositionem materiæ, quę non recipit formam intentam ab agente, sed alterius modi, sicut accidit in monstruosis partibus animalium. Hęc autem contingentia, si vlterius in causam cælestem reducantur, multa horum inuenientur non esse per accidens: quia causæ particulares & si non continentur sub se inuicem, continentur tamen sub vna causa communi cœlesti. vnde concursus earum potest habere aliquam vnam causam cælestem determinatam. Quia etiam virtus corporis cælestis & incorruptibilis est, & impassibilis, non potest exire aliquis effectus ordinem causalitatis eius propter defectum vel debilitatem ipsius virtutis. Sed quia agit mouendo, & omne tale agens requirit materiam determinatam & dispositam, potest contingere quòd in rebus naturalibus virtus cælestis non consequatur suum effectum propter materiæ indispositionem. & hoc erit per accidēs. Quamuis igitur multa, quæ videntur esse per accidens, reducendo ipsa ad causas particulares inueniantur nō esse per accidens reducendo ipsa ad causam communem vniuersalem, scilicet virtutem cælestem, tamen etiam hac reductione facta, inueniuntur esse aliqua per accidens, sicut superius est habitum a Philosopho. Quando enim agens aliquod inducit effectum suum vt in pluribus, & non semper, sequetur quòd deficiat in paucioribus, & hoc per accidens est. Si igitur corpora cælestia effectus suos inducunt in inferiora corpora, vt in pluribus, & non semper, propter materiæ indispositionem, sequetur quòd ipsum sit per accidens, quia virtus cælestis effectum suum non consequatur. Licet etiam ex hoc inueniantur aliqua per

considerandum est. De eo itaque, quod secundum accidens est, dimittatur: determinatum enim sufficienter est.

maxime perscrutandum. Ergo de ente secundū accidens prætermittatur. Determinatum est enim sufficienter.

A accidens facta reductione, ad corpus cæleste, quia in istis inferioribus sunt aliquæ causę agentes, quæ possunt per se agere absque impressione corporis cęlestis, scilicet animę rationales, ad quas non pertingit virtus corporis cælestis, cum sint formæ corporibus non subiectæ, nisi forte per accidens. inquantum, sci licet ex impressione corporis cælestis sit aliqua immutatio in corpore, & per accidens in viribus animæ, quæ sunt actus quarūdam partium corporis, ex quibus anima rationalis inclinatur ad agendum, licet nulla necessitas inducatur, cum habeat liberum dominium super passiones, vt eis dissentiat. Illa igitur, quæ in his inferioribus inueniuntur per accidens fieri reducendo ad has causas, scilicet animas rationales prout non sequuntur inclinationem quæ est ex impressione cælesti, non inuenientur per se fieri per reductionem ad virtutem corporis cęlestis. Et sic patet, quòd positio fati, quæ est quędam dispositio inhærens rebus inferioribus ex actione corporis cælestis, non removet omnia ea, quæ sunt per accidens. Sed, si vlterius ista contingentia reducantur in causam altissimam diuinam, nihil inueniri poterit quod ab ordine eius exeat, cum eius causalitas extendat se ad omnia inquantum sunt entia. Non potest igitur sua causalitas impediri per indispositionem materiæ, quia & ipsa materia & eius dispositiones nō exeunt ab ordine illius agentis, quod est agēs per modum dantis esse, & non solum per modum mouentis & alterantis. non enim potest dici, quòd materia præsupponatur ad esse, sicut præsupponitur ad moueri ut eius subiectū, quinimmo est pars essentiæ rei. Sicut igitur virtus alterantis & mouentis non impeditur ex essentia motus, aut ex termino eius, sed ex subiecto quod præsupponitur, ita virtus dantis esse nō impeditur a materia, vel a quocunque, quod adueniat quālitercunque ad esse rei. Ex quo etiam patet, quòd nulla causa agens potest esse in istis inferioribus, quæ eius ordini non subdatur. Relinquitur igitur, quòd omnia, quæ hic fiunt, prout ad primam causam diuinam referuntur, inueniuntur ordinata & non per accidens existere. licet p comparationem ad alias causas, per accidens esse inueniantur. Et propter hoc, secundum fidem catholicam dicitur, quòd nihil sit temere, siue fortuito in mundo, & quòd omnia subduntur diuinæ prouidentiæ. Aristoteles autem hic loquitur de contingentibus, quæ hic fiunt in ordine ad causas particulares, sicut per eius exemplum apparet. Nunc autem restat videre, quomodo positio fati & prouidentiæ non tollit a rebus contingentiam, quasi omnia ex necessitate eueniant. Et de fato quidem, manifestum est per ea quæ dicta sunt: iam enim est ostensum, quòd licet corpora cælestia & eorum motus & actiones quantum in ipsis est, necessitatem habeant, tamen effectus eorum in istis inferioribus potest deficere, uel propter indispositionem materiæ, vel propter animam rationalem, quæ habet liberam electionem sequendi inclinationes, quæ sunt ex impressione cælesti, vel non sequendi. Et ita relinquitur, quòd huiusmodi effectus non ex necessitate, sed contingenter proueniant. Non enim positio causæ cælestis, est positio causæ talis, ad quam de necessitate sequatur effectus, sicut ad compositionem ex contrariis sequitur mors animalis, vt in litera tangitur. Sed de prouidentia, maiorem habet difficultatem. Prouidentia enim diuina falli non potest. hæc enim duo sunt incompossibilia, quod aliquid sit prouisum a Deo, & non fiat. Et ita videtur quòd ex quo prouidentia iam ponitur, quòd eius effectum necesse sit sequi. Sed sciendum est, quòd ex eadem causa dependet effectus, & omnia, quæ sunt per se accidentia illius effectus. Sicut enim homo est a natura, ita & omnia eius per se accidentia, vt risibile, & mentis disciplinæ susceptibile. Si autem aliqua alia causa non faciat hominem simpliciter, sed hominem talem, eius non erit constituere ea, quæ sunt per se accidentia homini, sed solum vti eis. Politicus enim facit hominem ciuilem, non tamen facit eum mentis disciplinæ susceptibilem, sed hac eius proprietate vtitur ad hoc, quòd homo fiat ciuilis. Sicut autem dictū est, ens inquantum ens est, habet cām ipsum Deum. Vnde sicut diuinæ prouidentiæ subditur ipsum ens, ita etiam omnia accidentia entis inquantum est ens. Inter quæ sunt necessarium & contingēs. Ad diuinam igitur prouidentiā pertinet non solum quòd faciat hoc ens, sed quòd det ei contingentiam, vel necessitatem. Secundum enim q̄ vnicuiq; dare voluit contingentiam vel necessitatem, præparauit ei causas medias, ex quibus de necessitate sequatur, vel contingenter. Inuenitur. igitur vniuscuiusque effectus secundum qd est sub ordine diuinæ prouidentię, necessitatem habere. ex quo contingit

Infra par. 6 D. 922.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd hæc conditionalis est vera, si aliquid est a Deo prouisum, hoc erit. Secundum autem, quòd effectus aliquis consideratur sub ordine causæ proximæ, sic non omnis effectus est necessarius, sed quidam necessarius, & quidam contingens secundum analogiam suę causæ. Effectus enim in suis naturis similantur causis proximis, non autem remotis, ad quarum conditionem pertinere non possunt. D. 324 parte pri.

LECTIO IIII.

a VOd autem vt verum, ens: & non ens, vt falsum, quoniam secundum compositionem & diuisionem, totaliter autem circa partitionem contradictionis. Verum quidem enim affirmationem contradictionis in composito habet, negationem vero in diuiuncto, sed falsum huius partitionis contradictionem.

part. 2. b Quomodo autem, quod simul, aut quod separatim intelligere accidit, alius sermo. Dico autem quòd simul & separatim, non vt eo consequenter, sed in vnum aliquid fieri.

part. 3. c Non est autem verum & falsum in rebus (vt quod quid bonum verum, quod autem malum falsum) sed in mente. Circa vero simplicia, & quid est, de causalitati cuiuslibet alterius causæ subditur solum, quòd eius effectus sit. Quòd autem sit necessario vel contingenter, dependet ex causa altiori, quæ est causa entis, inquantum est ens, a qua ordo necessitatis, & contingentiæ in rebus prouenit.

LECTIO IIII.

Infra par. 4. a ROstquam determinauit Philosophus de ente per accidens, hic determinat de ente, quod significat veritatem propositionis: & circa hoc duo facit. Primo determinat, qualiter dicatur huiusmodi ens. Secundo, remouet ipsum a principali consideratione huius scientiæ, ibi: {Quoniam autem complexio &c.} Circa primum tria facit. Primo, ostendit qualiter huiusmodi ens dicatur. Secundo, respondet cuidam quæstioni, ibi: {Quomodo autem quod simul &c.} Tertio, manifestat quoddam quod dixerat, ibi: {Non est autem verum & falsum in rebus &c.} Dicit ergo {quòd ens quoddam dicitur, quasi verum} ideſt, quod nihil aliud significat nisi veritatem. Cum enim interrogamus si homo est animal, respondetur quod est, per quod significatur propositionem præmissam esse veram. & eodem modo non ens significat quasi falsum. cum enim respondetur, non est, significatur quòd propositio oratio sit falsa. Hoc autem ens, quod dicitur quasi verū, & non ens, quod dicitur quasi falsum, consistit circa compositionem & diuisionem. voces enim incomplexæ, neque verum, neque falsum significant. Sed voces complexæ, per affirmationem aut negationem, veritatem aut falsitatem habent. Dicitur autem hic affirmatio compositio, quia significat prædicatum inesse subiecto. Negatio vero dicitur hic diuisio, quia significat prædicatum a subiecto remoueri. Et cum voces sint signa intellectuum, similiter dicendum est de conceptionibus intellectus. Quæ enim sunt simplices, non habent veritatem, neque falsitatem, sed solum illæ, quę sunt complexæ per affirmationem vel negationem. Et quia prędictum ens & non ens, scilicet verum & falsum consistit in compositione, & diuisione, ideo similiter consistit circa partitionem contradictionis. Vnaquæque. n. contradictionum partiuntur sibiinuicem verum & falsum, ita q altera pars est vera, & altera pars est falsa. Cum enim contradictio ex affirmatione, & negatione constituatur, vtraque autem harum ex prædicato sit, & subiecto, prædicatum, & subiectum dupliciter se possunt habere: aut enim sunt coniuncta in rerum natura, sicut homo & animal; aut sunt disiuncta, vt homo & asinus: si ergo formantur duæ contradictiones, vna ex terminis coniunctis: vt homo est animal, & homo non est animal: alia ex terminis disiunctis, vt homo est asinus, homo non est asinus, veranque contradictionem inter se condiuidunt verum & falsum, ita quòd verum pro parte sua habet affirmationem in composito {ideſt, in terminis coniunctis, & negationem in disiuncto} ideſt, in terminis disiunctis. Hę enim duæ sunt veræ, homo est animal, & homo nō est asinus. Sed falsum pro sua parte habet {contradictionē partitionis} ideſt, cō tradictoria eorum, quæ cedunt in parte veri. Habet enim falsum pro sua parte negationem in coniuncto, & affirmationē in disiuncto. Hæ. n. duę sunt falsę, homo non est animal, & homo est asinus. Deinde cum dicit.

LECTIO IIII.

VOd autem tanquam verum ens, & non ens vt falsum, quoniam circa compositionem, & diuisionem est, & omnino circa partitionem contradictionis. verum etenim affirmationem in compositis habet, negationem vero in diuisis, falsum vero huius partitionis contradictionem.

Quo autem modo, quod simul, aut quod separatim est intelligere accidit, alia ratio est. dico autem quòd simul, & quod separatim, vt non consequenter, sed vnum quid fiat.

Non enim est falsum, & verum in rebus (vt quod bonum verum, quod uero malum, falsum) sed in mente. quæ uero circa simplicia & circa ea, quæ quid sunt, non quidem plurium est, & ideo potest esse dubium, quomodo ista, quæ componuntur, & diuiduntur, intellectus intelligat, vtrum. s. simul, aut separatim. sed dicit, quòd hoc pertinet ad alium sermonem. s. ad librum de anima. Et quia simul dupliciter dicitur. Quęque enim significat vnitatem, sicut dicimus simul esse, ẽm tempus, q sunt in vno & eodem instanti. Quę; vero significat coniunctionem & vicinitatem eorum, quæ consequenter se habent, sicut dicimus duos homines esse simul, ẽm locum, quorū loca sunt coniuncta, & consequenter se habentia, & ẽm tempus, q se tpe consequuntur: ideo exponit quęstionem motam, quæ quęsiuit: vtrū simul aut separatim intelligat intellectus ea quæ componuntur, & diuiduntur dicens, q non intelligit simul, ẽm qđ aliqua dicunt esse simul, vt consequenter se habent, sed ẽm qđ aliqua dicuntur esse simul in eo, q fit aliquid vnum. Et in hoc innititur solutio quæstionis. si enim intellectus intelligat hominem, & animal vnumquodque secundum se, vt sunt duo quædam, intelligit ea consequenter duabus conceptionibus simplicibus, non formans ex eis affirmationem, neque negationem. Cum autem ex eis formet compositionem, vel diuisionem, intelligit ambo vt vnū, inquantum. s. ex eis aliquod vnum fit. sicut etiam partes cuiuslibet totius intelligit intellectus vt vnum, intelligendo ipsum totum. non enim intelligit domum intelligendo prius fundamentum, & postea parietem, & postea tectum. sed omnia ista intelligit simul, inquantum ex eis fit vnum. Similiter intelligit prædicatum & subiectum simul, inquantum ex eis fit vnum. s. affirmatio & negatio. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifestat, quoddā quod dixerat. s. q verum & falsum sunt in compositione, & diuisione. Quod quidem probat per modum cuiusdam diuisionis. Eorum enim, quæ dicuntur voce, quædam sunt in rebus extra animam, quædam autem sunt in anima tantum. Album enim & nigrum sunt extra animam, sed rationes horum sunt in anima tantum. Posset autem aliquis credere, q verum & falsum sint etiam in rebus sicut bonum & malum, ita q verum sit quoddam bonum, & falsum sit, quoddam malum: hoc enim oporteret si verum & falsum essent in rebus. verum. n. quandam perfectionem naturæ significat, falsum vero defectum. Ois autem perfectio in rebus existens, ad perfectionem, & bonitatem naturæ pertinet, Defectus vero & priuatio ad malitiam: Sed ipse hoc negat dicens, quòd verum & falsum non sunt in rebus, ita quòd verum rationis sit quoddam bonum naturæ, & falsum sit quoddam malum, sed {sunt tantum in mente} ideſt, in intellectu. Intellectus autem habet duas operationes, quarum vna

vna vocatur indiuisibilium intelligentia: per quam intellectus format simplices conceptiones rerum intelligendo, quod quid est vniuscuiusque rei. Alia eius operatio est, per quam componit & diuidit. Verum autem & falsum, si sint in mente, non tamen sunt circa illam operationem mentis, quæ intellectus formar simplices conceptiones, & quod qđ est rerum. Et hoc est quod dicit, quòd {verum, & falsum circa simplicia, & quodqd est, nec in mente est.} Vnde relinquitur part. 4. d locum a diuisione, quòd ex quo non est in rebus, nec est in mente circa simplicia, & quodquidest, quòd sit circa compositionem & diuisionem mentis primo & principaliter, & secundario vocis, quæ significat conceptionem mentis. Et ulterius concludit, quòd {circa quę oportet speculari circa ens & nō ens sic dictum, s. prout ens significat verū, & non ens falsum, {posterius perscrutandum est}. s. in fine 9. & etiā in lib. de Anima, & in logicalibus. Tota enim logica videtur esse de ente & non ente sic dicto.

Sciēdum est autem, q cum quælibet cognitio perficiatur per hoc, q similitudo rei cognitæ est in cognoscente, sicut perfectio rei cognitæ consistit in hoc quòd habet talem formam, per quam est res talis, ita perfectio cognitionis consistit in hoc, quòd habet similitudinem formæ prædictæ. Ex hoc autem, quòd res cognita habet formam sibi debitam, dicitur esse bona, & ex hoc, q aliquem defectum habet, dicitur esse mala. Et eodem modo ex hoc, quòd cognoscens habet similitudinem rei cognitæ, dicitur habere veram cognitionem: ex hoc vero, quòd deficit a tali similitudine, dicitur falsam cognitionem habere. Sicut ergo bonum, & malum designant perfectiones, quæ sunt in rebus, ita verum & falsum designant perfectiones cognitionum. Licet autem in cognitione sensitiua possit esse similitudo rei cognitæ, non tamen rationem huius similitudinis cognoscere ad sensum pertinet, sed solum ad intellectum. Et ideo licet sensus de sensibili possit esse verus, tamen sensus veritatem non cognoscit, sed solum intellectus. Et propter hoc hic dicitur, quòd verum & falsum sunt in mente. Intellectus autem habet apud se similitudinem rei intellectæ, secundum quod rationes incomplexorum concipit. Non tamen propter hoc ipsam similitudinem dijudicat, sed solum eum componit vel diuidit. Cum enim intellectus concipit hoc, quod est animal rationale mortale, apud se similitudinem hominis habet, sed propter hoc cognoscit se hanc similitudinem habere, q a iudicat hominem esse animal rationale, & mortale. Et ideo in hac sola secunda operatione intellectus est veritas, & falsitas, secundum quam non solum intellectus habet similitudinem rei intellectæ, sed etiam super ipsam similitudinem reflectitur, cognoscendo, & dijudicando ipsam. Ex his igitur patet, q veritas non est in rebus, sed solum in mente, & etiam in compositione & diuisione. Et sic res dicatur aliquando falsa, vel etiam diffinitio, hoc erit in ordine ad affirmationem & negationem. Dicitur enim res falsa, vt in fine {Quinti habitum est, aut quæ non est omnino, sicut diametrum commensurabilem: aut quia est quidem, sed est apta nata videri aliter, quam sit. Et similiter diffinitio dicitur falsa, aut quia nullius, vel quia assignatur alteri quām ei cuius est. In omnibus enim his modis patet, quòd falsum in rebus, vel in diffinitionibus, dicitur ratione falsæ enunciationis de ipsis. & similiter patet de vero. Nam res dicitur vera, quando habet propriam formam, quæ ei ostenditur inesse. Et diffinitio vera, quæ vere competit ei cui assignatur. Patet etiam, quòd nihil prohibet verum esse quoddam bonum, secundum quod intellectus cognoscens accipitur vt quædam res. Sicut. n. quælibet alia res dicitur bona sua perfectione, ita intellectus cognoscens, sua veritate. Apparet ex his, quæ hic dicūtur, quòd verum & falsum, quæ sunt obiecta cognitionis, sūt in mente. Bonum vero & malum, quæ sunt obiecta appetitus, sunt in rebus. Item, quòd sicut cognitio perficitur per hoc, quòd res cognitæ sunt in cognoscente, ita appetitus quicunque perficitur p ordinem apperentis ad res appetibiles. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit ens verum, & ens per accidens a principali cōsideratione huius doctrinæ dicens, quòd cōpositio & diuisio, in quibus est verum & falsum, est in mēte & non in rebus. Inuenitur siquidem & in rebus aliqua compositio, sed talis compositio efficit vnam rem, quam intellectus recipit vt vnum simplici conceptione. sed illa compositio vel diuisio, qua intellectus coniungit, vel diuidit sua concepta, est tantum in intellectu, nō in rebus. Consistit enim in quadam duorum comparatione cōceptorum, siue illa duo sint idem secundum rem, siue diuersa. Vtitur enim intellectus, quandoque vno, vt duobus compositionem formans. sicut dicitur, homo est homo. ex quo patet, quòd talis compositio est solum in intellectu, non in rebus. Et ideo illud quod est ita ens, sicut verum in tali compositione consistens, est alterum ab his, quæ proprie sunt entia, quæ sunt res extra animam, quarum vnaquæque est {aut quod quid est} ideſt, substantia, aut quale, aut quantum, aut aliquod aliud complexum, quod mens copulat vel diuidit. Et ideo vtrunq; est prætermittendum. s. & ens per accidens, & ens quod significat verum, quia huius. s. entis per accidens causa est indeterminata. & ideo non cadit sub arte, vt ostensum est. Illius vero. s. entis veri causa est {aliqua passio mentis} ideſt, operatio intellectus componētis, & diuidentis. & ideo pertinet ad scientiam de intellectu. Et alia ratio est, quia {vtrumque} s. ens verum, & ens per accidens sunt circa aliquod genus entis, non circa ens simpliciter per se, quod est in rebus, & non ostendunt aliquam aliam naturam entis existentem extra per se entia. Patet enim, quòd ens per accidens est ex concursu accidentaliter entium extra animam, quorum vnumquodque est per se. Sicut grammaticum musicum licet sit per accidens, tamen & grammaticum & musicum est per se ens, quia verumque per se acceptum, habet causam determinatam. Et similiter intellectus compositionem, & diuisionem facit circa res, quę sub prædicamentis continentur. Vnde si determinetur sufficienter illud genus entis, quod continetur sub prædicamento, manifestum erit & de ente per accidens, & de ente vero. & propter hoc huiusmodi entia prætermittuntur. Sed perscrutanda sunt causæ, & principia ipsius entis per se dicti, inquantum est ens. De quo palam est ex his, quæ determinauimus in v. lib. vbi dictum est, quoties vnumquodque talium nominum dicitur, quòd ens dicitur multipliciter, sicut infra in principio Septimi sequetur.

sunt in mente. Quæcunque igitur speculari oportet circa id, quod ita ens & non ens est. posterius perscrutandum est.

Cùm autem compositio, & diuisio in mente, non in rebus sit, quod autem ita est, diuersum a proprie dictis, ens est aut: enim quod quid est, aut quod quale. aut quod quantum, aut si quid aliud copulat, aut diuidit mens: quod quidem tanquam accidens, & vt uerum ens, omittendum est. causa enim illius quidem indeterminata, huius vero, mentis aliqua passio. & ambo circa reliquum entis genus, & non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. Propter quod, hæc quidem prætereantur, considerandæ autem sunt ipsius entis causæ, & principia, prout ens est. Manifestum autem est in his, quæ determinauimus de eo, quoties vnumquodque dicitur, quòd ens multipliciter dicitur.

Tex. c. 21. & inde.

Lect. 6.

T. com. 4. & 6. huius.

Tex. c. 18.

par. 1. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM.
LIBER SEPTIMVS,
Cum Diui Thomæ præclarissimis commentarijs.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Philosophus remouit a principali consideratione huius scientiæ ens per accidens, & ens secundum quòd significat verum, hic incipit determinare de ente per se, quod est extra animam, de quo est principalis consideratio huius scientiæ. Diuiditur autem pars ista in duas partes. Hæc enim scientia, & determinat de ente inquantũ est ens, & de primis principijs entium, vt in 6. lib. est habitum. In prima ergo parte determinatur de ente. In secunda de primis principijs entis in xij. lib. ibi: {De substantia quidem &c.} Quia vero ens & vnum se consequũtur, & sub eadem cõsideratione cadunt, vt i principio. Quarti est habitum, ideo prima pars diuiditur i partes duas. In prima determinat de ente. In secunda de vno & de his quæ cõsequuntur ad vnum in x. lib. ibi: {Vnum quia multis dicit, } Ens autem per se, qd est extra animam, dupliciter diuiditur, vt in v. lib. est habitũ. Vno modo per decem prædicamenta, alio modo per potentiam & actum. Diuidit ergo prima pars in duas. In prima determinat de ente secundum quòd diuiditur per decem prædicamenta. In secunda determinat de ente secũdum quòd diuiditur per potentiam & actum, in ix. lib. ibi: {Ergo de primo ente &c.} Prima autem pars diuiditur in duas. In prima ostendit, quòd ad determinandum de ente, prout in decem prædicamenta diuiditur, oportet determinare de sola substantia. In secunda incipit de substantia determinare, ibi: {Dicitur autem substantia & si non multiplicius &c.} Circa primũ duo facit. Primo ostendit quòd de substantia est determinandum. Secundo ostendit quid de ea sit tractandum, ibi: {Videtur autem substantia.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd intendens tractare de ente, de sola substantia debet tractare per rationem. Secundo per consuetudinem aliorum, ibi {Et quòd olim & nunc &c.} Intendit ergo in prima parte talem rationem ponere. Illud, quod est primum inter entia quasi ens simpliciter, & non secundum quid, sufficienter demonstrat naturam entis, sed substantia est huiusmodi, ergo sufficit ad cognoscendum naturam entis, determinare de substantia. Circa hoc autem duo facit. Primo ostendit, quòd substantia sit primum ens. Secundo ostendit quomodo dicatur primum, ibi: {Multipliciter quidem igitur dicitur primum &c.} Circa primum duo facit. Primo proponit intentũ quòd ens dicitur multipliciter, vt dictũ est in quinto lib. in quo diuiserat quoties dicuntur huiusmodi nomina, quia quoddam ens significat {quid est & hoc aliquid}, ideſt substantiam, vt per quid, intelligatur essentia substantiæ, per hoc aliquid subpositum, ad quę duo omnes modi substantiæ reducuntur, vt in Quinto est habitum. Illud uero significat qualitatem vel quantitatem, aut aliquid aliorum predicamentorum. Et cum ens tot modis dicatur, palam est, quòd inter omnia entia, primum est quodquid-est, ideſt ens, quod significat substantiã. Secundo ibi.

Tex.com.1 par. prima. T.com. 1.

Lect.1. part. 2.

Alia litera. A taliter.

T.cõ.13. Lect 7. part. 3.

Tex.cõ.17. Lect.1.

Infra le. se.

Infra par. 6

par. 5.

T.com.15 Lect. 9. Infra par.4

LECTIO I.

ENS dicitur multipliciter, sicut diximus in his, quæ de quoties. Significat enim hoc quid est, & hoc aliquid: illud vero quod quale, aut quantum, aut aliorum, vnumquodque sic prædicamentorum. Toties autem de ente dicto palam, quia horum primum ens est quodquid est, quod significat substantiam.

Nam quando dicimus quale quid hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitũ, aut hominem. Quando vero quid est, nec album, nec calidũ, nec tricubitum, sed hominem, aut Deum. Alia uero dicuntur entia, eo quòd taliter entis, hęc quidem qualitates esse, illa vero quantitates, alia passiones, alia aliud quid tale.

Vnde & utique dubitabit aliquis: utrum vadere, & sanare, & sedere, vnumquodque ipsorum

LECTIO I.

ENS multipliciter dicitur, quemadmodum in his, quæ de quoties prius diuisimus. significat enim aliud quidem quid est, & quo quid, aliud uero quod quale, aut quantum, aut singulæ aliorum quæ ita prædicantur. Cùm autem ens toties dicatur, patet primum horum ens, esse ipsum quid est, quodque substantiam significat.

Cùm enim dicimus quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitum, aut hominem, cum autem quidest, non album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem aut deum, Cætera vero entia dicuntur, eo quod uere entis quædam sint quantitates, quædam qualitates, quædam passiones, quædam aliquid aliud tale.

Vnde dubitauerit aliquis: utrum ipsum ambulare, & sanum esse, ac sedere, & unumquodq; horũ ens, an

Tex.c.23. & inde.

D.14. 20.

part. 4.

Lect. 1.

T.cõ.5. part. 5.

In Praed. subitant.

est a substantia, & quantitate. Tricubitum autem significat quantitatem, & homo significat substantiam. Et ideo, quando dicimus quale est aliquid, non dicimus ipsum esse tricubitum, neque hominem: sed, quando dicimus quid est de aliquo, non dicimus ipsum esse album, nec calidum, quæ significant qualitatem: nec tricubitum, quòd significat quantitatem: sed hominem, aut Deum, quę significant substantiam. Ex quo patet, quòd illa quæ significant substantiam, dicunt quid est aliquid absolute, quæ autem prędicantur qualitatem, non dicunt quid est illud, de quo prædicatur absolute, sed quale quid, & simile est in quantitate, & aliis generibus. Et ex hoc patet, quòd ipsa substantia dicitur ens ratione suipsius, quia absolute significantia substantiam, significant quid est hoc. Alio uero dicuntur entia, non quia ipsa habeant secundum se aliquam quidditatem, quasi secundum se entia, cum non ita dicant absolute quid, sed eo quòd {sunt talis entis}, id est eo quòd habent aliquam habitudinem ad substantiam, quę est per se ens, quia non significant quidditatem, inquantum, scilicet quædam sunt qualitates talis entis, scilicet substantiæ, & quædam quantitates, & aliæ passiones, vel aliquid aliud tale, quod significatur per alia genera. Secundo ibi.

a ¶ Probat idẽ per quoddam signum. Quia. n. idem alia entia non sunt entia, nisi secũdũ quòd referuntur ad substantiam, ideo potest esse dubitatio de aliis entibus in abstracto significatis, quando non significant cum aliqua habitudine ad substantiam: vtrum sint entia, vel non entia, scilicet vtrum vadere, sanare, & sedere, & vnumquodque istorum in abstracto significatorum sit ens, aut non ens. Et similiter est in aliis talibus, quæ in abstracto significantur, siue significentur per modum actionis, vt prædicta, siue non, vt albedo, siue nigredo. Pro tanto autem videntur accidentia in abstracto, significata esse, non entia, quia nihil ipsorum est aptum natum, secũdum se esse. immo cuiuslibet eorum esse est alteri ineſſe. & nõ est possibile aliquid eorum separari a substãtia. Et ideo, quando significantur in abstracto, quasi sint secundum se entia, & a substantia separata videntur, & sint non entia. Licet modus significandi vocum non consequatur immediate modum essendi rerum, sed mediante modo intelligendi, quia intellectus sunt similitudines rerum, voces autem intellectuum. vt dicitur in primo Perihermenias. Licet autem modus essendi accidentium non sit vt per se sint, sed solum vt insint, intellectus tamen potest ea per se intelligere, cum sit natus diuidere ea, quæ secundum naturã coniuncta sunt. & ideo nomina abstracta accidentium significãt entia, quæ quidem inhærent, licet non significẽt ea per modum inhærentium. Essent autem significata per huiusmodi nomina, non entia, si non ineſſent in re. Et quia ista in abstracto significata videntur non entia, magis videntur entia nomina accidentium concreta. Magis autem videtur {aliquid entium esse vadens, & sedens, & sanans} quia determinatur eis, aliquod subiectum, per ipsam nominis significationem, inquantum significantur in concretione ad subiectum. hoc autem subiectum est substantia. & ideo vnumquodque talium nominum, quæ significant accidens in concreto {apparet in tali categoria}, i. videtur importare prædicamentum substantiæ, non ita, quòd prędicamentum substantiæ sit pars significationis talium nominum. Album enim, vt in prædicamentis dicitur, solam qualitatem significat. Sed. inquantum huiusmodi nomina significant accidentia, vt inherentia substantiæ. Bonum autem {aut sedens, non dicitur {sine hoc}. i. sine substantia. Significat enim accidens concretum substantiæ. Et quia accidentia non videntur entia prout secundum se significantur, sed solum prout significantur in concretione ad substantiam, palam est, quòd singula aliorum entium sunt entia, propter substantiam. Et ex hoc vlterius apparet, quòd substantia est {primum ens, & ens simpliciter}, & nõ ens secundum aliquid {ideſt, secundum quid, sicut est in accidentibus. Esse. n. album non est simpliciter esse, sed secundum quid. Quod ex hoc patet, quia cum incipit esse albus, non dicimus, quòd incipiat esse simpliciter, sed quia incipiat esse albus. Cum enim Socr. incipit esse homo, dicitur simpliciter, quòd incipit esse. vnde patet, quòd esse hominem significat esse simpliciter. Esse autem album, significat esse secundum quid. Deinde cum dicit.

non ens est, similiter & de quocunque cæterorum simil.um. nihil enim horum est per se natura aptum, neque possibile a substantia separari, sed magis, siquidem ambulans entium aliquid: & sedens, & sanum. Hæc autem magis entia apparent, quoniam subiectum eis determinatum est. hoc autem substantia, & singulare est, quod in tali prædicatione apparet. bonum enim, aut sedens absque hoc non dicitur. patet igitur quòd propter hanc illorum quoque singula sunt. Quare, quod primo est ens, & non aliquod ens, sed simpliciter ens, substantia.

d Multipliciter quidem igitur dicitur, quod primum. Sed substantia omnium primum est ratione, & notitia, & tẽpore. Aliorum enim categorematum nullum est separabile, hæc autẽ sola. Et ratione hoc primum. necesse est enim in vniuscuiusque ratione, substãtiæ rationem esse. Et scire tunc singula maxime putamus, quando quid est homo cognoscimus, aut ignis, magis quàm aut quale, aut quantum, aut vbi. Quoniam tunc horum eorundem singula scimus, quando quid est ipsum quale, aut quantum scimus.

e Et quod olim & nunc & semper quæsitum est, & semper dubitatum quid ens, hoc est quæ substantia. Hoc enim quidam vnum esse dicunt, illi vero plura quàm vnum: & hi quidem finita, illi vero infinita. Quapropter nobis maxime, & primum, & solum vt est dicere, de sic ente, speculandum est quid est.

Multis igitur modis primum dicitur, attamen substantia, & ratione, & cognitione, & tempore, & natura omnium primum est. aliorum enim quæ prædicantur, nullum est separabile, sed hæc sola. Ratione quoque hoc primum. necesse est enim in cuiusque ratione ineſse rationem substantiæ. Scire etiam tunc putamus unumquodque magis, cum quid est homo, aut ignis sciamus, quàm quale, aut quantum, aut ubi, nam & horum ipsorum tunc unumquodque scimus, cum quid est ipsum quale, aut ipsum quantum sciamus.

D *Quod quoq; tam olim, quàm nunc, & semper quæritur, semperq; dubitatur, quidnam ipsum ens sit, hoc est quænam substantia est. Hoc. n. quidã unum aiunt esse, quidam plura quàm unum: & quidam finita, quidam uero infinita. Quare nobis quoque maxime, & primum, & solum, ut ita dicam, de ente hoc pacto quidnam sit, speculandum est.*

E

Lect.1.

vnde patet, quòd esse hominem significat esse simpliciter. Esse autem album, significat esse secundum quid. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit, quomodo substantia dicatur primum, & dicit, quòd cum hoc, quod dico primum dicatur multis modis, vt i Quinto est habitum, tribus modis substantia est prima inter omnia entia. s. secundum cognitionem, & secundum diffinitionem, & secundum temp⁹. Et quòd sit prima tpe aliis, ex hoc probatur, q⁹ nullum aliorum prædicamento rum est separabile a substantia. Sola autem substantia est separabilis ab aliis. Nullum enim accidens inuenitur sine substãtia, sed aliqua substantia inuenitur sine accidente. & sic patet, q⁹ non quandocunq; est substantia, est accidens, sed econtrario. & ppter hoc, substantia est prior tempore. Et q⁹ etiam sit prima secundum diffinitionem patet, quia in diffinitione cuiuslibet accidentiũ oportet ponere diffinitionem substantiæ. Sicut enim in diffinitione simi ponitur nasus, ita in diffinitione cuiuslibet accidẽtis ponitur proprium eius subiectũ. Et ideo, sicut animal est prius diffinitione q̃ homo, quia diffinitio ialis ponitur in diffinitione hois, eadem rõne substantia est prior diffinitione accidentibus. Quod ẽt sit prior ordine cognitionis, patet. Illud. n. est primum secundum cognitionem, quod est magis notum & magis manifestat rem. Res aũt vnaqueque magis nosc̃itur, quando fit⁹ eius substantia, q̃ quãdo scitur eius quãtitas, aut qualitas. Tunc. n. putamus nos maxime scire singula, qñ nosc̃itur quid est homo, aut ignis, magis quam, quando cognoscimus quale est, aut quantum, aut vbi, aut secundum aliquod aliud prædicamentum. Quare etiam de ipsis, quę sunt in prædicamentis accidentium, tunc scimus singula, quando de vnoquoque scimus quid est. Sicut quando scimus, quid est ipsum quale, scimus qualitatem: & quando scimus quid est ipsum quantum, scimus quantitatem. Sicut enim alia prędicamenta non habent esse nisi per hoc, quòd insunt substantiæ, ita non habent cognosci, nisi inquantum participant aliquid de modo cognitionis substantiæ, quæ est cognoscere quid est.

Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit idẽ. i. q⁹ de substantia sola est agendum ex cõsuetudine aliorum philosophorum dicens, q⁹ cum sit quæsitum, & semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper dubitatum apud philosophos {& olim} quantū ad præteritum, {& nunc} quantum ad præsens, quid est ens: hoc nihil aliud est quærere, & dubitare, q̄ quid est substātia rerum. {Hoc enim ens} scilicet substantiā quidam dixerunt esse vnū, vel immobile, sicut Parmenides, & Melissus, vel mobile, sicut Antiqui naturales, ponentes vnum tantum materiale principiū rerū. Solam autem materiā putabant ens esse substantiā. Et sic pater, quòd cum ponerent vnum ens propter vnum materiale principiū, per vnum ens intelligebant vnam substantiam. Quidam vero poluerunt plura entia, q̄ vnum: qui. si. ponuerunt plura principia materialia, & per cōsequens plures rerū substantias. Quorum quidam posuerūt ea finita, vt Empedocles quatuor elemēta: quidam vero infinita, vt Anaxi. infinitas partes cōsimiles, & Democritus infinita individibilia corpora. Et ideo, si alij philosophi tractantes de entibus attendebant ad solas substātias, & nobis etiā speculandum {est de sic ente} ideſt de substantia quid ipsa sit. Et hoc, inquā maxime, quia de hac principaliter intendim⁹. Et primo, quia per eam alia cognoscunt {& solum, vt est dicere} quia de substātia sola determinado de omnibus alijs notitiam facit. Et ita quodam modo solum de substantia determinat, & quodam modo non solum. Hoc autem significat cū dicit, vt est dicere, vel vt ita dicatur, q̄d consueuimus dicere de his, quæ non vsquequaq; sunt vera. Deinde cum dicit.

Tex.cō.6. part.8.

part.7.

f ¶ Ostendit quid determinandum sit de substantia, & circa hoc duo facit. Primo, ponit opiniones aliorum de substātia. Secundo dicit, quid de earum veritate est inquirendum, ibi: {De his ergo &c.} Circa primum duo facit. Primo, proponit quid sit manifestum circa substantias dicens, quòd esse substantiam manifestissime inest corporibus. Vnde animalia, & plantas, & partes eorum dicimus esse substantias, & etiam alia naturalia corpora, vt ignē, terram, & aquam {& taliū singula, ideſt talia elementaria corpora, sicut aerem, & vaporē secundum opinionē Heraclitī, & alia media secundū opinionē aliorum. Et etiā omnes partes elementorū, & etiā corpora, quæ sunt cōposita ex elementis, vel ex aliquibus partibus elementorū, sicut particularia corpora mista {sunt ex omnibus elementis}, i. totis, sicut tota ipsa sphæra actiuorū, & passiuorum. Et sicut {etiam cælum} quod est quoddam corpus naturale præter elementa dicimus esse substantiam, & partes eius, vt astra, & luna, & sol. Sed vtrum hæ sensibiles substantiæ sint solum substantiæ, secundum quod ponebant antiqui naturales, vel etiam sint aliquæ aliæ substantiæ ab istis, sicut ponebant Platonici, vel etiam istæ non sint substantiæ, sed solum sint aliæ substantiæ ab istis, per scrutandum est. Secundo ibi.

Infra pt.8.

Videtur aūt substantia inesse manifestissime qdē corporibus. Vnde aialia, & plātas & eorū partes substantias eē dicimus: & naturalia corpora, vt ignē, aquā, & terrā, & taliū singula, & q̄cunq; aut partes eorū, aut ex his sūt, aut partibus, aut oibus: vt cęlū: & partes eius, vt astra, & Luna, & Sol. Vtrū vero hę solæ substantiæ sunt, aut & alię, aut horū qdē nullū, alteræ autē quędam perscrutandum.

Videtur autem substantia existere manifestissime quidem in corporibus: quare animalia, & plantas, & eorum partes substantias esse dicimus ac naturalia corpora, ut ignem, aquā, & terrā, cæterorum quoque singula: & quæcunque aut horum partes, aut ex his sunt, aut partibus, aut omnibus, ut cælum, & eius partes, syderа, Luna, & Sol. Vtrum autem hæ solæ substantiæ sint, an etiam aliæ, an harum quidem nulla, sed aliquæ aliæ, considerandum est.

Videntur quibusdā corporis termini, vt superficies, & linea, & pūctus, & vnitas esse substantiæ magis quā corpus & solidū. Amplius pter sensibilia hi qdē non opinantur aliquid esse taliū, illi vero plura & magis entia sempiterna: vt Plato species ipsas & mathematica, duas substantias. Tertiam vero sensibilium corporū substantiam. Sed Leucippus plures substātias ab vno inchoans, & principia cuiuslibet substantiæ aliud quidē numerorum, aliud autem magnitudinum, deinde aīę, & hoc modo protēdit substātias. Qui dam vero spēs & numeros eandem habere dicunt naturā, alia vero habita, lineas et superficiē vsque ad primam cœli substantiam & sensibilia.

Videtur autem quibusdam corporis terminos, ut superficiem, lineam, punctum, & unitatem substantias esse, & magis quàm corpus, & solidum. Item præter sensibilia quidam non putant aliquid esse tale. quidam plura, et quæ magis sempiterna sunt sicuti Plato, & ipsas formas, & mathematica duas substantias, tertiam vero sensibilium corporum substantiam. Pseusippus uero etiam plures substantias, ab uno incipiens, & principia cuiusque substantiæ, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animæ. & hoc modo extendit substantias. Quidam autem formas quidem, & numeros eandem habere naturā aiunt, cætera uero sequentia, lineas, & superficies, usque ad cœli, substantiam, & sensibilia.

g ¶ Recitat opiniones Philosophorum de substantiis non manifestis dicens, quòd quibusdam videtur, quòd termini corporis sint rerum substantiæ, vt scilicet superficies, & linea, & punctus, & vnitas sint magis substantiæ, quàm corpus, & solidum. Et hæc opinio diuiditur, quia quidam nihil talium terminorum opinabātur esse separata a sensibilibus, scilicet Pythagorici. Alij vero ponebant quædam entia sempiterna a sensibilibus separata, quæ sunt plura & magis entia, quàm sensibilia, magis inquā entia, quia ista sunt incorruptibilia, & immobilia: hæc autem corruptibilia & mobilia. Plura vero, q̄a sensibilia sunt vnius ordinis tantū, separata vero duorum. Sicut {Plato posuit duas substantias separatas} ideſt duos ordines substantiarum separatarū, scilicet spēs, vel ideas, & mathematica. Et tertium ordinē posuit substantias corporum sensibilium. Sed Leucippus, qui successor fuit Platonis, & ex sorore nepos, posuit plures ordines substātiarum, & in vnoquoq; etiā inchoauit ab vno, quod ponebat esse principium in quolibet ordine substantiarum. Sed aliud quidem vnum ponebat esse principium numerorum, quos ponebat esse primas substantias post species: aliud autem magnitudinum, quas ponebat esse secundas substantias. Et demū ponebat substantiam animæ. & hoc modo protēdebat ordinem substātiarum. vsq; ad corruptibilia corpora. Sed quidam differebant a Platone, & Leucippo, quia non distinguebant inter species, & primum ordinem mathematicorum, qui est numerorum. Dicebant enim species, & numeros habere eandem naturam, & omnia {alia esse habita} ideſt consequenter se habentia ad numeros, scilicet lineas, & superficies vsque ad primam cœli substantiam, & alia sensibilia, quæ sunt in vltimo ordine. Deinde cum dicit.

h De his igitur qd dicitur bene, & quid nō bene & quæ sunt substātiæ: & vtrū sint aliquę pręter sensibiles, aut nō sunt, & istę quō sunt, & vtrū est aliqua separabilis substantia, & quare, & quō: aut nulla pręter sensibles perscrutandū, cum descripserimus primo substantiā quid est.

De his igitur quid bene, quidue non bene dicatur, & quæ substantiæ sint: & utrum aliquæ præter sensibiles sint, nec ne. & hæ quomodo sint, & utrum est aliqua separata substantia, & cur, & quomodo, an nulla præter sensibiles, perscrutandum est, descripta primo substantia, quidnā sit.

h ¶ Ostendit quid circa prædicta dicendum sit, dicens, quòd dicendum est quid de prædictis dicitur bene, aut non bene, & quę sunt substantiæ, & vtrum prædicta mathematica, & species sint aliquid præter res sensibiles, aut non. Et illæ substantiæ si sint præter sensibiles qué modū essendi habeant. Et si istæ non sunt præter sensibiles substantiæ: vtrum sit aliqua alia substantia separabilis, & quare & quomodo, aut nulla est substantia præter sensibiles. Hoc enim determinābit in 12. huius, & infra. Sed tamen antequàm hæc determinentur, oportet primo ponere, & describere quid sit substantia in istis sensibilibus, in quibus substantia manifesta inuenitur. Quod quidem facit in hoc 7. & in 8. sequenti.

LECTIO

LECTIO II.

i ¶ Postquam ostendit, quòd principalis intentio huius scientiæ est considerare de substantia, hic incipit de substantia determinare, & diuidit hæc pars in duas. In prima ostendit modum, & ordinem tractādi de substantia. In secunda, prosequitur tractatum substantiæ, ibi: {Et primo dicemus quędam de eo}. Modum autē & ordinem tractandi de substantia, ostendit diuidendo substantias in suas partes, & docendo de qua partium eius primo, & principalius est determinādum, & quæ partium ipsius prætermittendæ sunt, & quæ prius, vel posterius considerandæ. Vnde diuiditur prima pars in partes tres, secundum eius diuisiones, & subdiuisiones, quas ponit de substantia. Secunda incipit, ibi: {Tale vero modo quodam.} Tertia vero incipit, ibi: {Confitentur autem &c.} Dicit ergo primo, quòd substātia ad minus dicitur quatuor modis, si nō dicat {multiplicius} ideſt pluribus modis. Sunt enim plures modi, quibus aliqui substantiam nominant, vt patet de dictibus terminos corporis esse substātias, qui modus hic prætermittit. Quorum quidem modorum, primus est, secūdum quod {quod quid erat esse} ideſt quidditas vel essentia, siue natura rei dicitur eius substantia. Secundus modus est, prout {vniuersale} dicitur substantia esse, secundum opinionem ponentium ideas species, quæ sunt vniuersalia de singularibus prædicata, & sunt horum particularium substantiæ. Tertius modus est, secundum quod {primum genus videtur esse substantia vniuscuiusq;}. Et per hunc modum vnum, & ens ponebant substantias esse omnium rerum, tanquam prima omnium genera. Quartus modus est, {secundum quod subiectum} ideſt substantia particularis dicitur esse substantia. Dicitur autem subiectum, de quo alia dicuntur, vel sicut superiora de inferioribus, vt genera, & species, & differentiæ, vel sicut accidens prædicatur de subiecto, vt accidētia cōmunia & propria, sicut de Socra. prædicatur homo, animal, rationale, risibile, & album. ipsium autem subiectū non prędicatur de alio, quod est intellegendum per se. Per accidens. nihil prohibet Socra. de hoc albo prædicari, vel de animali, vel de homine: quia id, cui inest album, aut animal, aut homo Socrat. est. De se ipso autem prędicatur per se, vt cum dicitur Socra. est Socrates. Patet autem, quòd subiectum hic dicitur, quod in prædicamentis nominatur substātia prima ex hoc, quòd eadem diffinitio datur de subiecto hic, & ibi de substātia prima. Vnde concludit, quòd determinandum est {de hoc} ideſt de subiecto, vel de substantia prima, quia tale subiectum maxime videtur substantia esse: Vnde in Prædicamentis dicitur, quòd talis substantia est quæ proprie, & principaliter, & maxime dicitur. Huiusmodi. n. secundū se, omnibus aliis substant. s. speciebus, & generibus, & accidentibus. Substantię vero secundæ. i. genera, & species, substant solis accidentibus. Et hoc etiam non habent, nisi ratione primarum. homo. n. est albus inquantum hic homo est albus. vnde patet, quòd ferę eadem est diuisio substātię hic posita, cum illa, quę ponitur in prædicamentis. nam per subiectum intelligitur hic substātia prima. Quod autem dixit genus, & vniuersale, quod videtur ad genus, & species pertinere, continetur sub substantiis secundis. Hoc autem quodquid

Infra lec.3. Tex.c.7. part. prima.

part.2.

part.seq.

part.9.

part.3.

T.cō.8.

part.4.

A erat esse hic ponitur: sed ibi prætermittitur, quia non cadit in prædicamentorum ordine, nisi sicut principium. neque enim est genus, neque species, neque individuum, sed horum omniū formale principium. Deinde cum dicit.

b ¶ Subdividit quartum modum præmissę diuisionis, hoc. s. quod dixerat subiectum, & circa hoc tria facit. Primo nanque, ponit diuisionem. Secundo, cō parat partes diuisionis adinuicem, ibi: {Quare si ipse &c.} Tertio, ostendit quo modo de istis partibus diuisionis sit agendum, ibi: {Attamen ea, quæ nūc ex ambobus &c.} Dicit ergo primo, quòd subiectum, quod est prima substātia particularis, in tria diuiditur. s. in materiam & formam, & compositū ex eis. Quæ quidem diuisio non est generis in species, sed alicuius analogice prædicati, q̄d de eis, quę sub eo cōtinentur per prius, & posterius, prædicatur. Tam. n. cōpositū, q̄ materia, & forma particularis substātia dicitur, sed nō eodē ordine. Et ideo, posterius inquiret quid horū per prius sit substantia. Exemplificat autē hic mēbra in artificialibus, in quibus æs est vt materia, figura vt {forma speciei} ideſt dans speciem, statua compositum ex his. Quę quidem exemplificatio non est accipienda secundum veritatem, sed secundum similitudinem proportionis. Figura enim & alię formæ artificiales non sunt substantiæ, sed accidentia quædam. Sed quia hoc modo se habet figura ad æs in artificialibus, sicut forma substantialis ad materiā in naturalibus, pro tanto vtitur hoc exēplo, vt demonstret ignotum per manifestum. Deinde cum dicit.

part. 6.

part. 4.

LECTIO II.

Dicitur autem substantia, si non pluribus, saltem quatuor modis maxime. Etenim quodquid erat esse, & uniuersale, & genus substantia cuiusque esse uidetur: & quartum, subiectum. subiectum autem est, de quo cætera dicuntur: illud uero nō amplius de alio. Quare primo de eo determinandum est. maxime nanq; substantia subiectū primum esse uidetur.

Tale vero quodam modo quidem materia dicitur, quodam modo uero forma, tertium uero, quod ex his est. Dico autem materiam quidem, vt æs: formam autem figuram ideæ: quod uero ex his est, totam statuam.

Vnde, si forma prior materia est, & magis ens, illud quoque, quod ex ambobus est, prius erit ob eandem rationem. Nunc itaq; quidnam substantia sit, quasi figura dictum est, quod non de subiecto, sed de quo cætera. Oportet autem non ita solum. nō enim sufficiens est. & hoc nanque ipsum nō est manifestum.

c ¶ Comparat partes diuisionis præmissę ad inuicem, & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quòd forma sit magis substātia, quàm compositū. Secundo ostendit, quòd materia sit maxime substantia, quod erat opinio quorundā, ibi: {Et adhuc materia substantia sit.} Tertio ostendit, quòd tam forma, quàm compositum est magis substantia, q̄ materia, ibi: {Sed impossibile &c.}

part. 4.

part. 6.

D.52.

Dicit ergo primo {quòd species}. s. forma prior est materia. Materia. n. est ens in potentia, & species est actus eius. Actus autē naturaliter prior est potentia. Et simpliciter loquendo prior tempore, quia non mouetur potentia ad actū, nisi per ens actu: licet in vno & eodē, quod quandoq; est in potentia, quandoq; in actu, potentia tempore præcedat actū. Vnde patet, quòd forma est prior, quàm materia, & etiam est magis ens, quàm ipsa, quia propter quod vnumquodq;, illud magis. Materia autem non fit ens actu, nisi per formam. vnde oportet, quòd forma sit magis ens, quàm materia. Et ex hoc vlterius sequitur, quòd eadem ratione forma sit prior compositio ex vtrisq;, inquantū est in composito aliquid de materia. & ita participat aliquid de eo quod est posterius secundum naturam, scilicet de materia. Et iterum patet, quòd materia & forma sunt principia compositi. Principia autē alicuius sunt eo priora. & ita, si forma est prior materia, erit prior compositio. Et quia posset alicui videri, quòd ex quo Philosophus ponit omnes modos, quibus dicitur substantia, quòd hoc sufficeret ad sciendū quid est substantia, ideo subiungit dicens, quòd nunc dictum est quid sit substantia {solum typo} ideſt dictum est solum in vniuersali, quòd substantia est illud, quod non dicitur de subiecto, sed de quo dicitur alia. Sed oportet non solum ita cognoscere substantiam & alias res, scilicet

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet per diffinitionem vniuersalem,& logicã: hoc enim non est sufficiens ad cognoscẽdum naturã rei, quia hoc ipsum quod assignatur pro diffinitione tali, est manifestum. Non.n.huiusmodi diffinitione tanguntur principia rei, ex quibus cognitio rei dependet, sed tangitur aliqua communis conditio rei, per

Tex.cõ.8. part. 4.

quam talis notificatio datur. Deinde cum dicit.

d ¶ Ostendit, quòd materia maxime sit substantia, & circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem antiquorũ, per quã ponebant materiam maxime & solũ esse substantiã. Secũdo, notificat quid sit materia, ibi: ⸢Dico autẽ materiam quę secundum se.⸣ Dicit ergo primo, quòd non solum forma est substãtia, & compositum, sed & materia sit substantia secundum rationem prædictam. Si enim ipsa materia non sit substãtia,

part.seq.

part. 5.

fugit a nobis, quę sit alia substantia præter materiam. Quia si remouenda sunt a rebus sensibilibus, in quib⁹ manifeste est substantia, alia, quæ planum est non esse substantiam, nihil remanet, vt videtur: nisi materia. In istis.n. corporibus sẽsibilibus, quæ omnes confitentur esse substantias, quædam sunt sicut corporum passiones, vt calidum, frigidũ, & huiusmodi, de quibus manifestum est, quòd non sunt substantiæ. Sunt etiam in eis ⸢quædam factiones⸣ ideſt generationes, & corruptiones. & motus, de quibus etiam planum est, quòd non sunt substantiæ. Sunt etiam in eis potẽtię, quę sunt principia prædictarum factionum, & motuum. s. potẽtiæ, quæ sunt in rebus ad agendum, & patiẽdum: Has etiam patet non esse substantias, sed magis ponuntur sub genere qualitatis. Et post omnia ista inueniũtur in corporibus sensibilibus, dimensiones, s. longitudo, latitudo, & profunditas, quæ sunt quantitates quædam, & non substantiæ. quantitas.n. manifestũ est, quòd non est substantia, sed illud cui prædictæ dimensiones insunt. vt primum subiectum earum est substantia. Sed remotis istis dimensionibus, nihil videtur remanere nisi subiectum earum, quod est determinatum, & distinctum per huiusmodi dimensiones. hæc autem est materia. Quantitas enim dimensiua videtur inesse materię immediate, cum materia non dividatur ad recipiendum diuersas formas in diuersis suis partibus, nisi per huiusmodi quantitatem. & ideo per huiusmodi considerationem videtur necessarium esse non solum, quòd materia sit substantia, sed quòd ipsa sola sit substantia. Decepit autem antiquos Philosophos hanc rationem inducentes, ignorantia formæ substantialis. Non enim adhuc tantum profecerant, vt intellectus eorum se elevaret ad aliquid, quod est supra sensibilia. & ideo illas formas tantum considerauerunt, quę sunt sensibilia propria, vel communia. Huiusmodi autem manifestum est esse accidentia, vt album, & nigrum, magnum, & paruum, & huiusmodi. forma autem substantialis non est sensibilis nisi per accidens. & ideo ad eius cognitionem non peruenerunt, vt scirent ipsam a materia distinguere. Sed totum subiectum, quod nos ponimus ex materia, & forma componi, ipsi dicebant esse primam materiam, vt aerem, aut aquam, aut aliquid huiusmodi. Formas autem dicebant esse, quę nos dicimus accidentia, vt quantitates, & qualitates, quorum subiectum proprium non est materia

d Et adhuc materia substantia fit. Si.n. non ipsa, q̃ est alia diffugit. Aliis.n. ablatis, nil apparet remanens. Nam alię quidẽ sunt corporũ passiones, & factiones & potentię. Longitudo vero, latitudo, & profunditas quantitates quędã sunt, sed non substantię. Quantitas.n. non substãtia, G sed magis cui insunt hęc ipsa primum, illud est substantia. At vero ablata longitudine, latitudine, & profunditate, nihil videmus remanẽs, nisi si quid est determinatũ ab his. Quare materiam necesse est videri solam substantiam sic intendentibus.

e Dico autem materiã, quę secundũ se, nec quid, nec quantitas, nec aliud aliquid eorũ dicitur, qbus est ens determinatũ. H Est.n. quoddã, de quo prędicatur horũ quodlibet, cui ẽ esse alterũ & cathegoriarũ vnicuiq;. Alia nanq; de substantia prędicantur, hęc vero de materia. Quare quod est vltimum secundum se, neq; quid, neq; quantitas, neq; aliud aliquid est. neq; vtiq; negationes. etenim erunt hę secundum accidens. Ex his ergo, speculantibus accidit substantiam esse materiam.

F prima, sed substantia composita, quæ est substantia in actu. Omne enim accidens, ex hoc est, quòd substantiæ inest, vt habitum est. Deinde cum dicit.

e ¶ Quia ratio prædicta ostendens solam materiam esse substantiam, videtur processisse ex ingnorantia materiæ, ut dictũ est, ideo consequenter dicit quid sit materia secundum rei veritatem prout declaratum est in Primo Physi. Materia enim in se non põt sufficiẽter cognosci, nisi per motum: & eius inuestigatio precipue videtur ad Nãturalem pertinere. Vnde & Philosoph⁹ accipit hic de materia, quæ in physicis sunt inuestigata, dicens: Dico autem materiam, esse ⸢quæ secundum se⸣ ideſt secundum sui essentiã considerata, nullatenus est ⸢neq; quid,⸣ ideſt neque substantia, ⸢neque qualitas, neque aliquid aliorum generum quib⁹ens diuiditur vel determinatur.⸣ Et hoc pcipue apparet motu. Oportet.n. subiectum mutationis & motus alterũ esse, per se loquendo, ab utroque terminorũ motus vt probatum est Primo Physi. Vn de cũ materia sit primum subiectum substans non solum motibus, qui sunt secundum qualitatem & quantitatem & alia accidentia, sed etiam mutationibus, quæ

Et item materia substantia est. nam, si hæc non est substantia, quæ alia est, fugit nos. Demptis etenim cæteris, nihil aliud remanere videtur, cætera namque passiones corporum & effectiones, & potentiæ sunt. longitudo vero, latitudo, & profunditas quantitates quædam, sed non substantiæ sunt. quantitas etenim non est substantia, sed magis cui hæc ipsa primo insunt, illud est substantia. enimuero ablata longitudine, latitudine, & profunditate, nihil videmus reliquũ, nisi siquid est, quod ab eis determinetur, ut ita considerantibus, materiam solam necesse sit apparere substantiam.

Tex.cõ.69

Dico autem materiam, quæ per seipsam, neque quid, neque quantum, nec aliquid aliud quippiam dicitur, quibus ens determinatur. est enim quid, de quo singula horum prædicantur: cui esse, ac cuique prædicationum diuersum est. cætera namque de substantia prædicantur, hæc uero de materia. Quare quod ultimum est per se, neque quid. neque quantum, nec aliquid aliud est, neque etiam negationes. etenim hæ quoque secundum accidens erunt. Ex his itaque, speculantibus accidit substantiã esse materiam.

Tex. cõ.64. & 5. Physic. T. comm.

I sunt secundũ substantiam, oportet quòd materia sit alia secundum sui essentiã ab omnibus formis substantialibus & earũ privationibus, quæ sunt termini generationis & corruptionis, & non solum quòd sit aliud a quantitate, & qualitate, & aliis accidentibus. Attamen diuersitatem materiæ ab omnibus formis non probat Philosophus per viam motus, quæ quidem probatio est per viam Naturalis Philosophiæ, sed per viam prædicationis, quæ est propria logicæ. quam in Quarto huius dicit affinem esse huic scientiæ. Dicit ergo, quòd oportet aliquid esse de quo omnia prædicta prædicentur, ita tñ (quòd sit diuersum esse illi subiecto de quo prædicantur, & vnicuique eorum, quæ de ⸢ipso prædicantur⸣ ideſt diuersa quidditas & essentia. Sciendũ autem est, quòd id, quod hic dicitur, non potest intelligi de vnioca prædicatione secundum quod genera prædicantur de speciebus, in quarum diffinitionibus ponuntur, quia non est aliud per essentiam, animal & homo. sed oportet hoc intelligi de denominatiua prædicatione, sicut cum album prædicatur de homine. alia enim quidditas est albi & hominis. unde subiungit, quòd alia genera prædicantur hoc modo de substantia, scilicet denominatiue, substantia vero prædicatur de materia denominatiue. Non est ergo intelligendum quòd substantia actu existens (de qua hic loquimur) de materia prædicetur prædicatione vniuoca, siue quæ est per essentiam. Iam enim supra dixerat, quòd materia non est quid, neque aliquid aliorum. Sed intelligendum est de denominatiua prædicatione, per quem modum accidentia de substantia prædicantur. Sicut enim hæc est uera, homo est albus: non autem hæc, homo est albedo, vel humanitas est albedo: ita hęc est vera. hoc materiatum est homo, non autem hæc materia est homo vel materia est humanitas. Ipsa ergo concretiua siue denominatiua prędicatio ostendit, quòd sicut substantia est aliud per essentiam ab accidentibus, ita per essentiam aliud est materia a formis substantialibus. Quare sequetur, quòd illud quod est

Tex.cõ.5.

vltimum

vltimum subiectum per se loquendo, ⸢neq; est quid⸣ ideſt substantia, neq; quantitas, neq; aliquid aliud quod sit in aliquo genere entium. neq; ipsæ negationes possunt per se prædicari de materia. Sicut enim formæ sunt præter essentiam materię, & ita quodammodo se habent ad ipsam per accidens, ita & negationes formarum, quæ

part.6.

sunt ipsæ priuationes, secundum accidẽs insunt materiæ. Si enim per se inessent materiæ, nunquam formæ in materia ponerent recipi saluata materia. Hoc autem dicit Philosophus ad remouendũ opinionẽ Platonis, qui non distinguebat inter priuationem, & materiam, vt

T.com.9. part.7.

T.com. 97.

in primo Physic. habetur. Concludit etiã finaliter, quod considerantibus secundũ prædictas rationes, accidit solam materiam esse substantiam, vt prius in ducta ratio concludebat. Deinde cum dicit.

part. 8.

T.com.10. part. 9.

f ¶ Ostendit contrarium huius conclusionis dicens, quòd impossibile est sola materiam esse substãtiam, vel ipsam etiã esse maxime substantiã. Duo enim sunt, quæ maxime ꝓpria videntur esse substãtiæ, quorum vnum est, quòd sit separabilis. Accidens enim non separatur a substantia, sed substãtia potest separari ab accidente. Aliud est, quòd substantia est hoc aliquid demonstratum. alia enim

part.10.

genera non significant hoc aliquid. Hæc autem duo, scilicet esse separabile, & esse hoc aliquid, non conueniunt materię. Materia enim non potest per se existere sine forma, per quam est ens actu, cum de se sit in potentia tantum. ipsa etiam non est hoc aliquid nisi per formam, per quã fit actu. vnde esse hoc aliquid maxime competit compositio. & ideo patet ⸢quòd species⸣ ideſt forma, & ⸢compositum ex ambobus⸣ scilicet ex materia & forma, magis videtur esse substantia, quam materia, quia compositum & est separabile, & est hoc aliquid. Forma autem & si non sit separabilis, & hoc aliquid, tamen per ipsam compositũ fit ens actu, vt sic possit esse separabile, & hoc aliquid. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.5.

g ¶ Ostendit quomodo sit procedendum circa partes huius diuisionis substantiæ, quam prosecutus est, prout scilicet diuiditur in materiam, & in formam, & compositum: & dicit, quòd licet tam species, quam compositum sit magis substantia, quam materia, tamen ad presens dimittenda est substantia, quæ ⸢ex ambobus composita⸣ scilicet ex materia, & forma. Et hoc propter duas rationes. Vna ratio est, quia ipsa est posterior secundum naturam vtraque, scilicet q̃ materia, & quam forma, sicut compositum est posterius simplicibus, ex quibus componitur. Et ideo cognitio materię, & formæ præcedit cognitionẽ substantiæ compositę. Alia ratio est, quia huiusmodi substantia ⸢est aperta⸣ ideſt manifesta, cum sensui subiaceat. & ideo circa eius cognitionem non oportet immorari. Materia autem licet, non sit posterior, sed quodammodo prior, tamen aliqualiter est manifesta. Dicit autem ⸢aliqualiter⸣ quia secundum essentiam suam non habet vnde cognoscatur, cum cognitionis principium sit forma. cognoscitur autem per quandam similitudinem proportionis. Nam sicut huiusmodi substantię sensibiles se habent ad formas artificiales, vt lignum ad formam scanni, ita prima

Tex.cõ.69.

materia se habet ad formas sensibiles. Propter quod dicitur primo Physic, quòd materia prima est scibilis secundum analogiam. & ideo restat de tertia perscrutandum, quia ista est maxime dubitabilis. Deinde cum dicit.

h ¶ Ostendit modum, & ordinem, & quomodo procedendum sit circa partes tertię diuisionis substãtiæ, prout substantia scilicet diuiditur in substantias sensibiles, & insensibiles. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quòd de substantiis sensibilibus prius est agẽdum, quia huiusmodi substantię sensibiles sunt cõ esse apud oẽs. oẽs enim confitentur quasdam sensibiles esse substantias. Substantias autem non sensibiles non omnes confitẽtur. vnde prius quærendum est de substantiis sensibilibus, sicut de notioribus. Secundo ibi.

i ¶ Ostẽdit quid de substantiis sensibilibus sit determinandum, & dicit, quòd cum prius diuisum sit, quot modis dicatur substantia, inter istos modos un⁹ modus est, prout quod quid erat esse, ideſt qdditas, & essentia rei dicitur substantia. vnde speculandũ est de ista primo, ostendendo, scilicet quidditates substantiarũ sensibilium. Tertio ibi.

k ¶ Assignat rationem præmissi ordinis, & dicit, quod ideo prius dicendum

Attamen eã, quę nunc ex ambobus substãtiam, dico autem eam, quæ ex materia, & forma, dimittendum. Posterior enim est & aperta. Manifesta autẽ aliqualiter & materia. De tertia autem perscrutandum. Hæc nanque maxime dubitabilis.

Confitentur autẽ substãtias esse sensibilium quidam, quare quærendum in his prius.

Quoniam autẽ in principio diuisimus quot modis determinauimus substãtiam, & horum vnũ videtur esse quodquiderat esse, speculandum est de ipso.

Præopere enim transeũdum ad id, quod notius est. Disciplina enim ita fit omnibus per minus nota naturę, ad nota magis Et hoc opus est, quemadmodũ in actibus facere ex vniuscuiusque bonis, totaliter bona & vnicuique bona. sic ex ipsis notioribus quę naturæ quidem nota, ipsi nota. Quæ autem singulis

At impossibile est. Etenim separabile, & quod quid uidentur maxime inesse substantiæ. propter quod forma, & quod ex ambobus substantia uidetur esse magis, quam materia.

At illa substantia, quæ ex ambobus, dico autem quæ ex materia & forma est, omittenda est. posterior enim, & manifesta est. manifesta uero quodam modo etiam ipsa materia. At de tertia considerandum est. hæc enim maxime dubitabilis.

Conceditur autem quasdã esse substantias sensibilium. quare in his primum quærendum est.

Cum autem in principio diuiserimus quot modis substantiam determinamus, ac horum unum quiddam esse uideatur, quodquiderat esse, de eo considerandum est.

Prodest etenim transcendere ad notius. Ita nanque disciplina fit omnibus, per minus nota naturæ ad magis nota. & hoc opus est, ut in actionibus ex eis, quæ cuique sunt bona facere, quæ simpliciter bona sunt, sint cuique bona; ita ex sibi notioribus, quæ naturæ nota sunt sibi facere nota. Quæ autem singulis nota: & prisma, sæpenumero parum nota, sunt

est de essentiis substantiarum sensibilium, quia hoc est ⸢præoperę⸣ ideſt ante opus, sicut præparatorium, & necessariũ ad opus, vt ex his substãtiis sensibilibus, quæ sunt magis manifestæ quo ad nos, transeamus ad illud, quod ⸢est notius simpliciter,⸣ & secundum naturam ⸢ideſt ad substantias intelligibiles, de quibus principaliter intendimus. Ita enim fit disciplina in omnibus rebus, siue omnibus hominibus, per ea, quæ sunt minus nota, ⸢secundum naturam, procedendo ad ea, quæ sunt magis nota secundũ naturam. Cum enim omnis disciplina fiat per ea, quæ sunt magis nota addiscenti, quem oportet aliqua pręcognoscere ad hoc vt addiscat, oportet disciplinam nostram procedere per ea, quæ sunt magis nota quo ad nos, quæ sunt sæpe minus nota secundum naturam, ad ea, quę sunt notiora secundum naturam, nobis autem minus nota. Nobis enim, quorum cognitio a sensu incipit, sunt notiora, quę sunt sensui propinquiora. secundum autem naturam sunt notiora, quæ ex sui natura sunt magis cognoscibilia. & hæc sunt, quæ sunt magis entia, & magis actualia, quę quidem sunt remota a sensu. Formæ autem sensibiles sunt formæ in materia, & ideo in disciplinis oportet procedere ex minus notis secundum naturam, ad magis nota. ⸢Et hoc opus est⸣ ideſt necessarium est hoc facere ⸢sicut in actibus⸣ hoc est in artibus, vel potentiis actiuis, in quibus ⸢ex bonis vniuscuiusque,⸣ ideſt ex his, quæ sunt bona illi, & illi, fiunt ea quę totaliter ⸢fiunt⸣ ideſt vniuersaliter bona, & per consequens vnicuique bona. Militaris enim peruenit ad victoriam totius exercitus, quę est quoddam bonum commune ex singularibus victoriis huius, & illius. Et similiter ædificatiua ex compositione horum lapidum, & illorum peruenit ad constitutionem totius domus. Et similiter oportet in speculatiuis, ex his, quæ sunt notiora ipsi, scilicet addiscenti, peruenire oportet ad ea, quæ sunt naturæ nota, quæ etiam fiunt vltimo ipsi addiscenti nota.

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc autem non est propter hoc, quòd illa, quæ sunt magis nota, quia illa, quæ sunt {singulis nota} idest quo ad hunc & illum, & prima in cognitione eorum, sunt multoties debiliter nota secundum naturā. Et hoc ideo, quia parum vel nihil habent de entitate. Secundum enim quòd aliquid est ens, secundum hoc, est cognoscibile. Sicut patet, quòd accidentia, & motus, & priuationes parum, aut nihil habent de entitate, & tamē ista sūt magis nota quo ad nos, quàm subsistātiæ rerum, quia sunt viciniora sensui, cū per sē cadat sub sensu, quasi sensibilia p̄pria, vel communia. Formę autē subsistantiales per accidens. Tex. cō. 11. par. prima. Dicit autem {multoties} quia quandoq; eadē sunt magis nota, & quo ad naturā, & secundum nos, sicut i mathematicis, quę abstrahūt a materia sensibili. & iō ibi semper procedit̄ a notioribus secundum naturam, part. 2. quia eadem sunt notiora quo ad nos. Et licet illa, quæ magis sunt nota quo ad nos, sint debiliter nota secundum naturam, quæ tamen sunt magis nota secundum naturam, quæ tamen ex huiusmodi male notis secundum naturam, quæ tamen sunt magis nosc̄ibilia ipsi discenti, tentandū est cognoscere illa, quæ sunt {omnino} idest vniuersaliter, & perfectè cognoscibilia, procedentes ad ea cognoscenda per hæc ipsa, quæ sunt debiliter nota secundum se, sicut iam dictum est.

LECTIO III.

a ATprimo dicemus quedā de eo logice. Quod est quodquiderat esse, vnumquodque quod dicitur se cūdum se. Non enim est tibi esse, musicum esse. non enim secundū teipsum es musicus. Qđ ergo dicitur secundū teipsum.

b Neq; etiam hoc omne. nō. n. quod ita secundum se, vt superficiei album, quia nō est superficiei esse, album esse. At vero neque quod est ex vtrisq;, vt superficiei albæ esse. Quare ęqa adest ei hoc. In quā igitur non inerit rōne ipsum dicente ipsum, hæc ratio eius quodquiderateſſe singulis. Quale, superficiei albę esse, est superficiei esse, semper albo & lęui esse, idē erit & vnum.

LECTIO III.

a ROsiquam determinauit Philosophus ordinem procedendi circa substantias, hic incipit determinare de substantiis sensibilibus, sicut prædixerat: & diuiditur in duas partes. In prima determinat de essentia substātiarum sensibilium per rationes logicas, & communes. In secunda per principia substantiarum sensibiliū in Octauo lib. ibi: {Ex his itaq; dictis syllogizare oportet.} Infra lib. 8. Lect. 1. Prima pars diuiditur in duas. In prima ostendit cuiusmodi sit essentia substantiarum sensibilium. In secunda ostendit, quòd Infra le. 13. huiusmodi essentia habet rōnē principij, & causæ, ibi: {Quod autem oportet.} Prima autem pars diuiditur in partes duas. In prima, determinat de essentia substantiarum sensibilium. In secunda, ostendit vniuersalia non esse substantias rerum sensibiliū, vt quidam dicebant, ibi: {Quoniam vero de substantia Infra le. 17. perscrutatur.} Prima autem pars diuiditur in duas. In prima, ostendit cuiusmodi sit substantia rerum sensibilium. In secunda, ex quibus cōstituatur, sicut ex partibus, ibi: {Quoniam vero diffinitio ratio est.} Prima diuiditur in duas. In prima, inquirit cuiusmodi sensibilium sit essentia substantiarum. In secunda, inquirit causam generationis earum, ibi: {Eorum autē, quę Infra le. 6. fiunt alia natura.} Prima diuiditur in duas. In prima, ostendit quid sit essentia rerum sensibilium. In secunda, qualiter se habeat ad ipsa sensibilia, vtrum scilicet vt idem, vel vt diuersum, Infra lec. 5. ibi: {Vtrum autem idem.} Prima diuiditur in duas. In prima ostendit, quid est quodquiderat esse. Secundo, quorum est, ibi: Infr. hac le. part. 3. {Quoniam vero sunt & secundum alias.} Circa primum duo facit. Primo remouet ab eo quodquiderat esse prędicata per accidens. Secundo, ea, quæ prædicantur per se, sicut proprie passiones de subiecto, ibi: {Neque etiam hoc &c.} Dicit ergo primo, quòd de substantiis sensibilibus primo dicendum est, & ostendendum est in eis quodquiderat esse. Ideo primum dicemus de eo, quod est quodquiderateſſe quędam logice. Sicut n. supradictum est, hæc scientia habet quandam affinitatem cum Logica propter vtriusque communitatem. & ideo modus logicus huic scientiæ proprius est, & ab eo conuenienter incipit. Magis autem logice dicit se de eo quodquidest dicturum, inquantum inuestigat quid sit quodqd erat esse ex modo prędicandi. hoc. n. ad logicum proprie pertinet. Hoc autem primo sciendum est de eo quodquiderat esse, quòd oportet, quod prędicetur secundū se. Illa. n. quæ prædicantur de aliquo per accidēs, nō pertinent ad quod quid erat esse illius. hoc enim intelligimus per quodquiderat esse alicuius, qđ conuenienter respōderi potest ad quæstionem de eo factā per quid est. Cum autē de aliquo quærimus quid est, non possumus conuenienter respōdere ad ea, quę insunt ei per accidens. Sicut cū quęrit: quid est homo, non potest responderi, quòd sit albus, vel sedens, vel musicus. Et ideo nihil eorum, q prædicantur per accidens de aliquo, pertinēt ad qđ quiderat esse illius rei Non. n. musicum esse, est tibi esse. Sciēdum autē est, quòd in omnibus sequentibus per hoc, quod dicit, Hoc esse, vel Huic esse, intelligit quod quid erat esse illius rei, sicut homini esse, vel hominem esse, intelligit id, quod pertinet ad quodquid est homo. Quod est autem {musicum esse}. i. hoc ipsum quodquidest musicus, nō pertinet ad hoc quodquid es tu. Si. n. quæratur: tu quid es? nō potest responderi, q tu sis musicus. & ideo sequit, q musicū esse, nō est tibi esse, quia ea, quę pertinent ad quidditatē musici, sunt extra quidditatē tuam, licet musicus de te prędicetur. Et hoc ideo, qa {tu non secundū te ipsum es musicus,}. i. quia musicū non prędicatur de te per se, sed per accidēs. Illud ergo pertinet ad quod quidest tui, quod tu es {secundum teipsum}. i. quia de te prędicatur per se, & nō per accidens: sicut de te prędicatur per se homo, animal, substantia, rationale, sensibile, & alia huiusmodi, quæ omnia pertinent ad quodquidest tui. Deinde cum dicit:

b ¶ Excludit ab eo, quod est quid est, quod prędicatur secundū se, sicut passiones de subiectis dicens: neq; etiā hoc omne quod prdicatur secundū se de aliquo, pertinet ad hoc quodquid erat esse eius. Prędicatur. n. per se passio de proprio subiecto, sicut color de superficie: non tū quodquiderat esse est, quod ita inest alicui secūdum se, sicut superficiei inest album, quia non superficiei esse, est {album esse}. i. hoc ipsum quodquidest superficies, est quodquidest album. Alia. n. est quidditas superficiei, & albedinis. & non solum hoc quod est esse album, non est quodquid est superficiei, sed nec ipsum compositum ex vtrisque. si superficie, & albedine, quod est esse superficiē albā, vel esse superficiei albæ. Quidditas. n. vel essentia superficiei albæ, non est quidditas, vel essentia superficiei. Et si quęratur: quare? Respondeti potest {quia hoc adest ei}. i. quia cum dico superficiem albam, dicitur aliquid quod adhæret superficiei tanquā extrinsecum, & nō tāquā intrans essentiam eius. Vnde hoc totum, quod est superficies albā, non est de essentia superficiei. Prædicantur autē passiones de propriis subiectis ea ratione, quia propria subiecta in earum diffinitionibus ponuntur, sicut nasus ponitur in diffinitione simi, & numerus in diffinitione paris. Quædam vero ita prædicantur per se, quòd subiecta in eorum diffinitionibus nō ponuntur, sicut animal per se de homine, nec homo ponitur in diffinitione animalis. Cum ergo ea, quæ prædicantur per accidens, non pertineant ad quodquid est, nec illa quæ prædicantur per se in quorum diffinitionibus ponuntur subiecta, relinquitur quòd illa pertineant ad quodquidest, in quorum diffinitionibus non ponuntur subiecta. Et ideo concludit dicens, Text. cō. 12. par. 3. quòd hæc erit ratio in singulis quodquid erateſſe, in qua ratione {dicente ipsum} idest, describente prędicatum {non inerit ipsum} idest subiectum, sicut in ratione animalis nō. inest homo. Vnde animal pertinet ad quodquid est homo. Probat autem deducēdo ad inconueniens, quòd ea quæ prædicantur per se de aliquo, sicut propria passio de subiecto, non pertinēat ad quodquidest. Contingit enim de eodē subiecto plures passiones diuersas per se prædicari, sicut per se ꝓdicatur propria passio, coloratum & asperum & lene, quę sunt passiones superficiei. Eiusdem autem rationis est omnia huiusmodi prædicata ad quodquidest subiecti pertinere. Ergo, si albedo pertinet ad quodqd est superficiei, pari ratione & lenitas. Text. cō. 13. Quæ autem vni & eidem sunt eadem, sibijnuicem sunt eadem. {Quare, si superficiei album esse, est superficiei esse sēper} idest si semper & vniuersaliter hoc verum est, quòd quid ditas proprie passionis sit idē cum quidditate proprij subiecti, sequitur quòd albo esse & leni esse, sit {idē & vnum} idest quòd quidditas albedinis & lenitas sit una & eadem. hoc autem patet falsum esse. Relinquitur ergo, quòd quiderat esse proprię passionis & subiecti, non est idem & vnum. Deinde cum dicit.

c ¶ Inquirit, quorum sit quodquiderateſſe, & primo mouet quæstionem. Secundo soluit eam, ibi: {At vero secundum se dictorum.} Dicit ergo primo, quòd sunt quædam composita in alijs prædicamentis, & non solum in substantia. Quod qui dem dicit propter hoc, quòd substantiarum sensibilium, quæ sunt compositæ, quidditatem inquirit. Sicut enim in subilantijs sensibilibus compositis est materia, quæ subijcitur formæ substantiali, ita etiam alia prædicamenta habent suum subiectum. Est enim aliquod subiectum vnicuiq; eorum, sicut qualitati, & quantitati, & quando, & vbi, & motui, sub quo comprehenditur agere & pati. Vnde sicut quoddam compositum est ignis ex materia & forma substantiali, ita est quædam compositio ex substantijs & accidentibus. Et ideo perscrutandum est cum aliqua sit diffinitio substātiarum compositarum ex formis & materijs, si etiam cuiuscunque istorum compositorum ex accidentibus & subiectis {est ratio eius quodquiderateſſe} idest, si habent diffinitionem, quæ est ratio significans quodquid erateſſe. Et iterum si est in eis {hoc ipsum quodquiderateſſe} quod significat diffinitio, idest, si habent aliquam quidditatem siue aliquid, quod potest responderi ad quid. Sicut hoc ipsum quod est albus homo, est quoddam compositum ex subiecto & accidente, vtrum scilicet albo homini sit quodquiderateſſe ei, inquantum huiusmodi. Et quia forte aliquis posset dicere, q albus homo sunt duæres & non vna, ideo subiungit, quòd hoc ipsum quod dico, albus homo, habeat vnum nomen, quod causa exempli sit vestis. Et tunc quæstio erit de isto vno, scilicet de veste, vtrum habeat quodquid est, vt possimus dicere, quid est vestem esse? Tunc enim sicut hoc nomen homo, significat aliquid compositum scilicet animal rationale, ita & vestis significat aliquid compositum scilicet hominem album. Et ita, sicut homo habet diffinitionem, ita vestis poterit habere diffinitionem, sicut videtur. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit prædictā quæstionem, & diuidit hæc pars in duas partes, secundum qđ duas ponit solutiones. Secunda pars incipit, ibi: {Aut & diffinitio sicut & quodquid.} Dicit ergo primo, quòd hoc ipsum quod dico, albus homo, siue vestis, quæ hoc ponitur significare, nō est aliquod eorum quæ dicuntur se cundum se, immo ē aliquid eorum, quæ dicuntur per accns. Hoc enim quòd est homo albus, est vnū per accidens, & non per se, vt superius ē habitum. Quod autem aliquid dicatur, alteri esse vnum per accidens, & non secundum se, dupliciter dicitur, vno modo dicitur per accidēs, homo est albus, & alio modo album est homo. horum. n. aliud quidem est ex additione, aliud vero non. In diffinitione enim hominis, non est necessarium quòd addatur diffinitio albi, vel nomē eius In diffinitione vero albi, necesse est quòd ponatur homo, vel nomen hominis, vel eius diffinitio, si homo proprium subiectum eius est, vel aliquid aliud quod est eius ꝓprium subiectum. Et ideo, ad hoc exponendum subiungit, q istorum duorum, quæ dicuntur non secundum se, vnum adiungitur alteri, eo quòd ipsum accidens additur illi subiecto, quod in accidentis diffinitione ponitur, cum diffinitur. Sicut si aliqs diffiniat album, oportet quòd dicat rationem hominis albi, qa oportet quòd in diffinitione accidētis ponatur subiectū. & tūc diffinitio cōplectitur hominē albū. & sic erit quasi ratio hominis albi, & non albi tm. & hoc intelligendū est, vt dictū est, si homo sit propriū & per se subiectū albi. hoc autē adiungitur alteri per accidens, nō quia ipsum ponatur in diffinitione alterius, sed quia aliud apponitur ipsi in sua diffinitione: sicut album adiungitur homini per accidens, non quòd ponatur in diffinitione hominis, sed quia homo ponitur in diffinitione eius. Vñ, si hoc nomen vestis significat hominē albū, sicut nostrū est, oportet quòd ille, qui diffinit vestem, eodem modo diffiniat vestem, sicut diffinitur album. nam sicut in diffinitione vestis oportet quòd ponatur & homo, & album. ita in diffinitione albi, oportet quòd ponatur vtrunq;. itaq; ex dictis patet, q albū prędicat de homine albo. hæc enim est vera, albus homo est albus, & e contrario. Tamē hoc ipsum, quod est, albū esse hominem. non est quod-

Cum autem secundum cætera quoque prædicamenta composita sint (est etenim aliquod subiectum cuique, vt qualitati, & quantitati, & quando, & vbi, & motui) perscrutandum est: utrum est ratio ipsius quiderat esse cuique horum: & utrum ineſt etiam his ipsum quid erat. vt homini albo quid erat albo homini: sit autē nomen eius uestis: quid est uesti esse?

At uero, nec hoc eorum est, quæ secundum se dicuntur. An hoc, non secundum se, dupliciter dicitur. & huius est hoc quidem ex additione, istud uero non. Hoc enim dicitur, eò quòd ipsum, quod definitur, alteri adiacitur. utputa, si albo esse definiens, dicit albi hominis rationem. Istud uero, eò quòd aliud ipsi, ut si uestis album hominem significat, ille uero definit uestem ut album. quod autem est albus homo, est album quidem, non tamen quid erat esse albo homini, sed uesti esse. Vtrum est quod quid erat esse aliquod, aut simpliciter, an non? ipsum enim quodquiderateſſe est ipsū quid erat esse. cum uero aliud de alio dicatur, non est ipsum quod quid. ut homo albus non est quod quid: si ipsum quidem quod quid substantijs solis ineſt.

Quare, quod quiderateſſe illorum est, quorumcunque ratio est definitio. Definitio autem est, non si nomen idem, quod oratio significet (omnes etenim sermones definitiones

Quare quodquiderateſſe est quorumcunque ratio est diffinitio. Diffinitio vero est, nō si nomen rationi idem significet. (omnes enim essent rationes

Le. se. par. 1

Lect. 5. Tex. cō. 7.

est quodquideratesse albo. Sed neque vesti, quæ significat compositum hoc, quod est albus homo, vt dictum est. Sic igitur patet, quòd non potest esse idem quodquideratesse eius quod est album, & eius quod est albus homo, siue vestis, per hoc quòd album etiam si prædicetur de albo homine, non tamen est quod

Tex.cō.14. termini. Erit enim nomen qđ cuilibet rationi idem. Quare. & Ilias diffinitio erit. sed si primi alicuius fuerit. Talia vero sunt quæcunq; dicunt, nō eo q̄ aliud de alio dicatur. Non erit igitur non generis specierū existens quodquideratesse, sed his solum. hęc nanq; videtur nō secundū participationē dici, & passionē, nec vt accns. Sed ratio quidē erit cuiuslibet & aliorum quid significat si ē nomē, quia hoc huic inest, aut pro sermone simplici certior. Diffinitio vero non erit, nec quodquiderat esse.

LECTIO. IIII.

parte. 3. a VT & diffinitio sicut, & quodquidest multipliciter dicit. Etenī quodquidest, vno modo significat substantiam & hoc aliqd, alio vero modo quodcūq; prędicamentorum. quantitatē & qualitatem, & alia quæcunq; talia. Sicut enim ens existit in omnibus, sed non similiter, sed quòd quidem quideratesse, est quod aliquid erat esse. Esse enim quid, significat esse aliquid. Vnde illa, quæ non significant aliquid, non habent quodquideratesse. Sed quando aliquid de aliquo dicitur, vt accidens de subiecto, non est hoc aliquid: sicut cum dico, homo est albus, non significatur quòd sit hoc aliquid, sed quòd sit quale. Esse enim hoc aliquid conuenit solis substantijs. Et ita patet quòd album & similia non possunt habere quodquiderat esse. Sed quia aliquis posset dicere, quòd sicut inueniuntur aliquę rationes nominum significantium substantiam, ita inueniuntur aliquæ rationes nominum significantium accidentia, ideo concludit, quòd quodquideratelle non ē omnium quæ habent qualemcunque rationem notificantem nomen, sed eorum solum, quorum ratio est diffinitio. Ratio autem alicuius diffinitiua non est solum, si sit talis ratio, quæ significat idem cum nomine, sicut hoc quod dico armagerens significat idem cum armigero, quia sic sequeretur, quòd omnes rationes essent {termini} ideſt diffinitiones. Potest enim poni cuilibet rationi nomen, sicut potest poni huic rationi, quòd ē homo ambulans, vel homo scribens, nec tamen propter hæc sequitur, quòd illa sint diffinitiones: quia secundum hoc sequere 2
tur, quòd {etiam Ilias} ideſt poema factum de bello Troiano, K
esset vna diffinitio. Est enim totum illud poema vna ratio exponens bellum Troianum. Patet igitur, quòd non quæcunque ratio significans idem cum nomine, est eius diffinitio, sed solum est diffinitio si {fuerit alicuius primi} ideſt si significet aliquid p se dictum. Hoc enim est primum in prædicationibus quod p se prædicatur. Talia vero, scilicet prima sunt quæcunq; prædicantur per se, & non quia aliud de alio dicitur: sicut album prædicatur de homine non per se, quasi sit idem quod album & quod homo sed prædicantur de seinuicem per accidens. Animal vero prædicatur de homine per se, & similiter rationale de animali. & ideo hoc quòd dico animal rationale, diffinitio est hominis. Sic ergo patet, quòd quodquideratesse non erit alicuius, quod non sit de numero specierum alicuius generis, sed {solum his} ideſt solum speciebus. Species enim sola diffinitur, cum omnis diffinitio sit ex genere & differentijs. Illud autem, quod sub genere continetur, & differentijs constituitur, est species. & ideo solius speciei est diffinitio. Solæ enim species videtur dici non secundum participationem, & passionem, nec vt accidens. In quo remouet tria, quæ videntur impedire, quòd aliquid non diffiniatur per aliquod genus. Primo nanque ex, de quibus genus prædicatur secundum participationem, non possunt diffiniri per illud genus, nisi sit de essentia illius diffiniti. Sicut ferrum ignitum, de quo ignis per participationē prædicatur, non diffinitur per ignem, sicut per genus, quia ferrū non est per essentiā suam ignis, sed participat aliquid eius. Genus autem non prædicatur de speciebus per participationem, sed per essentiam. Homo enim est animal essentialiter, non solum aliqd animalis participās. Homo enim ē quod verum est animal. Item: subiecta prædicantur de proprijs passionibus, sicut nasus de simo, & tamen essentia nasi, non est essentia simi. Species enim non se habent ad genus sicut propria generis passio, sed sicut id, quod est per essentiam idem generi. Potest etiam album prædicari de homine per accidēs, nec essentia hominis est essentia albi, sicut essentia generis est essentia speciei. Vnde videtur, quòd sola ratio speciei, quæ ex genere & differentijs constituitur, sit

essent, erit nanque nomen idem cuicunque sermoni. quare & Ilias definitio erit: sed si primi alicuius sit. talia uero sunt, quæcunque dicuntur, non eo quòd aliud de alio dicatur.

Non ergo ulli eorum, quæ non sunt species generis, inerit quod quid erat esse, sed his solum. hęc enim uidentur non secundum participationem, & passionem, nec ut accidens dici. Sed oratio quidē cuiusque etiam aliorum erit quid significat, si nomen sit, quòd hoc huic inest: aut pro simplici oratione certior. definitio uero non erit, neque quodquideratesse.

LECTIO. IIII.

H *AN definitio quoque ut & ipsum quid est, multipliciter dicitur. Etenim ipsum quid est, uno quidem modo substantiā & quod quid significat, alio uero singula eorum, quæ prædicantur, quantitatem, qualitatem, & quæcunque cætera talia sunt. Quemadmodum enim & ipsum est, inest quidem omnibus, non tamen similiter, sed huic quidem*

diffinitio. sed in alijs quidem si est eis nomen positum, potest esse ratio declarans quid significat nomen. Quod quidem contingit dupliciter. vno modo sicut quando nomen minus notū manifestatur per magis notum, quod de eo prædicatur, vt si hoc nomen philosophia, notificetur per hoc nomen sapientia. Et I
hoc est quod dicit. {Quod autem huic inest} scilicet quando ratio exponens nomē accipitur ab aliquo nomine notiori, quod prædicatur de eo. Alio modo, quando accipitur ad expositionem nominis simplicis aliqua oratio notior, sicut si ad exponēdum hoc nomen Philosophus, accipitur hæc oratio, amator sapientiæ. Et hoc est quod dicit. {Aut pro sermone simplici} quasi ad expositionem huius simplicis dictionis, certior oratio accipitur. Tamen talis ratio non erit diffinitio, nec id quod p eam significatur, erit quodquideratesse.

LECTIO. IIII.

I IC ponit secundam solutionem propositæ quæstionis, & circa hoc tria facit. Primo ponit solutionē. Secundo probat eam ibi. {Illud autem palam &c.} Tertio remouet quasdam dubitationes, quæ possent ex prædictis oriri. ibi {Habet autem dubitationem.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo diffinitio & quodquidest inuenitur in substantia & accidentibus. Secundo quomodo de veris que prædicetur. ibi {Oportet quidem igitur intendere.} Dicit ergo primo, quòd dicendum est, sicut in prædicta solutione est dictum, quòd quod quid est & diffinitio non sit accidentium, sed substantiarum: aut oportet secundum aliū modum soluendi dicere, quòd diffinitio dicitur multipliciter, sicut & quodquidest. Ipsum enim quodquidest, vnomodo significat substantiam & hoc aliquid, alio modo significat singula aliorum prædicamentorum, sicut qualitatem & quantitatem & alia huiusmodi talia. Sicut autem ens prædicatur de omnibus* prædicamentis, non autem similiter, sed primum de substantia, & per posterius de alijs prædicamentis, ita & quodquidest, simpliciter conuenit substantiæ {alijs autem alio modo,} id est secundum quid. Quod enim {aliquo modo,} id est secundū qđ alijs

Universidad de Deusto Biblioteca

alijs conueniat quid est, ex hoc patet, quòd in singulis prędicamentis respondetur aliquid ad quæstionem factam per quid. Interrogamus enim de quali, siue qualitate, qđ est} sicut quid est albedo, & respondemus quòd est color. Vnde patet, quòd qualitas est de numero eorum, in quibus est quodquidest: non tamen simpliciter in qualitate est quid ē, sed quid est qualitatis. Cum enim quæratur quid est homo, & respondetur animal, ly animal, quia est in genere substantiæ, non solum dicit qđ est homo, sed etiam absolute significat quid, ideſt substantiā. Sed cum quęritur quid est albedo, & respondetur color, licet significet quid est albedo, non tamen absolute significat quid, sed quale. Et ideo qualitas non habet quid simpliciter, sed secundum quid: inuenitur enī in qualitate quid huiusmodi: vt cum dicimus, quòd color, est quid albedinis. Et hoc quid, magis est substātiale quam substantia. Propter hoc enim quòd omnia alia prędicamenta habent rationem entis a substantia, ideo modē entitatis substātiæ scilicet esse quid, participatur se cundum quandam similitudinem proportionis in omnibus alijs predicamentis. vt dicamus, quòd sicut animal est quid hominis, ita color albedinis & numerus dualitatis: & ita dicimus qualitatē habere qđ non simpliciter, sed huius. Sicut aliqui dicunt logice de non ente loquentes, non ens est, non quia non ens sit simpliciter, sed quia nō ens, est non ens, et simpliciter qualitas non habet quid simpliciter, sed quid qualitatis. Deinde cum dicit.

Tex.cō.16. part. 3. c Illud aūt palam, quia quæ primo & simpliciter diffinitio, & qđquideratesse, substantiarū est & nō solum, sed & aliorum similiter est, verūtū non primo Non.n.est necesse, si hoc ponimus, huius diffinitionē esse qđ vtique rationi idem significet, sed cuidam rationi. Hoc aūt, si vnius fuerit, nō eo q̄ continuū: sicut Ilias aut quęcūq; colligatiōe, sed si quoties dicit vnum. Vnum vero dicit sicut ens. Ens aūt hoc quidē hoc aliqd. aliud vero quātitatē, aliud qualitatē significat. quapropter erit albi hois ratio & diffinitio, alio vero modo albi, & substantiæ.

b ¶ Oportet qdem igitur intendere quo oportet dicere circa vnumquodque. non tamen magis quam quo habet. Quapropter & nunc quoniā, quod dicitur manifestū et quodquiderat esse similiter inerit, primū quidem & simpliciter substantię, deinde aliis, quemadmodū qđ est, nō simpliciter quideratesse, sed qualitati, aut quātitati, quideratesse. Oportet.n.aut ęquiuoce hoc dicere esse entia, aut addentes, aut auferentes, quēadmodū & quod non scibile, scibile. Qm hoc quidem rectum est neque æquiuoce dicere, neque eodē modo, sed quem admodū medicinale, eo qđ ad idē quidē & vnū, nō idem aut: & vnū, non tn neque æquiuoce nihil.n. medicatiuum corpus, & opus, & vas dicitur: nec æquiuoce, nec secundū vnū, sed ad vnū. hoc quidē igit quocūq; mō quis velit dicere, differt nihil.

Oportet igitur considerare & quo modo de quocunque dicere decet, non tamē magis, quam quomodo se habet. Quare nunc quoque, cum manifestum quod dicitur sit, ipsum etiam quodquideratesse similiter inerit, primo quidem & simpliciter substantiæ, deinde cæteris sicut et ipsum quid est, non simpliciter quid erat esse, sed qualitati aut quantitati quid erat esse.

Oportet etenim aut æquiuoce ista esse, aut cum additione vel ablatione, sicut & quod nō scibile, scibile. nam rectius est, neque æquiuoce dicere, neque eodem modo: sed quemadmodum medicinale, eo quòd ad idem quidem & vnum, non autem idem & vnum, non tamen etiam æquiuoce. nullum etenim medicinale corpus, opus, & vas dicitur æquiuoce, neque secundū vnum, sed ad vnum: sed hæc quidem quomodocunque dicere quis uelit, nihil differt.

Illud autem manifestum est, quòd quæ primo & simpliciter definitio, & quod quid erat esse substantiarum est, ad cæterorum quoque similiter est, non tamen primo. Non enim est necesse, si hoc ponamus huius diffinitionem esse quodcunque orationē idē significat, sed quod aliqua oratione. hoc aūt si unius sit, non continuatione, sicuti Ilias, aut quæcunque coniunctione, sed si quoties dicitur unum. Vnum autē dicitur, sicuti & ens, ens autē, quoddā ipsum quod quid, quod dam quantum, quoddam quale quid significat. Quare & albi hominis erit oratio & diffinitio, alio uero modo & albi, & substantiæ.

dicitur. nec etiam dē ęquiuoce. Dicitur.n. corpus medicabile, quia est subiectū medicinæ: & opus medicabile quia exercet a medicina vt purgatio, et vas medicinale, quia eo vtit medicina, vt clystere. Et sic patet, q̄ non dicitur oino equinoce medicinale de istis tribus, cū i equiuocis nō habeatur respect ad aliqđ vnū. Nec iterū vniuoce dicitur fm vnam rōem. non.n. est eadē ratio, secundū quam dicitur medicinale, id quo vtitur medicina & quod facit medicinam, sed dicitur analogice per respectum ad vnū. sad medicinam. Et similiter quodquidest & diffinitio, nō dicitur nec ęquiuoce, nec vniuoce de substantia & accidente, sed per respectum ad vnū. Dr. n. de accidente in respectu ad substātiam, vt dictum est. Et q̄ posuerat duas solutiones, subiungit q̄ nihil differt qualiter eunque aliquis velit dicere de ꝓmissa quæstione, siue dicatur q̄ accidentia nō habēt diffinitionem, siue q̄ habent, sed per posterius fm qd. Qđ tn dē in prima solutione, q̄ nō hent diffinitione accidētia, intelligitur p prius & simpliciter Deinde cum dicit.

c ¶ Probat secundo positam solutionem dicēs. Illud pala esse, quòd diffinitio & qđ quideratesse, primo & simpliciter est substantiarum, nō tn solum & substantiaru, cum etiam accidentia aliquo modo habeant diffinitionem, & quodquideratesse, nō tamen primum. & hoc sic patet. nō enim omnis ratio, qua nomē per rationem exponitur, idem est quod diffinitio, nec nomen expositum per quamcunque rationem, semper est diffinitum, sed alicui determinatę rationi comperit, quod si diffinitio illi, scilicet quæ significat vnum. Si.n. dicam quòd Socra. est albus & musicus & crispus, ista ratio non significat vnum, sed multa, nisi forte per accidens. Et ideo talis ratio non est diffinitio. non tamen sufficit quòd sit vnum in continuitate illud, quod per rationem significatur, ad hoc quòd sit diffinitio. Sic enim {Ilias,} ideſt poema de bello Troiano esset diffinitio, q̄a illud bellū in quadā cōtinuitate ꝓis est peractū. Aut ē non sufficit q̄ sit vnum per colligationē, sicut hæc ratio non esset diffinitio domus, si diceret, q̄ domus est lapides, & crementū & ligna. Sed tunc ratio significās vnū, erit diffinitio, si significet vnum aliquod illorū modorū, quorū quoties vnum per se dicitur. Vnum.n. dicitur multipliciter sicut & ens. Ens autem, hoc quidem significat hoc aliquid, aliud quantitatē, aliud qualitatem, & sic de alijs. & tamen per prius substantiā, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

consequenter alia. Ergo simpliciter vnum, per prius erit in substantia, & per posterius in aliis. Si igitur ad rationem diffinitionis pertinet ꝙ significet vnum, sequitur ꝙ erit ratio albi hominis diffinitio, quia albus homo, est quodam modo vnum. Sed alio modo erit diffinitio tō albi, & rō subg

Tex. cō. 17. par. 14.

erit diffinitio ꝙ prima ratio albi per posterius, sicut vnum per prius & posterius dicitur. Deinde cum dicit.

d ¶ Remouet quasdā dubitationes circa p̄determinata, & diuiditur in duas, secundum duas dubitationes, quas remouet. Secunda, ibi {Est autem & alia dubitatio.} Præuotanda autem sunt duo ad euidentiam primæ particulæ, quorum primum est, ꝙ quidam dicebant nullam diffinitionem esse {ex additione}, i. ꝙ in nulla diffinitione ponitur aliquid, quod sit extra essentiam diffiniti. Et videbantur pro se habere hoc, ꝙ diffinitio significat essentiam rei. Vnde illud, quod est extra essentiam rei, nō debet poni in eius diffinitione, vt videtur. Secundum est, quòd quædā accidētia sunt simplicia, & quædā copulata. Simplicia dñr quę nō habet subiectū determinatū, quod in eorū diffinitione ponatur, sicut curuum, & concauum &, alia mathematica. Copulata aūt dñr, quę hñt determinatum subiectum sine quo diffiniri non p̄nt. Est ergo dubitatio: si aliquis, velit dicere quòd ratio, q̄ est ex additiōe, nō est diffinitio illorum accidentiū, quæ sunt simplicia, sed copulatorum erit diffinitio. videtur. n. ꝙ nullius illorum possit esse diffinitio. Palam est ergo, quòd si illa diffiniunt, necesse est, eorum diffinitionem ex additione facere, cum sine proprijs subiectis diffiniri non possit. Sicut, si accipiamus hæc tria, scilicet nasus, & concauitas. & simitas, concauitas est simpliciter accidens, præcipue in comparatione ad nasum, cum non sit nasus de intellectu concaui. Simitas autem est accidēs compositum, cum sit nasus de intellectu eius. Et ita simitas erit quoddam dictum ex duobus, inquantum significat {hoc in hoc,} idest determinatum accidens in determinato subiecto, & nec concauitas nec simitas est passio nasi secundum accidens, sicut album inest Callię, & homini per accidens, inquantum Callias est albus, cui accidit hominem esse. sed simū, est passio nasi secundum se. naso enim inquantum huiusmodi, competit esse simum. Alia autem translatio loco eius, quod est concauum, habet aquilinum. Et est planior sensus, quia in diffinitione aquilini, ponitur nasus, sicut in diffinitione simi. Sed sicut masculinum per se competit animali, & æquale quantitati, & omnia alia quæcunque secundum se dicuntur existere in aliquo, quia de omnibus est eadem ratio, & {huiusmodi

Tex. c. 19

Tex. cō. 18. par. 5.

d Habet aūt dubitationē, siqs nō dicat diffinitionē ēt ex additione rōnē, cuiusnā erit diffinitio ipsorū non simplicium, sed copulatorū. Ex additione. n. necesse facere. Dico aūt vt est nasus. & concauitas, & simitas ex duobus dictū, eo ꝙ hoc in hoc est, & nō scd̄m accns: nec concauitas, nec simitas passio nasi, sed scd̄m se: nec vt albū Calliæ, aut hōi, qa Callias albus, cui accidit hōinē esse: sed vt masculi nū aiali & quantitati æquale, & oīa q̄cūq; scd̄um se dicunt existere. Hæc aūt sunt ī quibuscūq; exīstit aut ratio aut nomē, cui, hæc passio, & non cōtingit ostē dere separatim: sicut albū sine hoīe contingit, sed̄ non fœminum sine aiali. Quare horum quodquideratesse & diffinitio, aut nō est alicuius, aut si est, alicuius est: quēadmodū diximꝰ.

e Est autē & alia dubitatio de eis. Si. n. idem est nasus simus, & concauus nasus. idē erit simum & concauum. Si vero non, quia impossibile est dicere simum si ne re, cuius est passio scd̄m se, & est simū concauitas in naso, nasum simū dicere aut non est, aut bis idem dictū, nasus, nasus concauus. nasus autē simus nanasus concauus erit. Propter quod, inconueniens est ineſſe talibus quodquideratesse. si autē nō, in infinitum sunt. naso nāq; nasi simum, adhuc aliud inerit. Palàm itaq; quia solius substantię est diffinitio. Nā & si aliarū cathegoriarū necesse est ex additione esse. vt equalis & impar. nō est sine numero, neq; quę est fœminini sine aiali. Ex ad-

f sunt in quibus, {idest in quorum rationibus exīstit nomen eius {cuius est passio} idest subiecti, aut etiam ratio eius. Semper enim in diffinitionibus potest poni ratio loco nominis. sicut si dicimus, quòd homo est animal rationale mortale, potest poni loco nois a ialis diffinitio. vt dicat, qòd homo est sub

Habet autem dubitationem, siquis nō dicat diffinitionem esse eam quæ ex additione, sit. rationum, cuius erit definitio non simplicium, sed copulatorū. Ex additione enim necesse est manifestare. Dico autem ut puta est nasus, & concauitas, & simitas, quod ex ambobus dicitur: eo quōd hoc in hoc, & nō

G *secundū accidens. neq; concauitas, neque simitas passio nasi, sed secundum se, nec ut albū Calliæ, aut homini, quoniam Callias albus est cui accidit homini esse: sed ut masculū animali, & æquale quante, & cuncta quæ per se esse dicuntur. Hæc aūt sunt, in quibus inest, ut ratio, aut nomen eius, cuius hæc passio est, & nō cōtingit separatim ostendere. sicut album absq; homine contingit, sed non fœmininum absq; animali. Quare istorū quod quid erat esse, & diffinitio, aut nullius est, aut si*

H *est, aliter est, quàm quemadmodum diximus.*

Est autem alia quoq; de eis dubitatio. Si. n. idem simus nasus. et concauus nasus idemi erit simum, & concauū. Quōd si non, propterea quōd impossibile est dicere simū absque ipsa re, cuius per se passio est, & simum erit concauitas in naso, nasum simum, aut non est dicere, aut bis idē erit dictū nasus, nasus concauus. nasus nanque simus, nasus concauus erit. propter quod inconueniēs est talibus ineſſe quod quid erat esse. quod si non, in infinitum, progredietur. naso nanque naso simo aliud inerit. Patet igitur quōd solius, substantiæ diffinitio est. Si enim & ceterorum quoque prædicamentorum, necesse ex additione esse. ut qualitatis. & imparis. non enim sine numero, nec huius; quod est fœminini, sine animali. Ex addi-

I

K

dubitationē, circa quā duo facit. Primo mouet dubitationē. Secūdo ponit solutionē ibi {Sed latet &c.} Dicit ergo primo, ꝙ est alia dubitatio de p̄dictis, Aut. n. est idē dicere nasus simus, & nasus concauus, aut nō: si idē, sequet̄ qđ idē sit simum & concauum, qđ patet esse falsū, cū alia sit diffinitio vtriusq;. Si aūt non est idem dicere, nasum simū, & nasum concauum, pp hoc quod simū non pōt intelligi {sine re cuius est per se passio}, i. sine naso, cum simum sit concauitas in naso, concauū vero pōt dici sine naso, sequetur si hoc quod dico simum, plus habet quàm concauum, quòd hoc scilicet quod est nasus, vel non possit dici nasus simus, vel si dicatur, erit bis idē dictū, vt dicamus quòd nasus simus est, nasus nasus concauus. Semper enim loco nominis, potest poni diffinitio illius nominis. vnde cum dicitur nasus simus, poterit remoueri nomen simi, & addi nasi diffinitio simi, quę est nasus cōcauus. Sic ergo videtur dicere quòd nasum simū, nihil aliud est q̄ dicere nasum nasum concauū, quod est inconueniens. Propter quod, inconueniens videtur dicere quod in talibus accidētibus sit quodquideratesse. Quod si hoc non

non est verum, ꝙ in eis non sit quodquideratesse, in infinitum A
het repetitio eiusdem nominis, semper posita nominis diffini
tione pro nomine. Constat enim, quòd cum dico nasus con-
cauus, loco concaui potest accipi simum, quia concauitas in
naso, non est nisi simitas, & loco simi, iterum nasus concauus,
& sic in infinitum.

Palam est itaque, vt
videtur, quòd solius
substantiæ est diffini
tio. Si enim esset alio
rum prædicamento-
rū, oporteret quòd
esset ex additione su
biecti, sicut diffinitio
æqualitatis, & diffi
nitio imparis, oporteret, quod sumeret
ex diffinitione suo-
rum subiectorū. Non
enim diffinitio im-
paris est sine nume-
ro, nec diffinitio fœ-
minini, quod signi-
ficat quandam quali-
tatem animalis, est
sine animali. Si ergo
diffinitio aliquorum
est ex additione, se-
quetur, ꝙ bis accidat
idem dicere, sicut in
præmissis est ostēsum. Vnde si verum
est, ꝙ hoc inconue-
niens sequatur, sequi
tur ꝙ accidentia co-
pulata non habent
diffinitionem. De-
inde cum dicit.

f ¶ Soluit premissam quæstionem dicens, quòd mouentem p̄di
ctam qōnem latet, ꝙ
rōnes non dicuntur
{certe}, i. certitudi-
naliter, quasi ea, quæ
dicūtur vniuoce, sed
dicuntur ſm prius &
posterius, vt supra di
ctum est. Si autē præ
dicta accidentia co-
pulata habent termi
nos, idest rationes aliquas, oportet quòd alio modo sint illi ter-
mini q̄ diffinitiones, aut ꝙ diffinitio & quodquideratesse, qđ signi
ficatur per diffinitionem, dicatur multipliciter. Quare {sic quī-
dem,} id est simpliciter per prius, nullius erit diffinitio nisi sub-
stantiæ, nec etiam quodquideratesse. {Sic autem,} idest secun-
dum quid & posterius, erit etiam aliorum. Substātia enim, quæ
habet quidditatem absolutam, non dependet in sua quidditate
ex alio. Accidens autem dependet a subiecto, licet subiectum
non sit de essentia accidentis. Sicut creatura dependet a creatore,
& tamen creator non est de essentia creaturæ, ita ꝙ oporteat
exteriorem essentiam in eius diffinitione poni. Accidentia ve-
ro non habent esse nisi per hoc, quòd insunt subiecto: & ideo
eorum quidditas est dependens a subiecto. Et propter hoc
oportet, quòd subiectum in accidentis diffinitione ponatur,
quandoque quidem in recto, quandoque vero in obliquo. In
recto quidem, quando accidens significatur vt accidens incon-
cretione ad subiectum, vt cum dico: Simus est nasus concauus.
Tunc enim nasus ponitur in diffinitione simi quasi genus, ad de
signandum, quòd accidentia non habent subsistentiam nisi ex
subiecto. Quando vero accidens significatur per modum sub-
stantiæ in abstracto, tunc subiectum ponitur in diffinitione eius
in obliquo, vt differentia: sicut dicitur, simitas est concauitas
nasi. Patet igitur quòd cum dico, Nasum simum, non oportet lo
co simi, accipere nasum concauum, quia nasus non ponitur in
diffinitione simi, quasi sit de essentia eius, sed quasi additum
essentiæ. vnde simum & concauum per essentiam idem sunt, sed
simum addit supra concauum, habitudinem ad determinatum
subiectum. Et sic determinato subiecto, quod est nasus, nihil
differt simus a concauo: nec oportet aliquid loco simi ponere
nisi concauum, & sic non erit dicere loco eius, nasus concauus,
sed solum concauus. Vltimo concludit ex prædictis, quòd pa-

Part. 6.

Part. 2.

Lect. 3.

Part. 3.

ditione vero dico, in quibus ac
cidit idem bis dicere, sicut in
his. Si vero hoc verum, non co-
pulatorū erit, vt numeri īparis.

f Sed latet, qa non certe dicun
tur rōnes. Si vero sunt & horū
termini, aut alio modo sūt, aut
quēadmodum dictum est, mul-
tipliciter oportet dicere esse
diffinitione & quodqderatesse.
quare sic quidē nullius erit dif
finitio, nec quodqderatesse ali-
cui inerit, nisi substātijs, sic aūt
erit. Quod quidem igitur diffi
nitio quæ quidem est ipsius qd
erat esse ratio, & quodquiderat
esse, aut solum substantiarum
est, aut maxime & primum &
simpliciter, palàm.

LECTIO V.

Tex. cō. 20. pag. prima.

a Trum autem idem est, aut alterū quodquid
erateſſe, & vnumquod
quę, perscrutandum est. Est. n.
aliquod præopere ad de substā-
tia perscrutationem.

b Singulum enim non aliud vi
detur esse a suimet substantia,
& quodquideratesse dicitur sin
guli substantia.

c In dictis quidem itaq; scd̄m
accidēs videbitur vtiq; diuer-

lām est, quòd diffinitio, quæ est ratio eius quodquideratesse,
& ipsum quodquideratesse, solum est substantiarum, sicut
prima solutio habebat. Vel est primo & simpliciter earum, &
per posterius & secundum quid accidentium, vt in secunda
solutione dicebatur.

LECT. V.

Ostquam determinauit Philosophus quid est quodquideratesse, & quorum, consequenter inquirit quomodo se habeat quodquideratesse ad id, cuius est, vtrum scilicet vt idē, vel vt diuersum. & circa hoc tria facit. Primo mouet quæstionem. Secundo solu it eam. ibi {Singulum enim nō aliud.} Tertio ostendit, ꝙ ex solutione prædicta, possunt solui sophisticæ rationes, quæ circa hæc fiunt. ibi {Sophisticè vero elēchi.} Dicit ergo primo, ꝙ perscrutandum est: vtrum quodquid erat esse cuiuscunq;, & vnumquodq; cuius est quodquideratesse, sit idem aut diuersum. sicut: vtrum quodquideratesse homini, & homo sit idē, aut diuersum, & similiter de aliis. Hoc. n. inquirere & manifestare, est aliquid {præopere} id est præcessarium ad perscrutationem de substantia, quam intēdimus facere in sequentib⁹. Intendit. n. inquirere inferius: vtrum vniuersalia sint substantię rerum, & vtrum partes diffinitorum intrent in diffinitionem eorum, & ad hoc valet ista perscrutatio, quam nunc proponit. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit propositam quæstionem, & circa hoc tria facit. Primo ponit quæstionis solutionem. Secundo probat eam: ibi. {In dictis vero secundum se.} Tertio, ostendit contrarium solutionis prædictæ esse absurdum & impossibile. ibi {Absurdum vero apparebit.} Circa primum duo facit. Primo enim ostendit quid prima facie circa quæstionem propositam verum esse videatur. Secundo, ostendit in quo eius contrarium accidat ibi. {In dictis quidem itaque.} Dicit ergo primo, quòd statim, id est in primo aspectu, hoc videtur esse dicendum, quòd in omnibus rebus singulum non sit aliud a sui substantia. Hoc autem quod est quodquideratesse, est substantia eius, cuius est quodquiderat esse. Vnde videtur per hanc rationem in primo aspectu, quòd quodquideratesse sit idem, & non alterum ab vnoquoque cuius est. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit in quibus quod præmissum est, non sit verum dicens, quòd quodquideratesse, pro tanto videtur esse non aliud ab eo cuius est, quia est eius substantia. Itaque in aliis, quæ prædicantur secundum accidens, & non dicunt substantiam subiecti, videtur esse diuersum quodquideratesse prædicati a subiecto. Alterum enim est id {quod est esse albo hominis,} idest quodquideratesse albi hominis, ab eo, quod est albus homo. Quod sic videtur: quia cum dicitur homo albus, supponitur homo. idem enim est homo & homo albus, vt dicunt. Si enim albus haberet esse aliud a subiecto, aliquid prædicaretur de composito, ratione albi, vel posset prædicari, quia non esset contra rationem eius. Quod enim prædicatur de homine albo, non prædicatur de eō, nisi quia prædicatur de homine. Accidens enim non est subiectum, nisi ratione

Part. 4.

Part. 8.

Part. seq.

Infra pt. 1. c

substantiæ. Vnde secundum quod in albo inest igitur homo, homo & homo albus sunt idem. & p tanto id, quod erit esse albo hominis, erit eriã esse hominis. Si igit quo d quideratesse albi hominis, sit idem albo hominis, erit etiã idem hominis sed non est idem hominis: ergo quodquideratesse albi hominis, non est idem albo homini. Et sic in his, quæ sunt secundum accidens, quodquideratesse alicuius, non erit idem cum eo, cuius est quodquideratesse. Quod autem quod quid erat esse albi hominis non sit idem homini, patet, quia non est necesse quòd quæcũque dicuntur secundum accidens de aliquo subiecto, p sint eadem illi. Subiectũ enim est quodãmodo mediũ inter duo accidentia, quæ prædicantur de ipso, inquantum illa duo accidentia non vniuntur nisi vnitate subiecti, sicut albũ & musicum vnitate hominis, de quo prædicantur. est ergo homo vt medium, album autẽ & musicum sunt extremitates. Si autem album esset idem homini per essentiam, pari ratione, & musicum & ita ista duo extrema albũ & musicum essent per essentiam idem, quia quæcũque vni & eidem sunt eadem, & sibiinuicem sunt eadem, hoc autem est falsum, p istæ extremitates sunt eædem per essentiam. sed forsan hoc videtur esse verum, p sint eædem per accidens. Hoc autem certum est p album & musicũ sunt idem per accidens. Sed ex hoc posset aliquis opinari, p sicut album & musicum sunt idem per accidens, ita etiam hoc quod est esse albo, & quod est esse musico, ideſt quodquidest vtriusque sit idem per accidens. sed hoc non videtur esse verum. album enim & musicum sunt idem per accidens ex hoc, quòd vtrunque est idem per accidens homini. Non autem quodquidest esse albi, nec hoc quodquidest musici, sunt idem cum eo, quod est quodquidesteſſe hominis. Vnde quodquidesteſſe albi, & quodquidesteſſe musici, non sunt idem per accidens, sed solum album & musicum. Deinde cum dicit.

*Alia litera similiter.

pur. 4.

part. 5.

part. 6.

part. 7.

sum esse. vt albus homo, alterũ & albo homini esse. Si enim idẽ homini esse, & albo homini idem: idẽ.n. homo, & albus homo. vt dicũt: quare & albo homini, & homini. Aut nõ necesse est quęcunq; secundum accidens, esse eadem. non.n. simpliciter extremitates siũt eędem. sed forsitan illud videtur accidere, extremitates fieri eaſdem secundum accidens. vt albo esse & musico. videtur autem nõ.

d In dictis vero secundum se, semper necesse idem esse. vt si q̃ sunt substantię, quibus alterę non sunt substantię, nec alterę naturæ priores, quales dicunt ideas esse quidam. Si enim erit alterum ipsum bonum, & quod bono esse: & animal, & qđ animali esse: & ens, & quod enti, erunt aliquæ substantię & naturæ & ideæ præter predictas, & priores substantię illis: si quod quideratesse substantię est.

e Et si quidẽ absolute abinuicem, harum quidẽ non erit sciẽtia: hęc aũt non erunt entia. Dicit aũt absolui, si nec bono ipsi, existit esse boni, nec huic esse bonum. Scientia.n. cuiuslibet p hoc quodquideratesse illi, & in bono & in alijs similiter se habet. Quare, si nec bono, esse bonum, nec quod enti ens. nec qđ vni vnum, similiter aũt omnia sunt, aut nullum quodquiderat esse. Quare si nec qđ enti ens, nec aliorũ nullũ. Amplius cui non ineſt bono esse, non bonũ.

f Necesse igitur est vnum esse benignũ & benigno esse, & bono, & bonum esse, quæcũq; non secundum aliud dicuntur, sed primo & scđm se. Etenim hoc sufficiens si extiterit, q̃q̃ nõ sint species: magis autem forsan & si sint species. Simulq; palam, quia si sunt ideę quales quidam dicunt, non erit subsſtãtia subiectum. has.n. species esse est necesse, non de subiecto. erunt.n. secũdum participationem. Ex his itaq; rationibꝰ patet vnum & idẽ, non secundum accidens esse ipsum vnumquodque, & quodquideratesse: & quod scire vnumquodque horum, est quodquideratesse scire. quare secundum expositionem necesse est, vnum esse aliquod ambo.

g Secundum accidens vero dictum, vt musicum, aut album, pp dupliciter significare, nõ est verum dicere, quia idem quod quideratesse & ipsum: & enim cui accidit album, & accidens. Quare est quidem vt idem, est autem vt non idem quodquideratesse & ipsum. nam homini & albo homini non idem, passioni autem idem.

h Absurdum vero apparebit, & siqs vnicuiq; nomẽ imposuerit ipsorum quodquideratesse. erit.n. & pter illud aliud ei, qđquideratesse, vt equo ipsi, quod quideratesse equo alterum. Et qđ phibet nunc esse statim qđquideratesse, siquidẽ substãtia est quodquideratesse? At vero nõ solum vnum, sed est rõ eadẽ ipsorum, sicut palam est ex dictis. non.n. secundum accidens vnum, quod vni esse & vnum.

i Manifestat solutionem propositam. & circa hoc duo facit. Primo manifestat eam quantum ad ea, quæ dicuntur per se. Secundo quantum ad ea, quæ dicuntur per accidens, ibi. {Secundum accidens vero dictum.} Circa primum duo facit. Primo manifestat propositam quæstionem quantum ad ea, quæ dicuntur per se. Secundo concludit conclusionem intentam. ibi {Necesse igitur est vnum esse.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd in his, quæ dicuntur per se, non est aliud quodquideratesse, & id cuius est. Secundo quòd non est separatum: ibi. {Et siquidem absolute.} dicit ergo primo, quòd in illis, quæ dicuntur per se, semper necesse est idem esse quodquideratesse, & id cuius est. Quod patet, si ponantur aliquæ substantiæ abstractæ ab istis sensibilibus: quibus non sunt aliquæ aliæ substantiæ abstractæ, nec aliquæ naturæ priores eis, huiusmodi enim substantias Platonici dicunt esse ideas abstractas. Si enim quodquideratesse, est aliud ab eo cuius est, oportebit hoc esse verum in omnibus in quibus est, quodquideratesse, cuiuslibet autem substantiæ est quodquideratesse, erit ergo aliquid aliud a qualibet substantia quodquideratesse ejus. Et ita etiam quodquiderat esse substantiæ idealis, erit aliud ab ea. Et ita {si ipsum bonum,} ideſt si idea boni, {& quod est bono esse,} ideſt quodquideratesse huius ideæ, est alterum, & similiter ipsum animal, & quod est animali esse, & ipsum ens, & quod est enti esse, & ita in omnibus aliis ideis, sequetur quòd sicut istæ substantiæ ideales ponũtur pręter substantias sensibiles, ita erunt aliæ substantiæ, & aliæ naturæ & ideæ præter ideas dictas a Platonicis, quæ erũt quodquideratesse illarum idearum, & etiam illæ aliæ substantiæ sunt priores ideis. Et hoc dico sequetur {si quodquiderat esse, substantiæ est,} ideſt si quelibet substantia habet quodquideratesse, vt dictum est: vel si hoc quodquiderat esse pertinet ad substantiam rei. Illud enim, a quo substantia rei dependet, est prius ea. Deinde cum dicit.

puta albus homo aliud est, & albo homini esse. si enim ipsi homini esse, & albo homini idem: idem nanque homo. & albus homo, vt aiunt; quare & albo hominũ, & homini. An non necesse est quæcunque secundum accidens eadem esse. non enim extrema similiter eadem fiunt, G *sed fortassis illud videtur accidere, extrema eadem secundum accidens fieri. vtputa albo esse, & musico esse. videtur autem minime.*

In his autem, quæ per se dicuntur, semper necesse est eadem esse. vt si quæ substantiæ sunt, quibus diuersæ substantiæ non sunt, nec aliæ naturæ priores, quales aiunt aliqui esse ideas. Si enim erit aliud ipsum bonum & bono esse, & animal & animali esse, & enti & ipsum ens, H *erunt & aliæ substantiæ, & naturæ, ac ideæ præter eas, quæ dicuntur: & illæ priores substantiæ, si ipsum quod quiderat esse substantiæ est.*

Et, si absolutæ ad seinuicem, harum quidem non erit scientia, illæ vero non erunt entia. Dico autem absolui, si nec ipsi bono est esse bono, nec huic esse bonum. Scientia nanque cuiusque hæc est, quodquiderat illi esse. & de bono, & de cæteris similiter se habet. Vnde, si neque ipsi bono esse bonum, nec ipsi enti I *ens, nec ipsi vni vnum, similiter autem omnia sunt, certe nihil est quodquideratesse. quare si nec ipsi enti ens, nec aliorum alicui. Item, cui non inest bono esse, non bonum est.*

k Ostendit quòd hoc quod est, quodquideratesse, non est separatum ab eo, cuius est, dicens. {Et si quidem sunt absolute abinuicem,} id est, si quodquideratesse & id cuius est, non solum sunt diuersa, sed etiam sunt abinuicem separata, sequuntur duo inconuenientia: quorum primum est, quòd harum rerum non sit sciẽtia, quarum quodquidest ab eis separatur. Secundum inconueniens est, quòd hæc eadem erunt non entia. Et exponit quod dixerat absolute, vt videlicet {nec ipsi bono}, ideſt ideæ boni, quæ ponitur secundum Platonicos {inde hoc quod est esse bono,} ideſt quodquidesteſſe boni. Nec iterum, scilicet huic bono, ineſt {esse bonum,} id est quidditas boni. quasi dicat, absolutionem prædictam esse intelligendam secundum separationem quidditatis boni ab idea boni, & a particulari bono, quod dicitur per participationem ideæ. Vel aliter. {Nec huic esse bonum,} id est nec hoc, scilicet quodquideratesse, competit esse bonum, vt scilicet quodquideratesse boni, sit separatum a bono, & econuerso. Et quòd prędicta inconuenientia sequantur hac positione facta, patet: quia scientia vniuscuiusque in hoc consistit, quòd sciatur quod quiderat esse illi. Et hoc similiter se habet, & in bono & in omnibus alijs. Quare sequitur, p si huic quod est {esse bono,} ideſt quidditati boni, non ineſt bonum, nec etiam ei quod est esse enti, {ideſt quidditati entis, ineſt ens,} nec similiter ei quod est esse vni, ineſt vnum, quia sicut aut ǫia, aut nullum eorum sunt eadem cum suis quidditatibus. Si aũt bonum propter separationẽ prædictam nõ ineſt ei, quod est esse bonum, ergo nec econtrario esse bonum inerit bono. Quare etiã nec quod est esse enti, erit idem

idem cum ente, nec aliquod aliorum habebit in se suum quod quidest. Et ita, si vnumquodque scitur per quodquidest, nulla res poterit sciri, quod fuit primum inconueniens. Iterum patet quod {sequitur secundum}, i. quòd nihil erit ens, nec bonum nec animal, nec aliquid huiusmodi, quia non poterit bonum esse illud, cui non inest hoc quod {est bono esse}, i. quodquid est boni. Si igit quod quidest boni, est separatũ a bono, & quodquiderat entis ab ente, sequetur p ista q̃ dicuntur bona & entia non sunt bona, nec entia, quod fuit secundum inconueniens. Deinde cum dicit.

part. 8.

Text. c. 22.

part. 9.

part. 10.

part. 11.

part. 12.

part. 13.

part. 14.

part. 15.

part. 16.

part. 17.

part. 18.

part. 19.

part. 20.

part. 21.

part. 22.

part. 23.

part. 24.

part. 25.

part. 26.

part. 27.

part. 28.

part.

Universidad de Deusto Biblioteca

Procedit autem hæc ratio eodem modo circa quodquideſt, ſicut prima ratio proceſſerat circa ideas. Et ſi aliquis dicat, quòd quodquideſteſſe quidditatis equi, eſt ipſa ſubſtantia, quæ eſt quidditas equi, quid prohibet ſtatim a principio dicere, quòd quædam ſunt ſuum quodquideſteſſe. q.d. nihil. Sed ſciẽdum, part.9. q̃ non ſolum res & quodquideſteſſe eius ſunt vnum quocũque modo, ſed etiam ſunt vnum ſecundũ rationem, vt ex dictis poteſt eſſe manifeſtum. Non.n.eſt vnum ſecundum accidens vnũ & quodquideſteſſe vni, ſed eſt vnum per ſe, & ita ſunt ſecundum part.10. rationem vnum. Secundam rationem ponit ibi.

i ¶ Quæ talis eſt. Si aliud eſt quodquideſteſſe rei, & res, hoc procedet in infinitum. Oportet enim dicere, q̃ ſint duæ res, quarum altera ſit vnum, & altera quodquideſteſſe vni. & eadem ratione erit tertia res, q̃ eſt quodquideſteſſe ei, quod eſt quodquideſſe vnius, & ſic in infinitum. Cum ergo non ſit procedere in infinitum, palam eſt q̃ vnum & idem eſt in his, quæ dicuntur primo & T.cõ.22. par. prima. per ſe, & non per accidẽs, vnumquodq; & id quod eſt vnicui que eſſe, idem eſſe. part.2. Deinde cum dicit.

k ¶ Dicit palam eſſe, q̃ eadem ſolutione, qua ſoluta eſt prima quæſtio, ſoluuntur ſophiſtici elenchi, qui faciunt ad hanc poſitionem, ad oſtendendum, ſcilicet, quòd non idem ſunt quodquideſteſſe rei, & res. Vt enim quærunt ſophiſtæ, ſi eſt idem Socrates, & Socratis eſſe. Et oſtendunt, quòd non: quia ſi idem eſt Socrates, & Socrati eſſe. Socrates autem eſt albus, ſequetur quòd idem ſit album, & Socratem eſſe &c. Solutio patet ex præcedentibus. {Sic enim non differt. nec ex quibus interrogabit aliquis, nec ex quibus fuerit ſoluens, } ideſt non differt ex quibus procedat aliquis argumentando, nec quibus quæſtionibus adaptet aliquis ſolutionem, dummodo ſit eadem radix ſolutionis. Patet igitur ex dictis, quomodo quodquiderat eſſe vniuſcuiuſque, eſt idem cum vnoquoque, & quomodo non. eſt enim idem in his quæ ſunt per ſe, non in his quæ ſunt per accidens. Sciendum eſt etiam ad euidentiam eorum, quæ dicta ſunt, quòd quodquideſteſſe, eſt id quod diffinitio K significat. Vnde, cum diffinitio prædicetur de diffinito, oportet quodquideſteſſe de diffinito prædicari. non igitur eſt quodquideſteſſe hominis humanitas, quę de homine non prædicatur, ſed animal rationale mortale. Humanitas enim non reſpondetur quærenti quid eſt homo, ſed animal rationale & mortale. Sed tamen humanitas accipitur vt principium formale eius, quod eſt quodquideſteſſe, ſicut animalitas ſumitur vt principium generis, & non genus, rationalitas vt principium differentiæ, & non vt differentia. Humanitas autem, pro tanto non eſt omnino idem cum homine, quia important tantum principia eſſentialia hominis, & excluſionem omnium accidentium. eſt enim humanitas, qua homo eſt homo: nullum autem accidentium hominis eſt, quo homo ſit homo: vnde omnia accidentia hominis excluduntur a ſignificatione humanitatis. hoc autem ipſum quod eſt homo, eſt quod habet principia eſſentialia, & cui poſſunt accidentia ineſſe. Vnde, licet in ſignificatione hominis non includantur accidentia eius, non tamen homo ſignificat aliquid ſeparatum ab accidentibus. Et ideo homo ſignificat vt totum, humanitas ſignificat vt pars. Si autem eſt aliqua res, in qua non ſit aliquod accidens, ibi neceſſe eſt, quòd nihil differat abſtractum a concreto. Quod maxime patet in Deo.

i Amplius, ſi aliud erit, in infinitum ſunt: hoc quidẽ quodquideſteſſe vni, illud vero vnũ: quare & in illis erit eadem ratio. Quod quidem igitur in primis & ſecundum ſe dictis, vnicuique eſſe, & vnumquodque, idem & vnum, palam.

k Sophiſtici autem elenchi ad opinionẽ hãc palam q̃ eadem reſoluũtur ſolutione, & ſi idem Socra. & Socr. eſſe. Nihil.n. differt, neq; ex quibus interrogabit vtique aliquis, nec ex quibus ſoluens fuerit. Quomodo quidem igitur quodquideſteſſe idem, & quomodo non idẽ vnicuique, dictum eſt.

LECTIO VI.

a Orum autem quæ fiũt, hæc quidẽ natura fiũt, hęc autem arte, alia autem automato.

b Omnia vero quæ fiunt, ab aliquo fiunt, & ex aliquo, & aliquid. Hoc autem aliquid dico ſecundum quamlibet cathegoriam. Aut enim hoc, aut quantum, aut quale, aut quando.

Sophiſticæ autem ad hanc poſitionem redargutiones manifeſtum eſt quòd eadem ſolutione ſoluuntur, & ſi idem Socrates, & Socrati eſſe. nihil.n. differt, nec ex quibus aliquis interrogauerit, nec ex quibus ſoluens obtinuerit. Quo igitur modo idem cuique eſt quod quid erat eſſe, & quomodo non idem, dictum eſt.

LECTIO VI.

Orum autem, quæ fiunt, quædam natura, quædam arte, quædam a caſu fiunt.

Omnia vero, quæ fiunt, & ab aliquo, & ex aliquo, ac aliquid fiunt. Aliquid vero dico, ſecundum quodq; prædicamentum. aut enim hoc, aut quantum, aut quale, aut vbi.

I

ſenſibili exiſtens, & idem ei. Vnde reſtat oſtendere, q̃ ſpecies ſeparatæ non ſunt neceſſariæ ad generationem ſenſibilium, qã intendit in hoc capitulo. Diuiditur ergo in partes duas. In prima præmittit quędam, quæ ſunt neceſſaria ad propoſitum oſtẽdendum. In ſecunda oſtendit propoſitum, ibi {Quoniam vero ab aliquo fit quod fit.} Circa primum duo facit. Primo proponit quaſdam diuiſiones circa rerum generationem. Secundo manifeſtat eas, ibi. {Et generationes autem naturales.} Ponit autem duas diuiſiones, quarum prima accipitur penes ea quæ generantur, & modum generationis. Secunda penes ea, quæ ad generationem requiruntur, & hanc ponit ibi. {Omnia vero quæ fiunt.} Dicit ergo primo, quòd eorum quæ fiunt, quędam fiunt a natura, quædam ab arte, & quædam a caſu {ſiue automato}, i. per ſe vano. Cuius diuiſionis ratio eſt, quia cauſa generationis, aut eſt cauſa per ſe, aut eſt cauſa per accidens. ſi enim eſt cauſa per ſe, vel eſt principium motus in eo in quo eſt, & ſic eſt natura: vel eſt extra ipſũ, & ſic eſt ars. Natura enim eſt principium motus in eo in quo eſt. Ars vero non eſt in artificiato quod fit per artẽ, ſed in alio. Si vero eſt cã per accidens. ſic eſt caſus & fortuna. Fortuna quidem in his, quæ aguntur ab intellectu. Caſus aũt etiam in alijs. Vtrũq; vero {ſub automato}, i. ſub per ſe vano comprehẽditur, quia vanum eſt, quod eſt ordinatũ ad finẽ, & non attingit ad illum. Et tam caſus q̃ fortuna inueniuntur in his, q̃ fiunt pp aliquid, cum accidit aliquid præter id, qđ intendebatur ab aliqua cã per ſe determinata. Vnde & per ſe dẽ, inquantum cauſam determinatam habet: & vanum, inquantum præter intentionem accidit. Deinde cum dicit.

h ¶ Ponit ſecundam diuiſionem, quæ ſumitur penes ea, quæ ad generationem requiruntur. Omnia enim quæ fiunt, fiunt ab aliquo agente, & ex aliquo, ſicut ex materia. & iterum fiunt aliquid, quod eſt terminus generationis. Et quia ſupra dixerat, quòd hoc aliquid proprie eſt in ſubſtantijs, ideo hic docet generalius eſſe ſumendum, vt per aliquid, intelligatur

Lect.ſe. part.1. part.3.

part.ſeq.

gatur quodlibet prædicamentum, in quo poteſt eſſe generatio ſimpliciter, vel ſecundum quid per ſe, vel per accidens. Hoc.n. quod dixit aliquid, vel ſignificat {hoc}. ideſt ſubſtantiam, aut quantum, aut quale, aut quando, vel aliquod aliud prædicamentum. Et huius diuiſionis ratio eſt, quia in omni generatione ſit aliquid actu, quod prius erat in potentia. nihil autẽ poteſt dici de potentia in actum procedere, niſi per aliqđ ens actu, quod eſt agens, a quo fit generatio. Potentia vero pertinet ad materiam, ex qua aliquid generatur. Actus vero ad id quod generatur. Deinde cum dicit.

part.3. part.4. part.5. part.6. part.9.

c ¶ Manifeſtat quòd hæc tria inueniantur in tribus modis generationis, & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat propoſitum. Secundo inducit concluſionẽ principaliter intentam, ibi {Quare ſicut dicitur.} Circa primum tria facit. Primo oſtendit hoc in generatione naturali, ſecundo q̃ in generatione quæ fit ſecundum artem, ibi {Generationes vero aliæ.} Tertio in generationibus, quę fiunt a caſu, ibi {Si vero a caſu.} Circa primum quatuor facit. Primo manifeſtat quæ generationes ſint naturales dicens, quòd iſtæ generationes ſunt naturales, quarum principium eſt natura, non autem ars, aut aliquis intellectus. ſicut cum generatur ignis, aut planta, aut animal ex virtute naturali rebus indita. Secundo ibi.

d ¶ Exemplificat in generationibus naturalibus tria prædicta dicens, q̃ in generatione naturali, hoc quidem eſt, ex quo fit quod generatur, quod dicitur materia. Hoc autem a quo generatur aliquid eorum, quæ ſunt ſecundum naturam, quod dicitur agens. Hoc vero eſt aliquid, ſcilicet quod generatur, vt homo, aut planta, aut aliquid talium, quę maxime {dicimus eſſe ſubſtantias}, i. ſubſtantias particulares compoſitas, de quibus magis eſt manifeſtum quòd ſint ſubſtantiæ, vt ſupra habitum eſt. Materia autem & forma, quæ eſt principium actionis in agente, non ſunt ſubſtantiæ, niſi inquantum ſunt principia ſubſtantiæ compoſitæ. Inter autem hæc tria, duo ſe habent vt generationis principia, ſcilicet materia & agens: tertium autem ſe habet vt generationis terminus, ideſt compoſitum, quod generatur. Et quia natura eſt generationis principium, tam materia, quàm forma quæ eſt principium generationis in agente, dicitur natura, vt patet, ſecundo phyſicor. Compoſitum aũt generatum, dicitur eſſe a natura, vel ſecundum naturam. Tertio ibi.

T.com.7.

Tex.c.12.

e ¶ Probat quòd vnum trium ſcilicet principium ex quo, inueniatur in omni generatione, non ſolum in naturali, ſed etiam in artificiali. De aliis enim duobus eſt manifeſtum, dicens, q̃ omnia quæ fiunt vel ſecundum naturam, vel ſecundum artem, habent materiam ex qua fiunt. Omne enim quod generatur vel per artem, vel per naturam, eſt poſſibile eſſe & non eſſe. cũ enim generatio ſit de non eſſe in eſſe mutatio, oportet id quod generatur quandoque quidem eſſe, quandoque non eſſe, quod non eſſet niſi eſſet poſſibile eſſe & non eſſe. Hoc autem quod eſt in vnoquoque in potentia ad eſſe & non eſſe, eſt materia. Eſt enim in potentia ad formas per quas res habent eſſe; & ad priuationes per quas habent non eſſe, vt ex ſupra habitis patet. Relinquitur ergo, quod in omni generatione oportet eſſe materiam. Quarto ibi. Tex.com.8

f ¶ Oſtendit quomodo prædicta tria ſe habent ad naturam dicens, quòd vniuerſaliter quodlibet prædictorum trium quodammodo eſt natura. Nam principium ex quo eſt generatio naturalis, ſcilicet materia: dicitur natura. Et propter hoc generationes ſimpliciũ corporum dicuntur naturales, licet principium actiuum generationis eorum, ſit extrinſecum. quod videtur eſſe contra rationem naturæ: qa nætura eſt principiũ intrinſecum, in qua eſt naturalis aptitudo ad talem formam & ab hoc principio tales generatiões dicuntur naturales. Et iterum illud, ſecundum quod fit generatio, ſcilicet forma generati, dicitur eſſe natura, ſicut planta, aut animal. Generatio enim naturalis eſt, quæ eſt ad naturã ſicut dealbatio, quæ eſt ad albedinem. Et iterum principium, a quo fit generatio, ſicut ab agente, eſt natura dicta ſecundum ſpeciem, quæ ſcilicet eſt eiuſdem ſpeciei cum natura generati, ſed tamen eſt in alio ſecundum numerum. Homo enim generat hominem, nec tamen gemium & generans ſunt idem numero, ſed ſpecie tantum. Et propter hoc dicitur in ſecundo Phyſicorum. quòd forma, & finis generationis incidunt in idem numero. Agens autem incidit cum eis in idem ſpecie, ſed non in idem numero. Materia vero neque in idem ſpecie, neque in idem numero. Alia litera habet, quòd principium a quo eſt ſecundum ſpeciem dicta natura, aut conformis: quia videlicet non ſemper generans & genitum ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed ſemper habent aliquam conformitatem, ſicut cum equus generat mulum. Et vltimo concludit, quòd illa, quæ generantur per naturam, ſic generantur, ſicut expoſitum eſt. Deinde cum dicit. Tex.c.7.

g ¶ Determinat de his, quæ generantur per artem, & circa hoc duo facit. Primo deſtinguit generationem, quæ eſt ſecundum artem ab alijs generationibus, quæ ſunt ſecundum naturam. Secundo oſtendit quomodo fiat generatio ab arte, ibi {Ab arte vero ſunt.} Dicit ergo primo, quòd generationes, quæ ſunt aliæ a naturalibus, dicuntur factiones. Quamuis enim nomine factionis, quæ in græco dicitur praxis, poſſimus vti in rebus naturalibus, ſicut cum dicimus, quòd calidum & ens actu, facit actu eſſe tale, magis tamen proprię vtimur in his, quæ fiunt per intellectum, in quibus intellectus agentis habet dominium ſuper illud quod facit, vt poſſit ſic vel aliter facere, quod in rebus naturalibus non contingit: immo agunt ad aliquem effectum, determinato modo ab aliquo ſuperiori præſtito ei. Huiuſmodi autem factiones vel fiunt ab arte, vel a poteſtate, vel a mente. Poteſtas autem hic videtur pro violentia ſumi. Quædam enim in his quæ non natura fiunt, conſti-

par.ſeq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

constituuntur ex sola virtute agentis, in quibus non multum requiritur ars aliqua, vel aliquis ordinatus processus intellectus, quod maxime contingit in corporibus trahendis, vel prociendis, aut expellendis. Cum autem ordo intellectus ad effectum requiritur, quãq; quidem hoc contingit per artem, quandoque vero per solum intellectum, habitu artis nondum perfecto. Sicuti.n. aliquis argumentatur per artem, aliquis vero sine arte, vt idiota: ita etiam aliquod opus artis aliquis p artem aliquis sine arte facere potest in huiusmodi per arte factibilibus. Harũ autem generationum, quæ fiunt, vel arte, vel potestate, vel mẽte: quædam fiunt a casu & a fortuna, qñ scilicet, aliquod agẽs per intellectum intendit finem aliquẽ per suam actionem, & provenit aliquis finis præter intentionem agentis. Sicut, cum aliquis intendit se conitricare, & ex hoc sequitur sanitas, vt postea dicetur. Et hoc similiter contingit in artificialibus, sicut in factis a natura. Virtus enim, quę est in spermate, vt infra dicẽs, assimilatur arti. Sicut enim ars perterminara media peruenit ad formam, quam intendit: ita & virtus formatiua, quæ est in spermate. Sicut autem contingit effectum, qui fit per artem, etiam præter intentionem artis, aut intellectus fieri, & tunc dicitur a casu accidere, ita etiam & in illis, scilicet, in rebus naturalibus eadem fiunt & ex spermate & sine spermate. Quæ quidem cum fiunt ex spermate, fiunt a natura. cum autem sine spermate, fiunt a casu. & de his perscrutandum est posterius in hoc eodem capitulo. Hæc autem verba hic posita, duplicem habent dubitationem. Prima, quia cum cuiuslibet rei naturalis sit determinatus modus generationis, non videntur esse eadem, quæ generantur ex spermate, & per putrefactionem. Quod Auer. in 8. Phys. sentire vr, dicens, q non potest esse idem animal in spẽ quod generatur ex spermate, & qđ generatur ex putrefactione. Aucen. autem econtrario sentit, q omnia, quæ generantur ex semine, eadem specie possunt generari sine semine per putrefactionem, vel per aliquem modum cominstionis terrenæ materiæ. Sententia Arist. videtur esse media inter has duas opiniones, q scilicet, aliqua possunt & sine semine generari, & ex semine, non tamen omnia, vt infra dicet. Sicut nec in artificialibus omnia possunt fieri per artem & sine arte, sed quædam fiunt per artem tm, vt domus: Animalia enim perfecta, videntur non posse generari nisi ex semine, animalia vero imperfecta, quæ sunt vicina plantis, videntur posse generari & ex semine & sine semine. Sicut plantæ producuntur aliquando sine semine per actionem Solis in terra ad hoc bene disposita. Et tamen plantæ sic productæ producunt semina, ex quibus plantæ similes in specie generãtur. Et hoc rationabiliter accidit. Quia quanto aliquid perfectius est, tanto plura ad eius completionem requiruntur. & propter hoc ad plantas & animalia imperfecta, sufficit ad agendum sola virtus cœlestis. In animalibus vero perfectis requiritur cum virtute cœlesti etiam virtus seminis. Vnde dicitur in secundo Physic. quòd homo generat hominem, & Sol. Secunda dubitatio est, quia videntur animalia generata sine semine ex putrefactione, non fieri a casu, sed ex determinato agente, & ex virtute cœlesti, quæ in generatione eorum supplet vicem virtutis generatiuæ, quæ est in semine. Et hoc etiam vult Commentator in xj. huius. Sed sciendum est, quòd nihil prohibet aliquam generationem esse per se, cum refertur ad vnam causam, quæ tamen est per accidens, & casualis cum referetur ad aliam causam. Sicut in ipso exemplo

part. 10.

part. 11.

D. 509. 213. 208.

Cõ. 46. secũdo suæ metaphæ. 15.

T. com. 59.

Tex. cõ. 26.

Cõm. 18.

h Ab arte vero fiunt, quorumcũq; species est in anima. Speciem autẽ dico, quodquidẽrat esse cuiusliber, & substantiam primam. Etenim cõtrariorum modo quodam eadem species. Priuationis. n. subst antia, quæ substãtia est oppositi, vt sanitas infirmitatis. illius. n. absentia oñditur infirmitas. Sanitas autem, quę in aĩa, ratio est in scia.

i Fit itaq; sanitas intelligentia, qm̃ hoc sanitas, necesse est, si sanitas erit, hoc existere, puta regularitatem: sed si hoc, calorem: & ita semper intelligit, donec vtiq; adducat in hoc q ipse valet vltimum facere. Deinde iam ab hoc, motus factio vocatur ad sanandũ. Quare accidit modo quodam ex sanitate sanitatem fieri, & domũ, ex domo sine materia, materiã habentẽ. Medicinalis enim est & ædificatoria species sanitatis & dom^{æ}. Dico autem substantiam sine materia quodquiderateſſe.

F Philosophi patet. Cum enim sanitas ex confricatione sequitur præter intentionem confricantis, ipsa quidem sanatio si referatur ad naturam, quæ est corporis regitiua, non est per accidens, sed per se intenta: si vero referatur ad intellectum confricantis, erit per accidens & casualis. Similiter etiam generatio animalis ex putrefactione generati, si referatur ad causas particulares, hic inferius agentes, inuenitur esse per accidens & casualis. Nõ enim calor, qui causat putredinem, intendit naturali appetitu generationem huius, vel illius animalis, quæ ex putrefactione sequitur, sicut virtus, quæ est in semine intendit productionem talis speciei. Sed si referatur ad virtutem cœlestem, quæ est vniuersalis regitiua virtus generationum & corruptionum in istis inferioribus, non est per accidens, sed per se intenta, quia de eius intentione est, vt educantur in actu omnes formæ, quæ sunt in potentia materiæ. Et sic recte assimilauit hic Aristote. ea, quæ fiunt ab arte, his, cuę fiũt a natura. Deinde cum dicit.

Ab arte autem fiunt, quorum forma in anima. formam autem dico ipsum quid erat esse vniuscuiusque, & primam substantiam. Etenim contrariorum quodam modo eadem forma est. priuationis naque substantia, opposita substantiæ, vt sanitas ægritudinis. illius enim absentia ostenditur ægritudo. sanitas vero est ratio, quæ in anima & in scientia est.

Fit autem sanum, ita intelligente. cum hoc sanitas sit, necesse est, si sanitas erit hoc, fieri, vt puta æqualitatem. quòd si hoc, caliditatem. & ita semper intelligit, donec redigat in illud, quod ipse potest vltimum facere. Deinde motus, qui iam post hæc fit, effectio ad sanitatem appellatur. Quare quodam modo ex sanitate, sanitatem accidit fieri, & domũ ex domo. quæ sine materia, eam, quæ habet materiam. Ars. n. medendi, & ædificandi est forma sanitatis, & domus. dico autem substantiam absque materia quodquiderat esse.

h ¶ Ostendit modum generationis, quæ est ab arte, & præcipue quantum ad principium effectiuum. De principiò enim materiali iam supra dixerat, cum locutus fuerat de generatione naturali. Circa hoc autem duo facit. Primo, ostendit quid sit principium actiuum in generatione, quæ est per artem. Secundo, ostendit quomodo ab hoc principio generatio procedat, ibi: ⁊ Fit itaque sanitas.⁊ Dicit ergo primo, quòd illa fiunt ab arte, quorum species factiua est in anima. Per speciem autem exponit quodquiderateſſe cuiuslibet rei factę per artem, vt quodquiderateſſe domus, quando fit domus.⁊ Et hoc etiam nominat primam substantiam, ⁊ idest primam formam. Et hoc ideo, quia a forma, quę est in anima nostra, procedit forma, quę est in materia in artificialibus. In naturalibus autem econtrario. Hæc autem forma, quę est in anima, differt a forma, quę est in materia. nam contrariorum formę in materia sunt diuersę & contrariæ. In anima autem est quodãmodo vna species contrariorum. Et hoc ideo, quia formę in materia sunt propter esse rerum formatarum. Formę autem in anima sunt secundum modum cognoscibilem et intelligibilem. Esse autem vnius contrarij tollitur per esse alterius. Sed cognitio vnius oppositi non tollitur per cognitionem alterius, sed magis iuuatur. Vnde formę oppositorum in anima non sunt oppositę. Quinimmo ⁊ substantia, ⁊ idest quodquiderat esse priuationis, est eadem cum substantia oppositi, sicut eadem est ratio in anima, sanitatis & infirmitatis. Per absentiam enim sanitatis, cognoscitur infirmitas. Sanitas autem, quę est in anima, est quędam ratio, per quam cognoscitur sanitas & infirmitas, & constitit ⁊ in scientia, ⁊ idest in cognitione vtriusque. Deinde cum dicit.

i ¶ Ostendit quomodo ab hoc principio procedatur ad sanitatem. & circa hoc duo facit. Primo, ostendit quomodo sanitas quæ est in anima sit principium sanationis. Secundo, quomodo diuersimode accipitur principium in actione artis, ibi ⁊ Generationum vero & motuum.⁊ Dicit ergo, quòd, cum sanitas, quę est in anima, sit principium sanitatis, quę fit per artem, ita sit sanitas in materia aliquo intelligente quòd sanitas est ⁊ hoc, ⁊ scilicet, vel regularitas vel adæquatio calidi, frigidi, humidi, & sicci. Et ideo necesse est, si sanitas debet contingere, quòd hoc existat, scilicet regularitas, vel æqualitas humorum.

par. seq.

Et si

Et si regularitas vel æqualitas debeat esse, oportet q̃ fit calor, A per quem humores reducantur ad æqualitatem: & ita semper procedendo a posteriori ad prius, intelliget illud, quod est factiuum caloris, & quod est factiuum illius donec reducatur ad aliquod vltimum, quod ipse statim posiet facere, sicut hoc, quod est dare talem potionem. Et demum motus incipiens ab illo, quod statim potest facere, nominatur factio ordinata ad sanandum. Patet ergo, quòd sicut in naturalibus ex homine generatur homo, ita in artificialibus accidit quodam modo ex sanitate fieri sanitatẽ, & ex domo domum, scilicet, ex ea, quę est sine materia: anima existens, illa, quæ habet materiam. Ars enim medicinalis, quæ est principium sanationis, nihil est aliud q̃ species sanitatis, quę est in anima. Et ars ædificatiua, est species domus in anima. Et ista species sine substãtia siue materia, est quam dixit supra, quod quid erat esse rei artificiatæ. Deinde cũ dicit.

k ¶ Ostendit quomodo diuersimode accipitur principiũ in actionibus artis. & dicit, q̃ in generationibus & motibus artificialibus est aliqua actio, quæ vocatur intelligentia, & aliqua, quę vocatur factio. Ipsa enim ex cogitatio artificis vocatur intelligentia, quæ incipit ab hoc principio, quæ est species rei fiẽdæ per artem. Et hæc operatio protenditur (vt supra dictum est) vsque ad illud ⁊ quod est vltimum in inctione, & primum in opere. Et ideo illa actio, quæ incipit ab vltimo, ad quod intelligentia terminatur, vocatur factio, quæ est motus iam in exteriorem materiam. Et sicut diximus de actione artis respectu formæ, quæ est vltimus finis generationis artificialis, similiter est de omnibus aliis intermediis. Sicut ad hoc, q̃ conualescat, oportet quòd adæquentur humores. Hoc igitur ipsum quod est adæquari, est vnum de intermediis, quod est propinquissimum sanitati. Et sicut Medicus ad hoc quòd faceret sanitatem, incipiebat a cõsiderando quid est sanitas, ita ad hoc, quòd faciat adæquationẽ, oportet quod sciat quid est adæquatio, videlicet, q̃ adequatio est hoc⁊, scilicet, debita proportio humorum, in respectu ad naturam humanã. {Hoc autem erit si corpus fuerit calefactum.⁊ quando scilicet quis infirmatur propter defectum caloris. Et iterum oportet quòd sciat quodquid est hoc, scilicet, calefieri: sicut si dicatur, quòd calefieri est immutari a medicina calida. Et ⁊hoc⁊, scilicet, dare medicinam calidam, existit statim in potestate Medici, & est sicut in ipso, ⁊ idest in potestate eius, vt talem medicinã det. Sic igitur patet, quòd principium faciens sanitatem, vnde incipit motus ad sanandum, est species: quæ est in anima, vel ipsius sanitatis, vel aliorum intermediorum: per quæ acquiritur sanitas. Et hoc dico, si sanatio fiat ab arte. Si autem fiat alio modo: non erit principium sanitatis species quæ est in anima hoc enim est pro

part. 12.

part. 13.

part. 14.

Alia litera mutat.

l Si vero a casu, ab hoc quod quidem faciendi est principiũ, facienti ab arte. vt quod in mederi forsan a calefactione principium, hoc autem facit tricatione. Calor itaque in corpore, aut pars est sanitatis, aut sequitur eum aliqui d tale, quod est pars sanitatis, aut p plura, hoc autem vltimum faciens. Et quod est ita, pars est sanitatis, vt dom^{æ}, lapides, & aliorũ alia.

m Quare sicut dicitur, impossibile factum esse si nihil præexistit. Quod quidem igitur pars ex necessitate existit, palam. Materia nanque pars. Ineſt. n. & fit hoc. Sic igitur & eorum, quæ in ratione. Vtroque autẽ modo dicimus ęreos circulos quid sunt, & materiã dicentes, quia æs: & speciẽ, quia figura talis. Et hoc est gen^{s}, in quod primum ponitur. Aereus itaq; circulus hẽt in ratione materiã.

prium in operationibus artis. Deinde cum dicit.

¶ Magnificat quomodo fiunt generationes casuales, & dicit quòd quando sanatio fit a casu, tunc principium sanitatis sit ab hoc: quod est principium faciendi sanitatem apud eum, qui facit sanitatem secundum artem. Sed hoc est intelligendum de principio factionis, quod est vltimum in intelligendo, & primum in exequendo. Sicut in medicando, principium sanitatis aliquando forsan fit a calefactiõe. Et hinc etiã incipit sanatio, quando aliquis a casu sanatur: quia calorem aliquis excitat confricatione præter intentionem confricantis. Calor itaque in corpore excitatus per frictionem vel medicationem, aut est pars sanitatis qua si intrans substantiã sanitatis: sicut cum ipsa alteratio calefactionis ad sanitatem sufficit. Aut sequitur ad calorem aliqd quod est pars sanitatis. Sicut cum per calorem fit sanitas per hoc, quòd calor dissoluit aliquos humores compactos, quorum dissolutio est iã constituens sanitatem. Aut etiam hoc potest esse per plura media: sicut cum calor consumit humores superfluos impedientes aliquos meatus in corpore, qui bus cõsumptis, fit debitus motus spirituũ ad aliquas determinatas partes corporis. Et hoc vltimum est iam faciens sanitatem ⁊ & quod est ita ⁊ scilicet quod est proximum sanitatis factiuum ⁊ est aliqua pars sanitatis ⁊ ideſt: intrans in constitutionem sanitatis. Et similiter est in alijs artificialibus. nam partes domus sunt lapides: quorum compositio iam est aliquid domus. Deinde cum dicit.

Generationum autem, & motuum, hæc quidem intellectio, illa uero effectio uocatur. quæ quidem a principio & forma, intellectio: quæ uero ab ultimo ipsius intellectionis, effectio. Similiter autem & in cæteris medijs unum quodque fit. dico autem, ut puta, si conualesceret. oportet adæquari. quid igitur est adæquari? hoc autem erit, si calefiet. hoc autem quid est? hoc quidem, hoc autem potestate inest. hoc uero iam in ipso est. Faciens igitur, & unde conualescendi motus incipit, si ab arte, forma est in anima.

Quòd si a casu, ab eo, quod est faciendi principium illi, qui ab arte facit. sicuti fortassis & in medendo principium a calefaciendo fit. hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars sanitatis, aut sequitur eum aliquid tale, quod est pars sanitatis, aut plura. hoc autem ultimum faciens, & quod ita pars est sanitatis, & domus, & aliorum, ut lapides.

Quare, quemadmodum dicitur, impossibile est fieri, si nihil præexistat. Quòd igitur pars ex necessitate existet, patet. materia nanque pars. ineſt etiam hoc, & fit. Sed utrum eorum etiam est, quæ in ratione: utroque quidem modo dicimus multos circulos quidnam sint, & materiam dicentes, quod æs, & formam, quòd talis figura, & hoc est genus, in quo primo ponitur. æreus autem circulus habet in ipsa ratione materiam.

D

Alia litera mutat.

E

part. seq.

diuiduatur per materiam. Et hęc, scilicet figura. est genus, in quod primo collocatur circulus æreus. Et ita patet ex dictis, quod circulus æreus in sua diffinitione habet materiam. Quod autem species geniti præexistat, supra ostensum est in naturalibus, & in artificialibus generationibus.

Deinde cum dicit,

n ¶ Remouet quandam dubitationem. Illud enim, ex quo aliquid fit, vt ex materia, quãdoque prædicatur nõ in abstracto, sed denominatiue. Quędã enim dicũtur nõ esse illud, ꝙ i. materia sed illiusmodi. ꝙ Sicut statua non dicitur lapis, sed lapidea. Sed homo conualescens non dicitur illud ex quo ideſt non recipit prædicationem eius, ex quo fieri dicitur. Fit enim conualescens ex infirmo. Nec dicitur ꝙ conualescens sit infirmus. Huiusmodi autẽ causa est, quia dupliciter dicitur aliquid, fieri ex aliquo, scilicet ex priuatione, & ex subiecto, quod dicitur materia. sicut dicitur, ꝙ homo ex sanus, & qđ laborans fit sanus.

Dicitur autem magis aliquid fieri ex priuatione quàm ex subiecto: sicut magis dicitur aliquis fieri sanus ex laborante, quã ex homine. Sed hoc fieri hoc magis dicimus in subiecto, quàm in priuatione. Magis enim dicimus proprie, quòd homo fit sanus, quam quòd laborans. Et ideo ille, qui est sanus, non dicitur laborans, sed magis dicitur homo, & econuerso homo dicitur sanꝰ: sic ergo id quod fit, prædicatur de subiecto, non autem de priuatiõe. Sed in quibusdã priuatio est non manifesta & innominata, sicut priuatio cuiuscũque figuræ in ære, nõ habet nomen, nec ẽt priuatio domus in lateribus, & in lignis. Et ideo vtimur materia, pro materia & priuatione simul. Et propter hoc sicut illic dicimus, quòd statua fit ex ære, & domus ex lapidibus & lignis. Et propter hoc etiam sicut ibi, id ex quo fit aliquid, sicut ex priuatione, non prædicatur de subiecto, quia non dicimus ꝙ sanus fit laborans, ita nec hic dicimus ꝙ statua fit lignum, sed prædicatur abstractum in concreto, dicendo ꝙ non est lignum, sed ligneа, nec æs, sed ærea, nec lapis, sed lapidea. Et similiter domus non est lateres, sed lateritia. Quia si quis diligenter inspiciat, nec fit statua ex ligno, nec domus ex lateribus simpliciter loquendo, sed per aliquam permutationem. Fiunt enim ista ex istis, sicut ex aliquo permutato, & non sicut ex permanente. Aes enim insiguratum non manet dum fit statua, nec lateres in compositi, dum fit domus. Et propter hoc in prædictis ita dicitur, id est, talis fit prędicatio.

part. 15.

Tex. cõ. 16.

T. c. 26.

Ex quo vero, vt materia fit, quædã dicuntur quando fiunt, non illud, sed illiusmodi. vt statua, non lapis, sed lapidea. Homo autem conualescens, non dicitur illud, ex quo. Causa vero, quia fit ex priuatione & subiecto quod dicimus materiã. vt & homo, & laborans fit sanus: magis tamen dicimus fieri ex priuatione, vt ex laborante sanus, quàm ex homine. Propter quod laborans quidẽ qui sanus nõ dr, sed homo, & homo sanus. Quorũ vero priuatio nõ manifesta & innominabilis, vt in ære figuræ cuiuslibet, aut in lateribus & lignis dom', ex his videtur fieri vt illic ex laborante. Propter quod, sicut nec ibi ex quo hoc, illud non dicitur, nec hic statua lignum, sed prædicatur lignea, non lignum, & ęrea non ęs, lapidea. sed non lapis, & domus lateritia, sed non lateres. Quoniam neque quod ex ligno fit statua, aut ex lateribus domus, siquis valde inspexerit, non vtique simpliciter dicet. Quia oportet permutationem fieri ex quo, sed non permanente. Propter hoc quidem igitur, ita dicitur.

Ex quo uero tanquã materia fiunt, aliqua dicuntur cum fit non illud, sed illiusmodi. ut statua, non lapis, sed lapidea. homo autem conualescens non dicitur illud, ex quo. Causa uero est, quia fieri contingit ex priuatione, & subiecto, quod dicimus materiam. utputa & homo, & ægrotus fit sanus. magis tamen dicitur ex priuatione fieri, ueluti ex ægroto sanus, quàm ex homine. quare sanus ægrotus quidem non dicitur, sed homo, & homo sanus. Quorum uero priuatio incerta & innominata est, ut in ære cuiuscunque figuræ, aut in lateribus & lignis domus, ex his non dicentur fieri, sicuti illic ex ægroto. Quare, sicut nec ubi ex quo, hoc non dicitur illud, nec hic statua lignum, sed deriuatiue dicitur lignea non lignum, & ænea non æs, & lapidea, & non lapis, & domus lateritia sed non lateres. Cum neque tãquàm ex ligno fit statua, aut ex lateribus domus, si quis accurate inspexerit, profecto simpliciter dicet: propterea quod oporteat fieri, mutato ex quo, sed non permanente. propter hoc igitur sic dicitur.

LECTIO VII.

a Voniã vero ab aliquo fit qđ fit, hoc aũt dico vnde principiũ generationis est: & ex aliquo fit autem non priuatio hoc, sed materia, iam enim diffinitum est qñ hoc dicim': & quod fit, hoc aũt sphæra, aut circulus, aut qđcunque euenit alio rum, quem admodum nec subiectum facit ęs, sic nec sphæram, nisi secundum accidens, quia ænea sphęra est, & illam facit. Nam hoc aliquid facere, ex totaliter subiecto hoc facere est. Dico autem, quia æs rotundum facere, quit eum probare, ꝙ forma non fieret nisi per accidens. Et hoc ideo est, quia formæ non proprie habẽt esse, sed magis sunt quibus aliqua habent esse. Vnde, si fieri est via in esse, illa tantum ꝓ se fiunt, quæ per formas habent esse. Formæ autem incipiunt esse, eo modo quo sunt in illis factis, quæ per formas esse habent.

par. prima.

LECTIO VII.

Vm autem & ab aliquo fiat quod fit, hoc autem dico unde generationis principium est: & ex aliquo fit autem hoc non priuatio, sed materia, iam enim determinatum est, quemadmodum hoc dicimus: & quod fit, hoc autem est aut sphæra, aut circulus, aut quodcunque cæterorum euenit, sicuti neque subiectũ facit ipsum æs, ita neque sphæram, nisi secundũ accidens, quia ænea sphæra, sphæra est. illam autem non facit: hoc aliquid enim facere ex omnino subiecto hoc facere est. Dico autem quòd æs facere rotundum, nõ est vel sphæra, vel circulus, vel quodcũque aliorum. Ex istis suppositis debet esse manifestũ, ꝙ sicut agens generando non facit materiam, vel subiectum generationis, quæ est æs, ita etiam {nõ facit formam,} scilicet ipsum, quod est sphæra, nisi forte per accidens. Facit enim æream sphæram, quod est cõpositum. Et quia ærea sphæra est sphæra, ideo per accidens facit sphæram. Quod autem agens non faciat materiam, per se est manifestum, eo ꝙ materia præexistit factioni. vnde non oportuit est probare ꝙ materia non fieret. Sed de formis poterat esse dubium, eo ꝙ forma non inuenitur nisi in termino actionis. & ideo oportuit

Remisit superius Philosophꝰ quædam de generationibus rerum, quasi necessaria ad suũ propositũ ostendendũ, scilicet ostendendũ, ꝙ causæ generationis rerum non sunt ponendæ species separatæ. Ex quibus duo sunt iam manifestata per præmissa. scilicet ꝙ omnis generatio ẽ ex aliqua materia, & quòd vnum quodque quod generatur, generatẽ a suo simili. Nũc autem intendit ostendere propositum ex his, quæ suprà iuestigata sunt & diuidit in partes tres. In prima ostendit quid sit illud, qđ generatur. In secunda ostẽdit ꝙ causa generationis, non est species separata, ibi {Vtrũ igitur est quędam.} In tertia determinat quædã, ꝙ possent esse dubia circa prędeterminata, ibi {dubitauit autem aliquis.} Circa primum duo facit. Primo ostendit quòd forma nõ generatur nisi per accidens. Secundo ostendit, quòd compositum generatur, ibi. {Aeream vero sphęram:} Dicit ergo primo, quòd ea, quæ sũt ostensa suprà, vera sunt. Quorum vnũ est: ꝙ omne ꝙ, fit fit ab aliquo, & hoc est, agens vel generans, a quo est principiũ generationis. Et aliud est quòd omne, quod generatur, generatur ex aliquo, vt intelligatur id, ex quo est, generatio, non priuatio, sed materia. Dictum est enim superius, quòd aliter fit aliquid ex materia, & aliter ex priuatione. Et tertium est, ꝙ in omni generatione oportet esse aliquid quod fit. Et hoc

Infra par. 3. Infra lect. 8.

Infra lect. 8. Lect. 9. Tex. cõ. 22.

A materia, non tamen proprie dicitur. Forma. n. proprie non fit, sed cõpositum. Sicut etiam dicitur, forma esse in materia, licet forma non fit, sed compositum per formam. Ita etiam proprius modus loquendi est, vt dicamus compositum generari ex materia in talem formam. Formę. n. proprie non fiunt, sed educuntur de potentia materię, inquantum materia quę est in potentia ad formã, fit actu sub forma, qđ est facere compositum. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit, ꝙ cõposita fiant dicens, ꝙ generans facit esse sphęram ęneam. Facit. n. eam ex ęre, qđ est materia, sicut ex principio generationis, & ex sphęra, quę ẽ formę & generationis terminus. Facit enim {Hanc speciẽ,} i. figurã sphęrę {in hoc,} i. in hac materia, inquantũ. s. trãsmutat hoc ęsin sphęram. Et hoc est sphęra ærea. s. forma sphęre in ære. {Sed hoc} .s. figura sphęrę {est esse sphęrę} .i. quod quid est sphęre. {Et' autem quod est esse sphęrę,} i. ipsius qđ quid est formę, non est omnino generatio: quia si esset eius generatio oporteret ꝙ ẽt ex aliquo, sicut ex materia. Oẽ. n. qđ fit, oportet esse diuisibile, ita. s. ꝙ eius {hoc fit hoc,} i. una pars fit hoc, {& hoc fit hoc,} i. alia pars fit hoc. Et hoc exponit .s. quòd vna pars eius fit materia, & alia pars eius fit species. Si igitur quid est sphęræ quantũ ad ipsam formam est {quòd fit figura equalis ex medio,} ideſt quòd fit quędam figura solida, a cuius medio ad extremitates omnes lineę ductę sint æquales, oportet {quòd huius} scilicet sphęræ ęneæ {hoc quidẽ,} scilicet materia sit in quo erat id quod, {facit generans} scilicet forma, & hoc fit in illo, s. forma, {quæ} .s. est figura ex medio æqualis, {& hoc. s. o-

Et quòd forma non fiat, sic probat. Facere enim hoc aliquid, est facere hoc ex aliquo subiecto, quod est {totaliter,} ideſt vniuersaliter verum in omni generatiõe Facere. n. hoc, quod est æs rotundum: nõ est facere hoc ipsum {qđ est rotundum,} .s. rotunditatem. aut hoc ipsum quod est facere {sphæram,} .s. formam sphęræ, sed est facere {aliquid alterum,} scilicet {in speciem, nõ qualitercunque} {sed in alio,} .s. materia, quod est facere compositũ. Quod sic patet. Si. n. agens facit aliquid, oportet ꝙ faciat ex aliquo alio, sicut ex materia. hoc {enim superius subiiciebatur}. s. quòd omnis generatio ex materia fit, propter probationẽ superius inductam. Sicut agẽs dicitur facere sphæram æream. Et hoc ideo, quia facit hoc qđ est sphæra ærea, ex hoc quod est æs. Si igitur etiã ipsam formam faciat, palã erit, ꝙ faciet eã similiter. s. ex aliqua materia. Et ita sicut sphęra ærea erit composita ex materia & forma, sic & forma sphęre æree, erit composita ex materia & forma. & redibit eadem quæstio de forma forme, & sic in infinitũ. Et ita generationes procedent in infinitum: quia omne generatum habet materiam & formam. Palam igitur est, ꝙ non fit species rei generatæ, nec aliquid aliud quodcunque fit, qđ oporteat vocare formam in rebus sensibilibus, sicut ordo & compositio & figura quę in aliquibus tenent locum formę, maxime in artificialibus. Et quia generatio est eius quod fit, palam est, quòd nec generatio est formę, sed cõpositi. Nec iterum quodquideratesse rei generatæ, generatur, nisi per accidens. Sed forma & quodquiderat esse, {est quod fit in alio,} i. in materia, non per se. Et dico quod fit, vel ab arte, vel a natura {vel potestate,} i. a quocunque agente per violentiam. Dicit autem quodquideratesse non fieri, quãmuis sit idem rei factę. Supra enim ostensum est, vnamquamque rem esse idẽ cũ suo quodquideratesse. Sed tamẽ quodquideratesse, est quod per se pertinet ad speciem. Vnde ab eo excluduntur cõditiones individuales, quę per accidẽs sunt speciei. Species autem, & alia vniuersalia non generantur nisi per accidens, singularibus generatis. Sciendum tamen, ꝙ licet in litera dicatur, ꝙ forma fit in

Tex. 28. Forte. 3.

Lect. 5.

est non rotundum, aut sphęrã facere, sed alterũ aliquid, aut speciem hanc in alio. Nam, si facit, ex aliquo facit alio. hoc. n. subiiciebatur, vt facere æream sphęram. hoc autem ita, quia ex hoc, quod est æs, hoc facit quod est sphęra. Si igitur & hoc facit ipsum, palam quia similiter faciet, & ibunt generationes in infinitum. Palam ergo quòd nec species fiat, nec quod cunque oportet vocare in sensibili formam. nec eius est generatio, nec quod quid erat esse huic. Hoc enim est, quod in alio fit aut ab arte, aut a natura, aut a potestate.

Forte. 2.

b Aeream vero sphæram esse facit: facit enim ex ære & sphęra. nam in hoc hanc speciem facit: & est hoc sphęra ærea. hoc aũt sphęrę esse. Eius vero, quod est sphęrę esse, omnino si est generatio ex aliquo aliquid erit. Oportebit enim diuisibile esse semper quod fit. & esse, hoc quidem hoc, & hoc hoc. Dico autẽ quòd hoc quidem materiam, illud vero speciẽ. Si igit est sphęra ex medio figura ęqualis, huius hoc quidem est in quo erit quod facit, hoc autem in illo, hoc autem oẽ quod factũ est, vt ærea sphęra. Palam igitur ex dictis, quia quod quidem vt species, aut vt substantia dicitur, non fit. Synodus autem secundum hanc dicta, fit. Et quòd in omni generato materia inest, & est hoc qdẽ hoc, & hoc hoc.

c Vtrum igitur est ne quędam sphęra pręter has, aut domus pręter lateres, aut nunquam facta est? Si sic, non erat hoc aliquid. Sed quia domꝰ tale significat. Hoc autem & terminatum non est, sed facit & generat ex hoc, tale hoc. Et quando gene-

Aeream vero sphæram esse facit: facit nanque ex ære & sphæra. in hoc enim hanc formam facit: & hoc est sphæra ænea. hoc autem sphæræ esse. Eius uero, quod est sphæræ esse omnino si generatio est, ex aliquo aliquid erit oportebit nanque diuisibile semper esse quod fit, & esse, hoc quidem hoc, illud vero hoc. dico autem quòd hoc quidem materiam, illud uero formam. Si itaque sphæra est figura, quæ a medio æqualis est, huius hoc quidẽ est, in quo erit quod facit: illud autem in illo: totum uero, quod factum est, utputa ipsa ænea sphæra. Manifestum igitur ex dictis est, quòd illud quidem, quod ut forma, aut substantia dicitur, non fit: copulatio uero, quæ secundum hanc dicitur fit. & quod in omni, quod fit, materia inest: & est hoc quidem hoc, illud uero hoc.

Vtrum igitur est aliqua sphæra præter has, aut domus præter lateres? An nec factum fuisset unquam sit ita esset quod quid, sed quoniam tale significat: hoc autem & terminatum non est, sed facit, & generat ex hoc tale. & cum generatum est, est hoc tale totum autem hoc Callias aut

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

plaris. Primò ergo, ostendit, ꝙ species ſeparatæ non ſunt cauſæ generationis per modum generantis. Secundo, ꝙ non per modum exẽplaris, ibi {In quibuſdam vero palam.} Dicit ergo primo ꝙ conſiderandum eſt vtrũ ſit aliqua forma {vniuerſalis præter huiuſmodi ſingularia {.ſ. ꝙ ſit quædam ſphæra a materia ſeparata præter has ſphæras, quæ ſunt in materia. Aut etiã ſit aliqua domus vniuerſalis ſine materia, præter lapides, ex quib⁹ conſtituũtur iſtæ dom⁹ particulares. Mouet autem quẽm in artificialibus propter naturalia, quorũ ſpecies Plato ſeparatas poſuit a materia: vt intelligatur eſſe quæſitum, vtrum ſit homo vniuerſalis præter carnes & oſſa ex quibus particulares
part. 4. homines conſtituuntur. Ad ſolutionem autẽ huius q̃nis, hic primo præmittit ꝙ ſi ſit aliqua ſubſtantia hoc modo facta, nullo modo erit hoc aliquid, ſed ſignificabit tantum quale quid, quod non eſt determinatum. Socrates enim ſignificat hoc aliquid & determinatum. Homo vero ſignificat quale qd, quia ſignificat formã communem & indeterminatam, quia ſignificat abſque determinatione huius vel illius. Vnde, ſi ſit homo præter Socratem & Platonem & alios huiuſmodi, nõ tamen erit hoc aliqd nec determinatum. Sed nos videmus ꝙ in generationibus, ſemper illud quod facit & gñat {ex hoc, } id eſt ex tali materia, eſt {tale hoc, }. i. hoc determinatum, habẽs determinatam ſpeciem. Oportet. n. ſicut generatum eſt hoc aliquid, ita & generãs eſſe hoc aliquid, cum generans ſit ſimile genito, vt ſupra probatum eſt. Et quòd
dem compositi aliquo modo est diffinitio, aliquo modo nō est. Quia, si accipiatur {cū materia} scilicet indiuiduali, non est eius diffinitio: quia singularia nō diffiniuntur, vt supra est habitum Cuius ratio est, quia talis materia indiuidualis est quid infinitum & indeterminatum. Materia enim non finitur nisi per formam. Sed compositum acceptū {secūdum primam substantiam}, idest secundum formam, licet diffinitionem. Diffinitur enim cōpositum acceptum in specie non secundum indiuiduum. Sicut autem indiuiduum per materiam indiuiduatur: ita unumquodque ponitur in sua specie per formam. nō enim homo est homo, quia habet carnes & ossa, sed ex eo quòd habet animam rationalem in carnibus & ossibus. Vnde oportet, quòd diffinitio speciei accipiatur a forma, & quòd illæ partes materiæ solum ponantur i diffinitiōe speciei, in quibus primo & principaliter est forma. Sicut ratio hominis est illa, q̄ est animæ, ex hoc enim homo est homo, q̄ habet talem animā. Et propter hoc, si homo diffinitur, oportet q̄ diffiniatur p animā, & quòd nihilominꝰ in eius diffinitione ponantur partes corporis, in quibus primo est anima, sicut cor aut cerebrum, vt supra dixit. Ipsa namque substantia cuius pars nō est materia, {est species}. i. forma quæ inest materiæ, ex qua forma & materia {dicitur tota substantia} idest determinatur & diffinitur Sicut concauitas est quædam forma: ex ea enim & naso, dicitur nasus simus, & simitas. Et similiter ex anima & corpore, dicitur homo, & humanitas. Si enim nasus, qui est sicut materia, esset pars curuitatis, tunc cum diceitur nasus curtus, bis diceretur nasus. Semel enim diceretur proprio nomine. & semel prout includeretur in diffinitione curui. si tamen ponerentur in eius diffinitione sicut pars essentiæ curuitatis, non quasi ex additione, vt supradictum est. Quāmuis autem materia nō sit in essentia formæ, est tamen in tota substātia composita. sicut curuitas est in naso simo, & etiam materia individualis est in Callia. Dictum est etiam superius, quòd quodquideratesse vniuscuiusque, est idem cum eo cuius est. Quod quidem est simpliciter verum in quibusdam, sicut in primis substantijs {idest in immaterialibus. Sicut ipsa curuitas est idem cū eo, quodquideratcuruitas, si tamen curuitas est de primis substantijs. Quod quidem dicit quia etiam curuitas videtur esse forma in materia, licet non in materia sensibili, sed intelligibili, quæ est ipsum continuum. Vel secundum aliam literam {quæ prima est} Est enim quædam curuitas prima, sicut curuitas, quę est in speciebus, secundum Platonicos, in quibus speciebus communiter est verū, quòd quælibet est idem cum suo quodquideſt. Alia autem curuitas, quæ est in rebus sensibilibus, vel in mathematicis, non est prima, vnde non est idem quod suum quodquideratesse. Dicit autem exponendo, quòd primam substantiam hic nominat nō substantiam particularem, sicut in Prædicamentis, sed quæ non dicitur per hoc, quòd aliud sit in alio {sicut in subiecto & materia} idest ille res, quæ sunt formæ non in materia, sicut substantiæ separatæ. Quæcunque vero sunt sicut materia. vel etiā sunt concepta cum materia. sicut composita, quæ habent in sui ratione materiam, in istis non est idem quod quideratesse, & id cuius est. Nec etiam est vnum in his, quæ dicuntur secundum accidēs, sicut Socr. & musicus est idem per accidens. Attendendum est autem, quòd ab hac sententia, quam posuerat scilicet, quòd qdquidest, idem est cū vnoquoq; cuius est, duo hic excipit, scilicet illa, quæ dicunt per accidens, & substantias materiales, eum superius nō excepcrit nisi illa quæ dicūtur per accidēs. Oportet autem nos solum ista excludi, sed etiam substātias materiales. Sicut .n. supradictum est, qd quid erat esse est id, quod significat diffinitio, diffinitio autē non assignatur individuis, sed speciebꝰ: & ideo materia individualis, quę est indiuiduationis principium, est præter id, quod est quodquideratesse. Impossibile est autem in rerum natura esse speciem nisi in hoc indiuiduo. Vnde oportet, quòd quælibet res naturæ, si habeat materiam, quę est pars speciei, quæ est pertinens ad quodquidest, quòd etiam habeat materiam in diuidualem. quæ nō pertinet ad quodquidest. vnde nulla res naturæ, si materiā habeat, est ipsum quodquidest, sed est habens illud. Sicut Socrates non est humanitas, sed est humanitatem habens, Si autem esset possibile esse hominem compositum ex corpore & anima, qui non esset hic homo ex hoc corpore & ex hac anima compositus, nihilominus esset suum quodquideratesse, quāmuis haberet materiam. Licet autem homo præter singularia non sit in rerum natura, est tamen in ratione: quæ pertinet ad logicam considerationem. Et ideo superius, ubi logice considerauit de quodquideratesse, non exclusit substantias materiales, quin in illis etiam esset idem quodquidest cum eo, cuius est. Homo enim communis, est idem cum suo quodquidest, logice loquendo. Nunc autem postquam iam descendit ad principia naturalia, quæ sunt materia & forma, & ostendit quomodo diuersimode comparantur ad vniuersale & particulare, quod subsistit in natura, excipit hic ab eo quod supra dixerat, idem esse quod quidest cum vnoquoque, substantias materiales in rerum natura existentes. Reliquitur autem, quòd illæ substantiæ, quæ sunt formæ tantum subsistentes, non habent aliquid, per quod indiuiduentur, quod sit extra rationem rei, vel speciei significantem quodquidest. Et ideo in illis simpliciter verum est, quòd quælibet illarum est suum quodquideratesse.

Tex.cō.35. Tex.cō.41. Tex.cō.42. Tex.cō.35. Tex.cō.34. Lect.5. Lec.5. T.com.5ª D.414. 417. 460.

LECTIO XII.

VNC autem dicamus primum, inquantū in Analyticis de diffinitione non dictum est. In illis.n. dubitatio dicta, præopere rōnibus de substantia est. Dico autem hanc dubitationem pp

LECTIO XII.

VNC autem primo dicamus quatenus in Analyticis de definitione non est dictum: dubitatio nanque, quæ in illis dicta est, proderit sermonibus de substantia. Dico autem hanc dubitationem, quare vnum est defi-

LECTIO XII.

POstquam ostendit Philosophus, quæ partes in diffinitione ponuntur, hic inquirit quomodo diffinitio ex partibus existens possit esse vna: & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationē. Secūdo obijcit ad vtranque partem ibi {In hoc nanque homo}. Tertio soluit, quæ-

quæstionem, ibi: {Oportet autē intendere, &c.} Dicit ergo, quòd nunc primum oportet dicere de diffinitione, id quod non est de ea dictum {in Analyticis, } idest in libro Posteriorum. Ibi enim mota est quędam dubitatio de diffinitione, & nō soluta, quam oportet hic soluere {quia est præopere rationibus de substantia}, idest quia solutio huius quæstionis est prænecessaria ad ea, quæ sunt de substantia determinānda, de qua est principalis intētio huius scientiæ. Est autem ista dubitatio, quare illud, cuius diffinitio est ratio, {est vnum} scilicet quodquidest. Diffinitio d enim ratio est significans qđ quidest, sicut diffinitio hominis est animal bipes. Ponatur enim quòd hęc sit eius diffinitio. Quære igitur hoc, quod dicitur animal bipes est vnum, & non multa. Deinde ei dicit. b ¶ Obijcit pro utraque parte, & primo ad ostēdendum, quòd ex eis non fiat unum. Secundo ad cōtrariū. ibi: {Oportet autem vnum}. Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd ex genere & differentia non fit vnum. Secūdo quòd nec ex pluribus differentiis, ibi: {Si vero & participat}. Dicit ergo primo, quòd in hoc, quod est homo & albū, ista duo sunt multa, quando alterū eorum non inest alteri. si enim album non insit homini, tunc homo & album nullo mō sunt vnū. Vnū vero sunt, quando alterum eorum inest alteri, & subiectum, quod est homo {patitur alterum}, idest suscipit hanc passionem, quæ est album. Tunc autem ex his duobus fit vnum per accidens, quod est albus homo. Ex his accipitur, quòd ex duobus quorum vnum non inest alteri, non fit vnum. Sed {hic}, scilicet cum dicitur animal bipes, {alterum eorum} scilicet animal non participat {altero} scilicet bipede, sicut homo albus participat albo. Et hoc ideo, quia animal est genus, bipes vero differentia. Genus vero, non uidetur participare differentiis. Sequeretur enim, quòd idem participaret simul contrariis. Differentiæ enim sunt contrariæ {quibus genus differt}, idest per quas genus diuiditur. & pari ratione per quam participaret unam, participaret aliam. Si autem est impossibile quòd idem participet contrarias, impossibile erit quòd ex genere & differentia fiat vnum. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit quòd ex pluribus differentijs non potest fieri vnum dicens, quòd si detur genus participare aliquo modo differentia, prout scilicet animal non accipitur in sua communitate sed contrahitur per differentiam ad speciem, & sic per cōsequens ex genere & differentia fieri vnum, tamen adhuc erit eadem ratio ad ostendendum, quòd diffinitio non significet vnum, si sunt plures differentiæ in diffinitione positæ. Sicut, si ponantur in diffinitione hominis istæ tres differentiæ, quarum prima sit gressibile vel habens pedes, secunda sit bipes, tertia uero non alatum, non erunt potentes dici, quare ista sunt unum & non multa. non enim est sufficiens ad hoc ratio, quia insunt vni, puta animali, quod est homo. sic enim sequeretur, quòd omnia essent vnum. Sequeretur enim, quòd omnia accidentia, quæ insunt alicui subiecto, essent vnum per se. sic enim loquimur de vno & adinuicem & ad subiectum. Et cum ea, quæ accidunt vni subiecto accidant etiam alteri, sequeretur, quòd illa duo subiecta etiam essent vnum, pura aix & cygnus, quibus inest albedo. & sic deducendo sequeretur, quòd omnia essent vnum, non ergo potest dici quòd ex pluribus differētijs fiat vnum, etiam dato q̄ ex genere & differētia fiat vnum. Et sic ex duabus partibus videtur quòd diffinitio non significet vnum. Deinde cum dicit.

d ¶ Obijcit incontrarium ostendens, quòd diffinitio significet vnum, dicens quòd oportet quæcunq; in diffinitione ponuntur esse unum. Et hoc ideo, qa diffinitio est vna ratio, & id quod significatur per ipsam est substantia rei. Vnde oportet quòd diffinitio sit ratio significatiua vnius alicuius, quia substantia rei, quam diffinitio significat, est vnū quid. Et etiam supra dictum est, quòd diffinitio significat hoc aliquid, vbi ostensum est, quòd diffinitio est proprie substantiarum. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit præmissam quæstionem ostendens, quòd diffinitio significet unum. & circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo ex genere & differentia fit vnum. Secundo quomodo ex pluribus differentiis fiat vnum, ibi: {At uero oportet diuidi}. Dicit ergo primo, quòd ad inuestigandum vnitatem diffinitionum, oportet primum intendere de diffinitionibus, quæ dantur secundum diuisionem generis in differentias. Istę enim sunt diffinitiones verę, in quibus non est aliud quàm primum genus & differentiæ. Dantur enim, & quędam diffinitiones per aliqua accidentia, vel per aliquas proprietates, vel etiam per aliquas causas extrinsecas, quæ non significant substantiam rei. Et ideo huiusmodi diffinitiones non sunt ad propositum. Cū hic agatur de diffinitionibus ad substantias rerum inuestigādas. Ideo autem dico, quòd in diffinitione est primum genus cum differentiis, quia, & si aliquando in diffinitionibus ponantur aliqua genera intermedia inter genus primum, quod est generalissimum, & species vltimas, quæ diffiniuntur, tamen illa genera media nihil aliud sunt, quàm genus primum, & differētię comprehensę in intellectu generis medij {cum hoc}, idest cum genere primo. Sicut si in diffinitione hominis ponatur animal, quod est genus intermedium, patet quòd animal nihil aliud est quàm substantia, quę est genus primum cum aliquibus differentijs, est enim animal substantia animata sensibilis. Et simi liter, si intelligamus primum genus esse animal {habitum, bipes, & iterum tertiū genus, animal bipes non alatum} & similiter, si aliquod genus per plures differētias determinatur, Semper .n. posterꝰ genus cōprehendit prius cum aliqua differentia. Et sic patet quod omnis diffinitio resoluitur in primum genus & aliquas differentias. Omnino autem non differt, vtrum per plura,

In scdo posteriorum. T.com. 42. part. 1. part. 2. D.512. part. 3. T.com. 43. part. 5. part. 3. part. 4. T.com. 43. par. 5. D. E. part. seq. part. 5. Lect. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plura, aut per pauca diffiniatur aliquod diffinitum. Quare non differt, vtrum per pauca vel per duo. ita quò illorum duorū vnum sit genus & aliud differentia. Sicut eius, quod est animal bipes, animal est genus, & alterum, scilicet bipes, est differentia. Ostendendum est ergo primo, quomodo, ex istis duobus fiat vnum. Quod sic patet. Genus enim nō est præter ea, quę sunt species generis. Non enim inuenitur animal, quod nō sit nec homo, nec bos, nec aliqd aliud huiusmodi. Aut si inueniatur aliquid, quod est genus præter species, sic acceptum, vt est præter species non accipitur vt genus sed vt materia. Contingit enim aliquod & esse genus aliquorum & materiam. sicut vox est genus literarum, & est materia. Et quòd sit genus, patet per hoc, quòd differentiæ additæ voci faciunt species vocū literatarū. Et quòd etiam sit materia patet, quia {ex hac} scilicet ex voce {faciūt elementa}, ideſt literas, sicut aliquid fit ex materia. Sciendum est autē, quòd licet idem secundū nomē possit esse genus & materia, non tamen idem eodem modo acceptum. Materia enim ē pars integralis rei, & ideo de re prædicari non potest. non enim potest dici, quòd homo sit caro & os. Genus autem prædicatur de specie. vnde oportet quòd significet aliquo modo totum. Sicut. n. propter hoc, quòd est innominata priuatio, aliquando simplici nomine materię significatur materia cum priuatione, vt supra dictum est, quòd es accipitur pro ære inigurato, cum dicimus quòd ex ære fit statua, ita etiam quando forma est innominata, simplici nomine materiæ intelligitur compositum ex materia & forma, non quidem determinata, sed communi, & sic accipitur vt genus. Sicut enim compositū ex materia & forma determinata est species, ita compositum ex materia & forma communi est genus. & hoc in pluribus patet. Corpus enim potest accipi, & vt materia animalis, & vt genus. Si enim in intellectu corporis intelligatur substantia completa vltima forma, habens in se tres dimensiones, sic corpus est genus, & species eius erunt substantię perfectæ, per has vltimas formas determinatas, sicut per formam auri, vel argenti, aut oliuę, aut hominis. Si vero in intellectu corporis non accipiatur nisi hoc, quod est habens tres dimensiones cum aptitudine ad formam vltimam, sic corpus est materia. Et similiter est de voce. Si enim in intellectu vocis includatur ipsa vocis formatio in communi secundum formam, quę distinguitur in diuersas formas literarum & syllabarum, sic vox est genus. Si autem in intellectu vocis accipitur solum substantia soni, cui possibile est aduenire prędictam formationem, sic vox erit materia literarum. Ex quo etiam patet, quòd vox secundum quod est genus, non potest esse sine speciebus. non enim potest esse sonus formatus, quin aliquam determinatam formam habeat huius, vel illius literę. Sed si omnino careret forma literali prout est materia, sic inueniretur sine literis, sicut æs, inuenitur absque his, quę sunt ex ære. Si ergo prædicta sunt vera, palam est, quòd diffinitio est quędam ratio ex differentijs vnitatem habens, ita quòd tota essentia diffinitionis, in differentia quodammodo comprehenditur. Ex hoc. n. animal, q̄ est genus, non potest esse absq; speciebus, quia

part. 6. f At vero & oportet diuidi differentię differentiam, ut aialis differentia est pedalitas. Item animalis habentis pedes differentiā oportet scire, inq̄tum habens pedes. Quare non est dicēdum habentis pedes, aliud alatum, aliud non alatū, si quidem bene dicit: sed pp non posse faciet hoc: sed si aliud habēs scissos, aliud non scissos pedes: hæ nanq; sunt differētię pedis. Nā scisio pedis, pedalitas q̄dā est. Et sic semp vult, pcedere, donec vtiq; veniat ad non differentia. Tunc aūt erunt tot spēs pedis, quot differentię, & pedes habē tia aialia æqualia differentiis.

tera uero genera sunt, & ipsum primum, & post hoc, quæ comprehenduntur differentiæ. utputa ipsum primum est animal: consequens vero, animal bipes, & rursus animal bipes implume. Similiter etiam si per plura dicatur. & omnino nihil differt per multa, an per pauca dicatur. neque vtiq; per pauciora quàm duo. duorum vero hoc quidem genus hoc vero differentia, utputa huius, animal bipes, animal quidem genus, differentia uero alterum. Si igitur genus simpliciter non est præter eas, quæ vt generis species sunt, aut si est quidem, sed tanquā materia est (vox namque genus & materia, differentiæ autem species, & elementa quoque ex hac faciūt) manifestum est, quòd definitio est ex differentijs ratio.

At vero oportet etiam diuidi differentia differentiam. utputa animalis differentia est, pedes habere, rursus animalis pedes habentis, differentiam scire oportet, prout pedes habet. quare non est dicendum pedes habentis, aliud plumiferū, aliud implume, si bene dicatur (uerum quia non potest, faciet hoc) sed si aliud fissos, aliud non fissos pedes habens. hæ enim pedis differentiæ sunt. fissio namque pedum aliqua peditas est. & sic semper procedi vult, donec ad indifferentia deueniatur. tum autem tot pedis species erunt, quot differentiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentijs.

Tex. cō. 25. nitione multę differentię. Secundo, ostendit quòd si differentię debito modo sumantur, non impediet multitudo differentiarum vnitatem diffinitionis, ibi: {Si itaque.} Dicit ergo primo, quòd in diffinitionibus in quibus sunt multæ differentię, oportet non solum diuidi genus in differentiam, {sed etiam diuidi differentiam primam in differentiam secundam: sicut animalis differentia est pedalitas, secundum quam animal dicitur habens pedes, vel gressibile. Sed quia etiam hęc differentia multipliciter inuenitur, iterum oportet scire differentiam animalis habentis pedes, quę sit differentia eius {inquantum est habens pedes} scilicet per se, & non per accidens. Et ideo, quia habenti pedes accidit habere alas, non est dicendum diuidendo differentiam, quòd habentis pedes, aliud est alatum, aliud non alatum, si homo bene velit dicere diuisionem differentiarum. Sed tamen quandoque aliquis diuidens differētias {faciet hoc} vt scilicet diuidat per ea, quæ sunt secundum accidens, propter hoc quòd non potest inuenire proprias & per se differentias. Aliquando enim necessitas cogit, vt vemur loco per se differentiarum, differentijs per accidens, in quantū sunt signa quędam differentiarū essentialium nobis ignotarum. Sed hoc modo est hæc differentia diuidenda {habens pedes} scilicet huiusmodi animalium, aliud est habens pedes scissos, & aliud non scissos. Istæ enim {sunt differentię pedis} scilicet scissum & non scissum. Et ideo habens pedes scissos, per se diuidet hanc differētiam, quæ est habens pedes. Scissio enim pedis {est quædam pedalitas}

pedalitas} ideſt hæc differentia, quæ est habere pedes scissos, est quoddam contentum sub hoc, quod est habere pedes, & habent se ad inuicem sicut determinatum & indeterminatum, sicut diximus de genere & differentia. Et ita semper procedendum est in diuisione differentiarum, donec diuidens {veniat ad non differentia} ideſt ad

parte. 7. vltimas differentias, quę nō diuiduntur vlterius in alias differentias. Et tunc tot erunt species pedis, quot differentiæ, & species animaliū habētium pedes æquales differentiis. Quę libet enim idiuidualis differentia constituet vnam speciem specialissimam.
Deinde cum dicit.
g ¶ Ostendit ex suppositis, quòd multitudo differentiarum non impedit vnitatem diffinitionis. & circa hoc duo facit.

Par. 8. Primo, ostendit propositum. Secundo, inducit conclusionē intentam: ibi {Quare palam &c.} Circa primum duo facit.

Par. 9. Primo, ostendit quo modo ex multis differentiis fit vnum, si differentiæ per se sumantur. Secundo, quòd hoc nō potest esse, si sumantur per

Par. 10. accidens, ibi: {Si vero secundum accidens.} Dicit ergo primo, quòd si sic se habent differentię acceptæ in diffinitione {sicut dictum est} scilicet, quòd semp sumantur per se differentię & non per accidens, palam est, q̄ vltima differētia erit tota substantia rei, & tota diffinitio. Includit enim in seomnes p̄cedentes particulas. Quòd enim in differentia includatur genus, ostensum est ex hoc, quòd genus non est sine differentijs. Sed quòd vltima includat omnes præcedentes, palam est ex hoc, quòd nisi hoc dicatur, sequitur quòd opotteat {in terminis} ideſt diffinitionibus multoties eadem dicere. Et hoc erit superfluum & nugatorium. hoc autem inconueniens ideo accidit, quia si aliquis dicat in diffiniendo animal {habens pedes bipes} quòd oportebit eum dicere, si bipes sit alia differentia ab habēte pedes, non includens eam, nihil aliud dixit sic diffiniens, quàm animal habens pedes, duos pedes habēs. Bipes enim nihil aliud est quàm duos pedes habens in quo manifeste includitur, pedes habens. Vndę patet, quòd si vtraque apponatur differentia, est nugatio. & iterum si hoc, quòd est bipes diuidat aliquis {propria diuisione}, ideſt per ea, quę sunt per se & non per accidens, sequetur vlterius multoties dici idem, & toties quot sumuntur differentiæ. Vt si dicam, quòd animalis bipedis, aliud est habens pedes scissos in quinque digitos, aliud in quatuor: si quis vellet diffiniens hominem, ponere omnes differētias intermedias, toties repeteret idem, quot differētias apponeret. Diceret enim, quòd homo est animal pedes habens, duos pedes habens, scissos in quinq; digitos. Et quia ista sunt inconueniētia, igitur manifestum est, quòd si in diffinitione accipiantur differentiæ, vna erit vltima, scilicet {quæ est species & substantia}, ideſt quę substantiam & speciem diffiniti comprehendet, & ab eius vnitate diffinitio erit vna. Deinde cum dicit,
h ¶ Ostendit quòd hoc non potest dici si differētię p accidens sumantur, dicens, quòd si aliquis in diuidendo & diffiniendo accipiat differentiam secundum accidens, sicut si diuidatur quòd habentium pedes, aliud est album, aliud est nigrum, tot erunt vltimę differentiæ, quot factę sunt diuisiones, quia vna earum, alteram non includet. Et de differentiis sic sumptis, procedebat ratio superius inducta contra unitatem diffinitionis.

Si igitur hæc ita se habeant, manifestum est, quod vltima differentia, rei substantia erit, & definitio. siquidem non oportet crebro eadem in definitionibus dicere: superfluum namque est. Accidit autem hoc. cō. n. animal pedes habens, bipes dicat, nihil aliud dixit, nisi animal pedes habens, duos pedes habens. & si hoc propria diuisione diuidat, crebro & æqualiter, ac differentias dicet. Si igitur differentiæ differentia fiat, una, quæ vltima est, erit species & substantia.

Si autem secundum accidens, ut si diuidat habentis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot sunt sectiones.

Quare manifestum est, quòd definitio est ratio, quæ ex differentijs est, & ex harum ultima secundum rectum.

Patet autem hoc, siquis transponat tales definitiones, utputa hominis, dicens, animal bipes, habens pedes. Superfluum enim est habens pedes, dicto bipede. ordo vero non est in substantia. quo namque modo intelligere oportet, hoc quidem prius, illud uero posterius? De his igitur definitionibus, quæ secundum diuisiones fiunt, quales quædam sunt, hactenus dicta sint.

Huiusmodi enim differentiæ sic per accidens acceptæ, non essent vnum nisi subiecto, quod non sufficit ad vnitatem diffinitionis. Deinde cum dicit.
i ¶ Concludit propositum, & circa hoc duo facit. Primo ponit conclusionem dicens, quòd palam est ex dictis, quòd quamuis in diffinitione ponatur genus & differentia, tamen diffinitio est ratio ex differentijs tātum, quia genus nō est præter differentias, vt supra dictū est. Et quamuis ponantur multæ differentię in diffinitione, tamen tota diffinitio dependet & constituitur ex vltima, quando fit diuisio {secundum rectum}, ideſt a communiori ad minus commune descendendo secūdum per se differentias, & nō accipiendo quasi a latere differentias per accidēs. Secūdo ibi.
k ¶ Manifestat conclusionem inductam per quoddam signū dicens, {Palam autē erit} scilicet, quòd tota diffinitio cōstituitur ex vltima differentia, ex hoc quòd si quis trāsponat partes talium diffinitionum, sequetur inconueniens. Sicut si aliquis dicat diffinitionem hominis esse animal bipes, habens pedes. Ex quo enim dictum est bipes, superfluum est apponere, pedes habens. Sed si diceretur primo pedes habens, adhuc restaret inquirendum, vtrum esset bipes, dicendo pedens habens. Ex hoc patet quòd illę differentiæ secundum quòd sunt multę habent inter se ordinem determinatum. Non autem hoc potest intelligi quòd in substantia rei sit aliquis ordo: non enim potest dici, quòd hoc substantiæ sit prius, & illud posterius, quia substantia est tota simul & non per successionem, nisi in quibusdam defectiuis, sicut sunt motus & tempus. Vnde patet, quòd multæ partes diffinitionis, nō significant multas partes essentię ex quibus essentia constituatur sicut ex diuersis, sed omnes significant vnum quod determinatur vltima differentia. Patet etiā ex hoc, quòd cuiuslibet speciei est vna tantum forma substantialis, sicut leonis vna est forma, per quam est substantia, & corpus & animatum corpus, & animal, & leo. Si enim essent plures formæ secundum omnia prędicta, aliud in quatuor: si quis vellet diffiniens hominem, ponere omnes differētias intermedias, toties repeteret idem, quot differētias apponeret. Diceret enim, quòd homo est animal pedes habens, duos pedes habens, scissos in quinq; digitos. Et quia ista sunt inconueniētia, igitur manifestum est, quòd si in diffinitione accipiantur differentiæ, vna erit vltima, scilicet {quæ est species & substantia}, ideſt quę substantiam & speciem diffiniti comprehendet, & ab eius vnitate diffinitio erit vna. Deinde cum dicit,
h ¶ Ostendit quòd hoc non potest dici si differētię p accidens sumantur, dicens, quòd si aliquis in diuidendo & diffiniendo

Post quam

LECTIO XIII.

a POstquam determinauit Philosophus de substantia secundum quòd substantia dicitur quodquidest, hic determinat a quibusdam dicitur substantia. & circa hoc duo facit. Primo continuat se ad precedentia. Secundo prosequitur suam intentionem: ibi: ¶ Videtur autem impossibile. } Dicit ergo primo, quòd quia in ista scientia est principalis perscrutatio de substantia, oportet iterum redire ad diuisionem substantiæ, vt videatur quid est dictum, & quid restat dicendum. Dicitur autem substãtia (vt ex prædictis patet) id quod est ¶ ταῦτα quam subiectum }. i. materia, quæ se habet ad formam substantialem sicut subiectum, quod est substantia completa, ad formam accidentalẽ. Et alio modo dicitur substantia quodquid erateſſe, quod pertinet ad formam. Tertio modo dicit substãtia ¶ quod ex his, } idest cõpositum ex materia & forma. Et quarto modo dicitur substantia a quibusdam vniuersale. Hæc autem diuisio substantiæ hic posita in idem redit cum diuisiõe posita in principio huius Septimi, licet videatur esse diuersa. Ibi enim posuit quatuor, scilicet subiectum, quodquideratesse, & vniuersale, & genus. Et subiectum diuisit in tria, s.in materiam & formam & compositum. Et quia iam manifestum est, quòd quodquideratesse se tenet ex parte formæ, ponit quodquideratesse loco formæ. Item quia genus commune eadem ratione ponitur substantia qua & vniuersale, vt ostendetur, concludit vtrunque sub vno modo. & sic remanent tantum quatuor modi, qui hic ponuntur. De duobus ergo istorum modorum dictum est. Dictum est enim de quodquideratesse, & iterũ de subiecto, quod dicitur dupliciter. Vno modo sicut id, quod est aliquid & ens actu, sicut animal subijcitur suis passionibus, & quæcunque substantia particularis suis accidentibus. Alio modo sicut materia prima ¶ subijcitur actui, }. i. formæ substantiali. De his autem dictum est, vbi ostensum est, quomodo partes materiæ pertineant ad speciem, vel ad individuum. Sed quia nõ solum materia & quodquidest videntur esse causæ, sed etiam vniuersale ¶ quibusdam } scilicet Platonicis videtur maxime esse causa & principium, ideo ¶ de hoc } s. vniuersali tractabimus in hoc eodẽ septimo. De substantijs autem cõpositis & sensibilibus tractabitur in Octauo, quarum ea, quæ in hoc Septimo tractantur, sunt quasi principia.

Deinde cum dicit.

b Incipit inquirere vtrum vniuersalia sint substantiæ, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit quòd vniuersalia non sunt substantiæ, sicut quidã posuerunt. Secundo ostendit quantum ad quid rectè dixerunt hoc ponentes, & quantum ad quid errauerunt, ibi: ¶ Sed species dicentes hic quidem dicunt rectè. } Circa primum duo facit. Primo ostẽdit in communi quòd vniuersalia nõ sunt substantiæ. Secundo specialiter de vno & ente, quæ maxime ponebantur esse substantiæ rerum, ibi: ¶ Quoniã vero vnum dicitur. } Prima diuiditur in duas. In prima ostẽdit quòd vniuersalia non sunt separata, ibi: ¶ Manifestum autem ex his. } Circa primum duo facit. Primo ostendit vniuersalia nõ esse substantias ex ea parte, qua vniuersalia prædicãtur de multis. Secundo ex ea parte, qua species ex vniuersalibus componuntur, sicut ex partibus diffinitionis ibi: ¶ Amplius aũt & impossibile & incõuenies. } Dixerat enim superius in Quinto, quòd genus quodam modo est totum, inquãtum prædicatur de pluribus: & quodammodo est pars, inquantum ex genere & differentia constituitur species. Circa primum duo facit. Primo enim ostendit, quòd vniuersale nõ est substantia, cum de pluribus prædicetur. Secundo excludit quandam cauillosam respõsionem, ibi: ¶ Sed an sic quidem non cõtingit. } Sciendum est autem ad euidentiam huius capituli, quòd vniuersale dupliciter potest accipi. Vno modo pro ipsa natura, cui intellectus attribuit intentionẽ vniuersalitatis, & sic vniuersalia, vt genera & species, substãtias rerum significant, & prædicantur in quid. Animal enim significat substantiam eius, de quo prædicatur, & homo similiter. Alio modo potest accipi vniuersale inquantum est vniuersale, & secundum, quòd natura prædicta subest intentioni vniuersalitatis, id est secundum quòd cõsideratur animal uel homo, vt vnum in multis, & sic posuerunt Platonici animal & hominem in sua vniuersalitate esse substantias. Quod Arist. in hoc capitulo intendit reprobare, ostendens q animal commune, vel homo communis, non est aliqua substantia in rerum natura. Sed hanc communitatem habet forma animalis vel hominis secundum q est in intellectu, qui vnam formam accipit vt multis communem, in quantum abstrahit eam ab omnibus in diuiduantibus. Ponit ergo ad propositum duas rationes, circa quarum primam dicit, quod videtur ex sequentibus rationibus impossibile esse, quodcunque eorum, quę vniuersaliter prędicantur, esse substantiam, secundum .s. quod in sua vniuersalitate accipitur. Quod primo probatur ex hoc, quod substantia vnius cuiusq; est propria ei, & non inest alij, sed vniuersale est commune multis. Hoc enim dicitur vniuersale quod natum est multis inesse, & de multis prædicari. Si ergo vniuersale d est substantia, oportet quod sit alicuius substantia, cuius ergo substantia erit? aut enim oportet quòd sit substãtia omniũ quibus inest, aut vnius: non est autem possibile quod sit substantia omnium, quia vnum non potest esse substantia pluribus. Plura enim sunt, quorum substantiæ sunt plures & diuersæ. Sed si dicatur, quod sit substantia vnius eorum quibus inest, sequetur quòd omnia alia quibus inest, sint illud vnum, quibus ponitur esse substantia. Oportet enim quod pari ratione, eorum etiam sit substantia, cum & eis similiter insit. Quorum autem substantia est vna, & quodquideratesse vnũ, oportet & ipsa esse vnum. Relinquitur ergo, quòd ex quo vniuersale non potest esse substantia omnium, de quibus dicitur, nec vnius alicuius, quòd nullius sit substantia. Sciendum autem, quod ideo dicit quod vniuersale est quod natum est pluribus inesse, non autem quod pluribus inest, quia quædam vniuersalia sunt, quæ non continent sub se nisi vnum singulare, sicut sol & luna. Sed hoc non est, quin ipsa natura speciei quantũ est de se, sit nata esse in pluribus, sed est aliquid aliud sicut prohibens,

LECTIO XIII.

VTrum autem de substantia cõsideratio sit, rursus redeamus. Dicitur autem, sicuti subiectum substantia esse, & quod quid erat esse, & quod ex his, & vniuersale. De duobus itaque dictum est. etenim de ipso quid erat esse, & de subiecto, quòd dupliciter subjicitur, aut quodquid existens, vt animal passionibus: aut, vt materia actui. Videtur autem etiam vniuersale causa quibusdam esse maxime, ac esse principium ipsum vniuersale. quare de hoc etiam tractemus.

Videtur nanque impossibile substantiam esse quodcumque eorum, quæ vniuersaliter dicuntur, Prima nanque substantia vnuscuiusque, quæ propria cuiusque est, quæ alij non inest. vniuersale vero commune. hoc enim dicitur vniuersale, quod pluribus natura aptum est inesse. Cuius igitur hoc erit substantia? aut enim omnium, aut nullius. omnium vero non est possibile. vnius autem si erit, cætera quoque hoc erunt. quorum enim substantia una, & quodquid erat esse vnum, ipsa quoque unum sunt.

part. 1. Lect. 8. pat. prima. Infra pe. 5. T. cõ. 33.

Tex. cõ. 46. pen. 3.

part. 4.

part. 5.

part. 6.

parte 4.

D. 1397.

hibens, sicut quòd tota materia speciei comprehẽdetur in vno individuo, & quòd non est necessariũ multiplicari secundum numerum species, quæ in vno individuo potest esse perpetua. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Dicit quòd substantia dicitur quæ non est de subiecto, & dicitur vniuersale semper de aliquo subiecto: ergo vniuersale non est substantia. videtur autem ratio hæc nõ valere. Dictũ est enim in prædicamentis, quòd de ratione substantiæ est, quòd nõ sit in subiecto. Prædicari vero de subiecto, non est contra rationẽ substantiæ, vnde ponuntur ibi secundæ substãtiæ, quę prædicantur de subiecto. Sed dicendum, quòd secũdum logicam considerationem loquit Philosophus in prædicamentis. Logicus autem cõsiderat res secundum quòd sunt in ratione. Et ideo considerat substãtias prout secũdum acceptionem intellectus subsunt intentioni vniuersalitatis. Et ideo quãtum ad prædicationem, quę est actus rationis, dicit quòd prædicanẽ ¶ de subiecto }. i. de substantia substãtẽte extra animam. Sed Philosophus primus cõsiderat de rebꝰ secundũ quòd sunt entia: & ideo apud eius cõsiderationẽ non differt esse in subiecto, & de subiecto. Hic enim accipit dici de subiecto quod est in se aliqua res, & inest alicui subiecto existenti in actu: & hoc impossibile est esse substantiam. sic enim haberet esse in subiecto. Quod est contra rationem substantiæ, quod etiam in Predicamentis est habitum. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit quandam cauillosam respõsionem, qua posset aliquis obuiare primę rationi, in qua dixerat, quòd omnia sunt vnum, quorum substantia & quodquidest sunt vnum. Posset enim aliquis dicere, quòd vniuersale non est sicut substantia, vt quodquideratesse, quodquidem sit proprium vni. Et ideo ad hoc excludendum Philosophus dicit.

Sed an } potest dici obuiando rationi primo inductæ, quòd non cõtingit vniuersale esse substantiã, sicut quodquideratesse est substantia, sed tantum est substantia in ipsis particularibus existens, sicut animal in homine & equo. non enim ita est natura animalis in homine, quòd sit propria ei, cum sit etiam equi. quasi dicat, nõ potest sic responderi. Sequitur enim si hoc, quod est animal commune, sit substantia, quòd huius substãtię sit aliqua ratio. Nec differt ad propositum, si non est ratio diffinitiua omnium ¶ quæ sunt in substantia } i. quæ ponuntur in diffinitione, ne in infinitum procedatur in diffinitionibus, sed oportet omnes partes cuiuslibet diffinitionis iterum diffiniri. nihil enim minus illa substantia oportet quòd sit alicuius, licet nõ habeat diffinitionem, quam si haberet. Sicut, si dicamus quòd licet hoc ipsum, quod est homo communis, non habeat diffinitionẽ, tamẽ oportet quòd sit hominis substãtia, in quo existit, ipsius, s. hominis cõmunis. Quare idem accidit quod & prius, quia oportebit quòd ista substantia communis, licet nõ ponatur propria alicui inferiorum, tamen erit propria illius substantiæ cõmunis in qua prima existit. Sicut si animal commune sit quædam substantia, animal per prius prædicabitur de illa communi substantia, & significabit eius substantiam propriam, siue sit diffinibile, siue non. Vnde non poterit ex quo hæc substantia est propria vni, de multis prædicari. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit quòd vniuersale non est substantia, accipiendo rationes ex ea parte, qua vniuersale est pars diffinitionis & essentiæ, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad propositum. Secundo excludit quandam dubitationem, ibi ¶ Habet autem quod accidit dubitationem. } Circa primum ponit quatuor rationes, quarum primam ponit dicens, quòd impossibile & incõuenieus est id, quod est hoc aliquid & substantia, nõ esse ex substantijs, nec ex his, quę sunt hoc aliquid, sed ex his quę significant quale, si tamẽ est ex aliquibꝰ. quod dicit propter substantias simplices. Sequitur enim, quòd cum ea, ex quibus est aliquid, sint priora, & prius sit id, quod est non substantia, sed quale, eo q̃ est substãtia, & eo qđ est hoc aliquid, quod est impossibile: quia impossibile est passiones, & qualitates, & accidentia esse priores substantia ratione, aut tempore, aut generatione. Quod. n. non sint priores ratione, supra ostensum est ex eo, quòd substãtia ponitur in diffinitione accidẽtium, & nõ econuerso. Iteꝝ quòd non sint priores tempore ex hoc supra probatũ est, ex quo etiã hic probatur, quia sequeretur, quòd passiones essent separabiles a substantijs, quod ẽ impossibile. Esse autẽ prius generatione, continetur sub eo quod est prius tempore. Omne enim, quod est prius generatione, est etia prius tempore, licet non econuerso. Ea enim, quę non habent ordinẽ ad generationem alicuius, licet sint priora tempore, non tamen sunt priora generatione: sicuti equus non est prior generatione leone, qui nunc est, licet sit prior tempore. Partes autem, ex quibus aliquid constituitur, sunt priores generatione, & per consequens tẽpore, & quãdoq; etiam ratione, sicut supra ostensum est. vnde impossibile est, quòd ex non substantijs componatur substantia. Vniuersalia autem significant non substantiã & hoc aliquid, sed significant quale quid, vt in Predicamentis dr de secundis substantijs. Ergo patet, quòd ex vniuersalibus si sunt quędã res prẽter singularia, non possunt componi singularia, quę signi hoc aliquid. Sed videt quòd hęc ratio inconuenienter procedat. Secundę. n. substantię, quę sunt genera & species in genere substantię, & si nõ significẽt hoc aliquid, sed quale, non tñ significãt hoc modo quale, sicut passiones, quę significãt qualitatẽ accidentalem, sed significãt qualitatẽ substantialem. Ipse autẽ procedit hic, ac si significarent qualitatẽ accidentalem. Sed dicendum est, quòd si vniuersalia sint res quædã, sicut Platonici ponebãt, oportebit dicere, quòd nõ solum qualitatẽ substantialem, sed accidentalẽ significẽt. Omnis. n. qualitas, quę est alia res ab eo, cuius est qualitas, est accidẽtalis. Sicut albedo est alia res a corpore, cuius est qualitas, & est in eo. sicꝰ est qualitas sicut in subiecto, & ideo est accidens. Si ergo vniuersalia, inquãtum vniuersalia sunt, sint res quędam, oportet quòd sint aliæ res a singularibus, quę non sunt vniuersalia. Et ideo si significant qualitatem eorum, oportet quòd infint eis sicut substantijs, et per cõsequens quòd significent qualitatem accidentalem. Sed ponentibus quòd genera & species non sunt aliquæ res, vel naturæ aliæ a singularibus, sed ipsamet singularia, sicut quòd non est homo, qui non sit hic homo, non sequitur quòd secundæ substantiæ significent accidẽs, vel passionem. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Dicit, quòd si vniuersalia sunt substãtię, sequit quòd Socrati inerit substantiæ substãtia. Si enim omnia vniuersalia sunt substantiæ, sicut homo est substantia Socratis: ita animal erit substantia

part. 9. Tex. cõ. 4.

Tex. cõ. 4.

Tex. cõ. 7.

Capitu. de substantia.

Universidad de Deusto Biblioteca

stantia hominis. Et ita istæ duæ substantiæ, vna, quæ est homo, & alia, quæ est animal, erunt in Socrate. Et hoc est quod cõcludit ¶ quare duorum erit substantia, ǁ i. quare sequitur quòd hoc quòd dico animal sit substantia non solũ hominis, sed etiã Socr.

Tex.cõ.45. Et ita vna substãtia erit in duobus cũ tamen supra ostensum sit, quòd vna substantia non est nisi vnius. Et non solum in Socrate hoc accidit, qđ dictum est, sed totaliter in omnibus accidit, si homo & alia quæ sic dicũtur, sicut species, sint substantiæ, & quòd nihil eorum, quę ponũtur in ratione specierũ sit substãtia, neq; quòd possit esse sine illis, in quorũ diffinitione ponunt, vel quòd sint in aliquo alio, aut quòd ut ipsummet aliud. Sicut qđ non erit quoddã animal ¶ præter aliqua

parte.7. animalia, ǁ i. præter

Tex.cõ.49. parte.8. species animalis. Et similiter est de omnibus alijs quæ ponũtur in diffinitionibus, siue sint genera, siue differentiæ. Et hoc ideo, quia cũ species sint substantiæ, si ea etiã, quæ in diffinitionibus specierum ponũtur, sint substantiæ, in singularibus erunt plures substãtiæ, & vna substantia erit plurium, vt de Socrate dictum est. Patet igitur ex dictis, quòd nullũ vniuersale est substãtia, & nullum eorũ, quæ communiter prædicatur, significat hoc aliquid, sed quale. Tertiam rationẽ ponit ibi.

g ¶ Dicit quòd si ꝑdicta conclusio non

Tex.cõ.50. part.9. concedatur, accident multa inconuenientia, iter quę erit vnũ, quòd oportebit ponere tertium hoiem. Quod quidẽ potest exponi dupliciter. Vno modo vt prẽter duos homines singulares, qui sunt Socr. & Plato, sit tertius homo, qui est cõmunis. quod quidem nõ est inconueniens secundum ponentes ideas, licet secundum rectam rationem inconueniens videatur. Alio modo, vt prẽter hominem singularem & communẽ, ponatur tertius, cum communicent in nomine & ratione, sicut & duo homines singulares, prẽter quos ponitur tertius homo communis, & ob hanc causam, ſ. quia communicant in nomine & diffinitione. Quartam rationem ponit ibi.

h ¶ Dicit quòd vniuersalia non sunt substãtiæ ſm hanc rationem. impossibile est enim aliquam substãtiam esse ex pluribus

F substantijs, quæ sunt in ea actu. Duo enim, quæ sunt in actu, nunquam sunt vnum actu: sed duo, quæ sunt in potentia, sunt vnum actu, sicut patet in partibus continui. Duo enim dimidia vnius lineæ sunt in potentia in ipsa linea dupla, quæ est vna in actu. Et hoc ideo, quia actus habet virtutem separandi & diuidendi. Vnũquodque enim diuiditur ab altero per propriam formam. vnde ad hoc, quòd aliqua fiant vnum actu, oportet quòd omnia concludãtur sub vna forma, & quòd non habeant singula singulas formas, ꝑ quas sint actu. Quare patet, quòd si substantia particularis est vna, non erit ex substantijs in ea existentib⁹ actu. & sic si est D.971. ex vniuersalibus, vniuersalia non erunt substantiæ. Et secundum hunc modum Democritus recte dicit, quòd impossibile est vnum fieri ex duobus, & ex vno fieri duo. Est enim intelligendum, quòd duo in actu existentia, nunquam faciũt vnum. Sed ipse non distinguens inter potentiam, & actum, posuit magnitudines indiuisibiles esse substantias. Voluit enim, quòd sicut in eo, quod est vnum, non sunt multa in actu, ita nec in potẽtia. & sic quælibet magnitudo est indiuisibilis. Vel aliter. Recte inquam dixit Democritus supposita sua positione, qua ponebat magnitudines indiuisibiles esse etiam rerum substantias, & sic esse semper in actu, & ita ex eis non fieri vnum. Et sicut est in magnitudinibus, ita est in numero, si numerus est compositio vnitatum, sicut a quibusdã dicitur. Oportet enim, quòd vel dualitas non sit vnum quid, siue quicunque alius numerus, siue quòd vnitas nõ sit actu in ea. Et sic dualitas non erunt duæ vnitates, sed aliquid ex duabus vnitatibus compositum. Aliter numerus non esset vnũ per se & vere, sed per accidens, sicut quæ

ita dicuntur, substanta est, accidit nihil eorum, quæ in ratione sunt, alicuius substantiam esse, nec sine ipsis existere, nec in alio. Dico autem, utputa, non esse aliquid animal præter aliqua, nec ullum aliud eorum, quæ in ratione sunt. Ex his itaque, considerantibus patet nihil eorum, quæ uniuersaliter existunt, substantiam esse: nihilque eorum, quæ communiter prædicantur, quod quid, sed tale significare.

Quòd si non, & alia multa accidunt, ac tertius homo.

Item sic quoque patet. Impossibile enim est substantiam ex substantijs esse, quæ sic insunt, ut actu: quæ enim duo sic actu sunt, nunquam unum actu sunt, sed si potentia duo sunt, erunt unum: ut duplum ex duobus dimidijs potentia. actus namque separet. Quare, si substantia unum, non erit ex substantijs existentibus, & secundum hunc modum, quem recte Democritus dicit. Impossibile enim ait esse ex duobus unum, aut ex uno duo fieri. magnitudines namque indiuisibiles substantias facit. Patet igitur quòd similiter & de numero se habebit, si numerus quidem compositio unitatum est, ut a quibusdam dicitur. aut enim non est unum dualitas, aut non inest in ea unitas actu.

Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim nec ex uniuersalibus possibile est ullam substantiam esse, propterea quod tale, & non quod quid significant, nec ex substantys actu contingit ullam substantiam esse compositam, quicquam incompositum erit profecto omnis substantia: quare neque ratio ullius substantiæ erit. At cunctis uidetur, & iam dictum est, aut solius substantiæ, aut maxime deffinitionem esse. nunc uero, nec huius: nullius igitur deffinitio erit. An quodam modo quidem erit, quodam modo uero non. manifestum autem quod dicitur magis erit ex posterioribus.

coaceruantur. Deinde cum dicit.

i ¶ Mouet dubitationem circa prædicta dicens, quòd id quod accidit ex prædictis habet dubitationem. Dictum est enim, quòd ex vniuersalibus non potest esse aliqua substantia, propter hoc quòd vniuersale non significat hoc aliquid, sed quale. Secundo dictum est quòd ex substantijs in actu non potest esse aliqua

dit, si est substantia homo, & q̃cunque ita dicũtur, nihil eorũ quæ in ratione, esse nullius substantiam, neque sine ipsis existere, nec in alio. Dico autẽ nõ esse quoddã animal præter aliqua, nec aliud eorum, quę in rationibus nullius. Ex his itaque speculantibus, palã quia nihil vniuersaliter existentiũ est substantia, & qa nullũ p̃dicatorum significat hoc aliquid, sed tale.

g Sin autem tale, & alia quoq; multa accidũt, & tertiꝰ homo.

h Amplius autẽ est & ita manifestũ. Impossibile. n. substantiã ex substantijs esse in existentibus sic vt actu. Duo nanq; sic actu nunq̃ sunt vnũ actu, sed si potestate duo fuerit, erũt vnũ, vt quæ dupla, ex duobus dimidijs potestate. Actꝰ. n. separat. Quare, si substãtia vnũ, nõ erit ex substantijs inexistẽtibus. Et secundum hunc modum quidẽ dicit Democritꝰ recte. Impossibile. n. ait ex duobus vnũ, aut ex vno duo fieri. magnitudines enim indiuisibiles, substantias facit. Similiter igitur manifestũ, quia & in numero si se habebit, si est numerus compositio vnitatũ sicut dicitur a quibusdam. Aut. n. non vnũ dualitas, aut nõ inest vnitas in ipso actu.

i Habet autẽ quod accidit dubitationem. Si. n. neque ex vniuersalibus possibile est esse nec vnã substãtiã ꝓp tale aliqd, sed nõ hoc aliquid significare: nec ex substãtijs cõtingat actu esse, neq; vnã substãtiam, incomposita erit vtiq; substãtia oĩs. quare nec ratio vtiq; erit, neq; vniꝰ substãtiæ. At vero videt oĩbus, & dictum est iam dudũ, aut solum substãtię esse terminũ, aut maxime: nunc autẽ neq; hmõi. nullius igitur erit diffinitio: aut modo quodam erit, modo aũt quodam non. Manifestum autẽ erit quod dicitur, ex posterioribus magis.

aliqua substantia. Et sic videtur sequi, quòd substantia non po- A
Tex.cõ.33. test componi, neque ex substantijs, neque ex non substantijs: ergo sequitur, quòd omnis substantia sit incomposita. Et ita cum diffinitiones non dentur de substantijs incõpositis, (quod patet per hoc quòd diffinitio est ratio habens partes, vt supra dictum est) sequitur quòd nullius substãtiæ sit diffinitio. Sed

Tex.cõ.51. part.1. omnibus videtur (vt supra ostensum est) quòd diffinitio, vel est solum substantię, vel eius maxime. Nunc autem conclusum est, quòd substãtię non sit diffinitio, ergo sequitur, quòd nullius sit diffinitio. Dicẽdum est autem ad prædictam dubitationem, quòd quodammodo substantia est ex substantijs, quodammodo non. Hoc autem erit manifestũ magis ex posterioribus in hoc capitulo, & in. 8. Est enim ex substantijs in potentia, sed non in actu.

Text.cõ.56.

LECTIO XIIII.

part.3. a Postquam Philosophus ostẽdit vniuersalia nõ esse substantias absolute, hic ostendit, quòd nõ sunt substantiæ a sensibilibus separatæ: & dividit in partes duas. In prima ostendit, quòd vniuersalia nõ sunt substantiæ separatæ. In secunda manifestat quoddam, quod in superioribꝰ dubium reliquerat. ibi ¶ Manifestum autem est quòd substantiarum. ǁ Circa primum duo facit. Primo ostendit vniuersalia non esse substantias separatas. Secundo, ostendit, quòd si sunt separatæ; non sunt diffinibiles. ibi ¶ Quoniam vero substantia altera. ǁ Circa primum duo facit. Primo ostendit inconuenientia, quę sequuntur ponẽtibus vniuersalia esse substantias separatas, comparando genus ad indiuidua. ibi ¶ Amplius autem in sensibilibus. ǁ Circa primũ tria facit. Primo proponit quandam diuisionem. Secundo prosequitur primum membrum diuisionis. ibi ¶ Ratione nanque palam. ǁ Tertio, secundum ibi ¶ Sed si alterum in vnoquoque. ǁ Dicit ergo primo, quòd ex prędictis etiam manifestum esse potest quid accidat de inconuenientibus, dicentibus ideas esse substantias & separabiles, quæ dicuntur esse species vniuersales, & simul cum hoc ponentibus speciẽ esse ex genere & differentijs. Hæ enim duæ positiones simul coniunctæ, scilicet quòd species componantur ex genere & differentia, & quòd species vniuersales sunt substantię separatę, quę dicuntur ideę, ducunt ad inconuenientia. Si enim ponantur species esse separatę, constat, quòd vnum genus est in pluribus speciebus simul, sicut animal in homine & equo. Aut ergo hoc ipsum, quod est animal in homine & equo existens, est vnũ & idem numero, aut alterum in homine, & alterum in equo. Inducit autem hanc diuisionem, quia Plato ponebat ideas species eterum, non autem genera, cum tamen poneret communiter vniuersalia esse substantias. Deinde cum dicit.

b ¶ Prosequitur primum membrum diuisionis, & primo ostendit quòd sit vnum & idem animal. Secundo, ostendit inconuenientia, quę sequuntur hoc posito. ibi ¶ Si quidem ergo. ǁ Dicit

LECTIO XIIII.

a Manifestum autem ex his ipsis, q̃ euenit ideas dicẽtibus substantias separabiles esse, & simul spẽm ex genere facientibus, & differentijs. Si. n. species sunt, & animal in homine & equo, aut B
vnum & idem numero est, aut alterum.

b Ratione nanque palam quia vnum. eandem. n. exhibebit rationem dicens in vtroque. Ergo, si est aliquis homo ipsum secundum se hoc aliquid & separatum, necesse & ex quibus: vt animal bipes, hoc aliquid significare, & esse separabilia & substantias: quare & animal.

c Si quidem igitur & in equo, C
sicut tu in teipso, qũo in separatim existentibus vnũ erit.

d Et quare nõ & sine ipso erit animal hoc?

e Deinde si quidem participatione bipedis & multipedis. impossibile aliquid accidit. contraria nanq; simul inerunt ipsi vni, & huic enti. si aũt nõ, quis modus, cũ dixerit vtique aliqs animal esse bipes, aut gressibile? Sed forsan componitur, aut copulatur, aut miscetur. Verũ, omnia inconuenientia. D

ergo, quòd manifestum est, quòd animal est vnum & idem in homine & equo secundum rationem. Si enim assignetur ratio animalis secundum quòd dicitur de vtroliber, scilicet homine vel equo, eadem ratio assignabitur, quę est substantia animata sensibilis. Vnuoce enim prędicatur genus de speciebus, sicut & species de idiuiduis. Parte seq.

LECTIO XIIII.

EX his autem ipsis id etiam patet, quod accidit illis qui ideas pariter substantias, & separatas esse dicunt: & pariter ex genere & differentijs faciunt formam. Si enim formæ, & animal in homine sunt, & equo, aut unum & idem numero sunt, aut alterum.

Ratione nanque patet quòd unum. eandem enim exhibebit rationem, qui dicit in utroque. Si itaque aliquis homo est ipsum per se quodquid, & separatum, necesse est, ut etiam illa ex quibus. sicuti animal, & bipes, quodquid significent, & separata, ac substantiæ sint: quare, & ipsum, animal.

Si idem igitur, & unum quiddam etiam in equo, sicuti tu tibi ipsi, quomõ in separatim xistẽtibus unũ erit.

Et cur non etiam absque seipso erit animal hoc?

Deinde, si participabit quidem bipede, & multipede, impossibile quiddam accidit. contraria nanque simul inerunt ipsi uni, & huic quidem enti. sin minus, quis modus est, cum aliquis dicat animal, & bipes, aut progressiuũ esse. Sed fortasis componuntur, & tangunt, aut miscentur. At cuncta inconuenientia sunt.

Si ergo propter hoc, quòd species prędicatur secundum vnam rationem de omnibꝰ idiuiduis, est aliquis homo cõmunis, qui est ipsum qđ est homo secundum se existens ¶ & est hoc aliquid, ǁ id est quoddam demonstrabile subsistens & separatum a sensibilibus, sicut Platonici ponunt, necesse est pari ratione & ea, ex quibus species constat, scilicet genus & differẽtiam, vt animal & bipes, significare similiter hoc aliquid, & esse separabilia a suis inferioribus, & esse substantias per se existentes. Quare sequitur, quòd animal erit vnum numero per se existens, quod prędicatur de homine & equo. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit inconuenientia, quę sequũtur ex hoc posito, quę sunt tria. Primum est, quia cum genus sit in specie, sicut substantiam rei significans, sic erit animal in equo, sicut tu es in teipso, qui es substantia tui ipsius. Sic aũté non est possibile aliquod vnum esse in pluribꝰ separatim existentibus: non enim tu es nisi in teipso. Ex enim in pluribus nõ, separatim existentibus, sicut in carnibus & ossibus, quę sunt tui partes. Animal igitur, si sit vnum & idem, non poterit esse in pluribus speciebus, vt in homine & equo, cum species separatę secundum Platonicos sint quędam substantię adinuicem diuersę. Secundum ponit ibi.

d ¶ Homo enim, quia est vnum de multis prędicatum secundum Platonicos, non ponitur in particularibus, sed extra ea. Si ergo sit vnum animal quod prędicatur de omnibus speciebus, quare hoc ipsum quod est animal vniuersale, non est sine ipso? scilicet sine equo vel quacunque alia specie, vt per se separatum existens? non potest ratio conueniens assignari ab eis.

Tertium ponit ibi dicens.

e ¶ Constat quod species constituitur ex genere & differentia. aut igitur hoc est per hoc, quòd genus participat differentiam, sicut subiectum participat accidens, vt hoc modo intelligamus ex animali, & bipede fieri hominem sicut ex albo, & homine fit homo albus. aut per aliquem alium modum. Et si quidem species fiat per hoc, quòd genus participat differentiã, sicut quòd animal per participationem multipedis fit equus, vel polypus, accidit aliquid impossibile. Cum enim genus, quod prædicatur de diuersis speciebus, ponatur esse vna substantia, sequitur quòd contraria simul insunt ipsi animali, quod in se est vnum & hoc ens, scilicet demonstrabile. Differentię enim, quibus dividitur genus, sunt contrariæ. Si autem non sit ex animali, & bipede homo per modum participationis, quis modus erit cum aliquis dixerit animal esse bipes, vel gressibile, constituens

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruens ex his duobus vnum? quasi dicat, de facili non potest assignari. Et ideo subiungit. ¶ Sed forsan componitur ¶ quasi dicat: nunquid poterit dici, quòd ex his duobus fiat vnum per compositionem, sicut domus fit ex lapidibus: aut per copulationem, sicut arca fit ex lignis conclauatis: aut per mistionem, sicut electuarium fit ex speciebus alteratis? his enim modis inuenitur ex duab⁹, vel pluribus substantijs per se existentibus aliquid vnum fieri. sed omnes isti modi sunt inconuenientes. non enim possent genus & differētiæ prædicari de specie, sicut nec partes compositę vel copulatæ vel mistæ prædicantur de suis totis. Et præterea vnum non venit in compositionē diuersorum d totaliter, sed partes diuisim sunt, ita quòd vna pars eius sit in compositione huius, & alia in compositione alterius: sicut vna pars ligni venit in compositione domus, & alia in compositione arcæ. Vnde, si ex animali & bipede fieret homo & asinus, modis prædictis, sequeretur quòd non tota natura animalis esset in homine, nec in asino, sed alia & alia pars. & sic iterum non esset idem animal in vtroque. Deinde cum dicit.

parte 6. parte 7. parte 8. D.364. parte 9. parte 10.

Tex.c.53. parte 1.

f ¶ Prosequitur secundum membrum diuisionis dicēs, quòd inconuenies sequitur, si ponatur non vnum animal esse in omnibus speciebus. Ducit autem ad quatuor inconuenientia, quorum primum ponit sic dicens. Ostensum est, quid sequatur ponentibus vniuersalia esse substantias, si ponatur vnum animal esse in omnibus speciebus. Sed propter hoc potest aliquis dicere, quòd sit alterum animal in vnaquaque specie, ergo erunt infinita quorum substantia est animal, vt est consequens dicere ad prædictam positionem. Est enim animal substantia cuiusliber speciei contentæ sub animali. Non enim potest dici, quòd homo fiat ex animali secundum accidens, sed per se, & ita animal ad substantiam equi pertinet, & bouis, & aliarum specierum, quę sunt sub ea infinitæ. Quòd autem aliquod vnum cedat in substantia infinitorum, videtur esse inconueniens. Secundum inconueniens ponit ibi.

g ¶ Dicit quòd sequetur etiam, quòd {ipsum animal} idest substantia animalis vniuersalis, erit multa: quia animal, quod est in vnaquaq; specie, est substantia illius speciei, de qua prædicatur. Non enim prędicatur de specie, sicut de quodam alio diuerso a se in substantia. Si autem non prędicatur animal de homine, sicut de diuerso, poterit dici conuenienter, quòd homo erit ex illo scilicet ex animali, sicut ex sua substantia, & quòd illud scilicet animal, sit etiam genus eius, prædicatū de eo in eo quod quid est. Relinquitur ergo, quòd sicut illa, de quibus prædicatur animal sunt multa, ita ipsum animal vniuersale esse multa. Deinde cum dicit.

a

VOniam vero substantia altera, & quod simul totum: & ratio. Dico aut quia hæc quidē sic est substantia cum materia concepta rō, illa vero ratio totaliter Quæcúque quidé igitur ita dicunt horū quidé é corruptio. Etenim generatio. Rōnis autē non est ita vt corrumpatur. neque.n. generatio. (Non em̄ fit

I

f Sed si alterum in vnoquoq;. Infinita ergo erūt, vt est consequens dicere, quorum substantia animal. Non.n.est secundū accidens ex animali homo.

g Amplius multa erūt ipsum animal. Substantia.n.quòd in vnoquoque animal. non enim de alio dicitur. Si autem nō, ex illo erit hō, & gen' ipsius illud.

K

h Et ampli' ideę oīa, ex quib⁹ hō. Igitur nō alterius quidem erit idea, alterius vero substantia. impossibile nāq;. Ipsū igit animal erit vnūquodque eorum, quę in animalibus.

H

i Amplius ex quo hoc. Et quō ex ipso animali. Aut quomodo posibile est esse animal, ꝙ est substantia hoc ipsum, præter ipsum animal?

K Amplius autem in sensibilibus hęc accidunt, & his absurdiora. Si itaque impossibile sic se habere, palam, quia non est idea ipsorū, sicut quidā dicūt.

LECTIO XV.

p h ¶ Ponit tertium inconueniens dicens, quòd vlterius ex prædictis sequitur, quòd omnia illa, ex quibus est homo. s. superiora genera & differentiæ sint ideę: quod est contra positionem Platonicorum; qui nonebant solas species esse ideas particularium, genera vero & differentias nō esse ideas specierum. Et hoc ideo quia idea est proprie exemplar ideati ſm suam formā. Forma autem generis nō est propria formis specierum, sicut forma speciei est propria indiuiduis, quæ conueniūt ſm formam, & differūt ſm materiā. Sed, si sunt diuersa animalia secundū diuersas species, vnicuiq; speciei respondebit aliquid de substātia sui generis, sicut propria idea. Et ita etiā erunt genera ideæ, & similiter differentię. Nō ergo alteri vniuersaliū erit quòd sit idea, & alteri quòd sit substātia, sicut Platonici ponebant dicentes quidē genera esse substantias specierum, species vero ideas individuorum. Impossibile nanque est ita esse, vt ostensum est. Sequitur igit ex prædictis {quod ipsum animal}. i. substātia animalis vniuersalis sit vnumquodq; eorū {que sunt in animalibus}. i. quæ continētur inter species animalis. Quartū ponit ibi.

Sed diuersum in unoquoque est. Infinita igitur ut ita dicam, erunt, quorum substantia animal est, non enim secundum accidens ex animali homo est.

Item multa erit ipsum animal, nam, & substantia animal est, quod in unoquoque est: non enim secundum aliud dicitur. Quod si non, ex illo erit homo, & genus eius illud.

Ac idem omnia, ex quibus homo, ideæ, non igitur alterius quidem idea erit, alterius uero substantia. impossibile nanque est: ipsum ergo animal erit unumquodque eorum, quæ in animalibus sunt.

Item ex aliquo hoc ipso erit, & quomodo est ex ipso animali, aut quomodo est possibile esse animal, quod hoc ipsum substantia est, præter ipsum animal.

Item in sensibilibus & hæc accidunt, & his absurdiora. Quod si impossibile est ita se habere, patet quòd non est eorum idea ita, ut quidam aiunt.

LECTIO XV.

VM autem substantia altera sit, ipsum scilicet totum, & ratio. dico autem quod illa quidem ita substantia est cum materia simul accepta ratio, hæc uero ratio simpliciter. Quæcunque igitur illo modo dicuntur, eorum quidem est corruptio: nam, & generatio rationis autem non est, ita ut corrumpatur. nec enim generatio est (non enim fit do-

dam substantia per se existens, & tñ animal sit hoc ipsum quod est homo? Hæc.n. videtur esse opposita, ꝙ homo sit præter aial, & tñ animal sit hoc ipsum, quod est homo. Deinde cum dicit.

K ¶ Improbat prædictam positionem per comparationem generum ad singularia dicens, quòd hæc eadem inconuenientia, quæ accidunt ponentibus genera, & vniuersalia esse substantias in speciebus, accidunt &, insensibilibus singularibus, & etiam multa his absurdiora, inquantum natura generis magis remota est a singularibus sensibilibus, & materialibus, quam a speciebus intelligibilibus & immaterialibus. Si itaque impossibile est sic esse, palam est, quòd idea non est ipsorum sensibilium, sicut Platonici dicunt.

LECTIO XV.

IN hoc loco Philosophus ostēdit, quòd ideæ, quæ ponuntur separatæ a Platonicis, non possunt diffiniri. Et hoc ideo, quia platonici ad hoc præcipue ponebāt ideas, vt eis adaptarentur & diffinitiones & demonstrationes, quæ sunt de necessarijs, cum ista sensibilia videatur oia in motu consistere. & circa hoc duo facit. Primo ostēdit per rationes quòd ideæ non pñt diffiniri. Secundo per signum ibi.

Quoniam

Iesu par. 8. fin.

{Quoniam propter quid nullus.} Circa primum ponit tres rationes, quarum primam ponit sic dicens, quòd {substantiarū alia est} {sicut ratio} idest sicut quodquidditatesse & forma, & alia est sicut compositum ex materia, & forma, quod est totum simul coniunctum ex materia, & forma. Dico autem eas esse alteras {quia hoc quidem} {scilicet substantia, quę est totum, sic est substantia, sicut habens rationem conceptam cum materia. Illa vero, quæ est sicut forma, & ratio, & quodquidditatesse, est totaliter ratio & forma non habēs materiā individualem adiunctā. Quęcunque igitur dicuntur substantiæ hoc modo sicut composita, eorum potest esse corruptio. ostensum est enim supra, quòd eorum solum est generatio, quæ ex materia, & forma componitur. Corruptio autem & generatio sunt circa idem. Ipsius autem substantiæ, quę est sicut ratio, vel quodquidest nō est ita corruptio, quod ipsa per se corrumpatur. Ostēsum est enim supra, quòd non est eius generatio, sed solum compositi. non enim fit quodquideratesse domui, vt supra ostensum est, sed hoc quod est propriū huic domui. Generat enim hæc domus particularis, non autem ipsa species domus. Sed tamē huiusmodi formæ, & quidditates aliquādo sunt, & aliquādo nō sunt, {sine generatiōe, & corruptione} idest sine hoc, quod ipsa generentur, vel corrumpantur per se, sed incipiunt esse, & non esse aliis generatis, & corruptis. Ostensum est enim supra, quòd nullus in naturalibus {generat hæc} scilicet formas, & quidditates, nec etiam in artificialibus, sed hoc agens singulare generat, & facit hoc singulare[1]. Propter hoc autem, quòd singularia generantur, & corrūpuntur, subsātiarum sensibilium singularium non potest esse nec diffinitio, nec demonstratio. Habēt.n. materiam individualem, cuius natura est talis, vt id, quod ea constituitur, cōtingat esse, & non esse, quia ipsa materia quantum est in se, est in potentia ad formam, per quā res materialis est, & ad priuationem, per quam res materialis non est. Et ideo omnia singularia de numero ipsorum sensibilium, quorum materia est in potentia ad esse, & non esse, sunt corruptibilia. Corpora tamen cœlestia nō habent materiam huiusmodi, quę sit in potentia ad esse, & non esse, sed solum ad vbi. & ideo non sunt corruptibilia. Si ergo demonstratio est necessariorum, vt probatum est in Posterioribus, † & diffinitio etiā {est scientifica} idest faciens scire, quæ est quasi medium demōstrationis, quę est syllogismus faciens scire, sicut non contingit qñq; esse sciētiam, & qñq; ignorantiam, quia quod scitur, semper oportet esse verū, {sed id quod est tale} idest quod qñq; potest esse verum, qñq; falsum, est opinio, ita etiam nō contingit demōstrationem, nec diffinitionem esse eorum, quæ possunt se aliter habere, sed solum opinio est huiusmodi contingentium. Si inquā, ita est, palam est, quòd non erit nec diffinitio, nec demonstratio ipsorum singularium corruptibilium sensibilium. non enim huiusmodi corruptibilia possunt esse manifesta, scietiam habentibus de eis. s. cum recesserunt a sensu, per quam cognoscuntur. Et ideo saluatis eisdē rationibus in anima {ipsorum singularium} idest speciebus, per quas cognosci possunt, non erit de eis nec diffinitio, nec demonstratio. Et pp hoc, oportet cū aliquis eorum, qui studeant {ad assignandū terminum} idest diffinitionem alicuius rei, diffiniat aliquod singulare, quod non ignoret, quia semper contingit auferre singulare, manente tali ratione, quā ipse fingit in anima. Et hoc ideo, quia nō contingit vere diffinire singulare. In his enim, quæ vere diffiniuntur, manet cognitio diffiniti, quandiu manet cognitio diffinitionis in anima. Si igitur singulare diffiniri non potest, ita nec idea possibile est diffinire. Ideam enim oportet esse singula sem secundum ea, ꝙ ponuntur de idea. Ponunt enim quòd idea est quoddā per se existens ab omnibus aliis separatum. Hæc autem est ratio singularis. Deinde cum dicit.

Tex.c.27.

Tex.cō.27.

T. cōm. 54. part. 1.

domui esse, sed qđ huic domui) verum sine generatione, & corruptione sunt, & non sunt. Ostē sum est. n. quia nullus hęc generat, nec facit. Propter hoc autē & substātiarū sensibilium singulariū, nec diffinitio, nec demonstratio est, quia habēt materiā, cuius natura talis est, vt contingat & esse, & non esse. Quapropter, corruptibilia omnia singularia ipsorū. Ergo, si demonstratio necessariorum, & diffinitio scientifica, & non cōtingit sicut nec scientiā quandoq; scientiā, qñq; ignorātiā esse, sed opinio tale quid est, ita nec demonstratione, nec diffinitione, sed opinio est contingentis aliter se habere, palā quia non vtiq; erit ipsorum nec diffinitio, nec demōstratio. Non.n. sunt manifesta corrupta scientiā habētibus, & cū a sensu abscesserint, saluatis rationibus in aīa eisdē, non erit nec diffinitio amplius, nec demōstratio. Propter quod, oportet eorū ad terminū studētem, cū aliquis diffiniat aliquid singulariū, nō ignorare, qa semper auferre est. non.n. cōtingit diffinire. neq; itaq; idearū nullam est diffinire. Singulariū. n. idea, vt dicunt, & separabile.

A B C D E

b Necessarium vero ex noibus esse rationem. nomen autē non facier diffiniēs. Ignotum enim erit. Posita autem, communia omnibus. ergo necesse ineſſe & alij hęc. Vt si quis te diffiniat, animal dicet gresibile, aut album, aut aliud aliquid, quod in alio sit.

mui esse, sed huic domui) sed absque generatione, & corruptione sunt, & non sunt. ostensum est enim, quòd nullus hæc generat, neque facit. Propterea etiam substantiarum sensibilium singularium neque definitio, neque demonstratio est, eo quòd habet materiam, cuius natura talis est, vt esse, & non esse contingat. quare corruptibilia sunt omnia singularia earum. Si igitur demonstratio, & definitio scientifica necessariorum est, & non contingit, sicuti neque scientiam, quandoque scientiam, quandoque ignorantiam esse, sed quod tale est opinio est, ita neque demonstrationem, neque definitionem, sed opinio est eius, quod contingit, & aliter se habere, patet quòd neque demonstratio, neque definitio eorum est, corruptibilia nanque non sunt manifesta his, qui scientiam habent, cum a sensu abscesserint. & rationibus eisdem in animo seruatis, non erit amplius neque definitio, neque demonstratio. Quare cum quis eorum, quæ ad definitionem quicquam singularium definiat, oportet non ignorare, quòd semper perimendum est. non enim contingit definire. Nec ullam ideam est definire. singularium enim, ut aiunt, idea est, & separata.

Necessarium autem ex nominibus rationem esse. nomen uero non faciet, qui definit: ignotum enim erit. quæ uero posita sunt, omnibus communia sunt. necesse est igitur, & aliis talia ineſſe. Et si quis te definiat, animal dicet gracile, aut album, aut aliquid aliud, quod & in alio sit.

tio iam posita probabat singulare non esse diffinibile, ex eo, ꝙ est corruptibile, & materiale, quę duo Platonici ideis non attribuebant. Vnde, ne per hoc sua probatio inefficax redderetur, subiungit aliam rationem dicēs: Necessarium esse omnem diffinitiuam rationem esse ex pluribus nominibus. Ille enim, qui diffinit non faciet notificationem rei, ponendo vnum nomen tantum, quia si poneret vnum tantum nomen, adhuc diffinitū remanebit nobis ignotum. Contingit.n. vno nomine notiori assignato, ipsum nomen diffiniti notificari, non autē rem diffinitam: nisi principia eius exprimantur, per quę res omnis cognoscitur. Resolutio aūt diffiniti in sua principia, quod diffinientes facere intendunt, non contingit nisi pluribus nominibus positis. Et ideo dicit, ꝙ si vnū nomē tm ponatur, ꝙ adhuc remanebit diffinitū ignotum. Sed si plura ponantur, oportet ꝙ noia posita sint cōia oibus. Si.n. in diffinitione alicuius singularis ponanē aliqua noia, q̄ conueniant ipsi soli, erunt synonyma noia vnius rei singularis. vnde res non notificabitur hmōi nominibus positis. Sed forte nomē minus notū. Sicut si diceremus qd est Tullius, & rideret Marcus, & Cicero: non esset conueniēs diffinitio. Oportet igit si singulare diffinitur, i eius diffinitione poni aliqua noia, q̄ multis cōueniāt. Ergo necesse erit, ꝙ diffini-

par. seq.

Primo posteriorum. Tex.cō.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio non solum huic singulari conueniat, cuius diffinitio quæritur, sed etiam aliis. Quod est contra rationem veræ diffinitionis. Sicut si aliquis te diffinire intendat, & dicat, quòd tu es animal grossibile, aut animal album, vel quicquid aliud, non tibi soli conuenit, sed etiam est in alio. Vnde patet, quòd singulare non solum ex hoc,

par. 3. quod est corruptibile, & materiale caret diffinitione, sed etiã ex hoc, quòd est singulare. Vnde nec idea diffinitur. Cuius ratio est, quã hic tangit philosophus, quia si nomina ad diffiniendum assumpta exprimunt indiuiduum quãtum ad ea, ex quibus indiuiduatur, erunt nomina synonyma. Si autem exprimunt naturam, & accidentia cõmunia ablq; indiuiduatione, non erit diffinitio propria diffinito, quia omnes formæ siue accidentales, siue substantiales, quæ nõ sunt per se subsistentes, sunt

Tex.c.55. par. 6. quantum est de se, cõmunes multis. Et si aliqua inueniatur in vno solo, sicut forma solis, hoc nõ prouenit ex parte formæ, quin quantum est de se sit nata esse in pluribus, sed ex

par. 7. parte materiæ. nam tota materia speciei congregata est sub vno indiuiduo: vel magis ex parte finis, quia vnus sol sufficit ad vniuersi perfectionem. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit quandam cauillosam responsionem. Posset enim aliquis dicere, quòd licet quodlibet eorum, quæ ponuntur in diffinitione singularis ideæ, conueniat separatim multis, non tamen simul accepta cõueniunt nisi vni soli, huic scilicet, cuius I diffinitio quæritur. Hanc autem responsionem excludit duobus modis. Primo, quantum ad ipsas ideas. Secundo, quantum ad ea, quorum sunt ideæ. ibi: ⁊ Amplius de multis. ⁊ Circa

part. 3. primum duo facit. Primo, excludit responsionem prædictam ostendens, quòd adhuc sequitur diffinitionem non diffinito soli inesse. Secundo, quòd non primo. ibi: ⁊ Et necesse esse priora. ⁊ Dicit ergo, quòd contra responsionem prædictam, primo

part. seq. est dicendum hic, quòd diffinitio assignata alicui ideæ etiam aliis inerit, sicut si diffinitio ideæ hominis sit animal bipes, hæc duo inerunt ⁊ animali, & bipedi ⁊ idest ideæ animalis, & ideæ bipedis, quia etiam illæ duæ ideæ simul coniunctæ erunt animal bipes. Et sic hæc diffinitio, animal bipes, non erit propria ideæ hominis. Et hoc inconueniens quidem accidit ⁊ in sempiternis, ⁊ idest considerando etiam diffinitionem ideæ, quæ est quoddam singulare sempiternum, secundum Platonicos, & considerando, quòd diffinitio assignata vni ideæ, conuenit aliis. Deinde cum dicit. K

d ¶ Ostendit, quòd sequitur vlterius, quòd diffinitio assignata ideæ hominis, non primo conuenit ei, quod est contra rationem diffinitionis: nam diffinitio primo verificatur de diffinito: hoc autem ostendit tribus modis. Primo, sic dicens, quòd non solum necesse est, quòd animali & bipedi conueniat diffinitio assignata homini, sed etiam necesse est, quòd illa, scilicet animal & bipes existant priora homine, & sint partes eius, inquantum homo ex vtroque constituitur. Quinimmo secundũ positionem eorum sequeretur, quòd ambo sint separabilia ab homine, & ab aliis animalibus, scilicet animal, & bipes, si homo ponitur separabilis ab indiuiduis. Sicut enim homo est superius ad indiuidua, ita genus, & differentiæ ad hominem. Aut enim oportet, quòd nullum commune sit separabile, aut oportet, quòd ambo prædicta, scilicet animal & bipes, sint separabilia ab homine. Si igitur nullum commune est separabile, tunc sequetur, quòd genus non erit præter species. & sic genus non significabit substantiam. Si vero genus erit præter species, patet ratione, & differentia, quæ etiam est communior specie. Si autem vtraque, scilicet animal & bipes, sunt separabilia ab homine, sequetur, ⁊ sint priora, eo modo sicut hõ separatus, est prior indiuiduis. Et ita sequetur vlterius, ⁊ diffinitio assignata homini, conueniat quibusdam prioribus, scilicet animali & bipedi. Secundo ibi.

Quod si quis dicat, nihil prohibere separatim quidem omnia multis, simul uero huic soli ineſſe, primum quidem, quòd etiam ambobus, ut animal bipes, animali & bipedi. & hoc in sempiternis quidem.

Etiam neceſſe eſt eſſe, cum priores exiſtant, & partes compoſiti. at uero etiam ſeparabilia, ſi hoc quidem, quod homo, ſeparabile. nam aut nullum, aut ambo. Si igitur nullum, non erit genus præter ſpecies. quòd ſi erit, erit etiam differentia.

Deinde, quoniam priora ipſo eſſe, hæc ſane non uiciſſim perimuntur.

Deinde, ſi ex ideis ideæ, minus pro facto compoſita ſunt ex quibus.

H *Item de multis oportebit etiam illa prædicari, ex quibus idea, ut animal & bipes. Quòd ſi non, quomodo ſcietur? erit nanque aliqua idea, quam impoſſibile eſt de pluribus prædicari, quàm de uno, non uidetur autem, ſed omnis idea uidetur eſſe participabilis.*

e Deinde quia priora ipso esse. hoc vero non consequenter auferetur.

f Deinde autẽ si ex ideis ideæ, minus composita ex quibus.

g Amplius de multis oportebit & illa prædicari, ex quibus idea, vt animal, & bipes. Sin autẽ quomodo cognoscetur? Erit. n. idea quædam, quam impossibile de pluribus prædicari, quàm de vno. non videtur autem, sed omnis idea est participabilis.

e ¶ Ostendit idem alia ratione dicens, quòd inde patet, ⁊ animal & bipes sunt priora homine scilicet dum esse. illa enim sunt priora in esse, quæ non remouentur aliis ablatis, sed eis ablatis alia remouentur. Sicut vnum est prius duobus, quia remoto vno, remouentur duo, sed non econuerso. Remotis autem animali, & bipede, remouetur homo, sed remoto homine, hoc scilicet animal & bipes non auferetur. Vnde patet, quòd animal & bipes, sunt priora homine. Tertio ibi.

f ¶ Ostendit idem tertia ratione dicẽs, quòd idem apparet si ponamus animal & bipes, non solum esse separabilia ab homine, quasi quædam ideæ eius, sicut supra dictum est in prima ratione, sed etiã quòd ex ipsis sit homo. vt sic ex ideis separatis fiat idea separata. Patet. n. quòd minus est compositum animal & bipes, ex quibus componitur homo, quàm homo, qui cõponitur ex eis: quod autem est minus compositum, est prius. Vnde sequetur adhuc, quòd animal & bipes sunt priora homine, non solum propter separationẽ, vt prima ratio procedebat, sed etiam propter cõpositionem, vt procedit hæc tertia ratio. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit aliam rationem ad excludendum præmissam responsionem dicens, quòd nõ solũ sequetur, quòd diffinitio assignata ideæ hominis conueniat aliis ideis prioribus. s. animali, & bipedi, ex quibus ponitur constitui idea hominis, sed etiã illa ipsa, vt animal & bipes, oportebit prædicari de multis, & non de homine tantum, non solum seorsum accepta, vt præmissa responsio istorum dicebat, sed etiã coniunctim. Si. n. hæc, ex quibus cõponitur idea hominis. s. animal & bipes, non prædicarẽt de multis, quomodo cognoscetur, quòd sint ideæ hominis? vt supra cõclusum est. Sequetur. n. quòd sit aliqua idea, quæ nõ potest prædicari de pluribus, quàm de vno: constat. n. quòd idea animalis de pluribus numero prædicari potest. Si ergo hæc duo simul, animal bipes, non possunt prædicari nisi de vno, sequetur, quòd bipes restringat animal ad vnum, ita quòd aliqua idea, quæ est bipes, prædicetur de vno tantum: quod non videtur esse verum, cum omnis idea sit participabilis a multis: ab vno enim exemplari, multa exemplaria fieri contingit. Non igitur prædicta responsio potuit esse vera. Sciendum est autem, quòd per hanc eandem rationem sufficienter ostenditur, etiam nullum singulare in his inferioribus diffiniri posse per aliquas proprietates, vel formas adunatas, quæcunque fuerint. Sicut enim quælibet idea, ita & quælibet forma, quantum est de se, nata est in pluribus esse. Et ita quantumcunque aggregentur, non erit certa assignatio huius singularis nisi per accidens, inquantum contingit omnia infimul collecta, in vno solo inueniri. Vnde patet, quòd collectio accidentium, non est principium indiuiduationis, ve quidam dicunt, sed materia designata, vt Philosophus dixit. Deinde cum dicit.

Ponit

h ¶ Ponit tertiam rationem principalem ad ostendendum, ⁊ ideæ non possunt diffiniri dicens, ⁊ quia supra dictũ est, ⁊ indiuidua non possunt diffiniri propter hoc, ⁊ sunt corruptibilia, vt prima ratio procedebat, & quia ea, quæ accipiũtur in diffinitionibus sunt cõia, vt procedebat ratio secunda, latet verũ esse hoc, quod dictum est. s. ⁊

part. 8. impossibile sit diffinire singularia i sempiternis, & maxime in illis, quæ sunt vnita i vna specie, sicut sol, & luna. Quia. n. sunt sempiterna, nõ videtur de eis cõcludere ratio, quæ ex corruptione singulariũ procedebat. Quia vero sunt vnita in vna specie, nõ vr de eis ratio concludere, ⁊ procedebat ex cõmunitate partiũ diffinitionis. Quæcũq; enim cõueniunt soli speciei, conueniũt soli indiuiduo. Sed pro tanto decipiuntur, qui putant hæc esse diffinibilia, quia diffiniẽtes talia peccant multipliciter. Et vno modo peccãt inquantũ addunt alia qua in diffinitionibus corũ, quib⁹ ablatis adhuc erunt ipsa

Tex.cõ.17. 1a. prima. s. sol, & luna. Sicut cum diffiniendo solem, dicũt ⁊ est perigition. i. terra girãs, aut nyctictypton. i. nocte absconsum. Si. n. sol steterit nõ girans terram, aut si apparuerit, vt nõ sit nocte absconsum, non adhuc erit sol, si bene fuerit diffinitum. Sed absurdũ est, si nõ sit sol istis remotis. Sol. n. significat quãdam substantiã, illa vero per ⁊ diffinitur sunt quædã acciden tia eius. Non solum aũt sic peccãt, sed & amplius, diffinientes solẽ per aliquid ⁊ cõueniẽt in alio esse. Si. n. ⁊ fiat alter talis ⁊ aliquod corpus habens talem, vel eandem formã, & speciẽ palam est, ⁊ erit sol, secũdum ⁊ sol significat speciem, & hoc modo potest diffiniri. Ratio autem ⁊ diffinitiua est communis ⁊ idest huius speciei quod est Sol. Sed sol iste erat de numero singularium, sicut Cleon, aut Socr. Et sic patet, quòd licet etiã ideæ ponantur sempiternæ, & vnicę in vna specie, adhuc non potuerunt diffiniri. Quare nullus ponẽtium ideas protulit ⁊ aliquem terminum ⁊ idest diffinitionem ideæ. Si enim aliqua diffinitio ab eis data esset de aliqua ideæ puta hominis, vel equi, fieret manifestum contra tentantes diffinire ideam, quia verũ est, quod modo dictum est, scilicet quòd idea est indiffinibilis.

Alia littera sonat plantatione.

LECTIO XVI.

Ic Philosophus manifestat quod superius sub dubitatione reliquit, scilicet quomodo aliqua substãtia componatur ex partibus, cum supra ostenderit, quòd substantia non potest componi neque ex passionibus, neque ex substantiis actu existentibus. Et ideo hic ostendit quod partes, ex quibus componuntur substantiæ, non sunt substantiæ actu existentes, sed potentia, dicens, quòd cum supra dictum sit, quod quædam sunt, quæ ab omnibus existimantur substantiæ esse, scilicet substantiæ sensibiles, & partes earum, manifestũ est, quòd pluri mę huiusmodi substantiarum sunt in potentia, & non in actu, vt patet de partibus animalium, & de omnibus aliis partibus. Dicit autem partes esse plurimas harum substantiarum, quia cum vnũquodque totum ex pluribus componatur, oportet plures esse partes componentes, quam tota composita. Et quòd partes sint in potentia tantum, patet quia nihil de numero earum est separatũ immo omnes partes in quantũ sunt partes, sunt vnitæ in toto. omne. n. quod est in actu, oportet esse ab aliis distinctum, quia res vna diuiditur ab alia per suum actum & per formam, sicut supra dictũ est. Quã do autem ea, quę ponuntur partes, fuerint separata abinuicem dissoluto toto, tunc quidẽ sunt entia in actu, non quidem vt partes, sed vt materia existes sub priuatione formę totius. Sicut patet de terra, & igne, & aere, quæ quãdo sunt partes corporis mixti, nõ sunt actu existentia, sed potentia in mixto. Cum vero separantur, tunc sunt in actu existentia, & non partes. Nullum enim elementorum ⁊ antequam digeratur ⁊ idest antequam per alterationem deducam veniat ad mixtionem, & fiat vnũ mixtum ex eis, est vnum cum alio, nisi sicut cumulus lapidum est vnum secũdum quid, & nõ simpliciter. Vel melius ⁊ nihil ipsorum ⁊ i. nihil ex ipsis est vnũ &c. Quamuis. n. omnes partes sint in potentia, tamen maxime poterit aliquis opinari partes animatorum, & partes animæ esse propinquas vt fiant actu, & potentia. i. vt sint in potentia propinqua actui. Et hoc ideo, quia corpora animata sunt corpora organica habẽtia partes distinctas secũdũ formã, vnde maxime sunt propinqua adhoc, ⁊ sint actu: & hoc ideo, quia hũt principium motus ab aliquo determinato, cũ vna pars moueat aliam. Sicut patet in iunctu ris, in quibus vr esse principium motus alterius partiũ coniunctarũ, cum cõtingat vnã moueri, alia quiescente, vt dr in libro de motibus animaliũ. Et pp hoc etiã, quia non solum partes corporis sunt in potẽtia propinqua actui, sed etiam partes animæ, ideo quędam animalia post diuisionem viuunt, sicut animalia anulosa. Quod ex hoc cõcingit, quia in toto animali erat vna anima in actu, plures autem in potentia. Facta autem diuisione, fiunt plures animæ in actu. quod contingit

2. de anim Tex.cõ.9.

A

Tex.cõ.5.

B

C

LECTIO XVI.

Anifestum autem est, quòd etiam eorum, quæ uidentur esse substantiæ, plures potentiæ, & partes animalium sunt. nihil enim eorum separatum est. cùm autem separarentur, tum etiam ut materia omnia, terra, ignis, & aer. nihil enim eorum unum est, sed quasi cumulus, ante quam concoquantur, & ex eis unum fiat. Maxime autem aliquis animatorum partes putauerit, & animæ propinquas ambas fieri, ut sint & actu, & potentia, eo quòd principia motus aliquo in flexibus habent. quare quædam animalia diuisa uiuunt. Sed tamen potentia oĩa erunt, quando vnum fuerit, & cõtinuum natura, sed non ui, aut copulatione. Tale nanque læsio est.

D

T.com. 49

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter imperfectionem talium animaliū, quæ requirunt modicam diuersitatem in partibus, eo quòd habent animam imperfectæ virtutis, non valentem diuersa operari, ad quæ fit necessaria organorum multitudo. Sed tamen, quamuis illę partes animę, & animatorum sint propinquæ actui, nihilominus sunt omnia in potẽtia, quando totum fuerit vnum, & continuum per naturã, non autem si fiat vnum per violẽtiã, sicut si ligentur partes vnius animalis cum partibus alterius, aut per complãtationem, sicut accidit in plantis. Ante enim quàm surculus insertus vniatur plantę, est in actu, postea vero, est in potentia {tale nãq;} idest vnum esse per violentiam, aut per complantationem, {est orbatio} idest aliquid læsiuum naturæ, & contra naturam existens. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.57. part.2.

part.3.

part.4. b ¶ Ostendit specialiter, quòd vnum & ens non sunt substãtiæ, & circa hoc duo facit. Primo, præmittit propositũ dicens, quòd hoc modo prędicat de rebus vnũ, sicut & ens, cum sint conuertibilia, & vnũ dicitur de aliqua re propter substantiam eius. Vnius enim est vna substantia, & illa sunt vnum numero, quorum est substantia vna numero. Quod etiã aliquid dicatur ens per suã substantiam, hoc est manifestum, quoniã inquam ita est, palam est, quòd neque vnum, neq; ens contingit esse substantiam rerum, immo prędicantur de substantia, sicut de subiecto. Sicut etiam neque hoc, quod est {elemento esse, aut principio} idest ipsa ratio principij, & elementi, dicit substantiam rei, quę dicitur principiũ, vel

Tex.cõ.58. part.5.

b Quoniã vero vnum dicitur sicut & ens, & substantia vniusvna, & quorum vna numero, vnum numero: palam, quia nec vnum, nec ens contingit substãtiam esse rerum, sicut neq; elemento esse, aut principio. Sed quærimus quidẽ principium, vt ad notius reducamus. Magis igitur horum substantia est ens & vnum, quàm principium, & elementum, & causa.

c Sed nec ista sunt, si nec aliud commune nihil substantia sit. Nulli nanq; ineſt substantia, sed huic & habenti ipsam, cuius est substantia.

d Amplius quod vnum, apud multa nõ vtiq; erit simul. quod autem cõmune, simul apud multa existit. Quare palã, quia nullum vniuersalium existit, præter singularia separatim.

e Sed species dicẽtes, quidem dicunt rectę separãtes eas, substantię sunt, illic aũt non rectę, quia vnã in multis speciem dicunt. Causa vero, quia non habent reddere quę tales substantię incorruptibiles, prẽter singulares & sensibiles. Ergo faciunt eadem specie corruptibilibus. (Has n. scimus) aut anthropon, & authippon addentes sensibilibus verbum auto. Quãuis itaq; si non videmus astra, non minus existimo forent substantię sempiternę præter eas, quas nos videmus. Quare & nunc si non habemus quæ sunt, esse tamen quasdã forsan est necessariũ. Quod quidem igitur neq; vniuersaliter dictorũ nihil substantia, nec est substantia, neq; vna ex substantiis, manifestum.

d ¶ Dicit, quòd hoc ipsum, quod est vnũ, non potest apud multa simul inueniri. Hoc n. est contra rationẽ vnius, si tñ ponatur aliquod vnum per se existens vt substantia. Sed illud, quod est cõmune, est simul apud multa. hoc n. est ratio communis, vt de multis prædicetur, & in multis existat. Patet igitur, q vnum, quã est cõmune, non potest esse sic vnũ, qua si vna substantia. Et vlterius palã est ex omnibus dictis in hoc capitulo, q nullum vse, nec ens, nec vnũ, nec genera, nec species habẽt esse separatũ prer singularia. Deinde cũ dicit.

e ¶ Ostendit quantũ ad quid Plato recte dixerit, & quantũ ad quid nõ recte, dicens, q Platonici ponẽtes species ideales, in hoc recte dixẽt, q ponunt eas separatas, ex quo ponunt esse substãtias singulariũ. De ratione n. substantiæ est, q sit per se existens. non aũt posset esse per se existens, si in aliquo singulariũ esset. præsertim quia si in vno singulariũ existeret, in aliis esse nõ posset. Sicut n. iam dictum est, id, quod est vnum subsistens, nõ potest i multis esse. Vnde in hoc recte facit Plato, ex quo posuit ipẽs esse substãtias, quod posuit eas separatas. In hoc autem non dixerũt recte, quia dicunt vnam speciem esse in multis. Hęc enim duo videtur esse opposita, q aliquid sit separatum per se existẽs, & tamen habeat esse in multis. Causa aũt propter quam inducti sunt Platonici ad ponendum huiusmodi substantias separatas, & tamen esse in multis, hęc est, quia per rationẽ inuenerunt, q oportet esse aliquas substantias incorruptibiles, & incorporeas, eum ratio substãtię corporalibus dimensionibus non sit obligata. Sed quæ sunt huiusmodi substantię, quę quidem sunt incorruptibiles, & sunt præter has substantias singulares, & sensibiles {nõ hñt reddere} i. non possunt assignare, & manifestare, eo q nostra cognitio a sensu incipit. Et iõ ad incorporea, quæ sensum transcendunt, non possumus ascendere, nisi quatenus per sensibilia manuducimur. Et ideo vt aliquam notitiam traderent de substantiis incorporeis incorruptibilibus {faciunt} idest ponunt eas eadem esse specie substantiis corruptibilibus, sicut in illis substantiis corruptibilibus inuenitur homo singularis corruptibilis, & similiter equus. Posuerunt igit, q ẽt in illis substantiis separatis esset aliqua substãtia, q esset homo, & aliqua q esset equus, & sic de aliis, sed differenter, quia has substantias separatas scimus ex doctrina Platonicorũ per hoc, q dicimus {autanthropon} i. per se hominem {& authippon} idest per se equum. Et ita in singulis substantiis sensibilibus ad designandas substantias separatas {addimus hoc verbum}

verbum, {idest hanc dictionem, auto, idest per se. Ex quo apparet, quòd Platonici volebant illas substantias separatas esse eiusdem speciei, cum istis sensibilibus, & solum in hoc differre, quia separatis attribuebant nomen speciei per se, non autem sensibilibus. Cuius ratio est, quia in singularibus sunt multa, quę non sunt partes speciei. Sed in illis substantiis separatis dicebant tantum esse illa, quæ pertinent ad speciem, & naturam speciei. ergo homo separatus dicebatur per se homo, quia habet ea tãtum, quæ pertinent ad naturam speciei. sed hic homo singularis habet cum his, q̃ ad naturã speciei pertinẽt, multa alia, & propter hoc non dicitur per se homo. Est autem similis defectus in hac positione, sicut si poneremus, quòd non videmus astra, & alia corpora incorruptibilia, & ramen constaret per rationem, quòd essent aliqua corpora incorruptibilia, & poneremus, quòd incorruptibilia corpora essent eiusdem speciei cum corporibus corruptibilium. Sicut si diceremus, quòd corpora ĩcorruptibilia essent bos, & homo, & equus. & alia huiusmodi, vt Poetę finxerunt in stellis esse arietem, & taurum, & alia huiusmodi. Sicut igitur, si nõ videremus stellas non minus, vt existimo. forent {substantię sempiternę}, idest stellę, præter eas, quas nos tunc videremus, scilicet huiusmodi corpora corruptibilia, & alterius speciei ab eis: ita etiam & nunc, quãmuis nesciamus dicere, quæ sunt substantiæ separatę, & cuius naturæ, tamen forsan necessarium est esse quasdam substantias separatas præter sensibiles, & alterius speciei ab eis. Ideo autem dicit {forsan} quia nondum probauerat substantias aliquas esse a materia separatas. Probabit autem in sequentibus. Concludit autem vltimo conclusionem intentam in toto capitulo dicens, quòd manifesta sunt ex prædictis duo, quorum vnum est, quòd nihil vniuersaliter dictorũ sit substantia. secundum est, quòd nulla substantia sit ex substantiis actu existentibus. Vel secundum aliam literam ex non substantiis. Ostendit enim supra, quòd substantia, quæ est hoc aliquid non sit ex communibus, quæ significant quale quid.

T.com.59. part.1.

part.2.

Tex.46.30. Tex.46.47.

LECTIO XVII.

a Vid aũt oportet dicere & quale quid substãtiã, iterum aliud velut principium facientes dicamus. forsan. n. ex his erit palam, & de illa substantia, quæ est separata a sensibilibus substantiis. Quoniam ergo substantia principiũ & causa quędã est, hinc est procedendum.

b Quęritur aũt ipsum propter quid semper sic, pp quid aliud aliquid alij alicui ineſt. Nã quærere pp qd muſicus homo, muſicus homo est, aut est quod dictũ est quęrere propter quid homo muſicus est, aut aliud. hoc quidem igitur propter quid ipsum est ipsum, nihil est q̃rere. Oportet enim ipsum quia, & ipsum esse, existere manifesta entia. Dico autẽ vt quia luna patitur eclipsim. Ipsius aũt quia ipsum, vna est ratio, & vna causa in omnibus, propter quid homo, ho-

LECTIO XVII.

a Vid uero, & quale quid substantiam dicere oporteat, rursus aliud quasi principium cum fecerimus dicamus. Forsassit enim ex his erit manifestum de illa quoque substantia, quæ est separata a sensibilibus substantiis. Cum igitur substantia principium, & causa quædam sit, hinc est procedendum.

Quæritur uero ipsum propter quid semper sic, propter quid aliud alij alicui ineſt. quærere nanque propter quid muſicus homo est, certe quærere est quod dictum est, propter quid homo muſicus est, aut aliud. Quærere igitur propter quid ipsum est ipsum, nihil est quærere. oportet enim ipsum quod, & ipsum esse existere manifesta entia. dico autem, vtputa quòd luna patitur eclipsim. ipsius autem quod id ipsum, non nisi una ratio, unaq; causa in omnibus (propter quid homo est homo, aut muſicus, mu-

A nentes, vel dicentes quasi aliud principium ab eo principio logico, per quod ingressi sumus in principio Septimi ad inquisitionem prædictæ substantiæ. Forsitan enim ex his, quę dicentur circa quidditates rerum sensibilium, erit palam de illa substantia, quæ est separata a sensibilibus substantiis. Quãmuis enim substantiæ separatæ nõ sint eiusdem speciei cũ substantiis sensibilibus, vt Platonici posuerunt, tamẽ cognitio istarum substantiarum sensibilium est via ad cognoscendũ prædictas substãtias separatas. Subiungit autem, quid sit illud principium aliud, p quod ad propositam quæstionem ingrediendum est, dicens quòd hinc procedendum est ad ostendẽdum quid sit prædicta substantia, q sciamus, quòd in ipsa substantia est principium quoddam, & causa quædam. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit, quòd substantia, quæ est quoddam quid erat esse, sit principiũ, & causa: & circa hoc duo facit. Primo ostẽdit, quòd sit principium & causa. Secundo, cuiusmodi principium sit, ibi: {Quoniam vero ex aliquo compositum sit.} Circa primum duo facit. Primo, ostendit propositum. Secundo, excludit quoddam quod posset videri propositæ rationi repugnans, ibi: {Latet autem maxime quod quæritur.} Est autem vis suæ rationis talis. Illud, de quo non quæritur per quæstionem propter quid, sed in ipsum alia quæsita reducũtur, oportet esse principium, & causam. Quæstio enim propter quid, quęrit de causa. Sed substantia, quæ est quodquideratesse, est huiusmodi: non enim quæritur propter quid homo est homo, sed propter quid homo est aliquid aliud. & similiter est in aliis. Ergo substantia rei, quæ est quodquideratesse, est principium & causa. Dicit ergo primo, quòd {ipsum propter quid semper sic quæritur} idest ipsa quæstione propter quid vtimur quærẽtes, propter quid aliquid aliud ineſt alicui alij, & nõ propter quid aliquid sit ipsum. {Quærere enim propter qd homo muſicus, sit muſicus homo, aut est quærere quod dictum est, propter quid homo muſicus, est homo muſicus, aut alind} q. d. cum quærimus propter quid homo muſicus est homo muſicus, dupliciter potest hęc quæstio intelligi: vno modo vt id, quod dictum est, & positũ quęratur, scilicet, vt de hoc toto, quod est homo muſicus quęratur hoc totum, quod est homo muſicus. Alio modo, vt quęratur aliud de alio, vt scilicet de homine, qui est muſicus, quæratur non propter quid sit homo, sed propter quid sit muſicus. Et statim reprobat primum modum intelligẽdi, dicens, quòd quærere propter quid ipsum est ipsum, sicut propter quid homo est homo, nihil est quærere. In omni enim quæstione, qua q̃ritur propter quid, oportet aliquid esse manifestum, & aliquid esse quæsitum, quod non est manifestum. Cum enim sint quatuor quæstiones, vt in Secundo Posteriorum habetur, scilicet an est, quid est, quia est, & propter quid, duę istarum, scilicet quid, & propter quid, in idem coincidunt, vt ibi probatur. Sicut autem quæstio quid est se habet ad quæstionem an est, ita quæstio propter quid, ad quæstionem quia. Cum igitur quæritur, propter quid, oportet illa duo esse manifesta. Secundum enim quod propter quid est idem ei, quod est quid, oportet esse manifestum an est. secundum autem, quod propter quid distinguitur a quid est, oportet esse manifestum, quia. Et ideo dicit, quòd cum quæritur propter quid, oportet existere manifesta entia ista duo, scilicet ipsum quia, & ipsum esse, quod pertinet ad quæstionem an est. Sicut cum quæritur propter quid luna patitur eclipsim? oportet esse manifestũ, quòd luna patitur eclipsim. si enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sit manifestum hoc, frustra quæritur propter quid hoc sit F
Et eadem ratione cum quæritur: quid est homo? oportet esse
manifestum, hominem esse. Hoc autem non potest contingere
si quæratur propter quid ipsum est ipsum, vt propter quid ho-
mo est homo? vel propter quid musicus est musicus? Scito. n.
quòd homo est ho-
mo, scitur propter
quid. Est enim vna
ratio & vna causa in
omnibus, quam im-
possibile est ignora-
ri. sicut nec alia com
munia, quæ dicũtur
cõmunes animi con
ceptiones, ignorari
possibile est. huius
autẽ ratio est, quia
vnumquodque est
vnum sibipsi. Vnde
vnumquodq; de se
prædicatur. Nisi for
te aliquis velit assi-
gnare aliam causam
dicẽs, quòd ideo ho-
mo est homo, & mu-
sicum est musicum,
& sic de aliis, quia
vnumquodq; est in
diuisibile ad se ip-
sum. & ita non po-
test de se ipso negari, vt dicatur homo
non est homo. vnde
oportet, vt de se affir
metur. Sed hæc ra-
tio non differt a pri-
ma, quam diximus,
scilicet quòd vnum-
quodque vnum est
sibipsi. ¶ Quia hoc
erat vnum esse } id
est supra posueramus, quòd vnum si-
gnificet indiuisibile.
Et ideo idem est di-
cere, quòd vnum-
quodq; sit vnum si-
bi, & indiuisibile ad
se ipsum. Sed etiam dato, quòd hæc esset alia ratio a prædicta ta
men hoc etiam est commune omnibus, quia vnumquodque est
indiuisibile ad se ipsum. ¶ Et est quod breue } ideſt se habet ad
modum principij, quod est paruum quantitate, & maxi-
mum virtute. Vnde non potest quæri quasi ignoratum, sicut
nec alia principia communia. Alia translatio habet. ¶ Et est si-
milis toni } quasi dicat, & consonat verum in omnibus. Alia ve
ro litera habet. ¶ Et est verum, } subaudiendum, per se manife-
stum. Sic igitur patet, quòd non potest quæri propter quid ip-
sum sit ipsum. Vnde relinquitur, quòd semper quæritur pro-
pter quid hoc sit aliud hoc. Et hoc subsequenter manifestat di-
cens, quòd si aliquis quæreret: propter quid tale animal est ho-
mo? hoc quidem igitur palam, quòd non quæritur propter
quid homo est homo. Et sic patet, quòd aliud de aliquo quæri-
tur propter quid existit, non idem de se ipso. Sed cum quæritur
aliquid de aliquo propter quid existit, oportet manifestum es-
se, quia existit. nam si non sit ita, vt scilicet si non sit manifestũ
quod existat, nihil quærit. Quærit enim fortasse de eo, quod
non est. Vel aliter vt referatur ad superiora. ¶ Nam si non sit ita }
ideſt si non quærit aliud de alio, sed ipsum de se ipso, nihil quæ
rit, vt iam ostensum est. In quærendo autem propter quid de
aliquo, aliquando quæritur causa, quæ est forma in materia. vn
de cum quæritur, propter quid tonat? Respondetur, quia soni-
tus fit in nubibus. hic enim cõstat, quod aliud de alio est, quod
quæritur. est enim sonitus in nubibus, vel tonitruum in aere.
Aliquando autem quæritur causa ipsius formæ in materia, quæ
est efficiens vel finis. vt cum quærimus: propter quid hæc, scili-
cet lapides, & lateres sunt domus? In ista enim quæstione est
aliquid de aliquo quod quæritur, scilicet domus de lapidibus,
& lignis. Et ideo, Philosophus non dixit simpliciter, quod
quæratur quid est domus, sed propter quid huiusmodi sunt
domus. Palam igitur est, quòd ista quæstio quærit de causa,
quæ quidem causa quæsita, est quodquideratesse, logice lo-
quendo. Logicus enim considerat modum prædicandi, &

Alia litera & similis toni.
Alia vero litera & qđ verum.

par. 3.

mo, aut musicus, musicus: nisi
quis dicat, qa indiuisibile ad ip
sum vnũquodq;. hoc autẽ erat
vnum esse. Sed hoc cõe, quia de
omnibus, & quod breue. Quæ-
rit autem aliquis: propter quid
homo est animal tale? hoc qui-
dem igitur palã, quia non quæ-
rit, quare q est homo, homo est.
aliquid ergo de aliquo quærit,
propter quid existit. quia vero
existit, oportet manifestũ esse.
nam si non ita, nihil quærit. Vt
propter quid tonat? quia fit so-
nitus in nubibus. aliud. n. ita de
aliquo est, quod quærit. Et pp
quid hęc puta lateres, vel lapi-
des, domus sunt? Palam igitur,
p querit causam. hoc autem est
quodquideratesse, vt est dicere
logice: quod in quibusdam qui
dẽ est cuius causa, vt forsan in H
domo, aut lecto. in quibusdam
vero, quod monit primum. nã
causa & hoc. Sed talis quidem
causa in fieri quæritur, & corrũ
pi, altera vero & inesse.

c Latet autem maxime quod
quæritur in his, quæ nõ de aliis
dicuntur, vt homo quid est quæ
ritur, propter simpliciter dici:
sed nõ diffinite, qa hoc, aut hoc.

I

non existentiam rei. Vnde quicquid respondetur ad quid est,
dicit pertinere ad quodquidest, siue illud sit intrinsecum, vt
materia, & formalsiue sit extrinsecum, vt agens vel finis. Sed
Philosophus, qui existentiam quærit rerum, finem vel agen-
tem cum sint extrinseca, non comprehendit sub quodquideratesse. Vnde, si dica-
mus: domus est ali-
quid prohibens a fri
gore, & caumate, lo-
gice loquendo, signi
ficetur quodquide-
ratesse, non autem
secundum considera
tionem Philosophi.
Et ideo dicit, quòd
hoc quod quæritur,
vt causa formæ in
materia, est quod-
quideratesse, vt est
dicere logice, quod
tamen secũdum rei
veritatem, & physi-
cam considerationẽ
in quibusdam } est
cuius causa } ideſt fi-
nis, vt in domo, aut
in lecto. Exempli-
ficat autem de arti-
ficialibus, quia in eis
est maxime manife-
stum quod sunt pro-
pter finem. Quam-
vis enim naturalia
sint propter finem,
fuit tamen hoc a qui
busdam negatum:
Potest igitur cum
quæri propter quid
lapides, & ligna sunt
domus, responderi
per causam finalem,
scilicet vt defenda-
mur a frigore, & cau
mate. In quibus-
dam vero id, quod
quæritur, vt causa
formæ i materia. est
quod monit primũ }
ideſt agens. Nam hoc etiam est causa. Vt si quæritur: propter
quid lapides, & ligna sunt domus? potest responderi, propter
artem ædificatiuam. In hoc tamen differt inter causam agen-
tem, & finalem, quia talis causa, scilicet agens, quæritur in fieri,
& corrumpi. Altera autem causa, scilicet finalis, non quæritur so
lum in fieri, & corrumpi, sed etiã in esse. Et hoc ideo, quia agens
est causa formæ in materia, trãsmutando materiam ad formam,
quod fit in generari, & corrumpi. Finis autem inquantum mo-
uet agentem per intentionem, est causa etiam in fieri, & corrũ-
pi. Inquantum vero res per suam formam ordinatur in finem,
est etiam causa in essendo. Vnde, cum dicitur, quòd lapides, & li
gna sunt domus propter artem edificatiuam, intelligitur quòd
ars ædificatiua est causa fiẽdi domum. Cum vero dicitur quòd
lapides, & ligna sunt domus, vt defendamur a frigore, & cauma
te, potest intelligi, quòd propter hoc facta sit domus, & quòd
propter hoc esse domus sit vtile. Hic autem loquitur Philoso-
phus in substantijs sensibilibus. Vnde intelligendum est, quòd
hic dicitur solum de agente naturali, quod agit per motũ. nam
agens diuinum quod influit esse sine motu, est causa non solum
in fieri, sed etiam in esse. Deinde cum dicit.

c ¶ Quia superius dixerat, quòd cum quæritur: propter quid,
semper quæritur aliud de alio, & hoc videtur in aliquo modo
quærendi habere instantiam, ideo mouet hic circa hoc du-
bitationem, & soluit. Vnde circa hoc tria facit. Primo, mo-
uet dubitationem. Secundo, soluit, ibi: ¶ Sed oportet corrigen-
tes quærere. } Tertio, infert quoddam corollarium ex dictis,
ibi: Palam igitur, quòd in simplicibus. Dicit ergo primo ¶ quòd
id, quod quæritur } scilicet in qualibet quæstione quæri aliud
de alio ¶ maxime latet } ideſt dubitationem habet ¶ in his, quę
non de aliis dicuntur, } ideſt in quæstionibus, in quibus non
prædicatur aliquid de aliquo, sed fit quæstio de aliquo vno sim-
plici. vt cum quæritur: quid est homo? hoc inquam latet pro-
pter simpliciter dici, ¶ sed non diffinite, quia hoc aut hoc, }
ideſt ista est causa dubitationis, quia in talibus simpliciter pro-

*sicus) nisi quis dicat, quòd unum-
quodque ad se ipsum indiuisibile est.
hoc autem erat unum esse, sed hoc,
& commune de omnibus, & breue
est. Quærat autem aliquis, propter
quid homo animal tale quoddam est.
hoc igitur manifestum est, quòd non
quærit propter quid is, qui est homo,
homo est. aliquid ergo de aliquo quæ-
rit, propter quid inest. quod autem
inest, oportet manifestum esse. si enim
non ita, nihil quærit. ut puta, propter
quid tonat: quia sonus in nubibus fit.
ita nanque aliud de alio est, quod
quæritur. & propter quid hæc, ut-
puta lateres, & lapides domus sunt.
Manifestum itaque est, quòd cau-
sam quærit. hæc autem est quod quid
erat esse, ut logice dicam. quæ in
quibusdam quidem est cuius gratia,
ut puta fortassis in domo, & lecto: in
quibusdam uero, quod primum mo-
uit. causa nanque etiam hoc. sed talis
quidem causa quæritur, dum quippiã
fit, uel corrumpitur: altera uero etiã,
dum est.*

*Latet autem præcipue quod quæri
tur in his, quæ non de aliis dicuntur,
ut puta quæritur, homo quid est: eo,
quòd simpliciter dicitur, neque deter-
minatur quòd hoc uel hoc.*

G

K

par. sequens par. 1.

fertur aliquid vnum, vt homo: & non proferuntur in quæstio-
ne illa, quibus conuenit esse hominem, sicut partes, vel etiam
aliquod hominis suppositum. Sed videtur hęc dubitatio non
esse ad propositum. Locutus enim fuerat supra philosophus
de quæstione propter quid est, & non de quæstione quid est.
Hæc autẽ dubitatio
instat de quæstione
quid est. Sed dicen-
dum, quòd quæstio
quid, & propter qd,
in idem quodammo
do incidunt, vt est di
ctum. Et ideo, q̃stio,
quid est, potest trans
formari in quæstio-
ne ꝓpter quid. Quæ
stio enim quid est,
quærit de quidditate propter quam id,
de quo quid est quæ
ritur, prędicatur de
quolibet suorum su-
biectorum, & conue
nit suis partibus.
Propter hoc. n. Socr.
est homo, quia conue-
nit ei illud, quod
respondetur ad quæ-
stionem, quid est ho
mo. Propter hoc etiã
carnes, & ossa sunt
homo, quia quod
quid est homo, est in
carnibus & in ossib⁹.
Idem ergo est, quære
re, quid est homo, &
quærere propter qd
hoc, scilicet Socr. est
homo? vel propter
quid hoc, scilicet car
nes, & ossa sunt ho-
mo? Sicut & supra quærebatur propter quid lapides, & ligna
sunt domus? Et ideo etiam hic dicit, quòd hoc facit dubitatio-
nem, quòd in quæstione non additur hoc, aut hoc. Si enim ad-
deretur, manifestum esset quod esset eadem ratio in quæstione,
qua quæritur quid est homo, & in aliis quæstionibus, de qui-
bus supra dixit. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit prædictam dubitationem dicens, quòd ad hoc, quòd
prædicta dubitatio circa præmissam quæstionem excludatur,
} oportet corrigentes quærere, } ideſt oportet quæstionem præ-
missam corrigere, vt loco eius, quod quærebatur quid est ho-
mo, quæratur propter quid Soc. est homo? vel propter quid car
nes, & ossa sunt homo? Si autem non sic corrigatur ista quæstio,
sequitur hoc inconueniens, quòd aliquid sit commune eius,
quod est nihil quærere, & eius quod est quærere aliquid. Dictũ
est enim supra, quòd quærere ipsum de se ipso, est nihil. Quæ-
rere autem aliquid de alio, est aliquid quærere. Cum ergo quæ
stio propter quid, in qua quæritur aliquid de alio: & quæstio
quid, in qua non videtur quæri aliquid de alio, nisi prędicto
modo corrigantur, sibiinuicem communicent, sequetur, quòd
aliquid sit cõmune quæstioni, in qua nihil quæritur, & in qua
aliquid quæritur. Vel aliter. Si non corrigatur quæstio ista se-
quetur, quòd aliquid sit commune eius, quod est nihil quære-
re, & eius quod est quærere aliquid. Tunc enim aliquid quæri-
tur, quando fit quæstio de eo quod est: tunc vero nihil quæri-
tur, quando fit quęstio de eo, quod non est. Si ergo in quæstio-
ne, qua quæritur quid est, non oportet aliquid ſupponere, &
aliud quærere de illo, posset ista q̃stio fieri & de ente, & de non
ente. & ita quæstio quæ est quid est, esset communiter facta, &
de aliquo, & de nihilo. Quoniam vero in hac quæstione, qua
quæritur quid est homo, oportet habere notum, existere ve-
rum hoc ipsum, quod est esse hominem, aliter nihil quæreretur,
sicut cum quæritur propter quid sit eclipsis, oportet esse no
tum, quia est eclipsis, palam est, quòd ille, qui quærit quid est
homo, quærit propter quid est. Nam esse, est præsuppositum ad
hoc quod quæritur, quid est, quia est præsuppositum ad pro-
pter quid. Sicut cum quærimus, quid est domus? idem est, ac si
quęreremus propter quid hæc, scilicet lapides, & ligna sunt do-
mus? propter hæc scilicet ¶ quia partes domus existunt id,
quod erat domui esse, } ideſt propter hoc, quòd quidditas do-
mus inest partibus domus. Dictum enim est supra, quòd in ta-
libus propter quid, quandoque quærit formam, quandoque

Part. 4.

d Sed oportet corrigentes quæ
rere. Si autem non, commune
eius quod nihil quęrere, & eius
quod quærere aliquid, fit. Quo
niam vero oportet habere, &
existere ipsum esse. palam ita-
que quia quęrit materiam pro-
pter quid est: vt domus hæc. ꝓ-
pter quid? quia hęc existunt,
quod erat domui esse, & homo B
hic? aut corpus tale habens?
Quare causa quæritur materiæ.
Hoc autem est species, qua ali-
quid est. Hæc autem substantia.

Part. 5.

e Palam igitur, quoniã in sim-
plicibus non est quæstio, nec do
ctrina, sed alter modus quęstio-
nis talium.

Part. 6.

f Quoniam vero ex aliquo cõ-
positum fit, vt vnum sit omne, C
sed non vt cumulus, sed vt syl-
laba. Syllaba autem non est
elementa, nec idem A. & B. nec
caro ignis, & terra. Dissolu-
tis enim, hæc quidem non ad-

A

*Oportet igitur recte disponentes
quærere. quòd si non commune sit
eius, quod nihil est quærere, & eius,
quod aliquid quærere. Cum autem
& habere & existere ipsum esse
oporteat, manifestum est, quòd pro-
pter quid est ipsam materiam quærit
ut puta hæc sunt domus. propter quid:
quia hæc existunt, quod erat domui
esse. & homo hoc, aut corpus hoc ta-
le habens, quare: causa materiæ quæ-
ritur. hæc autem est forma, qua ali-
quid est. hæc autem est substantia.*

*Patet itaque quòd de simplicibus
non est aliqua quæstio, neque doctri-
na, sed alius talium quæstionis mo-
dus.*

*Cum uero quod ex aliquo com-
positum, ita ut unum totum sit, non
est ut cumulus, sed ut syllaba, syl-
laba uero non est ipsa elementa, nec
idem, quod B, & A. nec caro ignis,
& terra. dissolutis nanque, hæc
quidem amplius non sunt, ut ca-*

agentem, quandoq; finem. Et similiter cum quærimus quid est
homo, idem est ac si quæreretur propter quid hoc, scilicet Soc.
est homo? quia scilicet inest ei quidditas hominis. Aut etiam
idem est, ac si quæreretur propter quid corpus sic se habens, ut
puta organicum, est homo? Hæc enim est materia hominis, si-
cut lapides, & lateres
domus. Quare mani-
festũ est, quòd in ta-
libus quæstionibus
quæritur } causa
materię, } ideſt pro-
pter quid materia
pertingat ad natu-
ram eius quod diffi-
nitur. Hoc autem
quęsitum quod est
causa materiæ } est
species } scilicet for-
ma, qua aliquid est.
Hoc autem } est sub-
stãtia } ideſt ipsa sub-
stãtia, quę est quod-
quideratesse. Et sic
relinquit quod pro-
positum erat osten-
dere, scilicet quòd
substantia sit princi-
pium & causa. Dein
de cum dicit.

e ¶ Infert quoddam
corollarium ex dic-
tis dicens, quòd ex
quo i omnibus quę-
stionibus quęritur
aliquid de aliquo, si
cut de materię cau-
sa quæ est formalis,
vel causa formę in
materia, vt finis, &
agens: Palam est, ꝙ
in substantiis simpli
cibus, quę non sunt compositæ ex materia, & forma, non est ali-
qua quęstio. In omni enim quæstione, vt habitum est, oporter aliquid esse notum, & aliquid quæri quod ignoramus. Ta-
les autem substantiæ, vel totę cognoscuntur, vel totę ignoran-
tur, vt in Nono infra dicetur. vnde non est in eis quęstio, & Tex. cõ. 49
propter hoc de eis etiam non potest esse doctrina, sicut est in Tex. cõ. 22.
scientiis speculatiuis. Nam doctrina est generatio scientiæ.
Scientia autem fit in nobis per hoc, quòd scimus propter quid.
Syllogismi enim demonstratiui facientis scire, medium est pro-
pter quid est. Sed ne videatur consideratio talium substantia-
rũ omnino aliena esse a phisica doctrina, ideo subiungit, quòd
alter est modus quæstionis talium. In cognitione enim harum
substantiarum non peruenimus, nisi ex substantiis sensibili-
bus, quarum substantię simplices sunt quodammodo causę. Et
ideo vtimur substantiis sensibilibus, vt notis, & per eas quęri-
mus substantias simplices. Sicut Philosophus infra, per motum
inuestigat substantias immateriales mouentes. Et ideo in do-
ctrinis, & quęstionibus de talibus, vtimur effectibus, quasi me-
dio ad inuestigandum substantias simplices, quarum quidditas
ignoramus. Et etiam patet, quòd illę substantię comparan-
tur ad istas in via doctrinæ, sicut formæ, & aliæ causæ ad mate-
riam. Sicut enim quærimus in substãtiis materialibus formam,
finem, & agentem, vt causas materiæ, ita quærimus substantias
simplices, vt causas substantiarum materialium.

Tex. cõ. 59.

D

E

f ¶ Ostendit cuiusmodi causa, & principium sit substantia,
quæ est quodquideratesse: & circa hæc tria facit. Primo præ-
mittit quoddam, quod est necessarium ad propositum osten-
dendum. Secundo, mouet dubitationem, ibi: ¶ Si igitur ne- par. seq.
cesse illud. } Tertio soluit, ibi: ¶ Videtur autem vtique esse part. 8.
aliquid. } Circa primum innuit quandam distinctionem com-
positionis alicuius ex multis. Quandoque enim ex multis fit
compositio, ita quòd totum compositum ex multis est vnum
quoddam: sicut domus composita ex suis partibus, & mistum
corpus ex elementis. Quandoque vero ex multis fit compo-
situm, ita quòd totum compositum non est vnum simpliciter,
sed solum secundum quid, sicut paret in cumulo vel aceruo la-
pidum, cum partes sunt in actu, cum non sint continuæ. vn-
de simpliciter quidem est multa, sed solum secundum quid
vnum, prout ista multa associantur sibi in loco. Huius autem di
uersitatis ratio est, quia compositum quandoque sortitur spe-
ciem ab aliquo vno, quod est vel forma, vt patet in corpore mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to:vel compositio,vt patet in domo:vel ordo, vt patet in syllaba,& numero:& tunc oportet, quòd totũ compositum sit vnũ simpliciter. Quandoque vero compositum sortitur speciem ab ipsa multitudine partium collectarũ,vt patet in aceruo, & populo, & aliis huiusmodi. & in talibus totum compositum non est vnum simpliciter, sed solum secundum quid. Dicit ergo Philosophus, q̃ quia aliquid est sic ex aliquo compositum{vt omne}ideſt totum sit vnum, & non hoc modo sicut cumulus lapidum, sed sicut syllaba,quę est vnũ simpliciter, in omnibus talibus
par.7. oportet quòd ipsum compositum non sit ex, ex quibus cõponit sicut syllaba nõ est elementa. Sicut hæc syllaba quę est Ba,non est idẽ quod hæ duæ literę B, & & A:nec caro est idẽ quod ignis & terra. Et hoc sic probat,{quia dissolutis}ideſt diuisis ab inuicem his, ex quibus
part.8. sit compositio{hęc}scilicet totum, non adhuc remanet post dissolutionẽ. Sicut iam diuisis elementis non remanet caro, & diuisis literis, non remanet syllaba.{Elementa vero}ideſt literæ remanent post dissolutionẽ syllabæ.Et ignis,
part.9. & terra remanent post dissolutionem carnis. Igitur syllaba est aliquid præter elementa,& non solum est elementa, quæ sunt vocalis, & consonans,sed alterum aliquid,per qđ syllaba est syllaba.

huc sunt,vt caro,& similia: elementa vero sunt,& ignis, & terra.Est igit aliquid syllaba, non solũ elementa vocalis, & consonans,sed & alterum aliquid. Et caro non solum ignis,& terra, aut calidum,aut frigidum, sed & alterum aliquid.

g Si igitur necesse & illud, aut elementũ, aut ex elemẽtis esse: si quidẽ elementũ, iterũ eadem erit rõ: ex hoc.n.& igne,& terra erit caro, & adhuc ex alio: quare in infinitũ ibit. si vero ex elemento,palã qa non vno, sed pluribus. aut illud ipsum erit. Quare rursum in hoc eandem dicimus rationem, & in carne, vel syllaba.

h Videbit aũt vtiq; esse aliqd hoc,& elementũ, & causa essen di:hoc quidẽ carnem,hoc vero syllabã.simliter & in aliis. Substãtia aũt vniuscuiusq;, hoc elemẽtum,& causa prima essendi.

i Quoniã vero quędã nõ substantię rerũ, sed quæcunq; substantię secundũ naturã & natura constitute sunt,manifestabit vtiq; quibusdã hęc natura substantia, quę est non elemẽtum, sed principium. Elementum vero est,in quod diuiditur inexistens, vt materiam, puta syllabę, quę A. & B.

quia non est ex elemento vno tantũ, sed ex pluribus elementis. Quia si non esset ex pluribus,sed ex vno tm,sequeretur,q̃ esset illud idem elementũ totum. Quod enim est ex aqua tantũ,est vere aqua. Quare si sit ex pluribus elementis, iterum eadem ratio erit de hoc, quæ & de carne, & syllaba,quia scilicet erit in eo aliquid præter elementa ex quibus est.& de hoc iterum redibit quæstio eadem. Et sic iterum procedit in infinitũ. Deinde cum dicit.
h ¶ Soluit propositam dubitationem. & circa hoc duo facit. Primo soluit eam quantum ad illud, quod primo aspectu de ipsa apparet. Secundo, solutionem corrigit, & ad veritatem reducit, ibi:{Quoniam
par.sequen. vero quædam.} Dicit ergo primo, q̃ illud, quod est in compositis aliud ab elementis,videbitur vtique in primo aspectu esse aliquid, quod non sit ex elementis, sed sit elementum, & causa essendi, vel carnem vel syllabam, & similiter in aliis. Et iterum videbitur, quòd hæc sit substantia vniuscuiusque, quæ est quodquiderat esse. Substantia enim, quæ est quodquideratesse, est prima causa essendi. Deinde cũ dicit.
i ¶ Corrigit prædictam solutionem quãtum ad duo. Primo, quantũ ad hoc, quod dixerat, quòd hoc, quod est in cõpositis præter elementa, est substãtia

ro, & syllaba: elementa uero ignis, & terra sunt. est ergo syllaba aliquid, non solum elementa, uocalis, & muta, sed etiam aliquid aliud. & caro, non solum ignis, & terra, aut calidum, & frigidum, sed etiam aliquid aliud.

G *Si igitur necesse est illud quoque aut elementum, aut ex elementis esse: si elementum quidem, rursus eadem ratio erit. ex hoc enim & igne, & terra erit caro, & item alio. quare in infinitum progredietur. si uero ex elemento, patet quòd non ex uno, sed ex pluribus, quam idipsum, erit. quare iterum de hoc eandem rationem dicemus, quam de carne, aut syllaba.*

Videbitur autem esse aliquid tale, & non elementum, ac causam, sed hoc carnem, hoc uero syllabam esse. similiter & de cæteris. substantia uero cuiusque quidem hoc. hoc nanque prima ipsius esse, causa est.

Cum autem quædam rerum non substantiæ sint, sed quæcunque substantiæ secundum naturam, & natura constitutæ sint, uideri possit profecto aliquibus, hæc quoque natura substantia esse, quæ non elementum, sed principium est. Elementum autem est, in quod existens diuiditur, ut materiam, utputa syllabæ ipsum A, & B.

vniuscuiusque.hoc enim est verum in rebus,quæ sunt substantiæ,non autem in rebus, quæ non sunt substantiæ. forma enim syllabæ non est substantia. Secundo,quantum ad hoc, quod dixerat,quòd hoc ipsum est elementum, & causa essendi. Non enim potest dici elementum,sed principium, quia elementum pertinet ad causam materialem. Dicit ergo,quòd quia quædam rerum non sunt substantiæ, sicut præcipue patet in artificialibus,sed quæcunque sunt{secundum naturam}quantum ad esse {Et per naturam constituæ} quantum ad fieri, sunt veræ substantiæ, manifestabitur, quòd hæc natura, quam quæsiuimus, est substantia {in quibusdam} scilicet in naturalibus, & non in omnibus. Quæ etiam natura non est elementum, sed principium formale. Elementum vero dicitur id, in quo aliquid diuiditur {inexistens} ideſt intrinsecum, sicut in materiam, puta elementa syllabæ Ba, sunt A. B. Vnde, cum prædictum principium non sit materiale,sed formale, non erit elemẽtum. Et sic simul patet, & quale principium est substantia, & quòd neque est elementum,neque ex elementis, in quo soluitur dubitatio præmissa.

COMMENTARIORVM
S. THO. SVPER SEPTIMVM
Metaphy. finis.

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM.
LIBER OCTAVVS,
Cum Diui Thomæ præclarissimis commentarijs.

LECTIO PRIMA.

a POSTQVAM determinauit philosophus in primo de substantia modo logico, considerando, scilicet diffinitionem & partes diffinitionis, & alia huiusmodi, quæ secundum rationem considerantur: in hoc lib. 8. intendit de sensibilibus substantiis determinare per propria principia, applicando ea, quæ superius inquisita sunt
Ter.c.1. par. 1. logicæ ad substantias illas. Et diuiditur in duas partes. In prima continuat se ad præcedentia. In secunda prosequitur suam intentionem, ibi{ Sẽsibiles autem
par.1. substãtiæ omnes materiam habent.} Circa primũ tria facit. Primo, proponit in generali suam intentionem. Secundo,repetit quędam, quæ dicta sunt, ibi{ Dictum est autem} Tertio, ponit continuationem dictorum ad dicenda, ibi{ Quoniam autem, quod quid erat esse substãtia.} Dicit ergo primo,quòd cum multa dicta sint in Septimo logica considerationẽ circa substantiam, oportet syllogizare ex his,quæ dicta sunt, vt applicentur, quæ secundum considerationem logicam dicta sunt, ad res naturales existentes. Et oportet{colligentes ea.}ideſt summarie & recapitulatim recolligentes, q̃ dicta sunt, imponere finem complendo tractatum de substãtia,quod fiet tractando ea, quæ superius tractatis desunt.
Deinde cum dicit.
b ¶ Resumit quędam eorum, quæ dicta sunt, quia dictum est in septimo, quòd in hac scientia principaliter quæruntur causæ, & principia, & elementa substantiarum. Cum enim hæc scientia cõsideret ens commune, sicut proprium subiectum, quod quidem diuiditur per substantiam, & nouem genera accidentium, accidentium vero cognitio ex substantia dependeat, vt in Septimo probatum est, relinquitur quòd principalis intentio huiusmodi scientiæ sit circa substantias. Et quia scire vnumquodque non contingit nisi cognitis principiis, & causis eius, sequitur quòd ad hanc scientiam pertineat inquirere principia, & causas, & elementa substantiarum. Quæ tria qualiter differant superius in quinto ostensum est.
c ¶ Resumit aliquid superius dictorum, scilicet modos, quibus accipitur substantia. Et primo, ponit quæ dicuntur substantiæ in rerum natura existentes,quarum quasdam omnes confitentur esse, scilicet substantias sensibiles, vt terra & aqua,& alia elementa: & vlterius secundum ordinem nobiliratis & perfectionis, plantæ, & animalia, & partes eorum: & vltimo cœlum, & partes cœli, sicut sunt orbes & sydera, quæ transcendunt alias substantias sensibiles in nobilitate. Quasdam vero substantias, non omnes confitẽtur in rerum natura subsistere:sed quidam posuerunt singulariter eas esse, qui ponunt species, & mathematica separata secundum esse,volẽtes,quòd cuilibet abstractioni in rellectus,respondeat abstractio in esse rerum. Et quia intellectus abstrahit vniuersale a particularibus, vt hominem a Socr.& Platone,posuerunt species separatim per se subsistere. Quia vero intellectus abstrahit, aliquas formas a materiis sensibilibus vt puta eorum,de cuius intellectu, nõ est matus, sicut de ratione simi, & linea, & aliahuiusmodi, quæ mathematica dicuntur, posuerunt mathematica separata.
d ¶ Ponit modos accipiendi substantias secundũ rationis acceptionem, & ponit duos modos, quorũ vnus est, q̃ substãtia dicitur quidditas alicuius substantiæ naturalis, quę quidem nihil aliud est, quàm ipsum, quid est rei naturalis. Alio modo dicitur substantia secundum aliam acceptionem, secundũ quam genus dicitur magis substantia,quàm species,& vniuersale magis, quàm singularia,vt quidam posuerunt,prout in 3. lib. in quæstionibus tractatum est. Et hanc acceptionẽ substantiæ, secundum quam vniuersale, & genus substantia dicuntur, conjuncta est ratio de ideis, quas supra dixit species. Eadem enim ratione ponuntur ideæ esse substantiæ, & vniuersalia. Deinde cum dicit.
e ¶ Continuat se ad præcedentia,dicens quid determinatum sit, & quid determinandum restat. Dicit ergo. Quia quod quid erat esse est substantia, & ratio significatiua eius est diffinitio, propter hoc in præcedenti libro determinatum est de diffinitione. Et quia diffinitio constat ex his, quę prædicantur per se,propter hoc etiam ibi determinatum est, de eo, quod est secundum se, Et quia diffinitio ratio est partes habens,necessarium fuit determinare

Ex his igitur, quæ dicta sunt, colligere oportet, ac congregando summatim finem imponere.

Dictum autem est, quòd substantiarum causæ, principia, & elementa quæruntur.

Substantiæ uero, quædam ab omnibus concessæ sunt, de quibusdam autem separatim enuntiauerunt quidam. Concessæ quidem, quæ naturales sunt, ut ignis, terra, aqua, & cætera simplicia corpora: deinde plantæ, & partes earum animalia, & partes eorum: & tandem cœlum, & partes cœli. Separatim autem substantias quidam esse dicunt formas, & mathematica.

Alias uero accidit, ex rationibus substantias esse, quodquideratesse, & subiectum. Item aliter genus magis, quam species, & uniuersale, quam singularia. Vniuersali uero & generi, ideæ copulantur. eadem nanque ratione substantiæ uidentur esse.

Cum autem, quodquideratesse substantia, huius autem ratio definitio, ideo de definitione, & de ipso per se determinatum est. Quoniam uero de-

2 EX his itaq; dictis syllogizare oportet,& colligentes capitulum, finem imponere.

b Dictum est itaque, quia substantiarum quæruntur causæ, & principia, & elementa.

c Substantiæ vero hæ, quidem cõfessæ sunt ab omnibus, sed de quibusdam, singulariter quidã enuntiauerunt. Confessæ quidem physicę, vt ignis, terra, & aqua, & alia simplicia corpora: deinde plantę & partes eorum, & animalia, & partes animalium, & tandem cœlum & partes cœli. Singulariter vero quidam substantias dicunt esse species & mathematica.

d Alias vero accidit, ex rationibus substãtias esse,quodquideratesse,& quod subijcitur. Adhuc aliter genus magis speciebus, & vniuersale singularibus. Vniuersali vero, & generi, & ideę copulantur. Nam secundum eandem rationem substantiæ videntur esse.

e Quoniam autem, & quodquideratesse substantia, huius autem ratio diffinitio, propter hoc de diffinitione, & de secun-

quam genus dicitur magis substantia,quàm species,& vniuersale magis, quàm singularia,vt quidam posuerunt,prout in 3. lib. in quæstionibus tractatum est. Et hanc acceptionẽ substantiæ, secundum quam vniuersale, & genus substantia dicuntur, conjuncta est ratio de ideis, quas supra dixit species. Eadem enim ratione ponuntur ideæ esse substantiæ, & vniuersalia. Deinde cum dicit.
e ¶ Continuat se ad præcedentia,dicens quid determinatum sit, & quid determinandum restat. Dicit ergo. Quia quod quid erat esse est substantia, & ratio significatiua eius est diffinitio, propter hoc in præcedenti libro determinatum est de diffinitione. Et quia diffinitio constat ex his, quę prædicantur per se,propter hoc etiam ibi determinatum est, de eo, quod est secundum se, Et quia diffinitio ratio est partes habens,necessarium fuit determinare

minare de partibus diffinitionis, quę scilicet sint partes rei diffinitæ, & quæ non, & verum eædem sint diffinitionis partes, & diffiniti: & secundum aliam literam ¶ Vtrum partes diffinitionis oporteat diffiniri. } Et primum melius est. Item in Septimo ostensum est, quòd neque vniuersale, nec genus est substantia. Et sic tota considera-

Tex.co.43.

tio, quę accipitur de rationibus, & de substantia, in 7. lib. pertractata ē. Inter has substātias vero, quæ in rerum natura existunt, de ideis & Mathematicis posterius est perscrutandum, quas quidem dicunt p se singulariter substistere pręter substantias sensibiles. De hoc enim agetur in vltimis libris huius doctrinæ. nunc autē immediate oportet tractare de illis substantiis, quas omnes confitentur esse, scilicet, de sensibilibus, vt ex manifestis ad immanifesta procedatur.

Li.13.& 14

Tex.c.3. part.6.

f ¶Posita continuitate dictorum ad dicēda, hic incipit philosophus tractare de substantiis sensibilibus, inquirendo principia earum. Et diuidit in partes duas. In primo, determinat de materia, & forma, quæ sunt principia substantiarum sensibilium. In secunda de vnione earum adinuicem, ibi ¶ De dubitatione. } Circa primum duo facit. Primo, ostendit, q̄ materia, & forma sunt principia substantiarum sensibilium: secundo determinat ea, quæ sunt considerāda circa vtrumque ibi ¶ Oportet autem non ignorare. } Circa primū duo facit. Primo, manifestat, quòd materia sit principium substantiarum sensibilium. Secundo, manifestat hoc idem de forma, ibi ¶ quoniam autem, & quæ quidē. } Circa primum tria facit. Primo, ostēdit, quid sit materia diuidens eam cōtra alias acceptiones substantiæ. Vnde dicit, quòd omnes substantię sensibiles habent materiam, quod ideo est, quia omnes sunt in motu, & motus non est sine materia. Sed sciendum est, quòd materia aliter dicitur substantia, & aliter forma, & aliter compositum. Materia enim dicitur substantia, non quasi ens aliquid actu existens in se considerata, sed quasi in potentia, vt sit aliquid actu, hęc dicitur esse hoc aliquid. Forma vero quæ & ratio nominatur, quia ex ipsa sumitur ratio speciei, dicitur substantia, quasi ens aliquid actu, & quasi ens separabile, secundum rationem a materia, licet non secundum rem. Compositum vero ex his, dicitur esse substantia, quasi ¶ separabile simpliciter } idest, separatim per se existere potens in rerum natura, & eius solius est generatio & corruptio. Neque enim formam, neque materia generatur, aut corrumpitur, nisi per accidens. Et licet compositum sit separabile, simpliciter tamen secundum rationem, aliorum quæ dicuntur substantiæ, quædam sunt separabilia, & quędam non. Forma enim est separabilis ratione, quia potest intelligi sine materia sensibili indiuiduante. Materia vero non potest intelligi sine intellectu formæ, cum non apprehendatur nisi vt ens, in potentia ad formam. Vel potest esse sensus, quòd ¶ substantiarum secūdum rationem } idest, formarum, quædā sunt ratione separabiles, vt mathematicę, quædam non, vt formæ naturales. Vel iterum, quòd quædam sunt formæ separatæ absque materia existentes, de quibus inferius determinabit. Secundo ibi.

Infra lec.5. T.com.4. part.7.

Lect.3.

Lect.seq. part.1.

g ¶Dicit, quòd necesse est in substantiis sensibilibus ponere materiam, quasi substantiam & subiectum. In omni enim mutatione, oportet esse subiectum commune terminis mutationis in cōtrariis mutationibus, sicut in mutatione secundum locum, est aliquod commune subiectum, quod nunc est hic, & iterum alibi. Et in augmento est aliquod subiectū cōmune, quod nunc habet tantam quantitatem, & iterum minorē, quantum ad decrementum. & maiorem, quantum ad augmentum. Et in alteratione est aliquod subiectum, quod nūc est sanum, & nunc infirmum. Cum igitur sit quædam mutatio secundum substantiam, scilicet generatio, & corruptio, oportet esse aliquod commune subiectū, quod subiiciatur contrariis mutationibus secundum generationem, & corruptionē, & hoc positis terminis, qui sunt forma, & priuatio, ita scilicet, quòd quandoq; fit actu per formam, & quandoq; fit subiectum priuationis illius formæ. Ex hac autem Arist. ratione apparet, quòd generatio, & corruptio substantialis sunt principium veniendi in cognitionem materiæ primę. Si enim materia prima de se haberet aliquam formam propriam, per eam esset aliquid actu. & sic, cum superinduceretur alia forma, non simpliciter materia per eam esset, sed fieret hoc, vel illud ens: & sic, esset generatio secundum quid, & non simpliciter. Vnde omnes ponentes primum subiectum esse aliquod corpus, vt aerem & aquam, posuerunt generationem idem esse, quod alterationem. Patet autem ex hac ratione, qualiter accipiendus sit intellectus materię primæ, quia ita se habet ad omnes formas, & priuationes, sicut se habet subiectum alterabile ad qualitates contrarias.

h ¶Ostendit

dum se est diffinitum. Quoniam autem diffinitio ratio est, ratio autem partes habet, necesse quoque de parte erat considerare, quæ substātiæ partes, & quæ non: & si hæ diffinitioni opus sunt. Amplius etiam nec vniuersale substantia, nec genus. De ideis vero & mathematicis posterius perscrutādum est. Nam pręter sensibiles substantias quidam dicunt esse eas. Nunc autem de confesis substantiis tractabimus. hę vero sensibiles.

f Sensibiles autem substantiæ, omnes materiam habent. Est autem substantia, quod subiicitur: aliter quidem materia. Materiam vero dico, quæ non hoc aliquid ens actu, potestate autem est hoc aliquid. Aliter vero ratio. & forma, quia aliquid ens, ratione separabile est. Tertium vero quod est ex his, cuius solius generatio, & corruptio, & separabile simpliciter. Nam secundum substantiarum rationem, hęc quidem separabiles, illæ vero non.

g Quia vero substantia est materia, palam. Nam in omnibus mutationibus oppositis est aliquid, quod subiicitur mutationibus. vtputa secundum locum, quod nunc hic, iterum & alibi: Et secundum augmentū, quod nunc quidem tantum, iterum minus, aut maius. Et secundum alterationem, quod nunc quidem est sanum, iterum laborat. Similiter autem secundum substantiam, quod nunc quidem est in generatione, iterum in corruptione: & nunc quidem quod subiicitur, & hoc aliquid. Iterum autem quod subiicit sic secundū priuationē.

*Sensibiles uero cunctæ substantiæ materiam habent. Est autem substantia idipsum, quod subijcitur, aliter quidem materia, *& aliter ratio. materiam autem dico, quæ, cum non quod quid actu sit, potentia est quod quid. Aliter autem ratio, & forma, quod cum sit, quod quid ratione separabile est. Tertium uero, quod ex his est, cuius generatio solius, & corruptio est, & separabile simpliciter. earum enim substantiarum, quæ secundum rationem, quædam sunt separabiles, quædam uero non.*

Quòd autem materia quoque substantia est, patet. In cunctis nanque oppositis transmutationibus, est aliquod transmutationis subiectum. utputa secundum locum, quod nunc hic, rursus alibi, & secundum augmentationem, quod nunc tantum, rursus minus aut maius, & secundum alterationem, quod nunc sanum, rursus ægrum. similiter autem & secundum substantiam, quod nunc in generatione, rursus in corruptione. & nunc quidem subiectum, ut quod quid, rursus autem subiectum, ut secundum priuationem.

* alia littera non habet hæc, & alter ratio.

h ¶Ostendit, quòd materia non eodem modo est in omnibus substantiis sensibilibus dicens, quòd materiam existentem subiectum generationis, & corruptionis sequuntur aliæ mutationes. Sequitur enim, si sit generabile & corruptibile, quòd sit alterabile, & secundum locum mutabile. Sed ipsa, scilicet materia subiecta generationi & corruptioni, non sequitur ad quascunque alias mutationes, & ¶ præcipue ad illam, quæ est loci mutatio. Non enim sequitur, si aliqd habeat ¶ materiam localem } idest, per quam sit in potētia ad vbi, quòd habeat materiam ¶ generabilem, & corruptibilem } id est, subiectam generationi, & corruptioni. Deficit enim hoc in corporibus cœlestibus, in quibus etiā est alteratio aliqualis secundum illuminationem, & obscurationem, non tamē generatio & corruptio. Et ideo dixit ¶ vnam } propter loci mutationē, vel duas, propter talem alterationem, quæ tamen non vere est motus alterationis: quia illuminatio nō est motus, sed terminus motus. Sic autem secundum quamlibet mutationem oportet accipere materiam, sicut in qualibet mutatione est aliquis modus fiendi simpliciter, vel secundum quid. Quæ autem est differentia eius, quod est fieri simpliciter, & secundum quid, dictum est in primo Physico. quia simpliciter fieri, est secundum substantiam: fieri secundum quid, est secundum accidens.

part.8.

part.5. part.1.

part.2.

part.3.

Tex.cō.62.

h Et hanc sequuntur aliæ mutationes. aliorum vero aut vnam, aut duas, hæc non sequitur. Nō enim necesse si aliquid materiā habet localem, hoc & generabilem, & corruptibilem habere. Quæ enim differentia simpliciter fieri, & non simpliciter, in physicis dictum est.

Et sequuntur hanc etiam aliæ transmutationes. Cæterarum uero, aut unam, aut duas hæc non sequitur. non enim est necesse, si quid materiam habet localem, hoc generabilem etiam, & corruptibilem habere. Verum, quæ inter simpliciter fieri, & non simpliciter differentia sit, in Physicis dictum est.

LECTIO II.

a VOniam autem, & quæ quidem vt subiectum, & vt materia substantia confessa est, hęc autem quæ potestate, reliquum eam, quæ vt actum substātiam sensibilium, dicere quæ est.

LECTIO II.

VM autem quædam, ut subiecta, & ut materia, concedatur substantia, hæc autem est, quæ potentia est, restat illam, quæ ut actus substantia sensibilium est, quæ nam sit dicere.

b Democritus quidem igitur tres differentias simul esse existimauit. Nam subiectum corpus secundum materiam vnum & idem. Differre autem aut rhysmo, quod est figura: aut trope, quod est positio: aut diathige, quod est ordo.

Democritus igitur tres differentias esse uidetur existimare. subiectum enim corpus, materiam, unum et idem. differre autem, aut rhysmo, quod est figura: aut trope, quod est situs: aut diathige, quod est ordo.

ῥυσμὸς τροπὴ διαθιγὴ

c Videntur autem multæ differentiæ esse. utputa quædam compositione dicuntur materiæ, sicuti quæcunque mistura, quemadmodum mellicratum. quædam clauo, ut arca: quædam ligamine, ut fascis: quædam glutine, ut liber: quædam pluribus ex his. quædam positione, ut limen & superliminare. hæc enim, eo quod modo, quodam sita sint, differunt. quædam tempore, ut cœna, & prandium: quædam loco, ut uenti. quædam sensibilium passionibus, ut duritie & mollitie, & densitate & raritate, & siccitate & humiditate, et quædam quibusdam ex his, quædam omnibus his. & omnino: quædam redundantia: quædam defectu.

Videntur autem multæ differentiæ accidentales rerum sensibilium. qualiter prædictæ differentiæ se habent ad ea, quorum sunt, ibi ¶ Quare palam quia. } Circa primum, duo facit. Primo, ponit opinionem Democriti de differentiis rerum dicens, quòd Democritus similis est existimanti ¶ tres esse differentias rerum } id est, secūdum ea, quæ ponit, videtur existimare. quod omnes differētiæ rerum ad tria genera rerum reducuntur. Ponebat enim principia rerū materialium esse corpora indiuisibilia, q̄ cum sint eiusdem naturæ, conuenientia sunt adinuicem. Diuersitatem autem rerum cōstituunt propter differentiam positionis, figuræ, & ordinis. Et sic videtur ponere, quòd corpus, quod est subiectum, quasi materiale principium vnum & idē existens secūdum naturam, quātus sit in infinita diuisum secundum numerum, ¶ differt } idest, diuersificatur in diuersas res propter differentiam figuræ, positionis, aut ordinis. Differentia enim figuræ est secundum rectū, & circulare. Positionis autem secūdum sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum. Ordinis aut secundum prius & posterius. Secundo ibi.

c ¶Ostendit positionem Democriti esse insufficientem, quia multæ aliæ videntur esse rerum differentiæ, quæ in prędictas non reducunt. Quædam enim differunt secundum diuersum modum compositionis partium materialium. In quibusdam enim partes materiæ componuntur, per modum mistionis, sicut mellicratū. In quibusdam vero, quia ligantur aliquo vinculo, sicut est ligatura capitis mulieris. In quibusdam etiam coniunguntur aliqua colla, vel viscō, sicut fit in libris. In quibusdam vero adunantur partes clauo, sicut fit in arca. In quibusdam vero fit adunatio partium pluribus prędictorum modorum. Alia vero differunt ab inuicem sicut positione, sicut liminare superius, & liminare inferius, quæ quidem differunt ab inuicem ex eo, quòd sic ponuntur. s. supra vel infra. Quędam vero differunt tempore, vt cœna, quæ est comestio serotina, & prandium, quod est comestio matutina. Alia differunt loco, vt ¶ spiritus, } idest, venti, quorum Aquilo a Septentrione flat, Fauonius ab occidente, Auster a meridie, Subsolanus ab oriente. Alia vero differunt ¶ sensibilium passionibus, } idest duritie & mollitie, & aliis huiusmodi. Et quædam in aliquibus horum, & quędam his omnibus. Alia per superabundantiam & defectum. Hoc autem addit, quia secundum antiquos philosophos omnes huiusmodi sensibilium passiones ad super-

Infra par.8 part.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad superabundantiã & defectũ reducuntur. Deinde cum dicit. d ¶Ostendit qualiter prædictæ differentiæ se habent ad ea, quorum sunt, & circa hoc duo facit. Primo, ostendit, q̃ in his differentiis consistit esse eorum, quorum sunt differentiæ constitutiuæ. Secundo, concludit, quòd ad cognoscendum principia essendi, oportet reducere differentias. in aliqua prima genera. ibi {Sumenda igitur sunt.} Dicit ergo primo, quòd quia prædictæ differentiæ sunt constitutiuæ rerum, de quibus supra dictum est, manifestum quòd ipsum esse prædicatarum rerũ, toties dicitur, quot sunt differentiæ. Differentia enim cõplet diffinitionem significantem esse rei. Limen enim est huiusmodi. {quia ita ponit. Et ipsum tic poni, est esse ipsius,} id est, propria eius ratio. Et similiter esse crystalli, est ipsum taliter insp̃issari. & ex omnibus prædictis differt esse quorundam rerum. hoc quidem in eo, quòd commiscentur, alia quidem in eo, quod cõplectuntur, & alia aliis differẽtiis veniuntur, sicut manus, & pes. & alix huiusmodi partes. quæ habẽt proprias differentias secundum. quòd ordinãtur ad determinatas operationes. Deinde cum dicit. e ¶Cõcludit, quòd ex quo in differẽtiis consistit esse rerum, & sic intendenda est earum cognitio, utile est sumere genera differentiarum, reducendo, scilicet posteriores differentias generis in primas, quia differentiæ huiusmodi communes, & proprie, erunt principia esse totius generis, vt peter in differentiis, quæ sunt secundum magis, & minus, & secundum rarum, & spissum, & alia huiusmodi. Nam rarum & densum, & similia reducuntur ad magnum, & paruum. Omnia enim hæc significant superabundantiam & defectum. Et similiter si quid pertinet ad figuram aut asperitatem & lenitatem, omnia reducuntur ad rectum & curuum, quę sunt primæ differentiæ ad figuram pertinentes. Et similiter oportet, quòd aliqua reducantur ad esse mistum. vel nõ esse mistum, quia quædam sunt, quorum esse est in eo, quod miscetur; non esse vero eorum, in eo, quòd oppositio modo se habent. Deinde cum dicit.

f Ostendit, quomodo prædictæ differentiæ se habeant ad substantias. & dicit. Ex prædictis iam manifestum est, quòd in prædictis differentiis est quærendum, quę sit causa formalis essendi cuiuslibet prædictorum, quorum sunt differentiæ, si ita est, quòd

par. 4.

d Quare palam, quia & esse toties dicitur. Limen enim inferior est, quia ita ponitur. Et esse, sic ipsum poni significat. Et crystallum esse, sic insp̃issari. Quorundam vero esse, & omnibus his diffinierur: hoc quidem permisceri, hæc autem contemperari, illa vero ligari, alia insp̃issari: alia autem aliis differentiis vti, sicut manus, aut pes.

D.506.

Tex.cõ. 6. part. 5.

e Sumenda autem sunt genera differentiarum. Hæc nanque erunt principia essendi, vt quæ in magis & minus, aut spisso & raro, & aliis talibus. Omnia nanque superabundantia, & defectus sunt. {Siquidem aut figura, aut lenitate, aut asperitate, aut recto, aut circulo. his autem esse, erit misceri, oppositæ vero non esse.

part.6.

part.7.

f Palam itaque ex his, quia si substantia causa essendi vnum quodque, quod ex his est, quærendum, quæ est causa essendi horum vnumquodque. Substantia quidem igitur nihil horum, nec combinatum, attamen proportionale in quolibet. Et vt in substantiis id, quod de materia predicatur, est actus ipse, & in aliis diffinitionibus maxime. Vt si limen inferius oporteat diffiniri, lignum aut lapidem ita positum dicemus. & domũ, lateres & ligna sic posita. (Aut adhuc & cuius causa in quibusdam est.) Si vero crystallum, aquam congelatam, aut insp̃issatam. Ita in symphonia, aut acuti & grauis commistio talis: eodem quoq; modo & in alijs.

g Palam itaq; ex his, quia act' alius alterius materiæ. & ratio. Aliorum enim compositio, aliorum mistio, & aliorum aliud, quid dictorum.

Et similiter si quid pertinet ad figuram aut asperitatem & lenitatem, omnia reducuntur ad rectum & curuum, quę sunt primæ differentiæ ad figuram pertinentes. Et similiter oportet, quòd aliqua reducantur ad esse mistum vel nõ esse mistum, quia quædam sunt, quorum esse est in eo, quod miscetur; non esse vero eorum, in eo, quòd oppositio modo se habent. Deinde cum dicit.

f Ostendit, quomodo prædictæ differentiæ se habeant ad substantias. & dicit. Ex prædictis iam manifestum est, quòd in prædictis differentiis est quærendum, quę sit causa formalis essendi cuiuslibet prædictorum, quorum sunt differentiæ, si ita est, quòd substantia formalis vel quodquid est, est causa cuiuslibet essendi, vt in septimo manifestum fuit. Predictę enim differentiæ significant formam, & quodquidest prędicatarum rerum. Nulla autem differentiarum prędicatarum est substantia, neque aliquid substantiæ affine, quasi pertinens ad genus substantiæ. Sed eadem proportio inuenitur in eis, quæ est in substantia. Sicut enim in genere substantię, differentia, q̃ predicatur de genere, & aduenit et ad constitutionem speciei, comparatur ad ipsum vt actus, & forma, & ita etia in aliis diffinitionibus. non enim est intelligendum, quòd differentia sit forma, aut genus sit materia, cum genus, & differentiæ prædicentur de specie, materia autem & forma non prædicentur de composito. Sed hoc dicitur, quia genus sumitur ab eo, quod est materiale in re, differẽtia vero ab eo, quod est formale. Sicut genus hominis est animal, quia significat aliqd habens naturam sensitiuam, quæ quidem materialiter se habet ad naturam intellectiuam, a qua sumit rationale, quæ est differentia hominis. Rationale vero significat, aliquid habens naturam intellectiuam. Et inde est, q̃ genus habet differentias potestate, & q̃ genus & differentia proportionantur materiæ, & formæ, vt Porphyrius dicit. Et propter hoc etiã hic dicitur {quòd actus} ideſt, differentia, prædicatur {de materia} ideſt, de genere. Et similiter est in aliis generibus. Siquis enim velit limen diffinire, dicet, quòd est lapis vel lignum taliter positum. In qua diffinitione lapis vel lignum est vt materia, positio vero vt forma. Et similiter in diffinitione domus, lapides & ligna sunt materia, & talis modus compositionis est, vt forma. Et etiam vlterius in quibusdam additur finis, a quo necessitas formæ dependet. Et similiter in diffinitione crystalli, aqua est sicut materia, congelatio vero vt forma. Et in diffinitione symphoniæ acutum, & graue vt materia, & modus commistionis, vt forma. Et ita est in omnibus aliis. Deinde cum dicit.

Tex.cõ. & inde.

Quare patet, quod & ipsum est toties dicitur. limen enim est, quoniam ita situm est. & esse, sic ipsum poni significat. & glaciem esse, sic densari. Quorundam uero esse, & his omnibus definitur: eo quod quædam miscentur, quædam temperantur, quæ dam ligãtur, quædam densantur, quædam cæteris differentiis uiuntur, sicuti manus, aut pes.

Accipienda igitur genera differentiarum. hæc enim principia existentiæ erunt. ut quæ in magis & minus, aut denso & raro, & cæteris talibus. cuncta etenim hæc redundantia & defectus sunt. Quòd siquid figura, aut lenitate, aut asperitate, omnia recto, & curuo. his uero esse erit misceri, oppositio autem modo, non esse.

Manifestum igitur ex his est, quòd si substantia causa est, ut unumquodque sit, in his quærendum est, quæ nam ut horum singula sint, causa est. Substantia itaque nihil horum est, neque combinatum: attamen proportionale in unoquoque. Et quemadmodum in substantiis, quod de materia prædicatur, ipse actus est; & in aliis definitionibus maxime. utputa, si limen oportebit definire, lignum, aut lapidem sic positum dicemus. & domum, lateres, aut ligna sic posita. (An cuius & cuius causa hi quibusdam est.) Si uero glaciem, aquam congelatam, aut sic densatam. consonantia uero est acuti, & grauis mistio talis. eodem autem modo, & in cæteris.

Manifestum itaque ex his est, quòd actus alius alterius materiæ, & ratio. quorundam enim compositio, quorundam mistio. quorundam aliquid aliud eorum, quæ dicta sunt.

g ¶Concludit ergo ex prædictis duo corollaria, quorum primum est, quòd diuersarum materiarum diuersi sunt actus, & formæ. In quibusdam enim est actus compositio. in quibusdam commistio, aut aliquid dictorum. Deinde cum dicit.

h ¶Secundum

h ¶Secundum ponit. Et est, quòd cum in diffinitione vnum comparetur ad aliud, vt actus ad materiam, quidam diffinientes res per materiam tantum, insufficienter diffiniunt: sicut diffinientes domum per cementum & lapides & ligna, quę sunt materia domus, quia talis diffinitio non notificat domum in

Part. 8.

actu, sed in potentia. Qui vero dicunt quòd domus est eo percura pecuniarum & corporum, dicunt formam domus, sed non materiam. Qui vero dicunt vtrunq; diffinjunt compositam substantiam. Et ideo eorum diffinitio est perfecta ratio. Ratio vero, quæ sumitur ex differẽtiis, pertinet ad formam. Quæ vero ex partibus intrinsecis, pertinet ad materiam. Et similes his diffinitionibus sunt illæ, quas Architas approbat: sicut Venemia, quod significat dispositiones aeris, quando est sine vento, est quies in multo aere. Non enim si modicũ de aere in aliquo vase incluso quiescat dicitur serenitas. In hac autem diffinitione, aer est vt materia, & quies vt forma. Similiter cum dicitur, tranquillitas est planicies maris: mare est materia, & planicies vt forma. Materia autẽ in his diffinitionib⁹ est substantia, Forma vero est accidens. In diffinitione autẽ dom⁹ materia sũt ptes: act⁹ autem, forma totius. Deinde cum dicit. i Epilogat, q̃ de forma dicta sunt. Et est planum in litera.

Tex.cõ. 7. part. 9.

i Palam itaque ex dictis, quæ sit sensibilis substantia, &, quomodo: & hęc quidem enim vt materia, illa vero vt forma, quia actus: tertia autem, quæ ex his,

LECTIO III.

Fit. 1.

a Portet autem non ignorare, quia aliquando latet, vtrum significet nomen compositam substantiam, aut actum & formam Vt dom⁹, vtrum significet communiter, quia tegumentum ex lateribus & lapidibus sic compositis: aut actus & speciei, quia tegumentum. Et linea, vtrum dualitas in longitudine, aut quia dualitas. Et animal, vtrum anima in corpore, aut aia. hęc nanq; substãtia & act⁹ corporis alicuius.

LECTIO III.

a Oportet autem non ignorare, quia aliquando latet, vtrum significet nomen compositam substantiam, aut actum & formam Vt dom⁹, vtrum significet communiter, quia tegumentum ex lateribus & lapidibus sic compositis: aut actus & speciei, quia tegumentum. Et linea, vtrum dualitas in longitudine, aut quia dualitas. Et animal, vtrum anima in corpore, aut aia. hęc nanq; substãtia & act⁹ corporis alicuius.

Quare eorum, qui definiunt, bi qui dem, qui dicunt, quid est domus, quod lapides, lateres, ligna, potentia domum dicunt. materia enim hæc sunt. Qui uero uas conseruatiuum rerum, & corporum, aut aliquid aliud tale addentes, actum dicunt. Qui porro hæc ambo componunt, tertiam, & quæ ex his est, substantiam. uidetur etenim ea quidem, quæ ex differentiis ratio fit, formæ & actus esse. quæ uero ex his quæ insunt, materiæ magis. Similiter, & quas Archytas approbat definitiones. etenim simul utriusque sunt. ut puta quid est Serenitas? quies in multitudine aeris. materia quidem aer: actus uero, & substantia quies. quid est Tranquillitas: maris planities. subiectum quidem, ut materia, mare: actus uero & forma, planities.

B

C

Manifestum itaque ex dictis est, quænam sensibilis substantia, & quomodo sit. etenim hæc quidem ut materia. hæc autem ut forma, quoniam actus: tertia uero ex his.

LECTIO III.

D

Portet autem non ignorare, quòd aliquando latet: utrum nomen compositam substantiam significet, an actum & formam. utputa domus utrum est signum communis, quod operimentum est ex lapidibus, & lateribus sic positis: an actus & formæ, quod est operimentum. & linea, utrum dualitas, in longitudine, an quod dualitas. Et animal, utrum anima in corpore, an anima. hæc enim substantia, & actus alicuius corporis.

E

Erit autem utique in utrisque animal, non ut una ratione dictum, sed ut ad unum.

Tertium est, quòd est ingenerabilis, & incorruptibilis. Quartum est, quòd formæ sunt separatæ a sensibilibus. Vnde prima pars diuiditur in quatuor, secundum quòd Arist. de quatuor prædictis inquirit. Secunda pars incipit. ibi {Non videtur.} Tertia ibi {Necessarium, itaque &c.} Quarta ibi {Si autẽ sunt corruptibilis.} Circa primum tria facit. Primo, mouet quæstionem dicens, q̃ necessarium est scire, qđ apud aliquos dubium est: Vtrum nomen speciei significet substantiã compositam, aut formã tãtum, siue aliquid, quod est loco actus. Vt hoc nomen domus, vtrum significet communiter materiam & formam, puta quòd domus significet tegumentũ constitutum ex cemento, & lapidibus ordinatum vt decet. nam tegumẽtum est sicut forma, cementum & lapides vt materia. Aut prædictũ nomen significet tantum actum & speciẽ, scilicet tegumentũ. Similiter: vtrum hoc nomen linea significet dualitatem & lõgitudinem, aut dualitatem tantum. Hoc autem ideo dicit, q̃ Platonici posuerunt numeros esse formas magnitudinum. Dicebant enim, q̃ punctus nihil aliud est, quàm vnitas positionem habẽs, ita quòd positio fit quasi materiale, vnitas vt forma. Et similiter ponebant, quòd dualitas erat forma lineæ, ita quòd linea nihil aliud est, quàm dualitas in longitudine. Quærit ergo Philosophus, vtrum hoc nomen linea, significet dualitatem tantum, quasi formam: aut dualitatẽ in longitudine, sicut formam in materia. Et similiter: vtrum hoc nomen animal significet animam in corpore, quasi formam in materia: aut animam tantum, quæ est forma corporis organici. Secundo ibi. b ¶Ostendit quid sequatur siquis dicit, quòd nomina specierum vtroque modo se habent in significando, vt scilicet quandoque significent formam tantum, quandoque autem formam in materia: & est, quòd de vtroque in vtraque significatione animal accidit non vniuoce, quasi vna ratione dictum, sed analogice, sicut est in illis, quæ habent nomen vnum, propter hoc, quòd referuntur ad vnum. nomen enim speciei, non dicetur de composito, nisi secundum ordinem ad hoc, quòd dicitur secundum formam tantum, sicut Platonici posuerunt. Ponebant enim quòd homo, qui est compositus ex materia, & forma, dicitur per participationem hominis idealis, qui est forma tantum. Tertio ibi.

c ¶Ostendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

c ¶Ostendit philosophus, ad quid tendit prædicta quæstio dicens, quòd si nomen speciei significet substantiam compositam, aut significet formam tantum, hoc facit differentiam quantum ad aliquid, sed ad quæstionem substantiæ sensibilis nullam differentiam facit. Manifestum enim est, quòd substantia sensibilis cõposita est ex
T.co.m.8. par. 3. materia, & forma.
Ad quid autem differat, vtrũ sic vel sic, se habent consequenter manifestat. Manifestum est enim, q si aliqua res est, quæ sit forma tantum & actus, quodquiderat esse, {exisiit ei}idest, qđquideratesse eius, idem erit cum ea. sicut idem est {anima, & animæ esse }idest, anima est quidditas animę. Si vero aliqd est compositum ex materia & forma, nõ erit idẽ in ipso, quod quideratesse, & res ipsa. sicut non idem est homini esse, & homo. nisi forte homo dicatur anima tantum, secundum illos, qui dicunt, quòd nomina specierũ significant formam tantum. Et sic patet, q aliqua res est. cui idẽ est quodquideratesse suum, scilicet, quæ nõ est composita ex materia & forma, sed forma tantum. Et huius ratio est, quia quodquideratesse, est id, qđ significat diffinitio. diffinitio autem significat naturam speciei. Si autem aliqua res est, quæ sit composita ex materia & forma, oportet quòd in illa re sit aliquid præter naturam speciei. Cum enim materia sit indiuiduationis principiũ, oportet, q in quolibet cõposito ex materia & forma, sint principia indiuiduãtia, quę sunt præter naturam speciei. Vnde huiusmodi res nõ tãtum est quidditas sua, sed aliquid præter hoc. Si qua vero res est, quæ sit forma tantum, non habet aliqua principia indiuiduantia præter naturam speciei, cum ipsa forma per se existens, per seipsam indiuiduetur. Et ideo, ipsa res, nihil aliud est, quàm quòd quid est esse suum. Sic igitur patet, quòd si nomen speciei significet formam tantum cuiuslibet rei, idem est quodquideratesse, & esse suum, sicut homo erit, quodquidesteſſe suum, & equus & omnia huiusmodi. Si autem nomina speciei significant compositum ex materia & forma, tunc non idem erit rebus quodquideratesse earum. Deinde cum dicit.

par. 4.

D. 114.

par. 5.

par. 6.

par. 7.

d ¶Prosequitur secundum prædictorum, scilicet, quòd forma sit aliquid præter partes materiæ dicens, quòd Platonicis mouentibus istam quęstionem, non videtur, quòd syllaba sit ex elementis, & ex compositione, quasi compositio, quæ est forma syllabæ, sit pars materialis syllabæ, sicut elementa vel literæ. Neque videtur eis, quòd domus sit cementum, & compositio, quasi domus constituatur ex his, quasi ex partibus materiæ. Et in hoc recte dicunt. Quia si forma esset vna de partibus materię, dependeret ex materia. Et hoc videmus esse falsum, quia compositio & mistio, quæ sunt formalia principia, non constituuntur ex his, quæ componuntur aut miscentur, sicut nec aliquod aliud formale constituitur ex sua materia, sed econuerso. Sublimnare. n. constituitur ex compositione, quę est forma eius, & non econuerso, Ergo si ponatur, quòd animal, & bipes sint materia hominis, homo nõ erit animal & bipes, sed erit aliquid aliud præter hoc. Nec erit elementum, neque ex elementis, sed erit tantum forma, vt dicunt Platonici, q̃ qui auferũt materiam a diffinitionibus. Sed contra hanc positionem videtur esse dicendum, quòd si id, quod est forma tantum præter materiã, est substantia & principium essendi, non poterũt dicere, quòd hoc particulare sit illa substantia separata, scilicet, quod homo sensibilis sit compositus ex materia & forma, homo autem sit forma tantum. Deinde cum dicit.

c ¶Prosequitur tertium prædictorum, scilicet, quòd formæ secundum Platonicos sunt sempiternę, & incorruptibiles. Vnde cõcludit ex dictis, quòd necessariũ est, formam aut esse sempiternam, vt Platonici posuerunt ponentes ideas, quas dicebant formas rerũ esse sempiternas, aut necesse est formã esse corruptibilẽ per accidens, sine hoc q̃ corrumpatur per se. Et similiter facta per accidẽs, sine hoc q̃ fiat per se. Quod conceditur, ẽt si sciremus Arist. qui non posuit formas separatas, sed in materia existentes. Quod autem formę non possint corrumpi per se, nec generari, ex quo vtrunq; prædictorum dependet, monstrat consequenter per hoc, quod superius probatum est, q̃ nullus facit formam, neque forma generatur, neque efficitur per se, sed per se efficitur, & generatur hoc particulare. Et ratio est, quia omne quod fit, fit ex materia. vnde hoc particulare, cum sit compositum ex materia & forma, fit & generatur {ex his}scilicet principiis materialibus, & indiuiduantibus. Supra autem dictum est, q̃ forma non est elementum, neque ex elementis. vnde sequitur, quòd forma nec fit, nec generatur per se. Deinde cum dicit.

f ¶Prosequitur quartum prædictorum. s. q̃ Plato ponebat formas separatas a materia, & circa hoc tria facit. Primo, ostendit, quid sit dubium circa hanc positionem, dicens, q̃ non est {manifestum si substantiæ, }idest, formę rerum corruptibilium sint separabiles, vt Platonici posuerunt. Secundo ibi.

g ¶Ostendit quid manifestum esse videtur circa hoc, & dicit manifestum esse, quòd quorundam corruptibilium formas, non contingit

Tex.c.9. par. 8.

part. 9.

Lib.7. Tex.c.37.

Lib.7. Tex.c.40

contingit {separari, }quæcunque} scilicet non possibile est esse præter materias suas. sicut domus, aut vas, quia forma domus aut vasis, non potest esse sine propria materia. Tertio ibi.

h Excludit obuiationem dicens, quòd formæ artificialium forsan non sunt substantiæ, nec ipsę sunt aliquid per se, vnde separari non possunt.

Et simlliter nullum aliorum artificialiũ, quæ non sunt secundum naturam: quia solum materia in rebus artificialibus ponitur esse substantia, formę autem artificiales accidentia sunt. Formæ vero naturales sunt de genere substantiæ. Et propter hoc, Plato non posuit formas artificiales esse separatas a materia, sed solum formas substantiales. Deinde cum dicit.

i ¶Ostendit, quid manifeste sit contra positionem Platonis dicens, quòd si quis ponat esse formas separatas, vt Platonici posuerunt, dubitatio, quam Antisthenici dubitauerunt, licet viderentur indocti, habebit locum contra Platonicos. Dicebant. n. quòd nõ est aliquid diffinire diffinitione significante quidditatem rei. Quia, est quidditas rei sit simplex non conuenienter significatur per orationem compositam ex multis. videmus enim quòd {ter minus} ideſt, diffinitio, quæ assignatur rei, est oratio longa ex multis cõposita, vnde non significat, quid est, sed {quale quid}ideſt, cui simile est aliquid. Sicut si aliquis dicat, quòd diffinitio argenti, nõ significat argentum, sed sit {fiat tale quale est plumbum, vel stãnum. Vnde ad soluendum istam dubitationem oportet dicere, quòd substãtia quę diffinitur siue sit intellectualis, siue sit sensibilis, oportet, q̃ sit composita. Ea vero, ex quibus primo componitur, cum sint simplicia, non contingit diffiniri. Dictum est enim supra, quòd ratio diffinitiua adiungit aliquid alteri, quorum vnum est vt forma, aliud vt materia. Nam genus sumitur a materia, & differentia a forma, vt dictum est supra. Vnde, si species rerum essent tantum formæ, vt Platonici posuerunt, non contingeret eas diffinire. Deinde cum dicit.

k ¶Posquam determinauit de formis, secundum quòd comparantur ad ideas introductas a Platone, nunc determinat de formis per comparationem ad numeros. Plato enim ponebat formas, & substantias rerum, reducendo per modum cuiusdam assimilationis formas ad numeros. Et diuiditur in quatuor, secundum quod quatuor modis assimilat formas numeris. Dicit ergo primo, quòd manifestum est, quòd si numeri aliquo modo

Tex.c.10. pars. 11.

pars. 12.

A sint substantię rerum & formæ, sic sunt sicut ex præmissis accipi potest. Non autem sunt numeri vnitatum, sicut Platonici dicunt. Dicitur autem numerus vnitatum, numerus simplex, & absolutus. Numerus autem applicatus ad res, dicitur numerus rerum, sicut quatuor canes, vel quatuor homines. quo quidem modo substantiæ rerum, quas significant diffinitiones, possunt dici numeri. Est enim diffinitio diuisibilis in duo, quorum vnum se habet vt forma, aliud vt materia, vt superius dictum est. Et iterum est in indiuisibilia diuisibilis. Diuisio enim diffinitionis oportet, quòd per aliqua indiuisibilia terminetur. Nõ enim diffinitiones, procedunt in infinitum. Puta, si diffinitio hominis diuidatur in animal, & rationale, diffinitio animalis in animatum, & sensibile, nõ procedet hoc in infinitum, cum non sit procedere in infinitum in causis materialibus, & formalibus, vt in secũdo probatum est. Et sic diffinitionis diuisio, nõ assimilatur diuisioni quantitatis cõtinuę, quæ est infinitum, sed diuisioni numeri, qui est diuisibilis in indiuisibilia.

Tex.c. 5. & inde.

l Ponit secundam assimilationem substantiæ, quam significat diffinitio, ad numeros. Et dicit, quòd si aliqd addatur, vel subtrahatur alicui numero, etiam si sit minimum, non erit id idem numerus, secundum speciem. Minimum enim in numeris est vnitas, quæ si addatur in ternario surgit quaternarius, quæ est alia species numeri. si vero abstrahatur ab eodem, remanet binarius, qui est etiam alia species numeri. Et hoc ideo, quia illa vltima differentia dat speciẽ numero. Et similiter est in diffinitionibus, & in quodquideratesse, quod significat diffinitio, quia quocunque minimo addito, vel ablato, est alia diffinitio, & alia natura speciei. Sicut enim substantia animata sensibilis tantum, est diffinitio animalis, cui si addas & rationale, constituis speciem hominis. Si autem subtrahas sensibile, constituis speciem plantæ, quia etiam vltima differentia dat speciem.

m ¶Ponit tertiam assimilationem, & dicit, quòd numerus est id, quod est vnum. Est enim per se vnum numerus, inquantum vltima vnitas dat numero speciem & vnitatem, sicut etiam in rebus compositis ex materia & forma, per formam est aliquid vnum, & vnitatem, & speciem sortitur. Et propter hoc loquentes de vnitate numeri, ac si numerus non esset vnus per seipsum, non possunt dicere quo est vnus, si est vnus. Cum

enim

Tex.co.9. pars. 8.

h Forsan quidem nec substantiæ sunt, nec aliqua ipsa hæc, nec aliquid aliorum, quæcunque non natura cõstituta sunt. Naturã enim solam vtiq; quis ponet eorum, quæ in corruptibilibus substantiam.

i Quare dubitatio, quam Antisthenici, & sic indocti dubitauerunt, habet tempus quoddam, quòd non est ipsum quid est diffinire. (Terminum enim rationem esse longam,) sed qua le quid est, contingit dicere. Sicut argentum quidem, quid est, non: quia aut quale stannũ: Quare substantiæ est, quidem cuius contingit esse terminum & rationem, puta compositę, siue sensibilis fuerit, siue intellectualis, primorum autem ex quibus hoc, non est: siquidem aliquid de aliquo significat ratio diffinitiua, & oportet hoc quidem vt materiam esse, illud vero vt formam.

k Palam autem, & quia si sint aliqualiter numeri, substantiæ, sic sunt, & non vt quidam dicunt, vnitatum. Nam diffinitio numerus quidam diuisibilis, quia enim in indiuisibilia. Non enim infinitæ rationes, & numerus autem tale.

l Et quemadmodum nec a numero ablato, aliquo aut addito ex quibus est numerus, non adhuc idem numerus est, sed alter, quãmuis minimum auferatur, aut addatur: sic nec diffinitio, nec quodquideratesse, nec adhuc erit ablato aliquo, aut addito.

m Et numerum oportet esse aliquid, quo vnus, quod nunc non habet dicere, quo vnus, siquidẽ

contingit separari, {quæcunque} scilicet non possibile est esse præter materias suas. sicut domus, aut vas, quia forma domus aut vasis, non potest esse sine propria materia. Tertio ibi.

h Excludit obuiationem dicens, quòd formæ artificialium forsan non sunt substantiæ, nec ipsę sunt aliquid per se, vnde separari non possunt.

Et simlliter nullum aliorum artificialiũ, quæ non sunt secundum naturam: quia solum materia in rebus artificialibus ponitur esse substantia, formę autem artificiales accidentia sunt. Formæ vero naturales sunt de genere substantiæ. Et propter hoc, Plato non posuit formas artificiales esse separatas a materia, sed solum formas substantiales. Deinde cum dicit.

i ¶Ostendit, quid manifeste sit contra positionem Platonis dicens, quòd si quis ponat esse formas separatas, vt Platonici posuerunt, dubitatio, quam Antisthenici dubitauerunt, licet viderentur indocti, habebit locum contra Platonicos. Dicebant. n. quòd nõ est aliquid diffinire diffinitione significante quidditatem rei. Quia, est quidditas rei sit simplex non conuenienter significatur per orationem compositam ex multis. videmus enim quòd {ter minus} ideſt, diffinitio, quæ assignatur rei, est oratio longa ex multis cõposita, vnde non significat, quid est, sed {quale quid}ideſt, cui simile est aliquid. Sicut si aliquis dicat, quòd diffinitio argenti, nõ significat argentum, sed sit {fiat tale quale est plumbum, vel stãnum. Vnde ad soluendum istam dubitationem oportet dicere, quòd substãtia quę diffinitur siue sit intellectualis, siue sit sensibilis, oportet, q̃ sit composita. Ea vero, ex quibus primo componitur, cum sint simplicia, non contingit diffiniri. Dictum est enim supra, quòd ratio diffinitiua adiungit aliquid alteri, quorum vnum est vt forma, aliud vt materia. Nam genus sumitur a materia, & differentia a forma, vt dictum est supra. Vnde, si species rerum essent tantum formæ, vt Platonici posuerunt, non contingeret eas diffinire. Deinde cum dicit.

k ¶Posquam determinauit de formis, secundum quòd comparantur ad ideas introductas a Platone, nunc determinat de formis per comparationem ad numeros. Plato enim ponebat formas, & substantias rerum, reducendo per modum cuiusdam assimilationis formas ad numeros. Et diuiditur in quatuor, secundum quod quatuor modis assimilat formas numeris. Dicit ergo primo, quòd manifestum est, quòd si numeri aliquo modo

Tex.c.9. pars. 8.

pars. 11.

pars. 12.

A sint substantię rerum & formæ, sic sunt sicut ex præmissis accipi potest. Non autem sunt numeri vnitatum, sicut Platonici dicunt. Dicitur autem numerus vnitatum, numerus simplex, & absolutus. Numerus autem applicatus ad res, dicitur numerus rerum, sicut quatuor canes, vel quatuor homines. quo quidem modo substantiæ rerum, quas significant diffinitiones, possunt dici numeri. Est enim diffinitio diuisibilis in duo, quorum vnum se habet vt forma, aliud vt materia, vt superius dictum est. Et iterum est in indiuisibilia diuisibilis. Diuisio enim diffinitionis oportet, quòd per aliqua indiuisibilia terminetur. Nõ enim diffinitiones, procedunt in infinitum. Puta, si diffinitio hominis diuidatur in animal, & rationale, diffinitio animalis in animatum, & sensibile, nõ procedet hoc in infinitum, cum non sit procedere in infinitum in causis materialibus, & formalibus, vt in secũdo probatum est. Et sic diffinitionis diuisio, nõ assimilatur diuisioni quantitatis cõtinuę, quæ est infinitum, sed diuisioni numeri, qui est diuisibilis in indiuisibilia.

Tex.c. 5. & inde.

l Ponit secundam assimilationem substantiæ, quam significat diffinitio, ad numeros. Et dicit, quòd si aliqd addatur, vel subtrahatur alicui numero, etiam si sit minimum, non erit id idem numerus, secundum speciem. Minimum enim in numeris est vnitas, quæ si addatur in ternario surgit quaternarius, quæ est alia species numeri. si vero abstrahatur ab eodem, remanet binarius, qui est etiam alia species numeri. Et hoc ideo, quia illa vltima differentia dat speciẽ numero. Et similiter est in diffinitionibus, & in quodquideratesse, quod significat diffinitio, quia quocunque minimo addito, vel ablato, est alia diffinitio, & alia natura speciei. Sicut enim substantia animata sensibilis tantum, est diffinitio animalis, cui si addas & rationale, constituis speciem hominis. Si autem subtrahas sensibile, constituis speciem plantæ, quia etiam vltima differentia dat speciem.

m ¶Ponit tertiam assimilationem, & dicit, quòd numerus est id, quod est vnum. Est enim per se vnum numerus, inquantum vltima vnitas dat numero speciem & vnitatem, sicut etiam in rebus compositis ex materia & forma, per formam est aliquid vnum, & vnitatem, & speciem sortitur. Et propter hoc loquentes de vnitate numeri, ac si numerus non esset vnus per seipsum, non possunt dicere quo est vnus, si est vnus. Cum

enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim componatur ex multis vnitatibus, aut non est vnus simpliciter, sed vnitates aggregantur in eo, per modū coaceruationis, q̄ non facit simpliciter vnum, & per consequens, nec ens in aliqua specie constitutum, & sic numerus, non est aliqua species entis: Aut si numerus est vnus simpliciter, & non per seipsum, dicendū est, quid facit eum vnum ex multis vnitatibus, quod non est assignare. Et similiter diffinitio est vna per seipsam, & sic nō habent aliquid assignare, per quod fiat vnum. Et hoc rationabiliter accidit, qa per eandem rationē substantiæ, quam significat diffinitio, est ita vnum, sicut & numerus, s. p se, ex hoc q̄ vnaq̄ pars eius est, vt forma alterius. Et non est vna vt indiuisibile, sicut vnitas ac punctū, sicut qdā dixerunt, sed qa vna quæq; earū est vna forma & natura qdā.

D.934.

part. 13.

part. 14.

n ¶Ponit quartā assimilationē, & dicit, q̄ sicut numerus, nō suscipit magis, aut minus, ita nec substātia, q̄ dicitur ſm speciem, licet forte illa, q̄ dicitur ſm materiam. Sicut. n. rō numeri in aliquo determinato consistit, cui non est addere, nec subtrahere, vt dictū ē, ita & ratio formæ. Sed magis & minus contingit ex hoc, q̄ materia perfectiʾ vel minʾ perfectē formā participat. vnde ēt albedo, non suscipit magis & minus, sed albū. Deinde cū dicit.

Alia lſa de analogia.

Tex. cō. 11. par. 1.

o ¶Epilogat, q̄ dicta sunt dicens, q̄ dictū est {de generatione, & corruptione taliū substātiarū}. s. formaliū, quo cōtingit, qa per accidens, & quo est impossibile, quia p se. & de analogia. i. reductione earū ad numerum per viam assimilationis,

part. 2.

LECTIO IIII.

par. 3.

a Postquam Arist. pſecutʾ ē ea, quę considerāda erant circa formale principium substantiæ, nunc determinat de principio materiali, & diuiditur in partes tres. Primo. n. determinat de principio materiali per cōparationem ad ea, q̄ sunt ex materia. Secō p comparationē ad alias cās, ibi: {Cōtingit aūt vna materia existente.} Tertio per comparationē ad trāsmutationē gnationis & corruptionis, cuius subiectū est materia, ibi: {Quin vero qdā sine gnatione.} Circa primū duo facit. Primo, manifestat, vtrum oium sit vna, vel plures spēs materiæ. Et dicit, q̄ oportet non latere circa materiale principiū, qa licet oia sint ex eodem primo materiali principio, quod est materia prima de se nullā habens formā, aut ex eisdē materialibʾ principiis {aut primis} quā dī pp quatuor elemēta, q̄ sunt principia materialia cōiter oibʾ generabilibʾ, & corruptibilibus. Et licet sit eadē materia, vt {principiū his, q̄ sunt. } q̄d dicit pp hoc, q̄ materia, nō est tm̄ p rincipiū in esse, sed ēt in fieri. Licet ēt prima materia, & elemēta cōiter se habeāt ad elemēta, tm̄ cuiuslibet rei est aliqua materia propria. ut materia propria phlegmatis non simpliciter, sed in genere, sunt dulcia & pīguia. hæc. n. habēt qdā affinitatē cum phlegmate rōne suæ humiditatis. Cholerę vero prima materia, sunt amara, aut alia qdam hmōi. In amaris. n. vſ calor oīno habere dfiū sup humiditatē, vſq; ad eius consumptionē, Et sic rōne siccitatis, & caliditatis, affinitatē habet cū cholera. Sed hæ duæ materiæ s. amara & dulcia, sorsan sunt ex aliquo principio materiali priore. Addidit aūtē {forsan}, qa quorundā est sic diuersa materia, q̄ eorū materiæ nō reducūtur in aliquā priorē, sicut corpora corruptibilia, & incorruptibilia. Ex his igit, q̄ hic dicuntur, accipit q̄ prima materia ē vna oīum generabiliū, & corruptibiliū: sed ppriæ materiæ sunt diuersæ diuersarum.

Tex. cō. 11. par. 1.

part. 2.

b ¶Sedo dicit, quō cōtrario vniusquisque istorum plures materiæ dicēs, q̄ eiusdē rei sunt plures materiæ, quarū vna earū est alterius materia. Sicut materia phlegmatis sunt pīgue, & dulce, si pīgue est ex dulci. Pinguis. n. sapor iter medios sapores computatur. Medij aūt sapores fiūt ex extremis, q̄ sunt dulce & amarū. Sed pingue est p̄ximū dulci. Cōsiderādum vero est, q̄ in istis exēplis materiā alicuius posuit, ex quo aliquid fit, licet nō sit permanēs, sed trāsiēs. Ne igit aliqs existimaret, q̄ semp aliqd fieri diceret ex materiali principio, & non ecōuerso, subiungit, q̄ ēt ex cholera dī aliqd fieri per resolutionem cholerę in primam materiam. & econtra cholera fit ex prima materia: quia dupliciter dicitur aliquid fieri ex altero. Aut qa illud ex quo fit, est ei principiū naturaliter in via generationis. hmōi. n. est materiale principiū. Aut qa factio est resolutio in principium materiale, ita. s. quod ex compositō per resolutionem, materiale principium fieri dicatur. Fit enim corpus mistum ex elementis per compositionem. Elementa vero ex corpore misto per resolutionem. Deinde cum dicit,

Infra p. 3.

part 9.

c ¶Determinat de materia per comparationem ad alias causas. & primo per comparationē ad agentē ūm, qui ex materia aliqd facit, quæ quidem comparatio pertinet ad materiam ſm q̄ est principiū fiendi. Secundo per cōparationē ad oēs causas, pront materia est principiū cognoscendi, ibi: {Quando itaque aliquis quæsierit.} Quia uero superius dixerat q̄ vna erat prima materia omnium, posset aliquis dubitare, quō ex materia una omniū, diuersitas rerum procederet. Antiqui. n. naturāles attribuebāt hoc casui, tollentes causam agentem & ponentes peritatē & densitatē ex una materia, rerū diuersitatē produci. Hoc ergo remouens Philosophʾ dicit primo, q̄ contingit vna materia existēte fieri diuersa pp mouentem causam. Aut qa est alia & alia cā mouens: aut quia eadē causa mouens habet se ad operandū diuersa diuersimode. qđ maxime in artificialibus patet. Videmus. n. ex ligno fieri arcā & lectum ab vno artifice ſm diuersas formas artis, quas apud se habet. Quia vero licet materia prima sit cōis omnibus, tm̄ materiæ ppriæ sunt diuersæ diuersorum, ideo ne aliquis totā diuersitatē rerū atteribuere mouenti, & nullo modo materiali principio, subiungit, q̄ in quibusdam diuersorum ex necessitate est diuersa materia, propria. s. Non. n. quodlibet natum est fieri ex qualibet materia, sicut serra non fit ex ligno, neque est in prate artificis, vt hoc faciat: nunquā. n. vna materia attribuit cuilibet operi. non. n. pōt facere serram ex ligno vel lana, quæ pp mollitiē suā non sunt apta ad opus serræ, quod est secare. Patet igitur, q̄ diuersitas rerum est ex mouente & materia. Si ergo conueniat aliquid idē ſm speciem fieri ex alia materia, sicut phialam ex auro & argento, manifestū est, quòd principium mouens oportet esse idem. s. artem. Si enim materia esset diuersa & mouens diuersum, necesse esset, quòd & factum, esset diuersum. Deinde cum dicit.

Part. 4.

Part. 5.

Part. 6.

Part. 7.

Part. 8.

d ¶Determinat de materia per comparationem ad alias causas ſm quòd materia est cognitionis principium, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd oportet reddere materiam cum aliis causis in generabilibus & corruptibilibus. Secundo, ostendit quomodo se habet materia in substantijs naturalibus perpetuis. ibi: {In naturalibus quidem.} Tertio, quō se habet in accidentibus. ibi: {Neque quæcunque ita quidem natura.} Circa primum tria facit. Primo n. quia Antiqui Naturales assignabāt tantummodo causam materialem, dicit quòd quādo aliquis de aliquo quærit quid est causa eius, cum pluribus modis dicatur causa, oportet omnes causas assignare {contingentes}. i. quæ cōtingant esse illius rei. Non. n. habent omnes causas omnia. Naturalia tamen & maxime generabilia & corruptibilia oēs causas habent: Vt hominis cā quasi materia in generatione ipsius sunt menstrua. Causa mouēs {sperma} in quo est virtus activa. Causa formalis {quodquidera esse}. i. illud quod significat perdiffinitionem eius. Sed finis est eius causa. Hæ autem duæ causæ. s. finis & forma, forte sunt idem numero. Quod quidem dicit, qa in quibusdā sunt idē, in quibusdā nō. Finis. n. generationis hois est ānā, finis vero operationis eius est fœlicitas. Secūdo ibi.

Part. 7.

Part. 8.

e ¶Ostendit quòd non solum oportet assignare omnes causas, sed oportet etiam dicere causas proximas, ut incipiendo a causis primis perueniamus ad causas proximas. Per causas enim primas habetur cognitio de re aliqua, solum in vniuersali & imperfecte. Per causas autem proximas habetur cognitio rei & perfecta. Sicut si quis quærat causam materialem hominis, non debet assignari p causa, ignis aut terra, quæ sunt materia communis omnium generabilium & corruptibilium, sed debet assignari propria materia, vt & caro, & os, & huiusmodi. Tertio ibi.

f ¶Epilogat quod dictum est, & dicit q̄ circa naturales substantias & generabiles necesse est sic versari, si quis recte consideret causa. ut, scilicet omnes assignētur & proximæ. Et hoc est necesse, ex eo q̄ hæ causę sunt tot, vt dictum est. Et oportet causas cognoscere ad hoc, quod aliquid sciatur, quia scire est causam cognoscere. Deinde cum dicit.

g ¶Ostendit quomodo sit materia in substantijs naturalibus & perpetuis. s. in corporibus cælestibus dicens, quòd in naturalibus & perpetuis substantijs, s. corporibus cælestibus, non est similiter materia, sicut in corporalibus generabilibus, & corruptibilibus. Forsan quidem enim tales substantię non habent materiam, aut si habent non habent talem qualem habent generabilia & corruptibilia, sed solum secundum potentiam, quæ est in motu locali. Vt enim supradictum est, in rebus generabilibus & corruptibilibus generatio & corruptio inducit in cognitionem materiæ, quia in generatione & corruptione oportet esse unum subiectum, commune ad priuationem & formam. Vnde, cum in corpore cælesti non sit potentia ad priuationem formæ, sed solum ad diuersa loca, non habet materiam, quę sit in potentia ad formam & priuationem, sed quæ est in potentia ad diuersa loca. Corpus autem cōparatur ad locum, non sicut materia ad formam, sed magis sicut subiectum ad accidens. Et licet comparatio subiecti ad accidens sit quodam modo vt materiæ ad formam, non tamen subiectum est omnino materia, sicut infra dicetur. Et sic, corpus cælestę vniuersaliter nullo modo habet materiam, si subiectū, materiam non dicit: vel habet materiam ad vbi, si subiectum dicatur materia. Deinde cum dicit,

h ¶Ostendit quō materia attribuitur accidentibus: & dicit q̄ illa, quæ sunt secundum naturam, non tamen sunt substantiæ, sed accidentia, non habent materiam ex qua sint, sed substantia est eis subiectum. Subiectū aūt habet aliquid simile materiæ, in quantum est receptibile accidentis. Differt autē a materia, inquantum materia non habet actu esse nisi per formam: subiectum autem non constituitur in esse per accidens. Si ergo quæratur quæ sit causa eclipsis, non est assignare quæ sit materia, sed luna est subiectum patiens talem passionem. Causa autem mouens, quę corrumpit lumen, est terra interposita diametraliter inter solem & lunam. Causam vero finalem forsan non

facit, quæ quidem comparatio pertinet ad materiam ſm q̄ est principiū fiendi. Secundo per cōparationē ad oēs causas, pront materia est principiū cognoscendi, ibi: {Quando itaque aliquis quæsierit.} Quia uero superius dixerat q̄ vna erat prima materia omnium, posset aliquis dubitare, quō ex materia una omniū, diuersitas rerum procederet. Antiqui. n. naturāles attribuebāt hoc casui, tollentes causam agentem & ponentes peritatē & densitatē ex una materia, rerū diuersitatē produci. Hoc ergo remouens Philosophʾ dicit primo, q̄ contingit vna materia existēte fieri diuersa pp mouentem causam. Aut qa est alia & alia cā mouens: aut quia eadē causa mouens habet se ad operandū diuersa diuersimode. qđ maxime in artificialibus patet. Videmus. n. ex ligno fieri arcā & lectum ab vno artifice ſm diuersas formas artis, quas apud se habet. Quia vero licet materia prima sit cōis omnibus, tm̄ materiæ ppriæ sunt diuersæ diuersorum, ideo ne aliquis totā diuersitatē rerū atteribuere mouenti, & nullo modo materiali principio, subiungit, q̄ in quibusdam diuersorum ex necessitate est diuersa materia, propria. s. Non. n. quodlibet natum est fieri ex qualibet materia, sicut serra non fit ex ligno, neque est in prate artificis, vt hoc faciat: nunquā. n. vna materia attribuit cuilibet operi. non. n. pōt facere serram ex ligno vel lana, quæ pp mollitiē suā non sunt apta ad opus serræ, quod est secare. Patet igitur, q̄ diuersitas rerum est ex mouente & materia. Si ergo conueniat aliquid idē ſm speciem fieri ex alia materia, sicut phialam ex auro & argento, manifestū est, quòd principium mouens oportet esse idem. s. artem. Si enim materia esset diuersa & mouens diuersum, necesse esset, quòd & factum, esset diuersum. Deinde cum dicit.

d ¶Determinat de materia per comparationem ad alias causas ſm quòd materia est cognitionis principium, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd oportet reddere materiam cum aliis causis in generabilibus & corruptibilibus. Secundo, ostendit quomodo se habet materia in substantijs naturalibus perpetuis. ibi: {In naturalibus quidem.} Tertio, quō se habet in accidentibus. ibi: {Neque quæcunque ita quidem natura.} Circa primum tria facit. Primo n. quia Antiqui Naturales assignabāt tantummodo causam materialem, dicit quòd quādo aliquis de aliquo quærit quid est causa eius, cum pluribus modis dicatur causa, oportet omnes causas assignare {contingentes}. i. quæ cōtingant esse illius rei. Non. n. habent omnes causas omnia. Naturalia tamen & maxime generabilia & corruptibilia oēs causas habent: Vt hominis cā quasi materia in generatione ipsius sunt menstrua. Causa mouēs {sperma} in quo est virtus activa. Causa formalis {quodquidera esse}. i. illud quod significat perdiffinitionem eius. Sed finis est eius causa. Hæ autem duæ causæ. s. finis & forma, forte sunt idem numero. Quod quidem dicit, qa in quibusdā sunt idē, in quibusdā nō. Finis. n. generationis hois est ānā, finis vero operationis eius est fœlicitas. Secūdo ibi.

e ¶Ostendit quòd non solum oportet assignare omnes causas, sed oportet etiam dicere causas proximas, ut incipiendo a causis primis perueniamus ad causas proximas. Per causas enim primas habetur cognitio de re aliqua, solum in vniuersali & imperfecte. Per causas autem proximas habetur cognitio rei & perfecta. Sicut si quis quærat causam materialem hominis, non debet assignari p causa, ignis aut terra, quæ sunt materia communis omnium generabilium & corruptibilium, sed debet assignari propria materia, vt & caro, & os, & huiusmodi. Tertio ibi.

f ¶Epilogat quod dictum est, & dicit q̄ circa naturales substantias & generabiles necesse est sic versari, si quis recte consideret causa. ut, scilicet omnes assignētur & proximæ. Et hoc est necesse, ex eo q̄ hæ causę sunt tot, vt dictum est. Et oportet causas cognoscere ad hoc, quod aliquid sciatur, quia scire est causam cognoscere. Deinde cum dicit.

g ¶Ostendit quomodo sit materia in substantijs naturalibus & perpetuis. s. in corporibus cælestibus dicens, quòd in naturalibus & perpetuis substantijs, s. corporibus cælestibus, non est similiter materia, sicut in corporalibus generabilibus, & corruptibilibus. Forsan quidem enim tales substantię non habent materiam, aut si habent non habent talem qualem habent generabilia & corruptibilia, sed solum secundum potentiam, quæ est in motu locali. Vt enim supradictum est, in rebus generabilibus & corruptibilibus generatio & corruptio inducit in cognitionem materiæ, quia in generatione & corruptione oportet esse unum subiectum, commune ad priuationem & formam. Vnde, cum in corpore cælesti non sit potentia ad priuationem formæ, sed solum ad diuersa loca, non habet materiam, quę sit in potentia ad formam & priuationem, sed quæ est in potentia ad diuersa loca. Corpus autem cōparatur ad locum, non sicut materia ad formam, sed magis sicut subiectum ad accidens. Et licet comparatio subiecti ad accidens sit quodam modo vt materiæ ad formam, non tamen subiectum est omnino materia, sicut infra dicetur. Et sic, corpus cælestę vniuersaliter nullo modo habet materiam, si subiectū, materiam non dicit: vel habet materiam ad vbi, si subiectum dicatur materia. Deinde cum dicit,

h ¶Ostendit quō materia attribuitur accidentibus: & dicit q̄ illa, quæ sunt secundum naturam, non tamen sunt substantiæ, sed accidentia, non habent materiam ex qua sint, sed substantia est eis subiectum. Subiectū aūt habet aliquid simile materiæ, in quantum est receptibile accidentis. Differt autē a materia, inquantum materia non habet actu esse nisi per formam: subiectum autem non constituitur in esse per accidens. Si ergo quæratur quæ sit causa eclipsis, non est assignare quæ sit materia, sed luna est subiectum patiens talem passionem. Causa autem mouens, quę corrumpit lumen, est terra interposita diametraliter inter solem & lunam. Causam vero finalem forsan non

enim componatur ex multis vnitatibus, aut non est vnus simpliciter, sed vnitates aggregantur in eo, per modū coaceruationis, q̄ non facit simpliciter vnum, & per consequens, nec ens in aliqua specie constitutum, & sic numerus, non est aliqua species entis: Aut si numerus est vnus simpliciter, & non per seipsum, dicendū est, quid facit eum vnum ex multis vnitatibus, quod non est assignare. Et similiter diffinitio est vna per seipsam, & sic nō habent aliquid assignare, per quod fiat vnum. Et hoc rationabiliter accidit, qa per eandem rationē substantiæ, quam significat diffinitio, est ita vnum, sicut & numerus, s. p se, ex hoc q̄ vnaq̄ pars eius est, vt forma alterius. Et non est vna vt indiuisibile, sicut vnitas ac punctū, sicut qdā dixerunt, sed qa vna quæq; earū est vna forma & natura qdā.

n ¶Ponit quartā assimilationē, & dicit, q̄ sicut numerus, nō suscipit magis, aut minus, ita nec substātia, q̄ dicitur ſm speciem, licet forte illa, q̄ dicitur ſm materiam. Sicut. n. rō numeri in aliquo determinato consistit, cui non est addere, nec subtrahere, vt dictū ē, ita & ratio formæ. Sed magis & minus contingit ex hoc, q̄ materia perfectiʾ vel minʾ perfectē formā participat. vnde ēt albedo, non suscipit magis & minus, sed albū. Deinde cū dicit.

o ¶Epilogat, q̄ dicta sunt dicens, q̄ dictū est {de generatione, & corruptione taliū substātiarū}. s. formaliū, quo cōtingit, qa per accidens, & quo est impossibile, quia p se. & de analogia. i. reductione earū ad numerum per viam assimilationis,

LECTIO IIII.

a Postquam Arist. pſecutʾ ē ea, quę considerāda erant circa formale principium substantiæ, nunc determinat de principio materiali, & diuiditur in partes tres. Primo. n. determinat de principio materiali per cōparationem ad ea, q̄ sunt ex materia. Secō p comparationē ad alias cās, ibi: {Cōtingit aūt vna materia existente.} Tertio per comparationē ad trāsmutationē gnationis & corruptionis, cuius subiectū est materia, ibi: {Quin vero qdā sine gnatione.} Circa primū duo facit. Primo, manifestat, vtrum oium sit vna, vel plures spēs materiæ. Et dicit, q̄ oportet non latere circa materiale principiū, qa licet oia sint ex eodem primo materiali principio, quod est materia prima de se nullā habens formā, aut ex eisdē materialibʾ principiis {aut primis} quā dī pp quatuor elemēta, q̄ sunt principia materialia cōiter oibʾ generabilibʾ, & corruptibilibus. Et licet sit eadē materia, vt {principiū his, q̄ sunt. } q̄d dicit pp hoc, q̄ materia, nō est tm̄ p rincipiū in esse, sed ēt in fieri. Licet ēt prima materia, & elemēta cōiter se habeāt ad elemēta, tm̄ cuiuslibet rei est aliqua materia propria. ut materia propria phlegmatis non simpliciter, sed in genere, sunt dulcia & pīguia. hæc. n. habēt qdā affinitatē cum phlegmate rōne suæ humiditatis. Cholerę vero prima materia, sunt amara, aut alia qdam hmōi. In amaris. n. vſ calor oīno habere dfiū sup humiditatē, vſq; ad eius consumptionē, Et sic rōne siccitatis, & caliditatis, affinitatē habet cū cholera. Sed hæ duæ materiæ s. amara & dulcia, sorsan sunt ex aliquo principio materiali priore. Addidit aūtē {forsan}, qa quorundā est sic diuersa materia, q̄ eorū materiæ nō reducūtur in aliquā priorē, sicut corpora corruptibilia, & incorruptibilia. Ex his igit, q̄ hic dicuntur, accipit q̄ prima materia ē vna oīum generabiliū, & corruptibiliū: sed ppriæ materiæ sunt diuersæ diuersarum.

b ¶Sedo dicit, quō cōtrario vniusquisque istorum plures materiæ dicēs, q̄ eiusdē rei sunt plures materiæ, quarū vna earū est alterius materia. Sicut materia phlegmatis sunt pīgue, & dulce, si pīgue est ex dulci. Pinguis. n. sapor iter medios sapores computatur. Medij aūt sapores fiūt ex extremis, q̄ sunt dulce & amarū. Sed pingue est p̄ximū dulci. Cōsiderādum vero est, q̄ in istis exēplis materiā alicuius posuit, ex quo aliquid fit, licet nō sit permanēs, sed trāsiēs. Ne igit aliqs existimaret, q̄ semp aliqd fieri diceret ex materiali principio, & non ecōuerso, subiungit, q̄ ēt ex cholera dī aliqd fieri per resolutionem cholerę in primam materiam. & econtra cholera fit ex prima materia: quia dupliciter dicitur aliquid fieri ex altero. Aut qa illud ex quo fit, est ei principiū naturaliter in via generationis. hmōi. n. est materiale principiū. Aut qa factio est resolutio in principium materiale, ita. s. quod ex compositō per resolutionem, materiale principium fieri dicatur. Fit enim corpus mistum ex elementis per compositionem. Elementa vero ex corpore misto per resolutionem. Deinde cum dicit,

c ¶Determinat de materia per comparationem ad alias causas. & primo per comparationē ad agentē ūm, qui ex materia aliqd facit, quæ quidem comparatio pertinet ad materiam ſm q̄ est principiū fiendi. Secundo per cōparationē ad oēs causas, pront materia est principiū cognoscendi, ibi: {Quando itaque aliquis quæsierit.} Quia uero superius dixerat q̄ vna erat prima materia omnium, posset aliquis dubitare, quō ex materia una omniū, diuersitas rerum procederet. Antiqui. n. naturāles attribuebāt hoc casui, tollentes causam agentem & ponentes peritatē & densitatē ex una materia, rerū diuersitatē produci. Hoc ergo remouens Philosophʾ dicit primo, q̄ contingit vna materia existēte fieri diuersa pp mouentem causam. Aut qa est alia & alia cā mouens: aut quia eadē causa mouens habet se ad operandū diuersa diuersimode. qđ maxime in artificialibus patet. Videmus. n. ex ligno fieri arcā & lectum ab vno artifice ſm diuersas formas artis, quas apud se habet. Quia vero licet materia prima sit cōis omnibus, tm̄ materiæ ppriæ sunt diuersæ diuersorum, ideo ne aliquis totā diuersitatē rerū atteribuere mouenti, & nullo modo materiali principio, subiungit, q̄ in quibusdam diuersorum ex necessitate est diuersa materia, propria. s. Non. n. quodlibet natum est fieri ex qualibet materia, sicut serra non fit ex ligno, neque est in prate artificis, vt hoc faciat: nunquā. n. vna materia attribuit cuilibet operi. non. n. pōt facere serram ex ligno vel lana, quæ pp mollitiē suā non sunt apta ad opus serræ, quod est secare. Patet igitur, q̄ diuersitas rerum est ex mouente & materia. Si ergo conueniat aliquid idē ſm speciem fieri ex alia materia, sicut phialam ex auro & argento, manifestū est, quòd principium mouens oportet esse idem. s. artem. Si enim materia esset diuersa & mouens diuersum, necesse esset, quòd & factum, esset diuersum. Deinde cum dicit.

d ¶Determinat de materia per comparationem ad alias causas ſm quòd materia est cognitionis principium, & circa hoc duo facit. Primo ostendit, quòd oportet reddere materiam cum aliis causis in generabilibus & corruptibilibus. Secundo, ostendit quomodo se habet materia in substantijs naturalibus perpetuis. ibi: {In naturalibus quidem.} Tertio, quō se habet in accidentibus. ibi: {Neque quæcunque ita quidem natura.} Circa primum tria facit. Primo n. quia Antiqui Naturales assignabāt tantummodo causam materialem, dicit quòd quādo aliquis de aliquo quærit quid est causa eius, cum pluribus modis dicatur causa, oportet omnes causas assignare {contingentes}. i. quæ cōtingant esse illius rei. Non. n. habent omnes causas omnia. Naturalia tamen & maxime generabilia & corruptibilia oēs causas habent: Vt hominis cā quasi materia in generatione ipsius sunt menstrua. Causa mouēs {sperma} in quo est virtus activa. Causa formalis {quodquidera esse}. i. illud quod significat perdiffinitionem eius. Sed finis est eius causa. Hæ autem duæ causæ. s. finis & forma, forte sunt idem numero. Quod quidem dicit, qa in quibusdā sunt idē, in quibusdā nō. Finis. n. generationis hois est ānā, finis vero operationis eius est fœlicitas. Secūdo ibi.

e ¶Ostendit quòd non solum oportet assignare omnes causas, sed oportet etiam dicere causas proximas, ut incipiendo a causis primis perueniamus ad causas proximas. Per causas enim primas habetur cognitio de re aliqua, solum in vniuersali & imperfecte. Per causas autem proximas habetur cognitio rei & perfecta. Sicut si quis quærat causam materialem hominis, non debet assignari p causa, ignis aut terra, quæ sunt materia communis omnium generabilium & corruptibilium, sed debet assignari propria materia, vt & caro, & os, & huiusmodi. Tertio ibi.

f ¶Epilogat quod dictum est, & dicit q̄ circa naturales substantias & generabiles necesse est sic versari, si quis recte consideret causa. ut, scilicet omnes assignētur & proximæ. Et hoc est necesse, ex eo q̄ hæ causę sunt tot, vt dictum est. Et oportet causas cognoscere ad hoc, quod aliquid sciatur, quia scire est causam cognoscere. Deinde cum dicit.

g ¶Ostendit quomodo sit materia in substantijs naturalibus & perpetuis. s. in corporibus cælestibus dicens, quòd in naturalibus & perpetuis substantijs, s. corporibus cælestibus, non est similiter materia, sicut in corporalibus generabilibus, & corruptibilibus. Forsan quidem enim tales substantię non habent materiam, aut si habent non habent talem qualem habent generabilia & corruptibilia, sed solum secundum potentiam, quæ est in motu locali. Vt enim supradictum est, in rebus generabilibus & corruptibilibus generatio & corruptio inducit in cognitionem materiæ, quia in generatione & corruptione oportet esse unum subiectum, commune ad priuationem & formam. Vnde, cum in corpore cælesti non sit potentia ad priuationem formæ, sed solum ad diuersa loca, non habet materiam, quę sit in potentia ad formam & priuationem, sed quæ est in potentia ad diuersa loca. Corpus autem cōparatur ad locum, non sicut materia ad formam, sed magis sicut subiectum ad accidens. Et licet comparatio subiecti ad accidens sit quodam modo vt materiæ ad formam, non tamen subiectum est omnino materia, sicut infra dicetur. Et sic, corpus cælestę vniuersaliter nullo modo habet materiam, si subiectū, materiam non dicit: vel habet materiam ad vbi, si subiectum dicatur materia. Deinde cum dicit,

h ¶Ostendit quō materia attribuitur accidentibus: & dicit q̄ illa, quæ sunt secundum naturam, non tamen sunt substantiæ, sed accidentia, non habent materiam ex qua sint, sed substantia est eis subiectum. Subiectū aūt habet aliquid simile materiæ, in quantum est receptibile accidentis. Differt autē a materia, inquantum materia non habet actu esse nisi per formam: subiectum autem non constituitur in esse per accidens. Si ergo quæratur quæ sit causa eclipsis, non est assignare quæ sit materia, sed luna est subiectum patiens talem passionem. Causa autem mouens, quę corrumpit lumen, est terra interposita diametraliter inter solem & lunam. Causam vero finalem forsan non

utputa ferra nunquam fiet ex ligno. nec est hoc in causa mouente. non enim faciet ferram ex lana, aut ligno. Si autem idem contingit ex alia materia facere. Patet quòd principium & ars, quæ est ut mouens, eadem est: etenim, si materia diuersa & mouens, & ipsum quod factum est.

Cum itaque quisquam quænam sit causa quærat, quoniam multipliciter causæ dicuntur, omnes contingentes causas dicere oportet. utputa hominis, quæ causa ut materia? nempe menstrua, quæ uero ut mouens? nempe semen. quæ uero ut forma? quod quid erat esse. quæ autem ut huius causa? finis, fortassis autem hæ ambæ idem sunt.

Oportet autem proximas causas dicere. quæ materia, non ignem uel terram, sed propriam.

In naturalibus igitur & generabilibus substantijs necesse est ita procedere, si quis recte procedet: siquidem hæ, totaque causæ sunt, & oportet causas cognoscere.

De naturalibus autem, sed perpetuis substantijs alia ratio est. fortassis etenim quædam non habent materiā, aut non talem, sed solum quæ secundum locum mobilis est.

Nec quæcunque natura quidē, nō autem sunt substātiæ, his materia est, sed quod subiacitur substantia. ut-

alteris existentibus. vt serra nō vtique fiet ex ligno, nec in mouente causa hęc. non. n. faciet serrā ex lana aut ligno. Si vero idem cōtingit ex alia materia facere, palam quia ars & principium, quod est vt mouens, idem. Nam si & materia altera & mouens, & quod factum est.

B

d Quando itaque aliquis quæ fierit quid cā, quoniā pluribus modis dicuntur causæ, omnes dicere oportet causas contingentes. Vt hominis quæ cā vt materia? equidem menstrua. Quid autem ut mouens? equidem sperma. Quid vt species? quodquiderat esse. Quid vt cuius causa? finis. forsan autem hæc ambo idem.

e Oportet autē proximas causas dicere quæ materia, non ignem, aut terram, sed propriā.

C

f Circa naturales quidem substantias & generabiles necesse sic versari, si quis recte versat: si profecto hæ causæ & tot, & oportet causas cognoscere.

g In naturalibus quidē & sempiternis substātiis alia rō. Forsan quędam non habent materiam, aut non talem, sed solum secundum locum mobilem.

h Neq; quęcūq; ita natura quidē, non substantia vero, nō est his materia, sed quod subiici-

D

utputa ferra nunquam fiet ex ligno. nec est hoc in causa mouente. non enim faciet ferram ex lana, aut ligno. Si autem idem contingit ex alia materia facere. Patet quòd principium & ars, quæ est ut mouens, eadem est: etenim, si materia diuersa & mouens, & ipsum quod factum est.

Cum itaque quisquam quænam sit causa quærat, quoniam multipliciter causæ dicuntur, omnes contingentes causas dicere oportet. utputa hominis, quæ causa ut materia? nempe menstrua, quæ uero ut mouens? nempe semen. quæ uero ut forma? quod quid erat esse. quæ autem ut huius causa? finis, fortassis autem hæ ambæ idem sunt.

Oportet autem proximas causas dicere. quæ materia, non ignem uel terram, sed propriam.

In naturalibus igitur & generabilibus substantijs necesse est ita procedere, si quis recte procedet: siquidem hæ, totaque causæ sunt, & oportet causas cognoscere.

De naturalibus autem, sed perpetuis substantijs alia ratio est. fortassis etenim quædam non habent materiā, aut non talem, sed solum quæ secundum locum mobilis est.

Nec quæcunque natura quidē, nō autem sunt substātiæ, his materia est, sed quod subiacitur substantia. ut-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a VOniam autem ens dicitur & non ens, hoc quidem secundum figuras categoriarũ, illud vero secundum potentiam, aut actũ horum, aut contraria. Horum autem maxime proprie, aut verum, aut falsum.

b Hoc autem in rebus est componi, aut diuidi: vnde ver⁹ est, diuisum putans diuidi, & compositum componi: mẽtitur autem, econtrario habens res. Quandocunq; est, aut non, est quod uerũ dicitur, aut falsum. hoc perscrutandum quod dicimus. Non enim propter nos existimare te vere albũ esse, tu albus es: sed pp te esse albũ esse nos hoc dicentes, verũ dicim⁹.

F Sit semicirculus a. b. c. & in puncto b. qualitercunque cadat constituatur angulus, cui subtenditur basis a.c. quæ est diameter circuli. Dico ergo quòd angulus b. est rectus. Cuius probatio est, quia cum linea a.c. sit diameter circuli, oportet quòd transeat per centrum. Diuidatur ergo per medium in puncto d.& producatur linea d.b. Sic igitur linea d.b. æqualis est lineę d.a, quia sunt protractæ a centro usque ad circunferentiam, ergo in triangulo d.b.a. æqualis est angulus b. angulo a. quia omnis trianguli, cuius duo latera sunt æqualia, anguli qui sunt supra basẽ, sunt æquales. Duo igitur anguli a.& b. sunt duplum solius anguli b. Sed angulus b. d. c. cum sit exterior, est æqualis duobus angulis a. & b. partialibus, ergo angulus b. d. c. est duplus anguli b. partialis. Et similiter probatur, quòd angulus c. est æqualis angulo b. trianguli b.d.c. eo quòd duo latera d.b. & d.c. sunt æqualia, cum sint protracta a centro ad circunferentia, & angulus exterior, scilicet a. d. b. est æqualis vtrique, ergo est duplus anguli b. partialis. Sic ergo duo anguli a. d. b, & b. d. c, sunt duplum totius anguli a, b.c. Sed duo anguli a.d.b. & b.d.c, sunt aut recti, aut æquales duobus rectis, quia linea d.b. cadit supra lineam a.c. ergo angulus a.b.c. qui est in semicirculo, est rectus. Et hoc est quod Philosophus dicit, quòd ideo demonstratur esse rectus ille, qui est in semicirculo, quia tres lineæ sunt æquales, scilicet duæ, i quas diuiditur basis, scilicet d.a, & d.c, & tertia, quæ ex media istarũ duarum protracta superstat utraq; scilicet b.d. Et hanc dispositionem videnti, statim manifestum

G

H

I

LECTIO XI.

*V*t autem ens & non ens dicatur, quoddam quidem secundum figuras prædicamentorum: quoddam autem secundum potentiam, aut actum horum, aut contraria: quoddam vero maxime proprie eius verum aut falsum.

Hoc autem in rebus est compositione vel diuisione. quamobrem verum dicit, qui diuisum diuidi, & compositum componi putat: falsum autem qui contra quam res se habeant, aut quando sunt, aut nõ sunt: quare quod verum aut falsum dicitur, quid prosecto hoc dicimus, considerandum est. Non enim propterea quod nos te vere putamus album esse, tu albus es: sed propterea quod tu albus es, nos, qui dicimus, verum dicimus.

est scienti principia geometriæ, quòd omnis angulus in semicirculo est rectus. Sic igitur concludit Philosophus manifestũ esse, quòd quando aliqua reducuntur de potentia in actum, tunc inuenitur earum veritas. Et huius causa est, quia intellectus actꝰ est. Et ideo ea quæ intelliguntur, oportet esse actu. Propter quod, ex actu cognoscitur potentia. Vnde facientes aliquid actu cognoscunt, sicut patet in predictis definitionibus. Oportet enim quòd in eodem secundum numerum, posterius secundum ordinem generationis & temporis sit actus q̃ potentia, vt supra expositum est.

Lec. 7. & 8.

LECTIO XI.

IIC comparat Philosophus actum ad potentiam secundum veritatem & falsitatem, & circa hoc tria facit. Primo ponit, quòd verum & falsum præcipue dicitur secundum actum. Secundo manifestat propositum, ibi{Hoc autem in rebus est componi aut diuidi.} Tertio concludit quoddam corollarium, ibi{Palam etiam & quia de immobilibus.} Dicit ergo primo, quod cum ens & non ens ei opponitum diuidantur dupliciter: vno modo secundum diuersa prædicamenta, quæ sunt substantia, quantitas, qualitas &c. alio modo secundum potentiam & actum, vel vnius, vel alterius contrariorum, quia vtrunque contrariorum cõtingit actu esse & potentia hoc quod est in actu, maxime proprie dicitur aut verum aut falsum. Deinde cum dicit.

Part. seq.

b ¶ Probat quòd ꝓpositum, & circa hoc tria facit. Primo manifestat in substãtijs cõiunis. Secundo in simplicibus, ibi{Circa incõposita.} Tertio colligit vtrũque, ibi{Esse vero vel verũ.} Circa primũ duo facit. Primo manifestat propositũ dicens, ꝙ {hoc}. s. esse verũ vel falsum in rebus, nihil est aliud q̃ cõponi & diuidi. Vnde qui putat diuidi qđ est diuisum in rebus, verus est in sua opinione. vt qui putat hominem nõ esse asinum. Et sic qui putat cõponi quod est cõpositum in rebus, vt qui putat hominem esse animal. Ille aũt mentit in opinãdo, qui econtrario hẽt res aliter i sua opinione, q̃ res sunt in sua natura. vt q. putat hominem asinum, aut non esse animal, quia quando aliquid est aut non est,

part. 4. part. 7.

est, tunc dicitur verum vel falsum. Quod sic cõsiderandum est. Non enim ideo tu es albus, quia nos vere existimamus te esse album, sed econuerso; ideo existimamus te album, quia tu es albus. Vnde manifestum est, ꝙ dispositio rei, est causa veritatis in opinione & oratione. Hoc autem addit ad manifestandum qđ

parte 3.

supra dixerat, quòd verum & falsum est in rebus componi & diuidi. Oportet .n. veritatem & falsitatem, quæ est in oratione vel opinione, reduci ad dispositionem rei, sicut ad causam. Cum autem intellectus compositionem format, accipit duo, quorum vnum se habet vt formale respectu alterius. vnde accipit id vt in alio existens, propter quod prædicata tenentur formaliter. Et ideo, si talis operatio intellectus ad rem debeat reduci sicut ad causam, oportet ꝙ in cõpositis substãtijs ipsa cõpositio formæ ad materiam: aut eius, qđ se habet per modum formę & materiæ, vel etiam compositio accidentis ad subiectum, respondeat quasi fundamentum & causa veritatis, cõpositioni, q̃ intellectus interius format & exprimit voce. Sicut cum dico Socrat. est homo, veritas huius enũciationis causatur ex compositione formæ humanæ ad materiam indiuidualem, per quam Socrat. est hic homo. Et cum dico, homo est albus, causa veritatis est compositio albedinis ad subiectum. & similiter est in aliis. & idem patet in diuisione. Secundo ibi.

Tex.cõ.22.

par.4.

parte 5.

c ¶ Concludit ex dictis, quòd si cõpositio & diuisio rei est causa veritatis & falsitatis in opinione & oratiõe, necesse est, quòd sin differentia cõpositionis & diuisionis eius quod est in rebus, est differentia veritatis & falsitatis in opinione & oratione. In rebus, aũt talis differentia inuenitur circa cõpositionem & diuisionem, quòd q̃dam semper cõponuntur, & impossibile est ea diuidi, sicut animę rationali coniungitur natura sensitiua semper, & impossibile est ꝙ diuidaꝫ ab ea, ita .s. quòd aia rationalis sit sine rõne. Quædam vero sunt diuisa & impossibile est ea componi, sicut nigrum albo, & formã asini homini. Quædam vero se habent ad contraria, quia possunt componi & diuidi, sicut homo & albus, & ẽt currens. Esse autem in quo consistit compositio intellectus, vt affirmatio, compositionem quãdam & vnionẽ indicat, non esse verum qđ significat negatio, tollit compositionem, & designat pluralitatem & diuersitatem. Vnde manifestum est, quòd in his, quæ contingit componi & diuidi, vna & eadem oratio sit quandoque vera, quandoque falsa, sicut hæc oratio: Socrat. sedet, est vera eo sedente: eadem aũt falsa eo surgẽte. Et similiter est de opinione. Sed in his, quæ nõ possunt aliter se habere, scilicet quæ semper componuntur vel diuiduntur, non est possibile, quod eadem opinio vel oratio quandoq; sit vera, quandoque falsa. Sed quę est vera, semper est vera, & quæ est falsa, semper est falsa; sicut hæc est vera, homo est animal: hæc autem falsa, homo est asinus. Deinde cum dicit.

A non est verum vel falsum per compositionem aut diuisionem quæ fit in rebus, sed per hoc quòd cognoscitur quod quidest, non cognoscitur. Cum .n. attingamus ad cognoscendum quod quid est alicuius simplicis, tunc intellectus videtur verus esse. Cum autem non attingimus ad cognoscendum quod quid est, sed aliquid aliud attribuit, tunc falsus est. non enim in simplicibus est compositio, vt possit ibi esse falsitas. Quãdo autem intellectus componit quod non est, aut diuisum est in re quod intellectus componit, tunc intellectus non sit verus. Vel .i. te: non est in simplicibus compositio, ita quòd cum dicit de eo affirmatiue qđ est, significetur eius compositio: & cum dicitur de eo quòd non sit negatiue, significetur eius diuisio. Sicut in rebus compositis cum dicitur, ꝙ lignum sit album, significatur ei⁹ compositio. aut cum dicitur, ꝙ non sit lignum album, aut ꝙ diametrum non sit commensurabile, significeatur eius diuisio, Et sic patet, quòd verum & falsum nõ est similiter in simplicibus, sicut in cõpositis. Neque hoc mirum est, quia etiã esse non est similiter in vtrisque. Sed esse compositorum surgit ex componentibus, non autem esse simplicium. Verum autem consequitur ens, quia sicut in Secundo huius est habitum, eadem est dispositio rerum in esse & in veritate. Vnde quæ non sunt similia in esse, non sunt similia in veritate. Secundo ibi.

Si quædam itaque semper composita & impossibilia diuidi: quædam uero semper diuisa & impossibilia componi sunt: quædam vero contingit contraria esse, esse quidem est componi, & unum esse: non esse uero non componi, sed plura esse. Ergo circa contingentia quidem eadem sit falsa & uera opinio, & eadem oratio, & contingit quandoqne verum, quandoque falsum esse: circa vero impossibilia aliter se habere, non sit quandoque verum, quandoque falsum, sed hæc semper vera, & falsa sunt.

B

Tex.cõ.4.

Circa incomposita uero quid esse, aut non esse, & uerum & falsum. Non enim est compositum, ut sit quidem si componatur, non sit autem, si diuisum sit, sicuti album lignum, aut diametrum incommensurabilem esse, nec uerum, & falsum similiter etiam in illis erit: An quem admodum neque uerum est, idem in his, ita nec ipsum esse.

C

Sed illud quidem verum, hoc uero falsum est. Attingere nanque ac dicere uerum est: non enim est idem affirmatio & dictio: non attingere uero est ignorare. Non est enim decipi circa quodquidest, nisi secundum accidens. similiter autem est circa non compositas substantias, non enim est decipi.

D

Tex.cõ.41. T.com. 8.

e ¶ Ostendit qualiter sit verũ & falsum in simplicibus dicẽs, ꝙ hmõi est verum & falsum in simplicibus, vt dicit. Attingere .n. mente ad ipm simplex, vt .s. apphendat quid est, {& dicere}, .i. significare voce ipsum simplex: hoc est verum quod est in simplicibus. Et quia dicere q̃que sumit̃ pro ꝓdicatione affirmatiua, quæ cum cõpositione fit, hunc intellectum remouet dicẽs, quòd non est idẽ affirmatio, & dictio, quia affirmatio est per hoc, ꝙ aliqd dicit de aliquo, qđ est cum cõpositione: dictio aũt simplex prolatio alicuius, sic ergo attingere & dicere, est verũ: sed non attingere mẽte ipsã simplicia, est ea penitus ignorare. Quicunque .n. non attingit ad quodquidest rei simplicis, penitus ignorat ipsam. non .n. põt aliquid eius scire, & aliquid ignorare, ex quo nõ est cõpositũ. Videbat aũt, quòd sicut dixerat ꝙ attingere simplicia est dicere verum in eis, ita non attingere est falsum, aut decipi. Hoc aũt non dixit, sed dixit ꝙ nõ attingere ẽ ignorare. Et ideo subdit ẽam, quare non attingere nõ est decipi dicens. quòd circa qđquidest non est decipi nisi ẽm accidens, qđ sic intelligendũ est. Dictum est .n. superius in 7. & 8. ꝙ in substãtiis simplicibus idem est res, & quodquidest eius. Sic igit, cum substantia simplex sit ipsum qđquidest, iudicium est de cognitione substantię simplicis, & de cognitione eius qđquidest. Sed circa quodquidett non decipitur intellectus, nisi per accidens. Aut .n. per intellectum attingit aliquis quodquidest rei, & tunc verẽ cognoscit quid est res: aut non attingit, & tunc non apprehendit rem illam. vnde circa eam non verificat, neq; decipitur. Propter qđ dicit Aristot. in Tertio de Aia, ꝙ sicut sensus circa ꝓpria obiecta semp est verus, ita ītellectꝰ circa qđquidest, quasi circa proprium obiectum. Et ꝙ intellectus circa quodquidest

Tex.cõ.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non decipiatur, non solum est in simplicibus substantiis, sed et in compositis. Quo aũt per accidẽs decipiatur aliqs circa quod quidest, nisi componendo, aut diuidendo: Quod quidem in substantiis compositis contingit dupliciter. Vno modo per cõpositum diffinitiuum ad

part. 6. rẽ diffinitã, aut diuisionem. Vt si aliquis diceret asinũ esse animal rõnale mortale, aut homo nõ est animal rónale, mortale, vtrobiq; falsum est. Alio modo secũdum quod diffinitio constituitur ex partibus quæ non sunt inuicẽ cõponibiles, vt si qs

parte. 7. assignaret hanc diffinitionẽ, homo ẽ animal insensibile. Primo igitur modo diffinitio dicitur esse falsa, quia non est huiº. Secundo modo dicit falsa per se, vt supra in Quinto docuit,

Tex. c. 34. Philosophus. In simplicibus vero substãtiis non põt esse deceptio circa qđquidest per accidens nisi primo modo. non.n.eorum quodquidest, est compositũ ex pluribus, circa quorũ com

par. 8. positionem vel diuisionem possit accidere falsum.

f Adaptat qđ dixerat de substantiis simplicibus ad principale ꝓpositũ, s. ad ostẽdum ꝙ verũ magis ẽ actu q̃ in potentia. Ostẽdat qdem hoc circa cõposita ꝙ eo ꝙ verũ est circa cõpositionẽ & diuisionẽ, q̃ actũ designant. In substantiis vero simplicibus ex eo, ꝙ non est in eis falsum, sed tm̃ verũ: Propter qđ non sunt in potentia, sed in actu. Dicit ergo, ꝙ oẽs substãtiæ simplices sunt actu entes, & nunq̃ entes in potẽtia: quia si qñq; essent in actu, & qñq; in potẽtia gñarent & corrumperent: sed hoc nõ põt esse. vt osũm est. nã hõmi substãtiæ sunt formæ tm̃. vñ ẽt secũdũ se sunt entes. Ens aũt secũdũ seipsum non gñatur neq; corrumpit. Oẽ.n qđ gñatur ex aliquo gñatur. Ens aũt simpliciter inquantũ ens, nõ põt ex aliquo generari. Non.n. est aliquid extra ens, sed extra tale ens, vtputa extra hoiem est aliquod ens. Vñ hoc ens põt generari secundũ quid, sed ens simpliciter non. Id ergo, quod est ens secundũ se, per hoc quod ipsum est forma, ad q̃ sequitur ens, non est generabile. vnde non est qñq; in potentia, quandoque in actu. Et ideo quia circa actũ maxime consistit verũ, quæcũq; sunt talia, quæ sunt solũ in actu, & sunt id ꝙ vere aliquid est, quia sunt quidditates & formæ, circa ea non contingit decipi, aut esse falsum. Sed oportet vt intelligantur si mente attingantur, vel penitus non intelligantur, si mente nõ attingantur. Sed quamuis in eis non contingat decipi secundũ se, contingit tamen cum quæritur de eis quodquidest, s. si talia sunt, aut non. Et sic contingit decipi in eis per accidens, vtputa si quis quærat de aliqua substantia simplici: vtrum sit ignis aut substantia corporea, vel non, quia si attribuitur ei esse substantiam corpoream, erit falsitas per accidens propter compositionem. Deinde cum dicit.

g Colligit quod dixerat de vero & falso tam circa composita quam circa simplicia dicens, ꝙ hoc ipsum esse, quod significat veritatem, et non esse, quod significat falsitatem, quia qui dicit. homo est albus, significat hoc esse verum, qui dicit: non est albus, significat hoc esse, falsum: hoc, inquam, esse et non esse vno modo dicitur, scilicet in compositionis, scilicet quòd est verum

f Et omnes sunt actu, non potẽtia generarentˉ. n. vtiq; & corrũperentˉ. nunc aũt ipsũ ens nõ generatur, nec corrũpitur: ex aliquo. n. vtique generaretur. Quæcunque igitur sunt ꝙ vere est quid & actu, circa hoc non est decipi, sed aut intelligere, aut non. Sed quodquidest quærit de ipsis, si talia sunt, aut nõ. G

g Esse vero, vt verum, & non esse vt falsum. vnum quidẽ est si cõponitur, verũ: hoc aũt si nõ cõponit, falsum. Vnũ autẽ, si vere ens, sic est: si vero nõ ita, nõ est. Verũ aũt intelligere ipsa. Falsum vero nõ est, nec deceptio, sed ignorãtia. non qualis cęcitas: cęcitas. n. ẽ vt vtiq. si in tellectiuũ oĩno nõ hẽat aliqs.

h Palã ẽt & quia de ĩmobilibº nõ est deceptio secundũ qñ, si quis putet immobilia. vt trigonum si nõ ꝓmutari putat, non opinabitur qñque duos rectos habere, & qñq. nõ: permutaretur. n. vtique. Sed aliquid qdẽ, aliquid vero non, vt parem numerũ primũ esse nullũ, aut aliquos qdẽ, aliquos vero nõ. Numero vero circa vnũ, nec hoc. Non. n. est aliquẽ quidẽ, aliquẽ vero nõ putabit: sed verũ dicet I aut mẽtiet semp sic se habẽte.

F si componitur in re quod intellectus componit. Falsum autem si non componit in re quod intellectus competit, intelligens aut denuntians. Alio vero modo in rebus simplicibus verum est, si id ꝙ quod est vere ens, ideſt, quod est ipsum quodquidest, ideſt substantia rei simplex, sic est sicut intelligitur. Si vero nõ est ita, sicut intelligit non est verum in intellectu. Et sic est verum intelligere ipsa, sed falsum nõ est ibi, neque deceptio, vt expositũ est, sed ignorantia. Quia si non attigit ad quodquid est, penitus ignorat rem illam. In compositis autem potest vnum scire. et circa alias proprietas eius decipi. Qualis autem ignorantia est, ostendit cum dicit, quòd illa ignorantia nõ est ꝙ talis priuatio sicut cæcitas ꝙ q̃ est priuatio potentiæ visiuæ. Vnde illa ignorantia similis cæcitati esset, si aliquis non haberet vim intellectiuã, ad attingendum substantias simplices. Ex quo patet, quòd secũdum sentẽtiã. Arist. humanus intellectus potest pertingere ad intelligendum substãtias simplices. Qđ videtur sub dubio reliquisse in Tertio de Anima. Deinde cum Tex.cõ.36. dicit.

h ¶ Inducit quoddã corollarium dicens, quòd est dictis manifestum, est, quòd de immobilibus non est deceptio secundum quando. In contingentibus vero cõtingit decipi secundum

Et cunctæ sunt actu, non potentia: generarẽtur etenim profectò, ac corrumperentur. nunc autem ipsum ens non fit, neque corrumpitur: ex aliquo. n. utique generaretur. Quæcunque itaque sunt uerę ipsum esse, & quid & actu, circa hæc nõ est decipi, sed aut ĩtelligere, aut nõ: uerũ qđ qđ ẽ de eis ąritur, si talia sint an non.

Eſſe uero ut uerum est, & non esse ut falsum. unum quidem si componitur, uerum: si uero non componitur, falsum. unum uero si est quidem ens sic, est: sm uero non ita, non est. uerum autem intelligere hæc. falsum uero non est deceptio, sed ignorantia, non qualis cæcitas est, etenim cæcitas quidẽ sicuti si omnino nõ haberet aliquis intelligẽdi potẽtiã.

Manifestum autem est, quòd neque de immobilibus deceptio est secundum quando, siquis immobilia putet, ut puta si triangulum non putet mutari, nõ opinabitur modo duos rectos habere, modo non. mutaretur etenim: uerum aliquid quidẽ, aliquid uero nõ: ut puta parem numerum primum nullum esse, aut quosdam quidem, quosdam uero non. quo ad numerum autem circa unum, nec hoc non amplius enim quædam quidem, I quædã uero nõ putabit, sed uerũ dicet aut falsũ, tãquã ita ſemper ſe habeat.

quãdo, in his scilicet quæ nõ semper sunt. vt puta, si Socra. est sessurus, et hoc aliquis putet, potest aliquis decipi in eo, ꝙ putet cum sessurum, quando non est sessurus. Et similiter si putet eclipsim futuram, quando non est futura. Sed in rebus immobilibus & quæ semper sunt, non potest contingere nisi vno modo. s. si quis putet ea esse mobilia, & non semper esse. Tunc. n. decipitur in eis, sed non secũdum quando. Et ideo dicit: si quis putet ea esse immobilia, non decipitur in eis secundum quando. Et hoc ideo dicit, quia si quis putat ea esse immobilia, non putabit ea quandoque esse, & quandoque non esse. Et sic non decipitur in eis secundum quando. Vt si quis putet triangulum non permutari, non opinabitur ꝙ quandoque habeat duos rectos, quantum ad equialentiã, & quandoq; non. sic. n. permutaret. & nõ ꝓmutaret. Sed in rebus immobilibus cõuenit sub aliquo cõi accipere aliquid qđ sic se habet, & aliquid quod nõ sic, puta sub triangulo aliquem equilaterum & aliquem non. Et conuenit dubitari de numero pari, vtrum nullus sit primus, vel aliqui sint primi, aliqui non. Numerus primus dicitur quem sola vnitas mensurat. Vnde inter numeros pares solus binarius est primus, & nullus aliorum. Et circa vnum numero in rebus immobilibus non conuenit errare ac decipi, neque quantum ad hoc. Non enim in eodem numero potest aliquis putare aliquẽ sic se habere, et aliquem non sic. Vnum enim numero non diuiditur in multa. Vnde oportebit, quòd simpliciter dicat verũ vel falsum, cum illud vnũ, numero semper similiter se habeat, nec sit in eo accipere diuersitatem, neque quantum ad tempus, neque quantum ad suppositа. Ex quibus apparet, quòd verum est magis circa actum: Immobilia enim inquãtum hmiusmodi semper sunt actu.

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM.
LIBER DECIMVS,
Cum Diui Thomæ præclarissimis commentarijs.

LECTIO PRIMA

1 2 Tex. 1. & 2. 4. huius. Text. 7. VPERIVS in 4. huius Philosophus ostendit, ꝙ ista scientia habet pro subiecto ens, & vnum, quod cum ente conuertitur: & ideo, postquàm determinauit de ente per accidens, & de ente, quod significat veritatem propositionis in Sexto, & de ente per se secundum qđ diuiditur per decem prędicamenta in 7. & 8. & secundum quod diuiditur per potentiam & actum in 9. Nunc in hoc 10. intendit determinare de vno & ente secundum se. In secunda per comparationem ad multa, ibi ¶ Opponuntur autem unum & multa. ¶ Prima diuiditur in duas. In prima ostẽdit quot modis vnum dicitur. In secunda determinat quandam proprietatem eius, ibi: ¶ Maxime uero in eo quòd est metrum esse. ¶ Prima in tres. In, prima determinat quot modis dicitur vnum. In secunda reducit omnes illos ad rationem vnam, ibi: Dicitur quidem igitur vnum. ¶ In tertia ostẽdit quot modis vnum prædicatur de his, de quibus dicitur, ibi ¶ Oportet enim intelligere. ¶ Circa primum tria facit. Primo ponit duos modos vnius, secundo ostendit rationem vnitatis in his duobus modis, ibi: ¶ Tale vero. ¶ Tertio ponit alios duos modos vnius, ibi ¶ Hæc autem. ¶ Circa primũ primo ponit quatuor modos dicendi vnũ dicens, quòd in quinto libro ostensum est, quoties dicantur nomina, quæ pertinent ad considerationem huius scientiæ. Dictum est enim, quòd vnum dicitur multis modis. Sed, cum multipliciter dicatur vnũ, principales modi sunt quatuor, ita tamen quòd dicamus modos vnius, secundum quos vnum dicitur primo & per se & non per accidens. Nam vnum per accidens habet alios suos modos. Et inter modos vnius dicti per se, vnus modus est secundum quod continuum dicitur vnum. Quod quidem accipi potest dupliciter, aut vniuersaliter, scilicet quocunque modo sit aliquid continuum dicatur vnum, aut vnum continuitate solum, quod secundum naturam est continuum, quod maxime continuum est, & non est continuum per violentiam, aut per artem, neque per alium modum contactus, sicut patet in cassaturis lignorum: neque per aliquam continuationem, sicut in his quæ continuantur vel ligantur clauo, vel quocunque vinculo. Continuum autem secundum naturam dicitur dupliciter, scilicet quod est

LECTIO I.

a Nvm quia multis modis dicitur, in diuisis, de quoties dictum est priº. Multipliciter vero dicto, capitales modi sunt quatuor primorũ, & secundũ se dictorũ vnũ, sed non secũdũ accidens. C Continuum enim, aut simpliciter, aut maxime quod natura, & non tactu, nec ligatione. Et horum magis vnum & prius, cuius indiuisibilior motus est, & magis simplex.

b Amplº tale, & magis totũ, & habens aliquam formam & speciem, maxime autẽ si quid natura est tale, & non vi, vt quęcunque viſco aut clauo, aut cõiunctione: sed habeat in se, ꝙ est causa sibi, ꝙ sit continuum. D

c Tale vero, eo ꝙ in motu vnũ esse & indiuisibile loco & tpe. Quare palam siquid per naturam, motº habet principiũ primi primũ, vtputa dico latiõis circulationẽ: ꝙa hęc prima magnitudo vna. Hoc quidẽ itaq; sic vnũ continuũ, aut totum.

B totum vniforme, vt linea recta, aut etiam circularis. Et quod non est totum vniforme, sicut duæ lineæ constituentes angulum in quo continuantur. Maxime autem horum est vnum, & per prius vnum, quod dicitur linea recta, vel circularis, quam lineę angulum constituentes. Nam linea recta, oportet quòd habeat vnum motum. Non enim potest eẽ quòd vna pars eiº moueatur & alia quiescat, nec vna sic moueatur, alia vero aliter, sed tota simul & vno motu mouetur. & similiter etiam i circulari est. Sed in duobus continuis cõstituentibus angulum, hoc non cõuenit. Possumus enim imaginari, quòd vna linea quiescat, & altera moueatur ei ap propinquans & minorem angulum cõstituat: aut ab ea elongata, & constituens angulum maiorem. Vel etiam quòd veraque moueatur in diuersas partes. Et ideo dicit, quòd illud continuũ est magis vnũ, cuius motus est indiuisibilior & magis simplex. Secundo cum dicit.

LECTIO I.

Vod *unum multis dicatur modis, in diuisione de quo ties, dictum est prius. Cum autem multipliciter dicatur, primorum, & eorum, quæ ſecundum ſe, nõ ſecundum accidens dicuntur vnum, quatuor in ſumma modi ſunt. Et ipſum nanque continuum aut ſimpliciter, aut maxime quod natura, & non tactu, neq; ligatione. & horum illud magis unum, & prius, cuius motus indiuiſibilior, & magis ſimplex eſt.*

Item tale etiam magis eſt, quod totum eſt, aliquamq; formam & ſpeciem habens, & maxime quodcunq; natura tale ſit, & non ui: quæ mad modum quæcunq; aut glutine, aut clauo, aut coniunctione: ai habeat in ſe, quod cauſa ei ſit, ut continuum ſit.

Tale uero eſt, cui unus motus loco & tempore indiuiſibilis ſit. Quare manifeſtum eſt, quòd ſi quid natura motionis primæ principium habet primum (dico autem lationis circulationem) id prima magnitudo una. Quædam itaq; ita unum, aut continuum aut totum ſunt.

¶ b Ponit secundũ modum, in quo quidẽ consideratur non solũ, quòd id quod dicitur vnum, ¶ sit tale, ¶ ideſt continuum, sed & quòd plus habeat, scilicet quòd sit quoddam totum habens aliquam formam, aut speciem. sicut animal est unum, & superficies triangularis est vna. Hoc igitur unum supra vnitatem continuitatis addit vnitatem, quę est ex forma, secundum quam aliquid est totum, & speciem habens. Et quia aliquid est totum per naturam, aliquid vero per artem, addidit, quòd ¶ maxime est vnum ¶ siquidem est vnum per naturam, & non per violentiam. Sicut per violentiam ad aliquod totum continuandum coniunguntur, quęcunque veniuntur aut viſco, aut aliqua tali coniunctione. Sed id quod est coniunctum per naturam, est magis vnum, quia scilicet est sibiipsi causa quòd sit continuum, quia per suam naturam est tale.

Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit rationem unitatis in istis duobus modis dicens, quòd aliquid est tale & continuum & vnum, eo quòd motus eius est & vnus & indiuisibilis, loco & tempore. Loco quidem, quia versus quancunque partem loci mouetur vna pars continui, & alia. Tempore vero, quia quando mouetur vna, & alia. Vnde, si aliquod continuum & totum per naturam dicitur vnum, quia motus eius est vnus, manifestum est Tex. cõ. 7. quòd si allquid continuum & totum habet in se principium primi motus, hoc erit primum vnum in magnitudine. Sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter motus, primus motus est localis, & inter motus locales, primus est circularis, vt probatur in 8. Physic. Et inter corpora, quę mouentur motu circulari, aliquod est, quod habet principium talis motus, scilicet corpus, quod reuoluitur & reuoluit alia corpora motu diurno. Vnde manifestum est, quòd hæc est primo

Tex. c. 77.

part. 4.

magnitudo vna, qa habet primum principium motꝰ primi. Sic igitur apparent duo modo vnitatis, aut sicut continuum dicitur vnum, aut sicut totũ dicitur vnũ. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit alios modos vnius dicens, q quædam alia dicuntur vnum non propter motum vnum,

part. 5.

sed propter rationẽ vnam. huiusmodi autem sunt, quorum intelligẽtia est una, quæ vna apprehensione apprehenduntur ab anima. Et dicũtur vna apprehensione apprehendi talia, quorum est vna

Tex. c. 6. 2. part. 6.

apprehensio indiuisibilis. Quod quidẽ contingit dupliciter, aut quia apprehensio indiuisibilis est eius, quod est vnum specie, aut eius quod est vnum numero. nnmero quidem indiuisibile est ipsum singulare, quod non potest prædicari de multis. Specie autẽ vnum, est indiuisibile, quod est vnum secundum scientiam, & notitiam. Non. n. in diuersis singularibus est aliqua natura vna numero, quę posset dici species: sed intellectus apprehẽdit vt vnũ id, in quo omnia inferiora conueniunt. Et sic in apprehensione intellectus, species sit indiuisibilis, quę realiter est diuersa in diuersis indiuiduis. Et qa substantia prior est tõne omnibus aliis generibus cum vnũ dicatur his modis ꝓpter rationem vnã, sequitur quòd primum vnum secundũ hos modos, sit unum substantia, quod scilicet est substantialis causa vnius, sicut secundum primos duos modos, primum vnũ erat magnitudo circulariter mota. Deinde cum dicit.

e ¶ Reducit modos vnius supra positos ad vnam rationem, colligendo quæ supra dixerat. Dicit ergo, quòd vnum dicitur quatuor modis. Primo quidem cõtinuum secundum naturam. secundo totum, tertio singulare. quarto vniuersale vt species. & omnia hæc dicuntur vnum per rationem vnam scilicet per hoc, quòd est esse indiuisibile. Nam proprie vnum est ens indiuisibile. Sed in primis duobus dicitur vnum, quia est motus indiuisibilis: in aliis autem duobus, quia est intelligentia, aut ratio indiuisibilis. vt sub hoc etiam comprehendatur apprehensio rei particularis. Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit quomodo vnum prædicetur de his, quæ dicuntur vnum, dicens, quòd oportet intelligere quòd non similiter

d Hæc autem si ratio vna fuerit. talia vero sunt, quorum intellectio vna. Talia autem quorum indiuisibilis. Indiuisibilis uero eius quod indiuisibile specie, aut numero. Numero vero singulare indiuisibile, Specie vero quòd noscibili & scientia. Quare vnum vtique erit primum, ꝙ substantiis causa vni".

e Dicitur quidem igitur vnũ tot modis, continuum natura, & totum, & singulare. & vniuersale. Omnia enim hęc vnũ per indiuisibile esse: horum quidẽ motum, illorum autem intelligentiam, aut rationem.

f Oportet. n. intelligere, quia non similiter sumendum qualia vna dicuntur, & quidem vni esse, & quę ipsius ratio. Dicitur enim vnum tot modis. Et vnũquodq; erit vnum horum, cuicunq; extiterit horum aliquis modorum. Vni autem esse, quãdoque quidẽ horũ alicui inerit, quandoque aũt alij, quod & magis propinquum nomini est. potentia vero illa. Sicut dẽ elemento & causa si oportet dicere in rebus determinantem, & nois terminum reddentem. Est quidem .n. vt elementum ignis. Est autem forsan secundum se & infinitum, aut aliud I aliquid tale. est autem vt non. non. n. idẽ igni, & elemento eẽ, sed vt quidẽ re & natura, ignis elemẽtũ. nomẽ vero significat eo ꝙ accidit ipsi, qa est aliquid ex hoc, vt primo inexistente. Sic & in causa, & in vno, & in talibus oĩbus. Propter quod & vni esse, indiuisibili est esse. Qđ quidem hoc enti & inseparabili, aut loco, aut spẽ, aut mente, aut & toto, & determinato.

K

Quædam autem, quorum vna ratio est. talia uero, quorum intellectio una. talia autem, quorum indiuisibilia. indiuisibilis uero eius est, quod aut specie, aut numero indiuisibile est. Numero igitur indiuisibile est singulare. Specie vero cognoscibili & scĩa. quare vnum vtiq; erit primum, quod substantijs, ut unum sint, causa est.

G

Toties igitur dicitur unum, & quod natura continuum est, & totum, & singulare, & uniuersale. hæc autem omnia unum sunt, eò quòd quorundã motus, quorundam intellectio aut ratio indiuisibilis est.

Oportet autem considerare, quòd non est eodem modo accipiendum, cùm dicatur, quæ unum dicuntur, & quid est uni esse, quæue ratio eius est. Vnum etenim tones dicitur, & unumquodq; eorum, cui aliquis horum modorum insit vnum erit. Esse autem, quandoque quidem alicui horum erit, quandoque vero alteri, quod & magis propinquum nomini est. illa uero, potentia. quemodmodum si de elemento, & causa oporteat dicere, et de ipsis rebus, determinando, & nominis definitionem reddendo. ignis etenim quodam modo quidem est elementum (fortasis uero secundum se etiam ipsum infinitum, aut aliquid aliud tale) quodam modo vero minime est. non enim est idem igni, & elemento esse: sed tanquam res quædam, & natura ignis elementum est. nomen autem significat quòd hoc ei competat, quod ex eo. tanquam ex primo inexistente aliquid sit. ita & de causa, & vno, & cunctis huiusceomodi. Propter quod, vnum esse est indiuisibile esse, ipsum re uera ens & inseparabile, aut loco, aut specie, aut mente, aut toto, atque determinato.

H

sumendum est vnum, cum aliqua res dicitur vna, & cum dicitur quodquidest vnum, quod est ratio vnitatis. Sicut etiam non hoc modo dicitur lignum est album, quia lignum sit hoc ipsum, quod est album, sed quia album accidit ei. hoc autem quod dixerat sic manifestat. Quia vnum dicitur multis modis, vt dictum est, quælibet res dicitur esse vna, ex eo quòd ineest ei aliquis istorum modorum, puta vel continuum, vel totum, vel species, vel singulare. Sed hoc ipsum quòd est vnum, quandoque quidem accipitur secundum quòd ineest alicui dictorum mõrum, puta vt dicam quòd vnum secũdũ quod est continuũ, vnũ est: & similiter de aliis. Quandoque autẽ hoc ipsum, qđ est vnum, attribuitur ei, quod ẽ magis propinquum naturę vnius, sicut indiuisibili, quod tamen secundum se, potestate cõtinet prædictos modos: quia indiuisibile ſm motum, est continuum, & totũ. indiuisibile autem secundum. rationem, est singulare, & vniuersale. et ad hoc subdit exemplum de elemento & causa, quę quidem accipiuntur secundum determinatiões ad res, prout dicimus rem talem esse elementum vel causam, assignando diffinitionem nominis. prout dicimꝰ causam hoc ipsũ quod ẽ esse causam. Quomodo dicimus ꝙ ignis est elementum, aut ſetiam infinitum secundum seꝛideſt hoc ipsum quod est infinitum, quòd Pytagorici ponebant separatum, & elementum omnium, vel aliquid aliud tale, propter ꝙ potest dici elementũ esse: sed quodam modo ignis non est eadem ratio ignis & elementi, sed quantum in re est, & in natura, ignis est elementum. Sed nomen elementi, cum de igne prædicatur, significat aliquid ſ accidisse igni ſ scilicet ꝙ ignis sit ex quo aliquid est, vt ex primo interius existente, quod est ratio elementi. Dicit autem ſ inexistente ſ ad remouendum priuationes. Sicut autem dictum est de elemento, sic est in causa, & vno, & omnibus talibus: quia res, de quibus dicuntur, nõ sunt hoc ipsum quod significant nomina, sicut homo albus, non est hoc ipsum quod significat hoc nomen album. Album enim significat qualitatem. Propter quod, & hoc vnum esse, est indiuisibile esse. Quod quidem competit enti, quod est inseparabile loco, & specie, vel quocunque alio mõ.

Postquam

LECTIO. II.

2 POSTQVAM ostendit Philosophus quot modis vnum dicitur, & quæ sit ratio vnius, ad quam oẽs modi reducuntur scilicet, esse indiuisibile, hic ex hac ratione vnius ostendit quandam eius proprietatem, scilicet esse mensurã. & diuiditur in partes duas. In prima

pte. prima.

ostendit, quomodo vni competit ratio mensurę, & aliis generibus accidentiũ. In secunda vero ostẽdit, quomodo vnum habẽs rationem mẽsurę inueniatur in substantia, ibi: ſ Secundum substãtiam vero & naturã. Circa primum duo facit. Primo, ostendit in quo genere primo inueniatur vnum habens rationem mensurę, & quomodo ex inde ad alia deriuetur secundũ propriã rationem mensurę. Secundo, ponit quomodo deriuetur ad alia secundum quandam similitudinem, ibi: ſ Et scientiam autem rerum metrũ ſ Circa primum duo facit. Primo ostendit vbi primo sit vnũ rationem mensurę habens, & quomodo exinde ad alia fiat deriuatio. Secundo, ponit quædam considerãda circa mensuras, ibi: ſ Non semper autem numero vnum. ſ Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo vnum, quod est mensura, inueniat in quantitate, & ex inde ad alia genera deriuetur. Secundo in qua specie quantitatis est primo, ibi: ſ Et quo primo cognoscitur. ſ Tertio quomodo deriuetur in alias species quantitatis, ibi: ſ Hinc autem & in alijs. ſ Dicit ergo primo, quod cum ratio vnius sit indiuisibile esse, id autem quod est aliquo modo indiuisibile in quolibet genere sit mensura, maxime dicetur in hoc, quod est esse primam mensuram cuiuslibet generis. Et hoc maxime proprie dicitur in quantitate, & inde deriuatur ad alia genera ratio mensurę. Mensura autem nihil aliud est quàm id, quo quantitas rei cognoscitur. Quantitas vero rei cognoscitur per vnum, aut numerum. Per vnum quidem, sicut cum dicimus, vnum stadium, vel vnum pedem. Per numerum autem, sicut dicimus tria stadia, vel tres pedes. Vlterius autem omnis numerus cognoscitur per vnum, eo quòd vnitas aliquoties sumpta quemlibet numerum reddit. Vnde relinquitur ꝙ omnis quantitas cognoscatur per vnum. Addit autem in quantum quantitas, vt hoc referatur ad mensuram quantitatis. Nã proprietates & alia accidentia quantitatis, alio modo cognoscũtur. Deinde cum dicit.

b ¶ Dicit, in qua specie quantitatis primo sit vnum, & mensura. & circa hoc, duo facit, primo. ostendit quod ratio mensurę primo inuenitur in discreta quantitate, quæ est numerus dicens, quòd id quo primo cognoscitur quantitas ſ est ipsum vnum ſ ideſt vnitas, quæ est principium numeri. Nam vnum in alijs speciebus quantitatis non est ipsum vnum, sed aliquid cui accidit vnum, sicut dicimus vnam manum, aut vnam magnitudinem. Vnde sequitur quod ipsum vnum, quod est prima mensura, sit principium numeri secundum quod est numerus. Secundo ibi.

c ¶ Ostendit quomodo deriuetur in alias species quantitatis. & circa hoc duo facit. Primo ostendit ad quas species quantitatis deriuetur dicens, quòd hinc scilicet ex numero & vno, qđ est principium numeri, dicitur mensura in alijs quantitatibus, id scilicet quo primo cognoscitur vnumquodq; eorũ. Et id, quod est mensura cuiuslibet generis quantitatis, dicitur vnum in illo genere. Et hoc exemplificat in tribus generibus scilicet in dimensionibus, quæ sunt scilicet longitudo & latitudo & profunditas: et in ponderibus, in hoc quod dicit, in grauitate: et in moribus, i hoc quod dicit, in velocitate, quod referatur ad mensuram temporis. Et de dimensionibus quidem nulli dubium erat, quin quantitates essent, & quòd proprie eis primo competeret mensurari. Sed de grauitate & velocitate poterat esse dubium. eo quòd magis videtur esse qualitates, quàm quantitates. Et ideo dicit, quomodo pertinent ad genus quãtitatis, & quomodo competat eis mensurari dicens, quòd grauitas & velocitas habent aliquid commune in contrarijs, quia scilicet in vno contrariorũ inuenitur alterum. nam graue ẽ aliquo modo leue, & econuerso: & velox est aliquo modo tardum: vtrunque. n. eorũ est duplex. Sicut graue, vno modo dicitur absolute .s. ꝙ habet inclinationẽ, vt feratur ad medium sine hoc, quòd cõsideretur quatũ habeat de tali inclinatione. & sic nõ pertinet ad genus quatitatis, nec cõpetit ei mẽsurari. Alio modo dicitur graue per cõparationẽ ad aliud, scilicet quòd excedit alterum in inclinatione prædicta, vt scilicet dicamus, quòd terra est grauis in comparatione ad aquam, & plumbum in comparatione ad lignum. Sic igitur ratio huius excessus inuenitur aliqua ratio quantitatis & mensurę. Et similiter velox dicitur dupliciter. Vno modo absolute, scilicet quod habet motum quemcunque. Et alio modo quòd habet excessum motus, & vno modo competit sibi ratio quantitatis & mensurę: alio modo non. Et vt exponat quod dixerat de conditione grauitatis & velocitatis in contrarijs, subdit ꝙ in ipso tardo inuenitur velocitas, inquantum id quod est simpliciter & absolute tardum, per excessum se habet ad tardiora. Et similiter grauitas inuenitur in leui, sicut aer est leuis ad terram, & grauis ad ignem comparatus.

d ¶ Ostendit qualiter a numero deriuetur ratio mensurę ad alia. & primo hoc manifestat simul in dimensionibus & ponderibus. Secundo in velocitate motuum, ibi: ſ Et motu simplici ſ part. seq. Dicit ergo primo, quòd hoc modo deriuatur ratio mensurę a numero ad alias quantitates, quòd sicut vnum, quod est mensura numeri, est indiuisibile, ita in omnibus aliis generibus quantitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantitatis, aliquod vnum indiuisibile est mensura & principiū
Sicut in mensuratione linearum vtuntur homines quasi indiuisibili, {mensura pedali} idest vnius pedis. Vbique enim quæritur pro mensura aliquid indiuisibile, quod est aliquod simplex, vel secundum qualitatem, vel secundum quantitatem. Secundū qualitatem quidem, vt album i coloribº, quod quodammodo est mensura colorum vt dicetur infra. Tex.cō.7. Secundum quantitatē vero, vt vnitas in numero, & mensura pedalis in lineis. Assignat autem rationē, quare mensurā oportet esse aliquid indiuisibile, quia scilicet hoc est certa mensura, a qua non potest aliquid auferri, vel addi. Et ideo vnum est mensura certissima, quia vnū, quod est principium numeri, est omnino indiuisibile, nullamq; additionem, aut subtractionem suscipiēs manet vnum. Tex.cō. 4. part. 5. Sed mensuræ aliorum generū quantitatis imitantur hoc vnum, quod est indiuisibile accipientes aliquid minimum pro mensura secundum quod possibile est. Quia si acciperet aliquid magnum, vtpote stadium in longitudinibus, & talentum in ponderibus, lateret si aliquod modicum subtraheretur vel adderetur, & semper in maiori mensura hoc magis lateret quam in minori. Et ideo, part. 6. omnes accipiūt hoc pro mensura tam in humidis, vt est oleū & vinum: quam in siccis, vt est granum & hordeum, quam in ponderibus & dimensionibus, quæ significantur per graue, & magnitudinē: quod primo inuenitur tale, vt ab eo non possit aliquid auferri sēsibile, vel addi, quod lateat. Et tunc putāt se cognoscere quantitatem rei certitudinaliter, quando cognoscunt per huiusmodi mensuram minimam. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifestat idem in velocitate motuum dicens, quòd etiā motum mensurant homines {motu simplici} idest vniformi, & velocissimo, quod habet minimum de tempore. Et ideo in Astrologia accipiunt tale principium ad mensurandum. Accipiunt enim motum {primi cæli} scilicet motum diurnum, qui est regularis & velocissimus, ad quem iudicant & mensurant omnes alios motus. Et quia ex velocitate & tarditate motuum contingit grauitas & acuitas in sonis, vt determinatur in Musica, subdit exemplum de mensuratione sonorum dicens, quòd in musica prima mensura {diesis est} idest differentia duorum semitonorum. Tonus enim diuiditur in duo semitona inæqualia, vt in musica probatur. Et similiter in voce, mensura est elementum, quia etiam breuitas & longitudo vocis, velocitatem, & tarditatem motus consequitur. Omnes autem istæ mensuræ sunt aliquid vnum, non ita quòd aliqua mensura sit communis

F omnibus, sed quia quælibet mensura in se est aliquid vnum, vt dictum est.

f ¶ Postquam ostendit Philosophus vbi sit primo vnum habens rationem mensuræ, hic determinat quædam circa mensuras considerāda. Et est primum, quòd licet id, quod est mensura, habeat rationē vnius, inquantum accedit ad indiuisibilitatem, non tamen necessarium est vnū numero esse mensurat. Sed aliquando plura sunt mensuranti, sicut in melodiis {sunt duæ dieses}, i. duo semitonia: sed propter paruitatem non discernitur secūdum auditum. Nam sensus non percipit differentiam valde paruorum, sed eorū diferentia percipitur {in rationibus} idest secundum diuersas rationes proportionum, quia ex diuersis proportionibus numeralibus causantur. Similiter etiam voces, quibus etiam mensuramus, plures sunt. Quantitas .n. vnius metri, vel vnius pedis, mensuratur ex diuersis syllabis, quarū aliæ sunt breues, & aliæ longæ. similiter etiam est diameter circuli, vel quadrati, & etiam latus quadrati, & quælibet magnitudo mensuratur duobus. non enim innititur quātitas ignota nisi per duas quantitates notas. Hoc autem dicto concludit epilogando, quæ supra dictam sunt scilicet q vnū est mensura omnium. Cuius ratio est, quia vnum est, ad quod terminatur diuisio. Ea vero, ex quibus est substātia vniuscuiusque, cognoscuntur per diuisionem, siue resolutionem totius in componentia, siue sint partes secundū quātitatem, siue sint partes secundum speciē, K vt materia & forma, & elementa corporum mistorū. Et ideo oportet id, quod est per se vnum, esse indiuisibile, cum sit mensura, qua cognoscitur res, quia quod in singulis est primum in compositionem, & vltimum in resolutionem, est indiuisibile, & per hoc cognoscitur res, vt dictum est. Sed tamen non similiter in omnibus inuenitur indiuisibile, sed quædam sunt omnino indiuisibilia, sicut vnitas, quæ est principium numeri. Quædam vero non sunt omnino indiuisibilia, sed indiuisibilia secundum sensum, secundum quod voluit authoritas instituentium tale aliquid pro mensura, sicut mensura pedalis, quæ quidem indiuisibilis est proportione, sed non natura. nam omne continuum forsan diuisibile est. Dicit autem forsan, propter dubitationem quorundam ponentium magnitudinem compositi ex indiuisibilibus, vel quia magnitudines naturales non diuiduntur in infinitum, sed solæ mathematicæ. est enim inuenire minimam carnem, vt tangitur pri. Physi. Deinde T.x.cō.36 cum dicit.

Ponit

nō esse auferre, aut addere, hoc est certū metrū. Quapter, numerus certissimū. Vnitatem .n. ponunt oīno idiuisibilē. i alijs vero imitātur tale. A stadio .n. & talēto, & semp maiore, latebit vtiq; & additū aliqd & ablatū, magis quàm a minore. Quare a quo primo secūdū sensum non contingit, hoc omnes metrum faciunt, & humidorum, & siccorū, & grauitatis, & magnitudinis. Et tunc putant cognoscere quantum, quando cognoscunt per hoc metrum.

e Et motū simplici motu & velocissimo. paruissimū .n. hoc habet tempus. Quapropter in Astrologia, tale vnū principiū, & metrū. Motū. n. regulare supponunt, & velocissimum eum qui cęli ad quē alios iudicant. Et in musica diesis, quia minimum. Et in voce elementū. Et hæc omnia vnū aliquid, non ita vt cōmune aliquid, quod vnū, sed sicut dictum est.

f Non semper autem numero, vnum metrum, verū aliquādo plura. vt dieses duę quę, nō secūdum auditum, sed in rationibº & voces plures, quibº mensuramus. Et diameter duobus mēsuratur, & latus, & magnitudines oēs. Sic itaq; metrum omnium ϙ vnum, quia cognoscimus ex quibus est substātia, diuidētes aut secundū quantitatē, aut secundum speciē. Et ideo ϙ vnū, indiuisibile, quia ϙ primum singulorū, indiuisibile. Non similiter autē oē indiuisibile. vt pes, & vnitas, sed hoc quidē oīno, illudvero idiuisibile ad sensū voluit, sicut dictū ē iā, nā forsan omne cōtinuum est diuisibile.

dum, aut addendum, illa certa mensura est. Quare numeri certissima est. unitatem etenim ponunt, quæ omnino indiuisibilis est. in cæteris uero imitantur huiusce modi. ex stadio nanque & talento, ac semper a maiore magis profectō latebit, & additum aliquid & demptum, quàm ex minore. Quare a quo primo secundū sensum non contingit, hoc omnes mensuram, & humidorum, & siccorum, & grauis & leuis faciunt: & tunc putant cognoscere quantum, cum per hanc mēsuram sciant.

Ac etiam motum simplici & uelocissimo motu. minimum enim tempus hic habet. Quapropter in Astrologia tale unum principium & mensura est. motum enim æqualem & uelocissimum cæli supponunt, ad quem cæteros iudicant. & in Musica primus sensibilis tonus, quia minimum. & in uoce elementum, & hæc omnia ita unum quiddam, non ut commune quiddam unum, sed ut prædictum est.

Non semper autem mensura numero unum est, uerum aliquando plura. utputa primi sensibilis toni duo, qui non secundum auditum, sed in rationibus sunt. & uoces plures, quibus mensuramus. & diameter duobus mensuratur, & latus, & omnes magnitudines. Sic igitur mensura omnium unū est, quia cognoscimus ex quibus substantia est, aut secundum quantū, aut secundum formam diuidentes. Et propterea, unum indiuisibile est, quia primum singulorum indiuisibile est. non tamen omnia similiter indiuisibilia sunt, ut pes & unitas, sed hoc quidem omnino, illud uero uult indiuisibilia ad sensum, ut iā dictū est. fortassis etenim omne continuū diuisibile ē.

A ¶ Ponit secundum, quod considerandum est circa mensurā dicens, {quod metrum} idest mensura semper debet esse cognatum, scilicet eiusdem naturæ, vel mensurę cum mensurato. Sicut mensura magnitudinum debet esse magnitudo, & non sufficit quòd conueniat in natura communi, sicut omnes magnitudines conueniunt. Sed oportet esse conuenientiam mensuræ ad mensuratum in natura speciali secundum vnūquodq;, sic quod longitudinis sit longitudo mensura, latitudinis latitudo, vox vocis & grauitas grauitatis, & vnitatum vnitas. Sic eni oportet accipere vt absq; calūnia loquamur: sed non quòd numerorum mensura sit numerus. numerus autem non habent rationē mensuræ primæ, sed vnitas. Et si vnitas mensura est ad significandum cō uenietiam inter mēsuram & mensuratū, oportet dicere quòd vnitas sit mensura vnitatum, & non numerorum. Et tamen si rei veritas attendatur, oportebit hoc etiam concedere, ϙ numerus esset mensura numerorū, aut ēt vnitas numerorū similiter acciperet: sed non similiter dignum videtur dicere vnitatem esse mēsuram vnitatum, & numerum numeri, vel vnitatem numeri, propter differentiam, quæ videtur esse inter vnitatem & numerum. Sed ista differentiam obseruare, idem est ac si quis dignum diceret quòd vnitates essent mensuræ vnitatum, sed non vnitas, quia vnitas differt ab vnitatibus vt singulariter prolatum ab his, quæ pluraliter proferuntur. Et similis ratio est de numero ad vnitatem, quia numerus nihil aliud ē quàm pluralitas vnitatum. Vnde nihil aliud est dicere vnitatem esse mensuram numeri, quàm vnitatem esse mensuram vnitatum. Deinde cum dicit.

h ¶ Ostendit qualiter mensura transfertur ad quædam secundum similitudinem dicens, quòd cum dictum sit, quòd mensura est qua quantitas rei cognoscitur, dicemus scientiam esse mensuram rerum scibilium, & sensum rerum sensibilium, quia ipsis aliquid cognoscimus, sensu scilicet sensibilia, & scientia scibilia. Non tamen eodem modo sicut mensura. Nam per mensuram cognoscitur aliquid sicut per principium cognoscendi, per sensum autem & scientiam, sicut per potentiam cognitiuam, aut habitum cognoscitiuum. Sic igitur per hanc similitudinem dicuntur mensuræ, quia secundum rei veritatem magis mensurantur, quàm mensurent. Nō enim quia nos aliquid sentimus, aut scimus, ideo sic est in rerum natura: sed quia sic

Semper autem mensura eiusdem generis est. magnitudinum nanque magnitudo, & secundum unumquodque, longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, uocum uox, grauitatis grauitas, unitas unitatum. ita enim accipere oportet, & non quòd numerorum numerus. At oportet, si similiter. non tamen similiter censet, sed ac si unitatum unitates. & non unitatem censeret esse mensuram. numerus enim unitatum est multitudo.

a Ostquam Philosophus diffinuit cõtrarietatem, hic comparat ipsam ad alia species oppositionis, & circa hoc duo facit. Primo, proponit quod intendit, scilicet quòd contrarietatis principium est oppositio privationis & habitus. Secundo, manifestat quod supposuerat. ibi } Si ergo opponuntur &c. } Circa primum duo facit:

Infra pt. 3.

Primo enim proponit quòd principium contrarietatis est privatio & habitus dicens, quòd prima contrarietas est privatio & habitus, quia scilicet in omni contrarietate privatio & habitus includitur. Sed ne aliquis crederet, quòd idem esset opponi secundum privationem & habitum, & secundum contrarietatẽ subiũgitur, quòd nõ omnis privatio sit cõtrarium, quia privatio, sicut in superioribus habitũ est, multipliciter dicitur. Aliquando enim quoclibet modo, si non habeat quod natum est haberi dicit esse privatio. Sed talis privatio non est contrariũ quia talis privatio non ponit aliquam naturam oppositam habitui, licet supponat subiectum determinatum. Sed privatio dicitur esse contrarium, quæcunque fuerit perfecta privatio. Cum autem privatio secundum id, quod est, nõ recipiat magis & minus, non potest dici perfecta privatio, nisi ratione alicuius naturæ, quæ perfectam distantiã habeat ad habitum. Sicut non omnis privatio albi est contraria albo, sed privatio magis distans ab albo, quã oportet sumi in aliqua natura eiusdem generis, maxime distante ab albo. & secundum hoc dicimus, quòd nigri est contrarium albo. Deinde cum dicit.

b ¶ Secundo ostendit qualiter ab ista prima contrarietate alia contraria deriuẽtur dicens, quòd alia contraria } dicuntur secundum hoc } scilicet secundum privationem & habitum diuersimode. Quædam enim dicuntur contraria, in eo quod habent in se inclusã privationem & habitum, sicut album & nigrum, & calidũ & frigidũ. Alia per hoc quòd actu faciũt privationem & habitũ, sicut sunt calefaciens & infrigidans: Aut per hoc, quòd sunt virtute actiua privationis & habitus, sicut calefactiuũ & infrigidatiuũ. Alia vero per hoc, quòd sunt acceptiones dictorũ, sicut calefieri & infrigidari: Aut p hoc, quòd sunt abiectiones eorũ, sicut corruptio caliditatis & frigiditatis. Et nõ solũ aliqua dicuntur cõtraria p hoc, quòd dicunt dictas habitudines ad prima cõtraria, sed ét per hoc quòd habẽt habitudines eaſdẽ ad cõtraria sequẽtia. Sicut si dicamus q̃ ignis & aqua sunt cõtraria, quia habẽt calidũ & frigidũ, quæ etiã dicebatur contraria per hoc, quòd includunt privationẽ & habitum. Deinde cum dicit.

Infra pt. 2.

c ¶ Manifestat quod supposuerat scilicet quòd prima contrarietas est privatio & habitus, & hoc dupliciter. Primo per syllogismũ. Secundo per inductionem, ibi } Palam autem & per inductionem &c. } Circa primum duo facit. Primo, ostendit quòd contrarietas non est contradictio dicens, quòd cum quatuor modis aliqua alicui opponantur: Vno modo vt contradictio, sicut

Necesse autem & alios terminos esse veros contrariorum. etenim plurimũ differt perfecta differentia. Neque non esse aliquid sumendum extra ea, quæ & genere differunt, & specie, ostensum est enim quòd ad ea, quæ extra genus sunt, non est differentia. horum autem hæc maxima est. Et quæ in eodem genere plurimum differunt, contraria sunt. maxima enim horum differentia est, quæ perfecta est. Et quæ in eodem susceptiuo plurimum differunt, contraria sunt. materia enim eadem contrarijs. Et quæ sub eadem potentia plurimũ differunt, etenim scientia circa vnum eorum genus vna, in quibus perfecta differentia, maxima est.

LECTIO. VI.

Prima vero contrarietas habitus & priuatio est. non tamẽ omnis priuatio (multipliciter enim priuatio dicitur) sed quæcunque perfecta sit.

Cætera vero contraria secundum hæc dicentur, quædam, eo quod habeant: quædam eo quod faciant, aut factiua sint: quædam, eo quod accipiant, abiciant hæc, aut alia contraria.

Si opponuntur itaque contradictio priuatio, contrarietas, & ad aliquid horum autem primum contradictio: contradictionis uero nihil medium est contrariorum autem contingit. patet quòd non idem est contradictio & cõtraria.

Lib. 5. c. de priuatione.

e Totaliter autem si est cõtrarietas differentia: differentia vero duorũ quare & perfecta.

f Necesse autem & alios termi nos esse veros contrariorum. etenim plurimũ differt perfecta differentia. Genere autem differẽtibus nõ est magis extra accipere his, quæ specie. Ostẽsum n. quia ad ea, quæ sunt extra genus, nõ est differentia. horum autẽ hæc maxima. & in eo dẽ genere plurimũ differentia contraria. Maxima nanq; differentia horũ quæ perfecta. Et q̃ in eodẽ susceptiuo plurimũ dif ferentia contraria, eadem .n. est materia contrarijs. Et quæ sub eadẽ potentia plurimũ differentia. Etenim scientia circa vnũ genus, quæ vna in quibus perfecta differentia maxima.

LECTIO. VI.

R Rima vero contrarietas, habitus & priuatio est. sed nõ omnis priuatio (multipliciter enim priuatio) sed quæcunque perfecta fuerit.

b Alia autem contraria secundum hoc dicentur: hęc quidẽ per habere: Alia vero per facere, aut facta esse: alia autẽ per acceptiones esse & abiectiones horũ, aut aliorũ contrariorũ.

c Si ergo opponuntur contradictio, & priuatio, & contrarietas, & ad aliquid: horũ autem primum contradictio. cõtradictionis autẽ nihil est mediũ, contrariorum autẽ contingit: quod quidem non idem cõtradictio & contraria, palam.

sicut sedens non sedenti. Alio modo vt priuatio: sicut cœcus videnti. Tertio modo vt contrarietas, sicut nigrum albo. Quarto modo ad aliquid, sicut filius patri. Inter ista quatuor genera oppositionis primum est contradictio. Cuius ratio est, quia contradictio includitur in omnibus aliis tanquam prius & simplicius. Opposita enim secundum quodcunque oppositionis genus impossibile est simul exístere. Qđ quidem cõtingit ex hoc, quòd alterum oppositorum de sui ratione habet negationem alterius. Sicut de ratione cæci est, quòd sit non videns. Et de ratione nigri quòd non sit album. Et similiter de ratione filii est quòd non sit pater eius, cuius est filius. Manifestum est autem quòd in cõtradictione non est aliquod medium. Necesse est .n. aut affirmare aut negare, vt supra in Quarto manifestum fuit. Contrariorum autem conuenit esse medium. Et sic manifestũ est, quòd cõtrarietas & contradictio non sunt idem.

part. 4.

Tex. cõ. 8.

Tex. cõ. 16. part. 5.

Deinde cum dicit.

part. 6.

d ¶ Ostendit qualiter se habeat priuatio ad contradictionẽ, manifestans qualiter conueniant, & qualiter differant. Dicit ergo, quòd priuatio est quædã contradictio. Dicitur enim priuatio vno modo, quando aliquid non habet quod nullo modo natum est habere. vt si diceremus quòd lapis non habet visum. Alio modo dicitur aliquid priuari, si non habeat quod natum est habere, sicut animal si non habeat visum: et hoc dupliciter. Vno modo qualitercunque non habeat. Alio modo, si non habeat cum aliqua determinatione, puta in tempore determinato, aut aliquo modo determinato, quia priuatio multipliciter dicitur, sicut supra habitum est in Quinto & Nono. Ex his ergo patet, quod priuatio est quædam contradictio. Et quidem, quòd sit contradictio patet ex hoc, quòd aliquid dicitur priuatum ex hoc quòd non habet. Sed quòd non sit contradictio absoluta, sed contradictio quædam, patet ex hoc, quòd contradictio de sui ratione non requirit neque aptitudinem, neque etiam existentiam alicuius subiecti. verificatur enim de ente & de nõ ente quocunque. Dicimus enim, quòd animal non videt & lignum non videt, & quòd non ens non videt. sed priuatio de necessitate requirit aliquod subiectum, & quandoque etiam requirit aptitudinem in subiecto: quod enim est omnino non ens, non dicitur priuatum. Et ideo dicit, quòd priuatio aut est in determinata potentia, scilicet cum aptitudine ad habitum, aut saltem } concepta cum susceptiuo }, ideſt, cum subiecto, licet non habente aptitudinem ad habitum. Sicut, si dicamus vocem inuisibilẽ, aut lapidem rem mortuam. Et ideo contradictio non potest habere mediũ, sed priuatio aliquo modo medium habet. Necesse est enim omne aut æquale, aut non æquale esse, siue sit ens, siue non ens. Sed non necesse est dici de omni, quòd sit æquale, aut inæquale, sed solum hoc necesse est in susceptiuo æqualitatis. Sic igitur oppositio contradictionis omnino est immediata, oppositio uero priuationis est immediata in determinato susceptiuo, non autem est immediata simpliciter. Ex quo patet, quòd contrarietas, quæ nata est habere medium, propinquior est priuationi quam contradictioni. Nondum tamen habetur quòd priuatio sit contrarietas.

Lect. 7. & lib. 2. lect. 1.

e ¶ Restat tertio ostendendum, quod contrarietas sit priuatio. & circa hoc duo facit. Primo ostendit per syllogismum quòd contrarietas sit priuatio hoc modo. Omne illud, ex quo fit generatio, aut est species, siue quicunque habitus speciei, aut est priuatio speciei, siue cuiuscunque formæ. Omne quidẽ dicit, quia est duplex generatio. Generatur enim aliquid simpliciter i genere substantiæ, & secũdum quid in genere accidentium. Generationes enim sunt ex contrariis in materia. Manifestum est ergo, quòd omnis contrarietas est aliqua priuatio. Si .n. alterum extremorũ in qualiber generatione est priuatio, & vtrunque contrariorum est extremum generationis, quia contraria generantur ex invicem, sicut album ex nigro, & nigrum ex albo, necesse est quòd semp alterum contrariorum sit priuatio.

Priu tio uero quædam contradictio est. aut enim quòd omnino impossibile est habere, aut quod, cum natura aptum habere sit, non habeat, priuatum est, aut totaliter, aut modo quodam determinatum. multipliciter enim hoc, ut in aliis diuisum a nobis est, dicimus. quare priuatio quædam contradictio est, aut impossibilitas determinata, siue simul accepta cum susceptiuo. Ideo contradictionis quidem non est medium, sed priuationis alicuius est. omne enim, aut æquale, aut non æquale. æquale uero, aut inæquale non omne, nisi solum in susceptiuo æqualitatis.

Si itaque generationes ipsi materiæ ex contrarijs: fiunt autem aut ex forma, & habitu formæ, aut ex aliqua priuatione speciei & formæ: patet quod omnis quidem contrarietas priuatio est.

Priuatio uero non omnis fortasse contrarietas est. Causa vero est, quia multipliciter priuari contingit quod priuatum est. a quibus enim ultimis transmutationes, hæc contraria sunt.

f Priuatio vero non omnis forsan contrarietas. Causa vero, quia multipliciter contingit priuari priuatum. ex quibus enim permutationes extremis contraria.

Tex. cõ. 15.

f ¶ Ostendit quòd non omnis priuatio est contrarietas, qđ etiam supra dixerat, dicens: Non omnis priuatio est contrarietas. & causa huius est, quia priuatum contingit multipliciter priuari. Quocunque enim modo id, quod natũ est habere aliquam formam, & non habeat illam, dici potest esse priuatum, siue sit in dispositione propinqua ad formam illam, siue remota, sed contrarium est semper in dispositione remota, quia contraria sunt ex quibus fiunt permutationes sicut ex extremis. Vnde supra dictum est, quòd sunt maxime distantia. Aliquid enim priuari dicitur albedine si non sit album, siue sit pallidum, siue quocunque alio colore coloratum. Sed non ideo dicitur esse contrarium, nisi quando est maxime distans ab albo, scilicet quando est nigrum. Vnde manifestum est, quòd non omnis priuatio est contrarietas. Ex hoc etiam apparet, quòd cum priuatio nihil aliud requirat nisi absentiam formæ, supposita tantum habitudine in subiecto, sine hoc quòd determinet aliquam dispositionem in subiecto, per quam subiectum sit propinquum formæ, vel distans ab ea, q̃ priuatio non significat aliquam naturam in subiecto, sed præsupponit subiectũ cum aptitudine. Contrarium vero requirit determinatam dispositionem subiecti, secundum quam maxime differt a forma. Vnde de necessitate aliquam naturam significat in subiecto, quæ est eiusdem generis cum forma absente, sicut nigrum est in genere albi. Considerandum est etiam, quòd est duplex priuatio. Quædam, quæ habet immediatum ordinem ad subiectum formę, sicut tenebra habet immediatum ordinem ad diaphanum, & inter huiusmodi priuationem & formam oppositam est mutua transmutatio: aer enim de lucido fit tenebrosus, & de tenebroso fit lucidus. Quæda aũt priuatio est, quæ non cõparatur ad subiectũ formæ, nisi mediante forma, cũ sit vt quædam corruptio eius, sicut cæcitas est corruptio visus, mors est corruptio vitæ. Et in talibus non est mutua conuersio, sicut supra in nono habitũ est. Cum igitur hic ostenditur contrarietatem esse priuationem ex mutua transmutatione, quæ est in contrarijs, & priuatione, & forma, manifestum est quòd non dicitur ista esse cõtrarietas, quæ est corruptio formæ, sed quæ habet immediatum ordinem ad subiectum formæ. Et sic cessat illa obiectio, quæ ponitur in prædicamentis, quòd a priuatione ad habitum non fit reuersio: contraria autem transmutantur invicem. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

g ¶ Ostendit per inductionem, quòd contrarietas sit priuatio, & hoc dupliciter. Primo, inducendo in singulis contrariis. Secundo, reducendo ad prima contraria, ibi{Sufficit autem &si prima &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit per inductionem, quòd contrarietas sit priuatio dicens, quòd hoc qđ supra ratione syllogistica ostensum est,

Infra pt. 9.

palam est etiam per inductionem. Quia omnis contrarietas inuenit habere priuationẽ alterius contrariorum. semper enim duorum contrariorum vnum est defectiuum respectu

part. 7.

part. 8.

alterius. Sed tamen non in omnibus cõtrariis similiter inuenitur vnum priuatio alterius, vt infra, dicetur. Et ꝙ unum cõtrariorũ sit priuatio alteri⁹ ex hoc apparet, quia inæqualitas est priuatio æqualitatis, & dissimilitudo similitudinis, & malitia virtutis.

Deinde cum dicit: h ¶ Ostendit, quòd diuersimode vnum cõtrariorum est priuatio alterius. hoc enim contingit secũdum diuersam rationem priuationis.

c part. 9. Tex. cõ. 17

Quę quidem diuersitas attenditur dupliciter. Vno modo ex hoc, quòd priuatio potest dici, vel quia solum aliquod priuatum est modo

par. prima.

a quocunque, vel quia est priuatum in aliquo tempore determinato, vel i aliqua parte determinata.

part. 2. Tex. cõ. 17.

in tempore quidem determinato, sicut si sit priuatum in aliqua ætate. In parte autem determinata, sicut si sit priuatum in aliqua parte principali. Aut etiam in omni}, idest in toto. Dicitur enim aliqs insensatus, si in ætate perfecta discretione careat, non autem in puerili ætate. Et similiter aliquis nudus, non si aliqua pars eius non sit tecta, sed si plures, aut principales partes intectæ remaneant. Et propter istam diuersitatem priuationis, quæ in contrarietate includitur, contingit quòd quorundam contrariorum est medium, & quorundam non. inter bonum enim & malum, medium est. est enim aliquis homo neque bonus, neq; malus. Dicitur enim bonus homo secundum virtutem. nam virtus est quæ bonum facit habentem. non autem omnis, qui caret virtute malus est. Nam puer caret virtute, & tamen nõ dicitur malus. Sed si in ætate, in qua debet habere virtutem nõ habeat, malus dicitur. Vel etiam, si aliquis virtute careat quantum ad aliquos actus minimos, & quasi indifferentes ad vitam, non dicitur malus, sed solum, si careat virtute quantum ad actꝰ principales & necessarios ad vitam. Sed par & impar in numeris non habent medium, quia numerus dicitur impar ex hoc, ꝙ quocunque modo caret paritate. Alia vero diuersitas priuationis est, quòd priuatio quædam determinat sibi subiectum, quædam vero non. Dictum est enim suprà, quòd id, quod caret aliquo, etiam si non natum sit habere quandoque dicitur priuatum. Ex hac autem diuersitate priuationis potest contingere in aliquibus contrariis, quòd habeant medium, vel non habeant. sicut si dicamus, quòd cum homo dicatur bonus secundum virtutes politicas, si malum quod includit priuationem boni requirat determinatum subiectum, rusticus qui non participat conuersatione ciuili, nec bonus nec malus est bonitate vel malitia ciuili. Si igitur patet ex prædictis, quòd alterum cõ trariorum dicitur secundũ priuationem.

Deinde cum dicit. i ¶ Ostendit idẽ reducẽdo ad prima cõtraria, dicens quòd sufficit ad ostendendum, ꝙ alterũ cõtrariorum sit priuatio, si hoc inuenitur in primis contrarijs, q̃ sunt genera aliorũ contrariorum, sicut sunt vnũ & multa. Et ꝙ ista sint prima contraria patet ex hoc, ꝙ omnia alia cõtraria reducũtur ad illa. Nam ad vnũ & multa reducunt æquale & inæquale, simile & dissimile, idẽ & diuersum. Differẽtia aũt diuersitas q̃dã est, & cõtrarietas dicia q̃dã, vt s habitũ est. Et sic patet, quòd ois contrarietas reducitur ad vnum & multa. Vnum aũt & multa opponuntur, vt diuisibile & indiuisibile, vt supra habitum est. Et ita relinquitur, quòd omnia contraria priuationem includant.

Lect. 5.

Lect. 4.

LECTIO VII.

Vm autem vni contrarium sit, dubitauerit quis pia, quonam mõ vnũ & multa opponuntur, & æquale magno & paruo.

LEC. VII.

Ostquam Philosophꝰ ostẽdit quid est contrarietas, hic determinat quæstiõ dubitationes circa prędeterminata, & circa hoc duo facit: Primo mouet dubitationes. Secundo prosequitur eas, ibi {Vtrum enim semper in oppositione dicimus &c.} Oritur aũt dubitationes ex hoc, quòd supra dictum est, ꝙ vnum vni contrarium est. Quod quidẽ in duplici oppositione fallere videt. Nam vnũ & multa opponunt, cum tñ & multis opponantur pauca. Sitr aute & æquale videt opponi duobus .s. magno & paruo. Vnde relinquit dubitatio qũo prædicta opponuntur. Si enim opponantur ſm cõtrarietatem videt falsum esse quod dictum est, quòd vnũ vni contrarium est. Deinde cum dicit. b Prosequitur prædictas dubitationes, & primo dubitationem æqualis ad magnum & paruum. Secũdo prosequitur dubitationem de oppositione vnius ad multa: ibi {Similiter autem & de vno & de multis &c.} Circa primum duo facit. Primo disputat quæstionem. Secundo veritatem determinat quęstionis, ibi {Restat igitur aut vt negationem opponi.} Et circa primum duo facit. Primo, obijcit ad ostendendum æquale esse contrariũ magno & paruo. Secundo, obiicit ad oppositum, ibi {Sed accidit vnum &c.} Circa primum tres ponit rationes. In prima quarum duo facit. Primo manifestat quoddam, ex quo ratio ꝓcedit dicens, quòd hac dictione Vtrum, semper vtimur in oppositis. Vt cum quærimus vtrum aliquid sit album, aut nigrum quæ sunt opposita secundum contrarietatem: & vtrum sit album, aut non album, quæ sunt opposita secundum contradictionem. Sed vtrum aliquid sit homo, aut album non dicimus, nisi ex hac suppositione, quòd non possit aliquid esse album & homo. Et sic quærimus vtrum sit album vel homo, sicut

Lect. 6.

Infra pt. 8.

part. 6.

Ipsum enim utrum, semper in oppositione dicimus, ut puta, utrum album, an nigrum: utrum ullum, an non album: utrum uero homo, an album, non dicimus, nisi ex suppositione, & quærentes. ut puta, utrum Cleõ uenit, an Socrates. sed hoc in nullo ge-

parte seq. Tex. cõ. 14.

Hoc autem & per inductionem manifestum est. omnis namque contrarietas habet alterius contrariorum priuationem. verum non omnia similiter. inæqualitas enim æqualitatis, dissimilitudo vero simulitudinis, vitiũ autem virtutis.

Differt autem, ut dictum est. etenim hoc quidem, si solum priuatum sit: hoc uero, si sit, aut quando, aut in aliquo. ut puta in aliqua ætate, aut in principali, aut omnino. Ideo horum quidem est aliquid mediũ, et est nec bonus homo, nec malus: illorum uero non est, sed necesse est esse parem, uel imparem. Præterea, quædam habent subiectum determinatum, quædam non. Quare manifestum est, quod semper alterum contrariorum secundum priuationem dicitur.

Sufficit uero etiam, si prima & genera contrariorum, ut puta unum & multa. cætera enim ad hæc reducuntur.

g Palam autẽ & per inductionem. Omnis enim contrarietas habet priuationẽ alterius contrariorum: sed non similiter omnia. Nam inæqualitas æqualitatis, & dissimilitudo similitudinis & malitia virtutis.

h Differt autem, vt dictum est. Hoc quidem. n. si solum sit priuatũ: hoc aũt si est, aut qñ, aut in quo vt si certa ætate aliqua, aut principali, aut omnino. Quapropter horum quidẽm medium est, sed neque bonus homo, neque malus. Aliorum vero nõ est, sed necesse esse aut parem, aut imparem. Amplꝰ alia quidem hñt subiectum determinatum, alia autem non. Quare palam, quia simper alterum contrariorum dicitur secundum priuationem.

i Sufficit autem & si prima, & genera contrariorum, puta vnum & multa. Alia nanque ad hęc reducuntur.

LECTIO VII.

Voniam autem vnum vni contrarium est, dubitabit aliqs quomodo opponunt vnum & multa, & æquale magno & paruo.

b Vtrum enim semper in oppositione dicimus. vt vtrum album, aut nigrum. & vtrum album, aut nõ album. Vtrũ vero album, aut homo, non dicimꝰ nisi ex suppositione quærentes, vt vtrum uenit Cleõ, aut Socr.

I

part. 3. Tex. cõ. 17.

Dicitur enim aliqs insensatus, si in ætate perfecta discretione careat, non autem in puerili ætate. Et similiter aliquis nudus, non si aliqua pars eius non sit tecta, sed si plures, aut principales partes intectæ remaneant. Et propter istam diuersitatem priuationis, quæ in contrarietate includitur, contingit quòd quorundam contrariorum est medium, & quorundam non. inter bonum enim & malum, medium est. est enim aliquis homo neque bonus, neq; malus. Dicitur enim bonus homo secundum virtutem. nam K virtus est quæ bonum facit habentem. non autem omnis, qui caret virtute malus est. Nam puer caret virtute, & tamen nõ dicitur malus. Sed si in ætate, in qua debet habere virtutem nõ habeat, malus dicitur. Vel etiam, si aliquis virtute careat quantum ad aliquos actus minimos, & quasi indifferentes ad vitam, non dicitur malus, sed solum, si careat virtute quantum ad actꝰ principales & necessarios ad vitam. Sed par & impar in numeris non habent medium, quia numerus dicitur impar ex hoc, ꝙ quocunque modo caret paritate. Alia vero diuersitas priuationis est, quòd priuatio quædam determinat sibi subiectum, quædam vero non. Dictum est enim suprà, quòd id, quod careat aliquo, etiam si non natum sit habere quandoque dicitur priuatum. Ex hac autem diuersitate priuationis potest contingere in aliquibus contrariis, quòd habeant medium, vel non habeant. sicut si dicamus, quòd cum homo dicatur bonus secun

Lect. seq.

Infra pt. 8.

cur quærimus vtrum veniat Cleon, aut Socr. supponẽtes quòd non ambo simul veniant. Sed hic modus quærendi in his, quæ non sunt opposita, in nullo genere est, secundum necessitatem, sed solum secundum suppositionem. Et hoc ideo, quia hæc dictione vtrum, vtimur solum in oppositis ex necessitate: in aliis autem ex suppositione tantum, quia sola opposita ex natura non contingit simul existere. Et hoc .s. si non simul sit verum vtrunq;, quo vtitur qui quærit, vtrum veniat. Soc. aut Cleon: quia si contingeret eos simul venire, derisoria esset interrogatio. Et si ita est, ꝙ simul non contingat eos venire, incidet prędicta quæstio i oppositione, quæ est inter vnũ & multa. Oportet enim quærere de Socrat. & Cleone, vtrum ambo veniant, vel alter tantum, quæ quidem quæstio è secundũ oppositionem vnius ad multa. Et supposito quòd alter veniat, tunc demum habet locũ quęstio: vtrum veniat Socrates, aut Cleon.

pt. 3.

Pone. 4.

Tex. cõ. 19. parte. 5.

c ¶ Ex propõue iam manifestata argumẽtatur hoc modo. hac particula: Vtrum in terrogantes, in oppositis semper vtimur vt supra dictum est: sed vtimur hac particula in æquali, magno, & paruo. Quærimus .n. vtrum hoc illo sit maius, aut minus, aut æquale. Est ergo aliqua oppositio æqualis ad magnum & paruũ. Sed nõ potest dici, quòd alterum horũ sit contrarium magno vel paruo, quia nulla ratio est, quare magis sit contrarium magno quam paruo. Nec ite rũ ſm prædicta videtur, ꝙ ambobus sit cõtrariũ, quia vnũ vni ẽ cõtrariũ sc̃am rationẽ ponit ibi.

Pone. 6.

Pone. 7.

d ¶ Quæ talis est. Æquale est contrarium inæquali. Sed inæquale significat aliquid inesse ambobus .s. magno & paruo, ergo æquale est cõtrariũ ambob⁹. Tertia rõnem ponit ibi.

Pone. 9.

e ¶ Quæ procedit ex opinione Pythagoræ, qui attribuebat in æqualitatem & alteritatem dualitatibus & numero pari, identitatem vero numero impari. Et est ratio talis. Æquale opponitur inæquali: sed inæquale competit dualitatibus. Ergo æquale est contrarium duobus. Deinde cum dicit.

f ¶ Objicit in oppositum duabus rationibus, quarum prima talis est. Magnum & paruum sunt duo: si igitur æquale est contrariũ magno & paruo, vnum est contrariũ duobus. Quod quidẽ est ꝑpossibile, vt supra ostẽsum est. Sed̃am rationẽ ponit ibi.

.cõ. 14

g ¶ Quæ talis est. Non est contrarietas medij ad extrema.

A quod quidem & secundum sensum apparet, & ex diffinitione contrarietatis manifestatur, quia contrarietas perfecta est distãtia. Quod aũt est medium duorum aliquorum, nõ est perfecte distans ab altero eorum, quia extrema magis differunt abinuicem quàm a medio. Et sic relinquitur, quòd contrarietas non ẽ mediorum ad extrema: sed magis contrarietas eorũ, quę habent inter se aliquod mediũ. Æquale aũte videtur esse mediũ magni & parui. Non igitur æquale est contrarium magno & paruo. Deinde cum dicit.

h ¶ Determinat veritatem quæstionis, & circa hoc tria facit. Primo ostendit æquale opponi magno & paruo, alio modo ꝙ ſm contrarietatem, cõcludens hoc ex rationibus supra positis ad vtrunq; partẽ. Nam primæ rationes ostenderunt ꝙ æquale opponitur magno & paruo. Secũdę aũt ꝙ non est contrariũ eis. Restat igitur ꝙ opponatur eis alio modo oppositionis. Et remota ratione oppositionis, ſm quam æquale dicitur ad inæquale, non ad magnum & parvum, restat, ꝙ æquale opponatur magno & paruo, aut sicut negatio eorũ, aut sicut priuatio. Et ꝙ altero istorũ modorũ opponat vtriq; eorũ, & non alteri tantũ, ostẽdit dupliciter. Primo quidẽ, quia nõ est ratio, quare æquale sit magis negatio aut priuatio magni, q̃ parui, aut econuerso. vnde oportet ꝙ sit negatio aut priuatio amborum. Itẽ ostẽdit hoc p signũ. Quia enim æquale opponitur vtriq; pp hoc vtimur hac particula: Vtrũ, interrogãtes de æquali ꝓ cõparationem ad ambo, & non ad alterum tantũ. Non .n. quærim⁹: vtrũ hoc illo sit maius, vel æquale, aut æquale vel minus, sed semper ponimus tria scilicet: vtrũ sit maius, aut minus aut æquale. Secundo ibi.

B

pt. 3.

nere necesse est. Verum hoc quo ꝙ illinc aduenit. sola nãque oppositа nõ contingunt simul esse, quo & hic vtitur, in eo quod est uter uenit. nam, si simul contingeret, ridicula esset in terrogatio. quod si etiam ita, similiter etiam in oppositionem cadit, ad unũ, aut multa. ut puta: utrum ambo uenerunt, an alter.

Si itaque ipsius vtrum quæstio sem per in oppositis sit: dicitur autem utrũ maius, an minus, an æquale: quæ nam æqualis ad hæc oppositio est? Nec alteri soli contrarium, nec ambobus est. cur enim magis maiori, quam minori?

C

Præterea inæquali æquale contrarium. quare in pluribus quàm uno erit. quod si inæquale idem ambobus simul significat, erit quidem ambobus oppositum.

Et dubitatio inuat illos, qui dicunt inæquale dualitatem esse.

Verum accidit unum duobus contrarium esse: quod impossibile est.

Item, æquale quidem medium magni & parui videtur. contrarietas uero neque media videtur. neque ex definitione possibile est. non enim esset perfecta, si alicuius media esset, sed magis semper aliquid suipsius mediũ habet.

D

Restat itaque, aut vt negationem opponi, aut vt priuationem. Alterius igitur non cõtingit (cur enim magis magni quàm parui?) amborum ergo priuatiua negatio. ideo ipsum utrum ad ambo, non ad alterum solum dicitur. ut puta, vtrum maius an æquale, vel utrum æquale an minus, sed tria semper.

Non autem priuatio necessario. etenim non omne, quod non maius, aut minus, æquale est, sed in quibus apta natura sunt illa esse. Est igitur æquale, quod, cum nec magnum,

E

i ¶ Ostendit determinate, quo genere opponatur æquale magno & paruo dicens, quòd hæc particula non, quæ includitur in ratione æqualis, cum dicimus æquale esse quod nec est maius, neque minus, non est negatio simpliciter, sed ex necessitate est priuatio. Negatio enim absolute, de quolibet dicitur, cui non inest sua oppositа affirmatio. quod non accidit in proposito. Non enim esse dicimus æquale omne id, quod non est maius, aut minus, sed solum hoc dicimus in illis, in quibus aptum natum est esse maius, aut minus. Hæc est igitur ratio æqualis, quòd æquale est quod nec magnum, nec paruũ est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aptum tamen natum est esse, aut magnum, aut paruum, sicut aliæ priuationes diffiniuntur. Et ita manifestum est q̃ æquale opponitur ambobus scilicet magno & paruo, vt negatio priuativa. Tertio concludendo ibi.

parte.10.

k ¶ Ostédit q̃ æquale est medium magni & parui, & circa hoc duo facit. Primo concludit ex dictis propositum. Cum enim dictum sit, q̃ æquale est quod nec magnũ, nec paruum est, aptũ tamen natum est esse aut hoc, aut illud, quod autem hoc modo se habet ad contraria, medium est inter ea: sicut quod nec malum, nec bonum est, opponitur ambobus, & est medium inter bonũ & malum. Vnde sequitur q̃ æquale sit medium inter magnum & paruum. Sed hæc est differentia inter vtrũque, quia quod nec magnum, nec paruum est, est nominatum: Dicitur enim æquale. Sed quod nec bonum nec malum est, innominatũ est. Et ratio huius est, qa quandoque ambę priuationes duorum cõtrariorum cadunt super aliquid vnum de terminatum, & tunc est vnum tantum medium, & potest de facili nominari sicut æquale. Ex eo enim est aliquid nec maius nec minus, q̃ habet vnam & candę quantitatem. Sed quandoque illud, super qđ cadunt duæ priuationes contrariorum, dicitur multipliciter, & non est vnum tantum susceptiuũ vtriusque priuationis cõiunctæ, & tunc non habet vnum nomen, sed vel omnino remanet innominatum, sicut quod nec bonũ, nec malum est. quod multipliciter contingit, vel habet diuersa nomina. Sicut hoc quod dicimus q̃ neque album, neque nigrum est. hoc enim non est aliquid vnũ. Sed sunt quidam colores indeterminati, in quib⁹ predicta negatio priuativa dicitur. necesse est enim q̃ id, quod neq; est album, nec nigrum, aut esse pallidum, aut croceum, aut aliquid tale. Deinde cum dicit.

Tc.cõ.20. par. prima.

part. 2.

part. 11.

neque paruum, aptum natum magnum & paruum esse: & opponitur ambobus, vt negatio priuatiua.

k Quapropter & medium est. & quod neque malum, neque bonum opponitur ambobus, sed innominatum. Multipliciter enim dicitur vtrunque, & non est vnum susceptiuum, sed magis quod neque album. neque nigrum. Vnum vero non hoc dicitur, sed determinati coloris. in quibus dicitur priuatiue negatio hęc. Nam necesse aut pallidum, aut rubeũ esse. aut tale aliquid aliud.

l ¶ Excludit q̃dam prædicta quorũdam irrisionem de hoc q̃ id qđ nec bonum, nec malum est, ponitur medium inter bonum & malum. Dicebant enim, q̃ pari ratione posset assignari medium inter quæcunque. Dicit ergo, quòd cum dictum sit, quòd oportet esse aliquod susceptiuum, quod natum est esse vtrumlibet extremorum in his, in quibus medium prædicto modo assignatur per abnegationem vtriusque, manifestum est quòd non recte increpant in assignatione huiusmodi medii illi, qui opinantur sequi: quod similiter posset dici in omnibus, puta quòd calcei & manus sit medium, quòd nec calceus, nec manus est, quia quod nec bonum nec malum est, medium est boni & mali, quod propter hunc modum quorumlibet sit futurum aliquod medium. Sed hoc nõ est necesse accidere, quia ista coniunctio negationum, quæ perficit medium, est oppositorum, quæ habent aliquod medium, & quę sunt in vna distãtia, quasi vnius generis extrema &c. Sed aliorum, de quib⁹ ipsi inducunt, sicut calcei & manus, non est talis differentia quòd sint in vna distantia, quia sunt in alio genere, quorum negationes simul accipiũtur. Vnde non est aliquid vnum, quod subiiciatur huiusmodi negationibus. & sic inter talia non est accipere medium.

part. 1.

part. 11.

nec paruum sit, natura tamen aptum est magnum, aut paruum esse, & ambobus, tamquam priuatiua negatio opponitur.

Ideo & medium est. & quod nec bonum, nec malum est, ambobus opponitur, verum innominatũ est. multipliciter nanque vtrunque dicitur, et susceptiuum non est vnum: sed magis, quod nec album, neque nigrum. neque tamen hoc dicitur vnum, sed determinati quodammodo colores sunt, de quibus priuatiue hæc negatio dicitur, necesse est enim, aut fuscum, aut pallidum, aut huiusmodi aliquid aliud determinatum esse.

Quare non recte reprehendunt, qui similiter putant omnia dici. vt calcei & manus medium sit, quod neque calceus, neque manus est: quandoquidem & quod nec bonum, nec malum est boni & mali, ac si omnium esset aliquod medium. Verum non est necesse, vt hoc accidat. etenim hæc negatio simul oppositorum est, et quorum aliquod medium, ac aliqua distantia natura apta est esse. illorum autem nõ est differentia. in alio enim genere ea sunt, quorum simul erant negationes. quare quod subiicitur, non est vnum.

Infra pt. 4.

LECTIO VIII.

Similiter autem & de vno & de multis dubitabit vtiq; aliquis. Nam, si multa simpliciter vni opponuntur, accidũt quædam impossibilia.

LECT. VIII.

Similiter autem de vno & multis quispiam dubitare posit. Etenim, si multa vni simpliciter opponuntur, accidunt quædam impossibilia.

Tc.cõ.20. par. prima.

b Nam vnum paucum, aut pauca erit. nam multa paucis opponuntur. Amplius ipsa duo sunt multa (si duplex multiplex) dicitur autem multiplex secundum duo: quare vnũ paucum. Ad quid. n. sunt multa ipsa duo nisi ad unum & paucũ? nihil enim est minus.

Vnum etenim paucum, aut pauca erit. multa etenim paucis opponũtur. Præterea duo sunt multa (siquidem duplex multiplex) dicitur autẽ duplum a duobus: quare ipsum vnũ paucum erit, ad quid enim ipsa duo dicerentur multa, nisi ad unum & paucum? nihil namque est minus.

1. pr. q. xi.

pauca. Et hoc duabus rationibus, quarum prima talis est. Multa opponuntur paucis: si igitur multa opponuntur vni simpliciter sine distinctione, cum vnum vni sit contrarium, sequitur q̃ vnum sit paucum vel pauca. Secunda ratio talis est. Duo sunt multa. Quod probatur ex hoc, quòd duplex est multiplex. sed multa opponuntur paucis. Ergo duo opponuntur aliquib⁹ paucis. Sed duo non possunt esse multa ad aliquid paucum, nisi ad vnum. nihil enim minus est duobus, nisi vnum. Sequitur igitur quòd vnum sit paucum.

Ostendit hoc esse impossibile, scilicet quòd vnum sit paucũ. Ita enim se habent vnum & paucum ad pluralitatem, sicut productum & breue ad longitudinem. vtraque enim vtriusque propriæ passiones sunt. Sed omne breue est longitudo quædam: ergo omne paucum est pluralitas quædam. Si ergo vnum est paucum, quod necesse videtur dicere, si duo sunt multa, sequitur q̃ vnum sit: quædam pluralitas. Et ita vnũ erit non solum multum, sed etiam multa. Nam omne multum est etiam multa, nisi forte hoc differat in humidis facile diuisibilibus, vt sunt aqua, oleum, aer, & huiusmodi, quæ nominat hic continua bene terminabilia.

parte.4.

Nam humidum est quod bene terminatur termino alieno, In talibus enim etiã aliquid continuũ dicitur multum, sicut multa aqua, vel multus aer: quia propter facilitatẽ diuisionis sunt propinqua multitudini. Sed, cum horum aliquid sit continuum, ita dicitur esse multum singulariter, quòd nõ dicitur esse multa pluraliter. sed in aliis non dicimus multũ, nisi quãdo sunt diuisa actu. non enim si lignum sit continuum, dicimus quòd sit multũ, sed magnum. Diuisione autem actu adueniente non solum dicimus quòd sit multum, sed quòd etiam sit multa. In aliis igitur non differt dicere multũ & multa, sed solum in cõtinuo bene terminabili. Si igitur vnum sit multũ, sequitur q̃ sit multa: quod est impossibile. Deinde cum dicit.

parte.5.

Tertia pt. 7.

Pars. 6.

d ¶ Soluit propositã dubitationem. & circa hoc duo facit. Primo ostendit, q̃ multum nõ eodem modo opponitur vni & paucum. Secundo ostendit qualiter multum opponitur vni, ibi { Opponitur itaque vnum multis &c. } Circa primum duo facit. Primo soluit propositam dubitationem. Secundo ex dictis excludit quendam errorem, ibi { Quapropter nec recte &c. } Duo autem superius in obiiciendo tetigerat. ex quibus impossibile hoc sequi videbatur scilicet, quòd multum sit multa, & quòd multa opponantur paucis. Primo ergo manifestat primum dicens, quòd forsan in quibusdam multa dicuntur indifferenter, sicut & multum. Sed in quibusdam multum & multa accipiuntur ve aliquid differens, scilicet in continuo bene terminabili, sicut de vna aqua continua dicimus quod est aqua multa, & non quòd sunt aquæ multæ. Sed in his, quæ sunt diuisa actu, quæcunque sint illa, in his indifferenter dicitur & multum & multa.

c Amplius, sit vt in longitudine productum & breue, sic in multitudine multum & paucũ: & quodcunque fuerit multũ, & multa. & multa & multum. si non aliquid differat forte in cõtinuo bene terminabili, paucum multitudo quædam erit. Quare vnum multitudo quædã est, siquidẽ est & paucũ. hoc aũt necesse, & si duo sunt multa.

d Sed forsan multa dicuntur quidem, vt & multum, sed vt differens: velut aqua est multum multa autem non. sed quęcunque diuisa in his dicuntur.

e Vno quidem modo, si fuerit multitudo habens excedentiã, aut simpliciter, aut ad aliquid: & paucum similiter, multitudo defectum habens. hoc autẽ vt num rus. quod & opponitur vni solum. ita. n. dicimus vnũ, aut multa: vt si quis dicat vnũ, & pluraliter vna, vt album & alba, & mensurata ad metrum. i. mensura & mensurabile. Sic & multiplicia dicuntur. Multa. n. vnusquisq; numerus, quia vnũ & quia mensurabile vno vnusquisq; & vt qđ opponitur vni, nõ pauco. Sic igitur sunt multa & ipsa duo: vt autẽ multitudo habẽs excedentiam, aut ad aliquid, aut simpliciter, nõ sunt, sed primum pauca simpliciter ipsa duo. Multitudo enim est quòd defectum habens prima.

f Quapropter non recte dixit Anaxagoras, cum dixisset, qa simul oẽs res erãt infinitę & multitudine & paruitate. Oportebat aũt dicere & paruitate pro & paucitate. nõ. n. infinitę: qm̃ paucum, non pp vnum, vt qdã dicunt, sed propter duo.

Prima vero pluralitas habens defectũ est dualitas. vnde dualitas est prima paucitas. Deinde cum dicit.

f ¶ Excludit secundum prædicta quendam errorem. Sciendum est enim, quòd Anaxagoras posuit generationem rerum fieri p extractionem. Vnde posuit a principio omnia existere simul in quodam misto, sed intellectus incœpit segregare ab illo misto singulas res. & hæc est rerum generatio. Et quia generatio secũdum eum est in infinitum, ideo posuit quòd res in illo misto existentes infinitatem habebant. Dixit igitur, quòd ante distinctionem rerum omnes res essent simul, infinitæ quidem & pluralitate & paruitate. Et quòd quidem infinitum in paruitate & pluralitate posuit, recte dictum est, quia in quantitatibus continuis inuenitur infinitum per diuisionem quam quidem infinitatem significauit per paruitatem. In quantitatibus autem discretis, inuenitur infinitum per additionem, quam quidem signi-

A spectum ad aliquid. Simpliciter quidem, sicut dicimus aliqua esse multa, eo quòd excedunt pluralitatem, quæ solet communiter in rebus sui generis reperiri: vt si dicamus multam pluuiã, quando vltra communem cursum pluit. Per respectum autem ad aliquid, vt dicamus decem homines multos in comparatione ad tres. Et similiter paucum dicitur ẽ pluralitas habens defectum. i. deficiens a pluralitate excedente. Alio modo dicitur multum absolute, sicut numerus dicitur quædam multitudo. & sic multum opponitur tantum vni, non autem pauco. Nam multa secũdum hanc significationẽ sunt quasi plurale eius, quod dicitur vnum, vt ita dicamus vnum & multa, ac si diceremus vnũ & vna pluraliter, sicut dicimus album & alba, & sicut mensurata dicũtur ad mẽsurabile. nam multa mensurãtur per vnũ, vt infra dicetur. Et secundum hanc significationem, a multis dicuntur multiplicia. Manifestũ est enim, quòd secundum quę libet numerum dicitur aliquid multiplicia citer, sicut a binario, duplum: & a ternario, triplum, & sic de aliis. Vnusquisque enim numer⁹ est multa hoc modo, quia refertur ad vnum, & qa quodlibet mensurabile est vno. Et hoc secundum quod multa opponuntur vni, non autem secundũ quod opponũtur pauco. vnde & ipsa duo, quæ sunt numerus quidam, sunt multa secũdum quòd multa opponuntur uni. Sed secundum quòd multa significant pluralitatem excedẽtem, duo non sunt multa, sed sũt pauca. nihil enim est paucius duobus, quia vnum non est paucum, vt supra probatum est. Paucitas enim est pluralitas habens defectum.

Tex.cõ. 21.

B *Præterea, si vt in longitudine longum & breue, ita in multitudine multum & paucum, & quodcunque sit multum & multa, & rursus quæ multa etiam multum. nisi ergo in continuo facile terminabili differat, quod paucum est, quædam multitudo erit. quare ipsum vnũ multitudo quædam est, siquidem & paucum. hoc uero esse est, si ipsa duo multa sunt.*

C *Verum fortasse multa dicuntur quidem, sicuti & multum, sed vt differens: veluti aqua multum, multa vero minime. sed quæcunque diuisibilia sunt in his dicuntur.*

Vno quidem modo, si qua multitudo sit, excessum aut simpliciter, aut ad aliquid habens: paucumque similiter, multitudo defectum habẽs. alio vero, vt numerus, qui solum vni opponitur. ita enim dicimus vnum, aut multa, quemadmodum si quis dicat vnum & ipsa vna, aut album & ipsa alba, & mensurata ad mensuram & mensuratum. sic & multiplicia dicuntur. multa nanq; vnusquisq; uno numerus, quia vnius, & quia vnusquisque mensurabilis, & tanquam vni, non pauco oppositus. Hoc itaque modo multa sunt & ipsa duo: tamquam uero multitudo, aut ad aliquid aut simpliciter excessum habens nõ sunt, sed prima. simpliciter vero sunt pauca ipsa duo: multitudo namque est prima defectum habens.

D

Quare, non recte fuerit dicens Anaxagoras, quòd simul cuncta res erant, multitudine & paruitate infinita. oportebat namque pro paruitate dicere, & paucitate. non enim infinita, cum paucum non propter vnum, vt quidam aiunt, sed propter duo.

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

significauit per pluralitatem. Cum igitur hic recte dixisset, F ter pluralitas vel multitudo, secundum quod significat entia diuisa, non determinatur ad aliquod genus. Secundum autem quod significat aliquid mensuratū, determinatur ad genus quātitatis, cuius species est numerus. Et ideo dicit, quòd numerus est pluralitas mensurata vno, & quòd pluralitas est quasi genus numeri. Et non dicit quòd sit simpliciter genus, qa sicut ens, genus non est, proprie loquendo, ita nec vnum, quod conuertitur cum ente, nec pluralitas ei opposita: sed est quasi genus, quia habet aliquid de ratione generis, inquantum est communis. Sic igitur accipiendo vnū, quod est principium numeri, & habet rationem mensuræ, & numerū, qui est species quantitatis, & ē multitudo mensurata vno: opponuntur vnum & multa, non vt contraria, vt supra dictum est de vno, quod conuertitur cū ente, & de pluralitate sibi opposita, sed opponūtur sicut aliqua eorum, que sunt ad aliquid, quorum scilicet vnum dicitur relatiue, quia alterū refertur ad ipsum. Sic igitur opponitur vnum & numerus, inquantum vnum ē mensura, & numerus est mensurabilis. Et quia talis est natura horū relatiuorū, quòd vnum potest esse siue altero, sed nō econuerso, ideo hoc inuenitur in vno & numero, quia si est numerus, oportet q̄ sit vnum. sed non oportet quòd vbicunque est vnum, quòd sit numerus: quia si est aliquid indiuisibile vt punctus, ibi est vnum, & non numerus. In alijs vero relatiuis, quorum utrunque secundum se dicitur ad aliquid, neutrum est sine reliquo. Non enim est sine seruo dominus, nec seruus sine domino.

Opponuntur autem vnum & multa, quæ in numeris, ut mensura mensurato: hæc uero, ut ea, quæ ad aliquid, quæcunque eorum, quæ ad aliquid non secundum se, distinctum autem a nobis in alijs est, quòd ea, quæ ad aliquid, dupliciter dicuntur. quædam ut contraria, quædam ut scientia ad scibile, eò quòd aliquid aliud dicatur ipsum.

Vnum uero aliquo minus esse, ut puta duobus nihil prohibet. non enim si minus est, etiam paucum est. Multitudo autem quasi genus numeri est. numerus etenim, est multitudo, uno mensurabilis. Et quodam modo unū & numerus opponuntur, non ut contraria. sed quemadmodum dictum est ut quædam eorum, quæ ad aliquid. quatenus enim hoc quidem mensura, illud uero mensurabile, eatenus opponuntur. Ideo non omne, quod unum sit, numerus est. ut puta, si quid indiuisibile sit.

Cum autem similiter dicatur scientia ad scibile, non similiter assignatur. uideri nanque possit scientia quidem mensura esse, scibile uero quod mensuratur. accidit autem omnem quidē scientiam scibile esse, scibile non omne scientiam esse, eò quòd modo quodam scientia scibili mensuratur.

Multitudo autem neque pauco cōtraria est, sed huic multum, tanquam excedens multitudo excessæ multitudini, nec uni omnino, sed hoc quidem,

Tex.cō.21. part.7.

g Opponitur itaq; vnum multis, vt metrum mēsurabili: hoc autē vt q̄ ad aliquid, quæcunq; nō secundum se eorum, quæ ad aliquid. Diuisum est autē a nobis in alijs, quia dupliciter dicuntur quæ ad aliquid. Alia nāque vt contraria, alia vt scientia ad scibile: quia dicitur aliquid aliud ad ipsum.

part. 8.

h Vnum vero, esse min⁹ aliquo puta duobus, nihil prohibet. non .n. si minus, & paucum. Multitudo autē quasi genus est numeri. est .n. numerus multitudo vno mēsurabilis. Et opponuntur aliqualiter vnum & numerus, non vt contrarium, sed sicut dictum est, eorum, quæ ad aliquid quædam. Inquantum .n. metrum, hoc autem mensurabile, sic opponuntur. Quapropter, non omne quodcunque fuerit vnum, numerus est, puta si quid indiuisibile est.

part. 9.

i Similiter autē dicta scientia ad scibile, nō similiter assignatur. Videbitur enim vtiq; scientia ad metrum esse, scibile vero quod mensuratur. Accidit autem scientiā quidem omnē scibile esse, scibile vero non esse scientiam, quia modo quodā scientia mensuratur scibili.

Tex.cō.20. part.10.

k Pluralitas aūt nec pauco est cōtraria, sed huic quidē multū sicut excedēs multitudo excessę multitudini. Neque ipsi vni

Quinto dictum est, quòd dupliciter dicuntur aliqua esse ad aliquid. Quædam nanque referuntur adinuicem ex æquo, sicut dominus & seruus, pater & filius, magnū & paruum. & hæc dicit esse ad aliquid vt contraria: & sunt ad aliquid secundum seipsa, quia vtrunque eorum hoc ipsum qđ est, ad alterum dicitur. Alia vero sunt ad aliquid, non ex æquo, sed vnum eorum dicitur ad aliquid, non quòd ipsum referatur, sed quia aliquid refertur ad ipsum, sicut in scientia & scibili cōtingit. Scibile enim dicitur relatiue, non quia ipsum refertur ad scientiam, sed quia scientia refertur ad ipsum. Et sic patet, quod huiusmodi non sunt relatiua secundum se, quia scibile non hoc ipsum quod est, ad alterum dicitur, sed magis aliud dicitur ad ipsum.

h ¶ Manifestat qualiter vnum opponitur multis, vt mensurabili. Et quia de ratione mensuræ est, quòd sit minimum aliquo modo, ideo primo dicitur, quòd vnum est minus multis, & etiā duobus, licet non sit paucum, non enim sequitur, si aliquid sit minus, quòd sit paucum, licet de ratione pauci sit quòd sit minus, quia omnis paucitas pluralitas quædam est. Sciendum vero est, quòd pluralitas, siue multitudo absoluta, quæ opponitur vni quod conuertitur cum ente, est quasi genus numeri, quia numerus nihil aliud est, quām pluralitas & multitudo mensurabilis vno. Sic igitur vnum secundum quòd simpliciter dicitur ens indiuisibile, conuertitur cum ente: secundum autem quòd accipit rationem mensuræ, sic determinatur ad aliquod genus quantitatis, in qua proprie inuenitur ratio mensuræ. Et simili

i Manifestat similitudinem relationis scibilis ad scientiam: & vnius ad multa dicens, quòd cum scientia similiter secundū rei veritatem dicatur ad scibile, sicut numerus ad vnum, non similiter assignatur a quibusdam, quia videtur quibusdam, sicut Pythagoricis, sicut supra dictum est, quòd scientia sit mensura & scibile mensuratum. Sed contrarium apparet. Dictum est enim, quod si est vnum, quod est mensura, non est necesse numerum esse, qui est mensuratum, sed econuerso. videmus autem, quòd si est scientia, oportet scibile esse. Non autem oportet si est aliquid scibile, quòd sit eius scientia. vnde appareret quòd magis scibile est sicut mensura, & scientia sicut mensuratum. Quodam enim modo mensuratur scibili scientia, sicut numerus vno. Ex hoc enim vera scientia rei habetur, quòd intellectus apprehendit rem sicuti est. Deinde cum dicit.

Tex.cō.5.

k ¶ Ostendit quòd pluralitas vel multitudo absoluta, non opponitur pauco dicens: Dictum est, quòd pluralitas secundum quod est mensurata, opponitur vni vt mensuræ, sed non est cōtraria pauco. Sed pauco, quod significat pluralitatem excessam opponitur multū, quod significat pluralitatē excedentē. Similiter etiā pluralitas, nō vno modo opponitur vni, sed dupliciter.

Vno

Vno modo, sicut supra dictum est, opponitur ei vt diuisibile in diuisibili. Et hoc si accipiatur communiter vnum, quod conuertitur cum ente, & pluralitas ei correspondens. Alio modo opponitur pluralitas vni, vt ad aliquid, sicut scientia ad scibile Et hoc dico si accipiatur pluralitas quæ est numerus, & vnum, quod habet rationē mensuræ, & est principium numeri.

A

quæ sunt in diuersis generibus, non fit transmutatio in inuicem nisi per accidens, sicut patet in colore & figura. non enim mutatur aliquid de colore in figuram, aut econuerso, sed de colore in colorem, & de figura in figuram. Vnde necesse est quòd media & extrema sint in eodem genere. Deinde cum dicit.

LECTIO. IX.

omnino, sed hoc quidem, vt dictū est, quia diuisibile, illud aūt quia indiuisibile. Hoc aūt vt ad aliqd, vt scīa scibili, si fuerit numerus: vnum vero metrum.

vt dictum est, quod diuisibile, hoc indiuisibile, tanquam ad aliquid, quæ admodum scientia scibili, si fuerit numerus, vnum vero mensura est.

LECTIO. IX.

LECTIO. IX.

B

a Voniam autem cōtrariorum contingit medium esse aliquid, & quorundam est, necesse ex contrarijs esse.

Vm vero contrariorum cōtingat aliquid medium esse, & quorundam sit, necesse ex contrarijs media esse.

b Omnia nanque media in eodem sunt genere, & quorū sunt media. Media .n. hęc dicimus in quæcunq; permutari prius ē necesse quod permutatur. vt ab hypate in neten si transit p mediā rationē, veniet prius ad C medios sonos. Et in coloribus, si veniet ex albo in nigrū, prius veniet ad puniceum & ad plūbeū, q̄ ad nigrum. Similiter autē & ī alijs. Permutari vero ex alio genere in aliud genus non est, nisi secundū accidēs, vt ex colore ī figurā. Necesse est ergo media, & quorum sunt media, in eodem genere esse.

Omnia enim media, & illa, quorum media sunt, in eodem genere sunt. Media nanque illa dicimus, in quæ necesse est primo transmutari, quod transmutatur. ut puta si ab ultima ad primam paulatim pertranseat, prius ad medios sonos ueniet. & in coloribus, si ex albo ad nigrū ueniat, prius ad puniceum, & fuscum, quā ad nigrum ueniet. similiter autem & in alijs. Transmutari uero ex alio genere in aliud genus non est nisi secundum accidens, ut ex colore in figuram. necesse igitur ut media & sibi inuicem, & quorum media sunt, in eodem genere sint.

c At vero omnia media sunt oppositorum quorundam. Ex his enim solis secundum se est pmutari. Quapropter impossibile est esse media non oppositorum. esset enim permutatio & non ex oppositis.

D

At uero omnia aliquorum oppositorum sunt. ex his nanque solis per se transmutari est. Quare impossibile est media esse non oppositorum, esset nanque profecto transmutatio etiam ex non oppositis.

d Oppositorum .n. contradictionis quidem mediū non est. hæc .n. est contradictio, oppositio eius cuicunq; adest altera pars nō habētis mediū vllum. Cęterorum vero alia ad aliqd, alia vt priuatiua, alia cōtraria. Eorum vero, quæ ad aliqd, quę cunq; non contraria, nō habēt media. Causa vero, quia non ī eodem genere sunt. quid enim sciētiæ & scibilis medium? sed magni & parui.

E

Oppositorum uero contradictionis quidem nullum est medium. Hoc enim est contradictio, oppositio, cuius cum nihil habeat medium, cuicunque altera pars adest. Cæterorum uero quædam ad aliquid, quædam priuatio, quædam contraria sunt. Eorum uero, quæ ad aliquid, quæcunque non sunt contraria, non habent medium. causa uero, quia non in eodem genere sunt. quid nanque scientiæ & scibilis medium? uerum magni & parui est.

dam vero nō se habēt vt contraria, quæ nō ex æquo ad inuicē referuntur, sicut sciētia & scibile, & ista nō hūt mediū. Cuius causa est, quia media & extrema sunt in eodē genere. Hæc aūt non sunt in eodē genere, cū vnū ſm se referatur, vt scientia: nō autē aliud, vt scibile. Quomodo ergo sciētiæ & scibilis, potest aliqd esse mediū? Sed magni & parui potest esse {aliquid mediū, } idest æquale, vt supra dictū est. Et silr eorū, quę referūtur adinuicē, vt cōtraria. Quomodo aūt ea, quę opponunt priuatiue habeat media, vel nō habeāt, & qūo hæc oppositio aliquo modo trinet ad cōtrarietatē, hic tacet, quia supra exposuit. Deinde cum dicit.

Tex.cō.11.

Ostendit

c ¶ Ostendit quòd media sint inter contraria. & circa hoc duo facit. Primo, ostendit quòd media necesse est esse inter opposita. Secundo inter quæ oppositā, quia inter contraria, ibi. {Oppositorū vero. Dicit ergo primo quòd omnia media necesse est esse inter oppositā. Quod sic probat. Quia solum ex oppositis per se loquēdo fiunt mutationes, vt probatur in Primo Physicorū. Ex nigro enim aliqd fit album per se loquendo. Dulce aūt non fit ex nigro nisi per accidens, inquantum dulce conuenit esse album. Sed media sunt inter illa, ex quibus est mutua trāsmutatio, sicut p diffinitionem mediorū suprapositam patet. Impossibile est ergo quod media sint nō oppositorum, quia sequeretur quòd esse permutatio non ex oppositis. Deinde cum dicit.

part. 4.

Tex.cō.43 & inde. & 5. physi. Tex.cō. 6. & inde.

d ¶ Manifestat inter quæ opposita possint esse media dicēs, quòd inter oppositā in cōtradictione nullo modo potest esse medium. Contradictio enim est oppositio, cuius altera pars ex necessitate adest cuicunq; subiecto, siue sit ens, siue non ens. De quolibet .n. ente, vel non ente, necesse est dicere q̄ sedet, vel non sedet. & sic patet, quòd contradictio nullum habet mediū. Sed aliorum oppositorū alia sunt ad aliqd, alia privatio & forma, alia vt contraria. Eorum autem, quæ sunt ad aliquid, quædam se habent vt contraria, quæ ex æquo adinuicē referuntur, & ista habent mediū. Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

c ¶ Ostendit tertium, quod principaliter intendit, scilicet q media sunt composita ex contrarijs, & circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit dicens, quòd si media in eodem genere sint cum extremis, sicut ostensum est: & si iterum media sint solum contrariorum, vt etiam ostensum est: necesse est media componi ex his contrarijs, inter quæ sunt.

Tex.cō.23. parte.5.

d ¶ Probat propositum: & circa hoc tria facit. Primo ostendit quòd contrariæ species habent priora contraria, ex quibus constituuntur, quod sic probat. Oportet enim quòd contrariorum aut sit aliquod genus, aut nullum: si autē nullum: genus esset contrariorum, non haberēt medium: quia medium non est nisi eorū, quę sunt vnius generis, vt ex dictis patet. Sed, si contrariorum, quorum ponitur medium, sic aliquod genus prius ipsis contrarijs, necesse est etiam, quòd sint differentiæ cōtrariæ priores speciebus cōtrarijs: quæ faciant & constituant species contrarias ex ipso genere vno. Species enim ex genere, & differentijs constituuntur. Et hoc manifestat per exemplū: sicut si album & nigrum sint contrariæ species, & habeant vnum genus, quod ē color, necesse est q̄ habeant aliquas differentias constitutiuas, ita quòd album sit color disgregatiuus visus, nigrum vero color congregatiuus. Et sic hæ differentiæ congregatiuū & disgregatiuū, sūt priores albo & nigro. Vnde, cum vtrobiq; sit contrarietas, manifestum est, quòd cōtraria sunt semiuicē priora. contrarię.n. differentiæ sunt priores contrarijs speciebus: Et sunt etiā magis contrariæ, quia sunt causæ contrarietatis ipsis speciebus. Considerandum tamen, quod disgregatiuum & congregatiuum visus, non sunt

part. 6.

part. 7.

part. 8.

veræ differentiæ constitutiuæ albi & nigri, sed magis effectus eorum. Ponuntur tamen loco differentiarum, signa earum. Sicut interdum per accidentia, designantur differētiæ & formæ substantiales. Disgregatio enim visus prouenit ex vehementia lucis, cuius plenitudo albedinem constituit. Et congregatio visus prouenit ex causa contraria.

g ¶ Ostendit, quòd etiam mediæ species habent priora media ex quibus constituuntur dicens, quòd cum media sint species eiusdem generis, & omnes species ex genere & differentia constituantur, necesse est, quòd media constituantur ex genere &

e Si vero sunt in eodem genere media, vt ostēsum est, & media cōtrariorū, necesse ipsa cō poni ex his contrarijs.

f Nam erit aut aliquid genus ipsorū, aut nullum. Et si quidē genus erit. ita vt sit prius aliqd contrarijs, differentiæ priores contrarię erunt, facientes contrarias species, vt generis. Ex genere.n. & differētijs, species. Vt si album & nigrum contraria: est autem hic quidem disgrègatiuus color, ille vero congregatiuus color: hę differentię cōgregatiuum & disgregatiuum, priores. quare hęc contraria inuicem priora. At vero contrarię differentię, magis sunt contraria.

g Et reliqua & media ex genere erunt & differentijs. Vt quicunq; colores albi & nigri sūt medii, oportet hos ex genere dici (est autē genus color) & ex differentiis quibusdā. hęc vero nō crūt prima cōtraria. Si aūt nō, erit vnusquisq; aut albꝰ aut niger. altera igit media. Ergo primorū cōtrariorū hę erunt.

h Primæ autem differentiæ cō gregatiuū & disgegatiuū, quia hæc prima sunt. Quærendum autem quęcunq; contraria nō i genere. ex quo media ipsorū. Necesse enim quę sunt in eodē genere, ex incompositis genere componi. aut incomposita esse. Contraria nanque incomposita sunt ex inuicem, quare principia. quæ autē sunt intermedia, aut omnia, aut nullum. ex contrariis vero fit aliquid. quare erit transmutatio in hoc prius, q̄ in ipsa. vtriusque .n. & minꝰ erit & magis. mediū igit erit & hoc cōtrariorū. Et alia igitur omnia cōpōsita, quę sūt media. nam huius quidem magis, istius vero minus, cōpositū

differentijs: sicut quicunque colores sunt medij inter album & nigrum, oportet hos diffiniri ex genere, quod est color, & ex quibusdam differentijs. & hæ differentiæ, ex quibus constituūtur medij colores, non possunt esse immediate prima contraria. i. differentiæ contrariæ, quæ constituebant contrarias species albi & nigri, aliter oportet, quòd quilibet color medi⁹ esset albus, aut niger. nam color congregatiuus est niger, & disgregatiuus est albus. Oportet igitur quod differentiæ constitutiuæ mediorum colorum, sint alterę a differentijs cōtrarijs, quæ sunt constitutiuæ contrariarum specierum. Et quia sicut se habent species ad species, ita se habēt differentię ad differentias, oportet quod sicut medij cōlores sunt species mediæ inter species contrarias, ita differentiæ constitutiuæ earum sint mediæ inter differentias contrarias, quæ dicuntur prima contraria. Deinde cum dicit.

h ¶ Ostendit, quòd mediæ differentię ex differentijs cōtrarijs componuntur dicēs, quòd differentiæ primæ contrariæ, sunt disgregatiuum visus & congregatiuum. vnde istæ differentię sunt illud primum, ex quo cōponimus omnes species generis: sed, si aliqua cōtraria non essent in eodem genere, quærendum restaret, ex quo eorum media cōstituerentur. Sed in his, quæ sunt in eodem genere, non est difficile hoc accipere, quia necesse est omnia quæ sunt in eodem genere (aut esse incomposita) ideſt simplicia, aut cōponi (ex incompositis). i. simplicibus quę sunt in genere illo. Contraria enim sunt incōposita ex inuicē, quia nec album ponitur ex nigro, neque nigrum ex albo, neque congregatiuū ex disgregatiuo, nec e conuerso. Quæ re oportet, quòd cō-

Quòd si media in eodem genere sunt, vt ostensum est. & contrariorum media necesse est ipsa ex his contrarijs componi.

Aut enim erit aliquod genus eorum, aut nullum. & si genus quidē ita erit, vt aliquid prius contrarijs sit, differentiæ priores contrariæ erunt, quæ faciunt contrarias species, tanquam generis. ex genere nanque & differentia species sunt. vtputa si album & nigrum contraria sunt: est autem illud segregatiuus color, hoc uero congregatiuus: hæ differentiæ congregatiuum & segregatiuū priores. quare priora inuicem contraria sunt. at uero quæ contrariæ differentia sunt, magis contraria sunt.

Cætera quoque & media ex genere & differentijs erunt, vtputa quicunque colores medij inter album & nigrum sunt, hos oportet vt & ex genere dicantur (est autem genus color) & ex quibusdam differentijs. hæ vero non erunt prima cōtraria. quod si secus, unumquodque aut album, aut nigrum erit, ergo aliæ. mediæ igitur primorum contrariorū hæ erunt.

Primæ uero differentiæ segregatiuum & congregatiuum. Quare hoc primum quærendum est. quæcunque contraria non in genere, ex quo media eorum. Quæ enim in eodem genere sunt, necesse est, ut aut ex incompositis genere componantur, aut incomposita sint. & quidem contraria inuicem incomposita, propterea quòd principia sunt. media uero, aut omnia aut nullum. ex contrarijs vero aliquid fit. quare erit in hoc transmutatio, ante quam in illa. utroque enim & magis & minus erit. medium igitur contrariorum hoc etiam erit. Ergo cætera quoque media composita sunt. id enim, quod uno minus, altero magis est, compositum ex illis quodam modo est, quorum uno minus, altero

traria sint principia, quia simplicia in quolibet genere sunt principia. Sed de medijs oportet dicere, quòd aut omnia componantur { ex simplicibus } ideſt ex contrarijs: aut nullum, quia eadem ratio videtur de omnibus. Sed non potest dici, quòd nullum, quia aliquod est medium, quod componitur ex contrarijs, ex quo contingit quòd transmutatio primo peruenit ad media, quàm ad extrema. Hoc autem sic appareт, quia illud, in quod primo peruenit transmutatio, est magis & minus respectu vtriusque extremorum. Prius enim aliquid fit minus album & minus nigrum, quàm totaliter album & totaliter nigrum: & hoc ipsum quod est minus album, q̄ album simpliciter, & minus nigrum quàm nigrum simpliciter. Est etiam magis accedens ad album, quam nigrum simpliciter, & magis accedens ad nigrum, quàm album simpliciter. Et sic patet, quòd illud, in quod primo venit transmuratio, est magis & minus respectu vtriusque extremorum. & propter hoc, oportet quòd sit medium cōtrariorum. & sic sequitur quòd omnia media sint cōposita ex contrarijs. Nam idem mediū, quod est magis & minus respectu vtriusque extremorum, oportet esse compositū ex extremis simplicib⁹, respectu quorum dicitur magis & minus. Et quia nō sunt aliqua extrema priora contrarijs in eodem genere, relinquitur quòd duæ differentiæ contrariæ constitutiuæ mediorum sint compositæ ex contrariis differentiis. Et ita media erunt ex contrarijs. Quod patet, quia {omnia inferiora} si, omnes species generis tam contraria q̄ media sunt ex primis contrarijs, scilicet differentijs.

i ¶ Concludit epilogando, quod supra de mediis dictū est. Et est litera plana.

LECTIO X.

a Via Philosophus superius ostē dit contrarietatem esse differē tiam quandam, differentia autem, vel est secundum genus, vel secundum speciem, intēdit hic Aristot. ostendere quō contraria se habeant ad hoc, vt differant genere & specie. Et diuiditur in partes duas. In prima ostendit, quòd differentia secundum speciem pertinet ad contrarietatem. In secunda ostendit, quomodo de quibusdam contrariis aliter, est, ibi. { Dubitabit autem aliquis quare fœmina &c. } Circa primum tria facit. Primo, ostendit quòd differentia, quæ facit differre specie, est secundum se ipsius generis, quasi ipsam naturam generis in diuersas species diuidens. Secundo, ostendit quòd hoc conuenit contrarietati, ibi. { Contrarietas igitur hæc &c. } Tertio, concludit quoddam corollarium ex dictis, ibi. { Quare palam quia ad id quod vocatur genus &c. } Dicit ergo primo, quòd in omni diuersitate secundum speciē oportet duo accipere scilicet, vt hoc sit diuersum ab aliquo, & vt sit aliquid diuersificatum per hæc duo: & hoc quod est diuersificatum per hæc duo, oportet inesse ambobus. Sicut animal est qd est diuersificatum in diuersas species, scilicet in hominē & equū, & oportet quòd ambo scilicet homo & equus sint animalia. Vnde patet, quòd necesse est ea, quæ sunt diuersa specie adinuicē, in eodem genere esse. Id enim vocatur genus, quod est vnum & idem ambobus, non secundum accidens de vtroque prædicatum, neque secundum accidens diuersificatum in vtroque. Vnde oportet quòd habeat differentiam non secundum accidens, siue genus ponatur ens quasi materia, siue qualitercunque aliter. Hoc autem ideo dicit, quia aliter diuersificatur materia

LIBER DECIMVS. 135

A per formas, & aliter genus per differentias. Forma enim non est hoc ipsum, quod est materia, sed facit compositionem eum ea, vnde materia non est ipsum compositum, sed aliquid eius. Differentia vero additur generi, non quasi pars parti, sed quasi totum toti. vnde genus est hoc ipsum quod est species, & non solum aliquid eius. si autem esset pars, nō prædicaretur de ea. Sed tamen, quia totū potest denominari ab vna sola parte sua, puta si homo denominetur habēs caput, vel habens manꝰ, contingit ipsum cōpositum ex materia & forma denominari. Et quidem nomē, quo aliquid eorū denominatur ab eo, quod est materiale in ipso, est nomen generis. Nomen autem, quo denominatur a principio formali, est nomen differentiæ. Sicut homo nominatur animal a natura sensibili, rationale vero a natura intellectiua. Sicut igitur habens nasum compositi totī, licet nasus sit pars, ita genus & differentia conueniunt toti, licet sumantur a partibus. Si ergo consideretur in genere & differētia id, a quo vtrumque sumitur, hoc modo genus se habet ad differentias, sicut materia ad formas. si autē consideretur secundūmqd nominat totum, sic aliter se habent. Hoc tamen cōmune est vtrobique, quòd sicut ipsa essentia materiæ diuiditur per formas, ita ipsa natura generis diuersificatur per differentias. Sed hoc vtrobique differt, quia materia est in vtroque diuisorum, non tamen est vtrumque eorum. Genus autem vtrumque eorum est, quia materia nominat partem, genus autem totum. Et ideo exponens quod dixerat, genus esse, quo ambo specie differentia dicuntur vnum & idem, subiungit quòd non solum oportet genus esse commune duobus differentibus secundum speciem, sicut quòd vtrumque sit animal, sicut aliquid indiuisum est cōmune diuersis, vt eadem domus, aut possessio, sed oportet hoc ipsum, quod est animal, esse alterum vtrumque, ita q̄ hoc animal sit equus, & hoc animal sit homo. Et hoc dicit contra Platonicos, qui ponebant communia separata, quasi ipsamet natura communis non diuersificaretur, si natura speciei esset aliqd aliud præter naturam generis. Vnde contra hoc concludit ex dictis, quòd hoc ipsum, quod est commune, diuersificatur secūdum speciem. Vnde oportet, quòd commune, vt animal, ipsū secundum se sit hoc tale secundum vnam differentiam, & illud tale secundum aliam differentiam, sicut quòd hoc sit equus, & illud homo. Et ita sequitur, quòd si animal sit secundum se hoc tale & hoc tale, quòd differentia faciens differre specie, sit quædam diuersitas generis. Et exponit diuersitatem generis, quæ ipsam naturam generis diuersificat. Per hoc autem quòd hic Philosophus dicit, non solum excluditur opinio Platonis ponentis commune vnum, & idem per se existere, sed etiam excluditur opinio eorum, qui dicunt, quòd illud, quod pertinet ad

magis dicitur esse. Cum vero contrariorum alia priora eiusdem generis non sint, omnia media profecto ex contrarijs erunt. quare & omnia inferiora, tum contraria, tum media, ex primis contrarijs erunt.

B

Et quidem quòd cuncta media in eodem genere, & contrariorum media sint, ac ex contrarijs componantur, patet.

LECTIO X.

Diuersum autem specie ab aliquo diuersum aliquid est, & hoc ambobus inesse oportet. vt si animal specie diuersum, ambo animalia. necesse est igitur in eodem genere esse, quæ specie diuersa sunt. Huiusmodi enim appello genus, quo vnum & idem ambo dicuntur, non secundum accidens differentiam habens, siue vt materia existens, siue vt aliter. etenim non solum commune oportet existere, vt ambo animalia, verum etiam vtrique diuersum hoc ipsum animal: ut hoc quidem equum, hoc uero hominem. quare hoc commune diuersum specie vicissim est: erit itaque secundum se hoc quidem tale quid animal, hoc uero tale quid, ut hoc quidem equus, hoc uero homo. Necesse igitur hanc differentiam generis diuersitatem esse. dico nanque differentiam generis diuersitatem, quæ diuersum hoc ipsum facit.

a Diuersum autem specie ab aliquo diuersum est. & oportet hoc ambobus inesse. vt si animal diuersum est specie, ambo C animalia. necesse ergo in eodē genere esse diuersa specie. Tale enim genus voco, quo ambo vnum & idem dicuntur, nō secundum accidens habēs differentiam, siue vt materia ens, siue aliter. Non solum enim oportet commune existere, puta animalia ambo, sed & alterum in talibus hoc ipsum animal. vt hoc quidem equum, il luc vero hominem. propter qd hoc commune diuersum abinuicem est specie. erit itaque secundum se hoc tale quidem animal. illud vero tale: vt hoc qdem equus, illud vero homo. Necesse ergo differētiam hāc, diuersitatē esse generis. dico.n. generis differētiā, diuersitatē, quę diuersum facit hoc ipsum.

D

Tex.cō.24.

E

ad naturam generis, non differt specie in speciebus diuersis, sicut quòd anima sensibilis non differt specie in homine &equo. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit quòd differentia diuersificans secundum se genus modo prædicto, est contrarietas dicens, cum differentia secundum speciem sit secũ dum se diuersificans genus, manifestum est quòd hæc differẽtia est contrarietas. Et hoc primo manifestat ex inductione. Videmus enim, ꝙ omnia genera diuidũtur per opposita, qđ quidem necesse est. Nam ea, quę non sũt opposita, possunt simul existere in eodem. Quę autem huiusmodi sunt, nõ possunt esse diuersa, cũ nõ ex necessitate sint in diuersis. Vnde oportet, quòd solum oppositis aliquid cõmune diuidatur. Nõ autem diuisio generis i diuersas species potest fieri per alia opposita. Nam contradictorie opposita non sunt in eodem genere, cum negatio nihil ponat. Et simile ẽ de priuatiuæ oppositis, cum priuatio nõ sit nisi negatio in subiecto aliquo. Relatiua etiã, vt supra habitũ est, non sunt eiusdem generis, nisi quæ secundum se adinuicem referuntur quæ quodammodo sunt contraria, vt supra dictum est. Et sic relinquitur, quòd sola contraria faciũt differre specie ea, q̃ sunt vnius generis.

Deinde cum dicit.

c ¶ Manifestat idem per rationem dicẽs, quòd contraria sunt in eodem genere, sicut ostensum est. Dictum est enim, quòd contrarietas est differentia perfecta. & iterum dictum est quòd differẽtia secundum speciem est ξ aliquid alicuius ȝ. i. ab aliquo. Et quòd præter hoc, idem genus oportet esse in ambobus differentibus specie, & ex his duobus sequitur, quòd omnia contraria sint in eadem ξ coelementatione cathegoriæ, ȝ ideſt in eadem ordinatione prædicamentali. Vt hoc tamen intelligatur de contrariis, quæcunque sunt differentia specie, & non genere. Quod quidem dicit præseruando se a corruptibili & incorruptibili, de quibus post dicetur, quod sunt diuersa genere. Et non solum contraria sunt in vno genere, sed sunt etiam diuersa abinuicem. Quod patet, quia ea, quæ perfecte differunt, sicut contraria, non sunt inuicem simul. Vnde, cũ ad differentiam secundum speciem requiratur identitas generis, & diuersificatio generis per diuersas species, & cum vtrũq; in contrarietate reperiatur, sequitur quòd differentia secundũ speciem sit contrarietas. Quod manifestum est, quia hoc est aliqua esse diuersa secundum speciem existentia in eodem genere, habere cõtrarietatem differentiarum, ξ cum sint indiuidua, ȝ ideſt non vlterius diuisa in species, sicut sunt species specialissimæ. Quæ quidem dicuntur indiuidua, inquantum vlterius non diuiduntur formaliter. Particularia vero dicuntur indiuidua, inquantum nec materialiter, nec formaliter vlterius diuiduntur. Et sicut diuersa specie sunt quæ contrarietatem habẽt: ita eadem specie sunt, quę non habent contrarietatem, cum sint indiuidua secundum formalem differentiam. Contrarietates enim fiunt in diuisione, non solum in supremis generibus, sed etiam in mediis ξ prius quam veniatur ad indiuidua ȝ. i. ad vltimas species. Sicut igitur manifestum est, quòd licet nõ in omni genere sit contrarietas specierum, in omni tamen genere est contrarietas differentiarum. Deinde cum dicit.

d ¶ Concludit quod dam corollarium ex dictis scilicet quòd nihil eorum, quæ cõueniunt in genere, sicut sunt species generis, dicitur idem specie, nec diuersum specie ad genus: quia id, ad quod aliquid dicitur specie idem, habet vnam & eandẽ differentiam. Illud autem, ad quod aliquid dicitur diuersum specie, habet oppositam differentiã. Si igitur aliqua specierum diceretur idẽ specie, vel diuersum ad genus, sequeret, quòd genus haberet in sui ratione aliquã differentiam. sed hoc falsum est. Quod sic patet. Materia enim ξ ostẽditur negatione ξ ideſt natura materiæ intelligitur per negationem omniũ formarum. Genus autem est quodammodo materia, sicut expositum est. & loquimur nunc de genere, quod inuenitur in naturis rerum, nõ de genere, quod in hominibus dicitur: sicut genus Romanorum vel Heraclidarum. Vnde patet, quòd etiam genus in sua ratione, non habet differentiam aliquam. Et sic patet, quòd nulla species a suo genere differt specie, nec est cum eo idem specie, & similiter non differunt aliqua specie ab illis, quæ non sunt in eodem genere, proprie loquendo, sed differunt genere ab eis. Specie vero differunt ab his, quæ sunt in eodem genere, quia contrarietas est differentia, qua aliqua differunt specie, vt ostensum est, non quia ipsa contrarietas differentiarum differat specie, licet contraria differant specie, sed contrarietas est solum in his, quæ sunt eiusdem generis. Vnde relinquitur quòd differre specie nõ sit proprie in his, quę sunt alterius generis.

Contrarietas igitur hæc erit. Patet autem ex inductione. cuncta nãq; oppositis diuiduntur.

Et quod contraria in eodem genere sint ostensum est. contrarietas enim perfecta differentia erat: omnis uero specie differentia est alicuius aliquid: quare hoc & idem, & genus in ambobus. ideo in eadem coordinatione prædicamenti sunt omnia contraria, quæcunque non genere differũt, & inuicem maxime diuersa. perfecta nanque differentia. & simul inuicem non sunt. Differentia ergo contrarietas est. Hoc enim est diuersa specie esse, quòd, cum in eodem genere sint, contrarietatem habent, indiuidua existentia. Eadem autẽ specie, quæcunq; contrarietatem non habent. indiuidua existentia. in diuisione nanque, & in mediis fiunt contrarietates, antequã ad indiuidua deueniatur.

Quare manifestum est, quòd ad id, quod uocatur genus, nec eadem, neque diuersa specie, ulla, quæ ut generis species, conueniunt. materia nanque negatione ostenditur: genus uero materia eius est, cuius genus dicitur, non ut quod Heraclidarum, sed ut quod est in natura. Nec ad ea, quæ non in eodem genere sunt, sed ab illis genere differunt, specie vero ab his, quæ in eodem genere sunt, etenim differentiam necesse est esse contrarietatẽ eius, a quo specie differt: hæc aũt his solis est. quæ in eodẽ genere sunt.

LECTIO XI.

a Dubitabit autem vtiq; aliquis, quare fœmina a viro non specie differt, cõtrario masculino et fœminino existente, differẽtia aũt contrarietate. Neque animal masculinum & fœmininũ diuersum est specie, quãuis secundum se animalis, hæc sit differentia: & non vt albedo aut nigredo. sed inquantũ animal masculinũ & fœmininum est. Est autem dubitatio hæc fere eadem, & quare hæc quidẽ cõtrarietas facit spẽ diuersa, hęc vero nõ, vt ambulatiuũ & volatiuũ, sed albędo & nigredo nõ.

Te. cõ. 25.

Te. cõ. 26.

LECTIO IX.

b Via Philosophus iam ostendit, quòd differentia secũdum speciem est contrarietas, hic ostendit in quibus contrarietas non sit differẽtia secundum speciẽ, & diuiditur in partes duas. In prima ostendit quòd sunt contraria, quæ non faciunt differre secundum speciem, sed sunt in eadem specie. In secunda ostendit quæ sunt contraria quæ faciunt genere differre, non solum specie, ibi. ξ Quoniam vero contraria diuersa &c. ȝ Circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo soluit, ibi. ξ Aut quia hoc quidem dicit &c. ȝ Dicit ergo primo, quòd dubitatio est, quare fœmina non differt specie a viro, cum fœmininum & masculinum sint contraria, & differentia secundum speciem, causetur ex contrarietate, vt supra ostẽsum est: & iterum cum ostensum sit, quòd ipsa natura generis diuersificetur in diuersas species per differentias, quæ sunt per se differentiæ generis. quare animal masculinum & animal fœmininum non sunt diuersa secundũ speciem, cum masculinum & fœmininum sint per se differentiæ animalis, & non se habeant per accidens ad animal, sicut albedo & nigredo, sed masculinum & fœmininum predicentur de animali inquantum est animal, sicut par & impar de numero, in quorum diffinitione ponitur numer⁹, sicut in diffinitione masculini & fœmini animal. Ex duplici ergo ratione quæstio dubitabilis redditur, tum, quia contrarietas facit differre specie, tum, quia differentiæ diuidentes genus in diuersas species sunt per se differentiæ generis, quorum vtrunq; supra ostensum est. Et quia hanc dubitationem in specialibus terminis mouerat, reducit eam ad generaliorem formam, & dicit quòd hæc dubitatio fere est eadem, sicut si quęratur, quare masculinum & fœmininum sint diuersa specie, & quædam non, sicut ambulatiuum & volatiuum, siue gressibile & volatile faciunt differre specie animalia: sed albedo & nigredo non. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit propositam quæstionem. & circa hoc duo facit. Primo, soluit eam in generali, ad quod quæstionem reduxerat. Secundo, adaptat generalem solutionem ad speciales terminos, in quibus primo mouerat quæstionem, ibi. ξ Masculus vero & fœmina. ȝ Dicit ergo, quod ideo contingit, quod quædam contrarietas facit differre specie, & quædam non, quia quædam cõtraria sunt propriæ passiones generis, & quædam sunt minus proprie. Quia enim genus a materia sumitur, materia autem per se habet ordinem ad formam, illæ propriæ sunt differentiæ generis, quę sumuntur a d diuersis formis perficientibus materiam. Sed, quia forma speciei, iterum multiplicatur in diuersa secundum materiam signatam, quæ est subiecta indiuidualib⁹ proprietatibus, contrarietas accidentium indiuidualium minus proprie se habet ad genus, quam contrarietas differentiarũ formalium. Et ideo subiungit, quòd quia in composito est materia & forma, hæc ξ quidem est ratio, ȝ ideſt forma, quæ constituit speciem, hæc autem est materia, quæ est indiuiduationis principium: quæcunque ξ contrarietates sunt in ratione, ȝ id est ex parte formæ, faciunt differre secundum speciem. Ille vero, quæ sunt ex parte materiæ, quę sunt propriæ indiuidui, quod est acceptum cum materia, non faciunt differre secundũ speciem. Et propter hoc, albedo & nigredo non faciunt homines differre secundum speciem. Non enim homo albus & homo niger differunt specie, etiam si vtrique imponatur aliquod nomẽ, vt si homo albus dicatur A & hõ niger B. Hoc autem addit, quia homo albus non videtur esse aliquid vnũ. Et si imponeretur nomen, videtur esse aliquid vnum. Et similiter est de homine nigro. Et ideo dicit, quòd homo albus & homo niger nõ differunt specie, quia homo, scilicet particularis, eui conueniunt album & nigrum, est quasi materia. non enim dicitur quòd homo sit albus, nisi quia hic homo est albus. & hic cũ homo particularis conceptus sit cũ materia, & materia non facit differentiam secundum speciem, sequitur quòd hic homo & ille homo non differant specie, quia plures homines non propter hoc sunt plures species hominis, quia sunt plures, qz non sunt plures nisi propter diuersitatem materiæ, quia scilicet sunt diuersæ carnes & ossa, ex quibus est hic & ille. Sed ξ simul totum, ȝ ideſt indiuiduum congregatum ex materia & forma, est diuersum, sed nõ est diuersum specie, quia non est contrarietas ex parte formæ. Sed hoc scilicet homo, est vltimum indiuiduum secundum speciem, qa non diuiditur vlterius diuisione formali. Vel hoc, scilicet particulare, est vltimum indiuiduum, quia non diuiditur vlterius nec materiali, nec formali differentia. Sed quãmuis in diuersis indiuiduis non sit contrarietas ex parte formæ, est tamẽ diuersitas indiuiduorum particularium, quia particulare aliqđ vt Callias, non solum est forma, sed est forma cum materia indiuiduata. Et ita, sicut diuersitas formæ facit differentiam specierum, ita diuersitas materiæ indiuidualis facit differentiam indiuiduorum. album autem non prędicatur de homine nisi ratione indiuidui. non enim dicitur homo albus, nisi quia aliquis homo dicitur albus, vt Callias. Et sic patet, ꝙ homo per accidens dicitur albus, quia non inquantum homo, sed inquantum hic homo, albus dicitur. Hic autem homo dicitur propter materiam ξ. Vnde patet, quòd album & nigrum non pertinent ad differentiam formalem hominis, sed solum ad materialem. & propter hoc, non differunt specie homo albus & niger, sicut nec circulus æreus & ligneus differunt specie. Et in his etiam, quæ differunt specie, nõ est differentia speciei propter materiã, sed propter formam, sicut triangulus æreus & circulus ligneus non differunt specie propter materiam, sed propter diuersitatẽ formæ. vnde, si quæratur, vtrum materia faciat diuersa specie aliquo

Vbitabit autem quispiam, cur mulier a uiro non specie differat, cum mas, & fœmina contraria existant, differentia uero contrarietas sit. neque diuersum specie animal masculus, & fœmina, cum tamen hæc differentia per se animalis sit, & non vt albedo, aut nigredo, sed quatenus animal, & masculus, & fœmina existant. Hæc autem dubitatio fere eadem est, & cur hæc quidem contrarietas diuersa specie faciat, hæc uero non. vt gressibile, & uolucre, albedo uero & nigredo non.

An, quoniam illa quidem propriæ passiones generis sunt, hæc uero minime? & cum illud quidem ratio, hoc uero materia sit, quæcunque in ratione contrarietates sunt, specie differentiam faciunt: quæcũque uero in coassumpto materiæ, minime faciũt. Quare hominis albedo, uel nigredo non facit, nec hominis albi ad hominem nigrum secundum speciem differentia est, etiam si unum nomen ponatur. homo nanque ut materia est. materia uero non facit differentiam. non enim hominis species sunt homines. Quare & si carnes, & ossa, ex quibus hic, & hic est, diuersa sint, attamẽ totum diuersum quidem, specie uero non est diuersum, quoniam in ratione non est contrarietas. hoc autem est ultimum indiuiduum. Callias uero, ratio cum materia est, & albus homo, quoniam Callias albus. per accidens igitur homo est albus. Nec æneus, & ligneus circulus, siue triangulus æneus, & circulus ligneus ob materiam specie differunt. sed quoniã in ratione contrarietas inest. Vtrum autem materia non faciat diuersa specie, cum quodam modo diuersa sit:

aliquo modo, videtur quòd faciat, quia hic equus ab hoc homine est diuersus specie: & tamen manifestum est quòd ratio vtriusque est cum materia indiuiduali. Et sic videtur, quòd materia aliqualiter faciat differre specie. Sed tamen manifestum est, quòd hoc non contingit propter diuersitatem materiæ, sed quia contrarietas est ex parte formæ, quia homo albus, & equus niger differunt spē: sed hoc non est propter album & nigrū: quia si ambo essent albi, adhuc specie different. Sic igitur apparet, quòd contrarietas, quæ est ex parte ipsius formæ, facit differre specie, non autem illa, quę est ex parte materiæ. Deinde cum dicit.

c ¶ Solutionem generalem positā adaptat ad terminos speciales, in quibus primo quæstionem mouerat, scilicet ad masculum & fœminam dicens, quòd masculus & fœmina sunt proprie passiones animalis, quia animal ponitur in diffinitione vtriusque. Sed nō conueniunt animali secundum substantiā & formam, sed ex parte materiæ & corporis. Quod patet ex hoc, quòd idem sperma potest fieri masculus & fœmina, secūdum quod diuersimode patitur aliquā passionem, quia cum fuerit calor operans fortis, fiet masculus: cū autem erit debilis, fiet fœmina. hoc autem non posset esse vel contingere, si masculus & fœmina different specie. non.n. ex vno semine, diuersa secundum speciē producuntur. Quia in semine vis est actiua, & omne agēs naturale agit ad determinatam speciē, quia agit sibi simile. Vnde relinquitur, quòd masculus & fœmina non differant secundum formam, nec sunt diuersa secundum speciem. Deinde cum dicit.

d ¶ Epilogat quod dixerat: quod planum est in litera.

Tex.cō.26.

LECTIO XII.

2 Voniam vero contraria diuersa spē, corruptibile autē & incorruptibile cōtraria, (priuatio.n. est in potentia determinata) necesse diuersum esse genere corruptibile & ĩcorruptibile.

b Nunc aūt diximus de his vniuersalib' nominibus. Vt aūt videbitur, nō necesse est qđ cūq; incorrūptibile & corruptibile diuersa spē esse, quemadmodū neq; albū & nigrū: idē.n.cōtingit esse & simul, si fuerit vniuersaliū: quemadmodum homo erit vtique & albus & niger. & nō simul singulariū. Erit.n.nō simul albus idem & niger. Eqdē album contrarium nigro.

c Sed contrariorum hæc quidem est principium contrarietatis. Vnde sequitur, quòd impotentia sit contrarium potentiæ. Corruptibile autem & incorruptibile opponuntur secundum potentiam & impotentiam, sed diuersimode. Nam, si accipiatur potentia cōmuniter, secundum quod se habet ad posse agere, vel pati quodcunque, sic corruptibile secundū potentiam, dicetur incorruptibile secundum impotentiam. Si autem dicatur potentia secundum qđ non est posse aliquid deterius, sic econuerso, incorruptibile dicetur secundum potentiam, corruptibile vero secundum impotentiam. Cum autem ex his videretur concludēdum, quòd corruptibile & incorruptibile differūt specie, concludit quòd sunt diuersa genere. Et hoc ideo, quia sicut forma & actus pertinent ad speciē, ita materia & potentia pertinent ad genus. Vnde sicut contrarietas, quæ est secundū formas & actus, facit differentiam secundū speciem, ita contrarietas, quæ est secundum potētiam, facit generis diuersitatē. Deinde cum dicit.

b ¶ Excludit quorundam falsam opinionem. & circa hoc duo facit. Primo proponit eam. Secundo improbat, ibi. ¶ Sed contrariorum &c. ¶ Dicit ergo primo, quòd probatio prēmissa de corruptibili, & incorruptibili est accepta ex ratione horum vniuersaliū nominū, secūdum scilicet, qđ vnum significat potentiam, & aliud impotentiam. Sed sicut quibusdam videtur, non necesse est quòd corruptibile & incorruptibile differāt specie, sicut non est hoc necesse in albo & nigro. Conuenit enim idem esse album & nigrum, sed diuersimode. Quia si illud, qđ dicitur album & nigrum, sit aliquod vniuersale, simul est album & nigrum quantum ad diuersos. Sicut simul verum est dicere, quòd homo est albus propter Socr. & niger propter Platonem. Si vero fuerit aliquid singularium, non erit simul albū & nigrum. Sed tamen potest nunc esse album, postea nigrum, cum tamen album & nigrum sint contraria. Et hoc modo dicūt quidam, quòd simul in eadem specie possunt esse quædam corruptibilia, & quędam incorruptibilia. Et idem singulariter quādoque corruptibile, & quandoque incorruptibile.

Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit prædictam opinionem, dicens, quòd contrariorū quædam sunt in his, de quibus dicuntur secundum accidens: sicut album & nigrum homini, de quibus nunc dictum est, & alia multa sunt huiusmodi contraria, in quibus locum habet quod dictum est, scilicet quòd possunt simul esse in eadē specie, & successiue in eodem singulari. Sed quædam contraria sunt, de quibus hoc est impossibile, de quorum numero sunt corruptibile

An aliquo modo facit? Cur enim hic equus ab hoc homine diuersus specie, cum rationes eorum cum materia sint? An, quoniam in ratione contrarietas inest? etenim hominis albi, & equi nigri specie diuersitas est, nō tamen prout hic quidem albus, hic vero niger: siquidem & si ambo albi essent, nihil minus specie diuersi essent.

Masculus autem & fœmina proprie quidem animalis passiones sunt, sed non secundum substantiam, verum in materia, & corpore. quare idem semen aliquam passionem passum, aut femina, aut mas fit.

Quid igitur sit specie diuersum esse, & cur quædam speriæ differant, quædam non, dictum est.

LECTIO XII.

Vm vero contraria specie diuersa sint, corruptibile autem & incorruptibile cōtraria sunt (priuatio namque determinata impotentia) necesse est diuersum genere esse corruptibile & incorruptibile.

Nunc quidem in ipsis vniuersalibus nominibus diximus. quare videbitur vtique non esse necesse quodcunque corruptibile & incorruptibile diuersa specie esse, quemadmodum nec album, & nigrum. Idem enim contingit & simul esse, modo vniuersaliū sit. sicuti homo profecto esse possit et albus, et niger. & singulariū fuerit id' (non simul) & albus, & niger, tametsi album nigro contrariū est.

Verum contrariorum quædam se-

parte sequ.

Tex.cō.24.

Tex.cō.23.

ptibile & incorruptibile, non enim corruptibile inest secundū accidens alicui eorum, de quibus prædicatur, quia quod est secundum accidens, contingit non inesse. Corruptibile autem, ex necessitate inest his, quibus inest. At si hoc non sit verum, sequeretur quòd vnum & idem sit quandoque corruptibile, & quandoque incorruptibile: quod est impossibile secundum naturam. Licet per hoc nō excludatur, quin virtus diuina possit aliqua corruptibilia secundū suā naturam incorrupti biliter conseruare. Sic igitur necesse est, cum corruptibile nō prædicetur secundū accidens, quòd aut significet substantiā eius, de quo prædicatur, aut aliquid, qđ est in substantia. Est enim vnumquodq; corruptibile per materiam, quæ est de substantia rei. Et similis ratio est de incorruptibili, quia vtrunque ex necessitate inest. Sic igitur patet, quòd corruptibile & incorruptibile opponuntur, sicut secundum se prædicata, quæ scilicet prædicantur de aliquo inquantum huiusmodi secundum qđ tale & primo. Et ex hoc sequitur ex necessitate, quòd corruptibile & incorruptibile sint genere diuersa. Manifestū est enim, quòd contraria, quę sunt in vno genere, non sunt de substantia illius generis. non enim rationale & irrationale sūt de substātia animalis: sed animal est potentia vtrunque. Quodcunque autem genus accipiatur, oportet quod corruptibile & incorruptibile sint de intellectu eius. Vnde impossibile est, ꝙ communicent in aliquo genere. Et hoc rationabiliter accidit. nam corruptibilium, & incorruptibilium non potest esse materia vna. Genus autem, physice loquendo, a materia sumitur. Vnde supradictum est, ꝙ ea, quæ non communicant in materia, sunt genere diuersa. Logice autem loquendo, nihil prohibet quòd conueniant in genere, inquantum cōueniunt in vna communi ratione, vel substantiæ, vel *qualitatis*, vel alicuius huiusmodi. Deinde cum dicit.

d ¶ Infert quoddam corollarium ex dictis scilicet quòd non possunt esse species separatæ, sicut Platonici posuerunt. Ponūt enim duos homines, vnum sensibilem, qui est corruptibilis, & vnum separatum, q est incorruptibilis, quem dicunt specie, vel ideam hominis. Species autem, siue ideæ dicuntur esse ex dem specie secūdum Platonicos cum singularibus. Et nomē speciei non æquiuoce prædicatur de specie & de singulari, cū tamen incorruptibile & corruptibile eriā genere differant. Et ea, quæ sunt diuersa genere plus distant, quam quæ differunt specie. Attendum est autē, quòd licet Philosophus ostenderit, quòd quædam contraria non faciūt differre specie, & quædā faciūt differre etiam genere: tamē omnia contraria aliquo modo faciūt differre specie, & quædam faciūt differre etiam genere: tamen omnia cōtraria aliquo modo faciunt differre specie, si fiat comparatio contrariorum ad aliquod determinatum genus. Nam album & nigrum, licet non faciant differre spē in genere animalis, faciunt tamen differre spē in genere colo ris. Et masculinum & fœmininū fa ciunt differre specie in genere sexus. Et animatū & inanimatum, licet faciant differre genere quantum ad infimas species, tamen quantū ad genus, quod per se diuiditur in animatū & in inanimatum, faciunt differre spe tantum. nā omnes differentiæ generis sunt constitutiuæ specierum quarundā, licet illę spēs possint genere esse diuersa. Corruptibile autem & incorruptibile diuidunt per se ens, quia corruptibile est quod potest non esse, incorruptibile autem, quod non pōt non esse. Vnde, cū ens nō sit genus, nō mirū si corruptibile & incorruptibile nō cōueniant in aliquo vno genere. Et hęc de decimo lib.

communi ratione, vel substantiæ, vel qualitatis, vel alicuius huiusmodi.

dem secundū accidens insunt quibusdam, vt quæ nunc dicta sunt, & alia multa: hoc autē impossibile: quorum est & corruptibile & incorruptibile. Nihil enim est corruptibile secundū accidens. nam accidens contingit non existere, & corruptibile ex necessitate existentium est quibus inest. Aut erit idem & vnum corruptibile & incorruptibile, si contingit non existere ipsum corruptibile. Aut substā tiam igitur, aut in substantia necesse est inesse corruptibile vnicuique corruptibilium. Eadem vero ratio & de incorruptibili. ex necessitate enim existentiū ambo sunt. Inquantum igitur & secundumquòd primum, hoc quidem corruptibile, hoc autē incorruptibile habet oppositionem, vnde necesse genere esse diuersa.

Palam igitur quòd non contingit esse! species, tales quales quidā. Erit enim homo, hic quidem corruotibilis, hic autem incorruptibilis. equidē spē eadem dicūtur esse species, & non æquiuoce, Diuersa vero gūre, plus distāt quàm quæ spē.

Manifestum itaque est, quòd non contingit tales formas esse, quales quidam aiunt. erit nanque & ipse homo hic quidem corruptibilis, ille uero incorruptibilis, quamuis formæ eædem specie cum particularibus esse dicantur, & non æquiuoce. quæ vero genere diuersa sunt, plus distant, quàm quæ specie.

cundum accidens quibusdam insunt, ut ea quæ nunc dicta sunt, ac alia multa: quædam impossibile est. quorum est corruptibile, & incorruptibile. nihil enim secundum accidens corruptibile est. accidens nanque contingit non esse: corruptibile uero eorum est, quæ necessario insunt his, quibus insunt. aut vnum & idem corruptibile, & incorruptibile erit, si contingit non inesse ei corruptibile. Aut substantia igitur, aut in substantia cuique corruptibilium necesse est corruptibile esse. Eadem autem ratio & de incorruptibili est. eorum enim ambo sunt, quæ necessario insunt. Prout igitur & secundum quod primum, hoc quidem corruptibile, illud vero incorruptibile, oppositionem habent. quare necesse est genere diuersa esse.

10

COMMENTARIORVM S. THO. SVPER DECIMVM Metaphy. finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM LIBER VNDECIMVS,

Cum Diui Thomæ præclarissimis commentarijs.

LECTIO PRIMA.

Via particulares scientiæ, quædam eorum, quæ perscrutatione indigent, prætermittũt, necesse fuit quã dam scientiam esse vniuersalem & primam, quæ perscrutetur ea, de quibus particulares scientię non cõsiderant. Huiusmodi autem videntur esse tam communia, quæ sequuntur ens commune, de quibus nulla scientia particularis considerat, cũ nõ magis ad vnam pertineant quam ad aliã, sed ad omnes communiter: quam etiã substantiæ separatæ, quæ excedunt considerationem omniũ particularium scientiarum. Et ideo Arist. hmõi scientiam nobis tradens, postquã perscrutat' est de cõmunibus, accedit ad tractandum specialiter de substantijs separatis, ad quarum cognitionem ordinãtur nõ solum ea, quæ in hac scientia tractata sunt, sed etiã, quæ in aliis scientijs tractantur. Et ideo ad manifestiorem considerationẽ de substãtijs separatis habendam, primo sub quodam compendio recolligit ea, quæ dicta sunt, tam in hoc libro, quam in libro Physicorum, vtilia ad cognitionem substantiarum separatarum. Secundo, de ipsis dieturatem sequẽtis libri, ibi. {Sed quoniam tres sunt substãtiæ.} Prima pars diuiditur in duas. In prima recolligit ea, quę præcedunt considerationem substantiæ. In secũda recolligit ea, quæ ad considerationem substantiæ pertinent, ibi, in principio sequentis libri. { De substantia quidem theorica. } Tria autem premiserat ante considerationem substantiæ. Primo mouerat dubitationes in Tertio libro, quas in hoc Primo recolligit, Secundo, determinauerat ea quæ ad considerationem huius scientiæ pertinent in quarto lib. quę & hic secundo loco recolligit ibi. {Quoniam aũt phy. scientia.} Tertio determinat de ente imperfecto. f. de ente per accidens, & de motu, & infinito, & de quibus partim determinauerat in secundo & sexto huius, partim in tertio Physicorum, & de his in tertio loco hic recolligit, ibi. } Quoniam autem simpliciter ens &c. } Prima pars diuiditur in duas. Primo mouet dubitationem circa considerationem huius scientiæ. In secunda circa res, de quibus in hac scientia determinatur, ibi. { Adhuc vnum oportet poni. } Circa primum duo facit. Primo inquirit quomodo sit considerațio huius scientiæ circa principia, & substantias. Secundo, circa quæ principia, & circa quas substantias, ibi. {Sed nec circa dicta a Physicis. } Circa primum duo facit. Primo dubitationes ponit de considerationẽ huius scientiæ circa principia. Secundo de considerationẽ huius scientiæ circa substantias, ibi. {Adhuc vtrum omnium substantiarum. } Circa primum tria facit. Primo supponit considerationem huius scientiæ esse circa principia, dicens, quòd manifestum est ex Primo lib. in quo disputauit contra ea, quæ alii philosophi dixerunt de primis rerũ principijs, quòd sapientia est scientia quædam circa principia. Ostẽsum est enim in proœmio istius libri, quòd sapientia considerat causas altissimas, & maxime vniuersales, & est nobilissima scientiarum. Secundo ibi.

b ¶ Mouet quæstionẽ de consideratione huius scientiæ, quæ sapientia dicitur circa principia rerum, dicens, quòd aliquis potest dubitare: vtrum oporteat sapientiam, quæ considerat principia, esse vnam scientiam, aut multas. Et si dicat, quòd est vna, videtur hoc esse in cõtrarium: quia plura, de quibus considerat in vna scientia, sunt contraria, eo q vnum contrariorum est ratio ad cognoscẽdum alterum, propter hoc videtur sub vna arte cadere: sed principia rerum cum sint plura non sunt contraria, alioquin non possent conuenire in vno principiato. Sapientia ergo, quæ est de principijs, non videtur esse vna scientia. Si vero dicatur, quòd nõ est vna, sed plures, non est eas assignare. est autem veritas, quod sapientia est vna scientia, quæ tñ cõsiderat plura principia, inquantũ reducuntur ad vnũ genus, qua & hac rõne cõtraria sub vna scia cadũt inquãtũ sũt vnius generis. Tertio ibi.

c ¶ Mouet dubitationẽ de consideratione huius scientiæ circa principia demonstrationis dicens, q adhuc dubitabile est, vtrũ speculari principia demonstratiua, vt oẽ totũ est maius sua parte, & similia, sit vnius sciæ, aut plurium. Et si dicatur q vnius, videtur difficile assignare, quare magis sit istius sciæ, q̃ alicuius alterius, cum oẽs scientiæ cõiter eis vtantur. Si aũt detur, q sit plurium scientiarũ, videbitur difficile assignare plures scientias tales. Est autem veritas, q vna scientia principaliter considerat ista principia, ad quam consideratio pertinet communiũ, qui sunt termini illorum principiorum, sicut ens, & non ens, totum & pars, & alia huiusmodi: & ab ea aliæ scientiæ huiusmodi principia accipiunt. Deinde cum dicit.

d ¶ Mouet dubitationes de consideratione huius sciẽtiæ circa substas, & quærit duo. Primo: vtrũ hæc sciẽtia cõsideret de oĩbus subiis, aut non. Et si detur q non, difficile est assignare de quibus subiis consideret, & de quibus non. Et si detur, quòd de oĩbus consideret, cum sit una, remanet dubium, quo eadẽ sciẽtia possit esse de pluribus, cum una scientia sit vnius. Et veritas est, q hæc sciẽtia est de omnibus substantijs, licet de quibusdam principalius, s. de substantijs separatis, inquantum omnes conueniunt in vno genere, quod est ens per se. Secundo ibi.

e ¶ Quærit, vtrum demonstratio sit solum circa substantias, aut ẽt circa accidentia. Si enim demonstratio proprie esset circa accidentia, quia ad demonstrationem pertinet concludere per se accidentia de subiectis, non erit demonstratio circa substantias. Sed si dicatur, quòd alia demonstratiua sciẽtia est substantiarum, & alia accidentium per se, quærendum restat, quæ sit vtraq; earum. & sit utraque earum sit digna noĩe sapiẽtię: quia ex vna parte videtur quòd illa, quæ circa accidentia sũt, quæ vtraq; & vtra sapietia: Demonstratiua quidem sapiẽtia quæ circa accidentia: hæc aũt circa prima, quę substantiarũ.

f Sed non circa dictas in Physicis causas quæsitam scientiã ponendum. neq;. n. circa qđ cuius gratia. tale. n. bonum. hoc aũt in operabilib' existit, & existẽtibus in motu, & hoc primũ mouet. Tale. n. finis. Primũ aũt mouẽs nõ est in immobilibus.

g Totaliter aũt dubitationem habet, vtrum quidẽ circa sensibiles substas est quæsita nũc scia. aut nõ, sed circa quasdã alias. Si. n. circa alias, aut circa spẽs, aut sicut circa mathematica. Spẽs quidẽ. n. q nõ sunt, palã.

h Atramẽ dubitationẽ habet, & si esse quis ipsas ponat propter quid qdẽ non quẽadmodũ in mathematicis, sic habet & in aliis. quorum sunt spẽs? Dico aũt, quia mathematica quidem intermedia spẽrum, ponũt & sensibiliũ, velut tertia q̃dã præter spẽs, & quæ hic. Tertius aũt homo nõ est, neq; equ' præter auton, & singulares.

i Si autem iterum non est, vt dicunt, circa qualia ponendũ negociari mathematicum? nõ est enim vtiq; circa ea, quę hic, horum enim nullum est, quale mathematicæ quærunt scientiarum. Neq; enim circa Mathematica quęsita est nũc sciẽtia. Separabile enim ipsorum nullum. Sed neque sensibilium substantiarũ. corruptibiles. n.

k Totaliter aũt dubitabit vtique aliquis. cuius scientiæ dubitare de mathematicarũ materia. neque n. Physice, pp circa habentia in ipsis principiũ motus & quietis naturalis oẽ primum mouens, est omnino immobile, Secundo ibi.

g ¶ Mouet quæstionem de consideratione substantiarum sensibilium, & quærit, vtrum hæc scientia sit circa substantias sensibiles, aut non. si enim sit circa substantias sensibiles, non videtur differre a Scientia Naturali. Si autem circa alias substantias, difficile est assignare circa quas alias. Aut enim est { circa species } ideũt circa ideas, quas Platonici posuerunt. Aut est circa mathematica, quæ etiam quidam posuerunt esse media inter ideas & substantias sensibiles, sicut sunt superficies, & lineæ, & figuræ, & alia huiusmodi. Sed manifestum est per superiores libros, quòd { species non sunt } ideũt ideæ separatæ, & de mathematicis statim quæretur. Est autem veritas huius quæstionis, quòd ista scientia determinat de substantijs sensibilibus, inquantum sunt substantiæ, non inquantum sunt sensibiles & mobiles. hoc enim proprie pertinet ad naturalem. Sed propria cõsideratio huius sciæ est de subiis, quæ nõ sunt ideę, nec mathematica separata, sed primi motores, vt infra patebit. Tertio ibi.

h Mouet tertiam dubitationem ex incidenti. Quia enim dixerat manifestum esse, q non sunt species separatæ, mouet dubitationem de mathematicis, vtrũ sint separatæ. Et ostendit primo, q non: quia, si aliquis ponat species separatas, & mathematica separata, præter substãtias sensibiles: quare non est ita in oĩbus, quę hñt species, sicut in mathematicis? vt sicut mathematica ponitur media inter species & sensibilia, quasi quædam tertia entia præter species & particularia, quæ sũt hic, vt linea mathematica præter speciẽ lineę, & lineam sensibilẽ, ita poneretur tertius homo, & tertius { equus præter auton } ideũ per se homine, & per se equũ, quæ appellabant Platonici ideas, & equũ & hominem, singulares. Sed in his Platonici media non ponebant, sed solum in mathematicis. Postea uero cum dicit.

i ¶ Obiicit in contrarium: quia si nõ sunt mathematica separata, difficile est assignare circa quæ mathematicæ scientiæ negocientur. Nõ enim negociari videtur circa sensibilia inquantum huiusmodi, quia in istis sensibilibus non sunt tales lineæ, & tales circuli, quales sciæ mathematicæ quærunt. vnde videtur necesse ponere quasdã lineas, & quosdam circulos separatos. Est autem veritas, quod mathematica non sunt separata a sensibilibus secũdũ se, sed solũ secũdũ rõnem, vt supra ostẽsum est in Sexto, & infra declarabit. Et, quia hanc dubitationẽ ex incidenti interposuerat de separatione mathematicorum ea occasione, quia dixerat manifestum esse, quòd species nõ sunt separatæ, cõsequenter cum dicit. {Neq; etiam circa mathematica. } redit ad quæstionem principalem, qua quærebatur, circa quas substantias sit ista scientia. Et, cum ostenderit quòd non sit circa species, quia species non sunt separatę, nunc ostendit eadẽ rõne, quòd non est circa mathematica, quia nec ipsa sunt separata, scilicet secundum esse. Sed non videtur esse circa sensibiles substantias, cum sint corruptibiles & in motu existentes. Est autem veritas huius quæstionis, quæ supra p̃fata est. Quartam dubitationem ponit ibi.

k Et quærit, cuius scientiæ sit {dubitare de materia mathematicarum scientiarum } ideũt inquirere de quibus Mathematicę considerent. Nõ enim hoc est Scientię naturalis, propter hoc q

parte. 1. parte. 2. par. 3. par. 4. parte. 5. Lect. 3. Text. c. 2. Lib. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

totum negocium naturalis Philosophiæ, est circa ea, quæ habẽt in seipsis principium motus & quietis, quæ naturalia dicuntur. vnde de hac dubitatione se non intromittit. Similiter etiam consideratio huius dubitationis, non videtur pertinere ad illam scientiam, quæ intendit de demonstratione & scientia mathematicorũ, quæ dicitur mathematica scientia: quia huiusmodi scientia præsupponit huiusmodi materiã, siue hmõi subiectum, & circa ipsum aliqua inquirit. vnde relinquitur, q̃ ad hanc philosophia pertineat considerare, de quo tractant scientiæ mathematicæ. Deinde cũ dicit l ¶ Inquirit, circa qualia principia sit consideratio huius scientiæ: & circa hoc monet tres quæstiones. Primo enim quærit, vtrum hæc sc̃a sint circa principia, quæ a quibusdam elemẽta dicũtur. Quod videtur ex hoc, quòd omnes ponunt huiusmodi principia esse inexistentia, ideſt intrinseca cõpositi, & ita oportet ad cognitionem compositorum, q̃ ipsa cognoscantur. Sed ex alia ratione videtur, q̃ ista scientia sit magis vniuersalium, quia omnis ratio & omnis scientia videtur esse {vniuersalium & non extremorum} ideſt particularium, ad quæ diuisio communiũ terminatur. & sic videtur, quòd ista scientia maxime sit priorum generũ. Et veritas est, q̃ hæc scientia præcipue cõsiderat communia, non tamen quòd cõmunia sint principia sicut Platonici ponebant. Considerat autem & principia intrinseca rerum, sicut materiam & formam. Secundo ibi.

m ¶ Mouet secundã dubitationem. Videtur enim ex vna parte, quòd vnum & ens sint principia & genera, quia hæc maxime videntur continere omnia suo ambitu communitatis. Et maxime videntur esse principia, quia sunt prima naturaliter, quia eis interemptis interimuntur alia. omnia enim sunt ens & vnum. vnde, si auferatur vnum & ens, omnia alia auferuntur, sed non conuertitur. & sic videntur esse prima naturaliter, cum prius naturaliter dicatur, a quo non conuertitur consequentia essendi. Ex alia parte videtur, quòd vnum & ens non sint genera, & per consequens nec principia, si genera sunt principia. Nulla enim differentia participat actu genus, quia differentia sumitur a forma, genus aũt a materia. Sicut rõnale a natura intellectiua, animal a natura sensitiua. Forma autem nõ includitur in essentia materiæ actu, sed materiæ est in potentia ad ipsam. Et similiter differentia non pertinet ad naturã generis, sed genus habet differentiam potestate. Et propter hoc, differentia non participat genus, quia cum dico rationale, significo aliquid habens rationem, nec est de intellectu rationalis, q̃ sit animal. Illud autem participatur, quod est de intellectu participatis. Et propter hoc dicitur, quòd differentia non participat genus. Nulla autem posset differentia sumi, de cuius intellectu nõ esset vnum & ens. vnde vnum & ens, non possunt habere aliquas differentias. & ita non possunt esse genera, cum omne genus habeat differentias. Est autẽ veritas, quòd vnum & ens non sunt genera, sed sunt omnibus cõmunia analogice. Tertiam quæstionẽ ponit ibi.

n ¶ Et est dubitatio, vtrum principia sint magis genera quàm species. & primo ostẽdit, quòd species magis sint principia q̃ genera: quia quod est simplicius, est magis principium. sed species videntur esse simpliciores. sunt enim indiuisibilia, ad quæ terminatur diuisio generis formalis: sed genera in plura, & differentia specie diuiduntur. ergo magis videntur principia esse species quàm genera. Sed ex ea parte, qua genera constituunt species, & non econuerso, videntur genera esse magis principia. Hoc enim est de ratione principii, quòd eo remoto, alia remouentur. Est autẽ veritas, quòd vniuersalia sunt principia. scilicet in cognoscendo, & sic genera magis sunt principia, quia simpliciora. Et quòd dividantur in plura quàm species, hoc est, quia continent plura in potentia: sed species continent plura in actu. Vnde sunt magis indiuisibiles per modum resolutionis cõpositi in simplicia.

LECTIO II.

ADhuc, vtrum oportet poni aliq̃d præter singularia, aut nõ, sed horũ quia scia sed hæc infinita? q̃ vero præter singularia, genera aut species sunt. Sed neutri' horũ quæsita nunc scia. Propter quod. n. impossibile hoc, dictum est.

tentio est. Nec illius, quæ de demonstratione, & scientia tract.at. circa nanque idipsum genus, consideration-em facit. Restat itaque Philosophiã propositam de hisce rebus tractare.

Dubitauerit autem quispiam profecto, si hæc, quæ quæritur scientia, ponenda sit circa principia, quæ a quibusdam elementa uocantur. hæc autem omnes ineſſe compositis ponunt. Aut magis uideatur uniuersalium eam oportere esse, quæ quæritur scia. omnis.n.ratio, omnisque scia uniuersalium, non ultimorum est. quare sic erit utique primorum generũ.

Hæc autem sane fuerint ens, & unum. hæc enim maxime putabuntur cuncta entia continere, & maxime principiis assimilari, eo quòd natura prima sint. corruptis nanque eis, simul cætera quoque pereunt, omne enim ens & unum. Quateus autem necesse est. ut differentiæ participent his, siquis hæc genera ponat, nulla uero differentia participat genere, hoc pacto non uidebitur ea genera ponere, neque principia.

Itẽ, si magis principium est, quod simplicius, quàm quod minus tale sit, ultima uero eorum, quæ ex genere sunt simpliciora: quàm genera sint (hæc enim induidua sunt: genera uero in plures species, & differentes diuiduntur) magis species, quàm genera uideantur principium esse. quatenus uero species, simul cum generibus pereunt, genera magis assimulantur principiis. principii nanq; est, quod coïterimut. Hæc utiq; et huiusce modi alia sunt. quæ dubitationẽ habẽt.

LECTIO II.

ITem, utrum ponendum est quicquam præter particularia, an non, sed horũ est, quæ quæritur, scientia, at hæc infinita sunt. quæ uero præter singularia sũt, aut genera. aut species sunt. neutrius autẽ horũ, quæ quæritur, scia est. cur enim hoc impossibile sit, dictum est.

POstquam mouit dubitationem de cõsideratione huius scientiæ, hic mouet dubitationem de his, quę in hac scia considerantur. Et primo, de substantiis. Secundo, de principiis. ibi. {Adhuc autẽ siquidẽ est. } Circa hoc mouet duas dubitationes, quarum prima est, vtrum oporteat aliquid poni in rerum natura existẽte præter singularia, aut non. Et si dicatur quòd non, videtur sequi, quòd hæc scientia, quæ nunc quæritur, sit singularium, & quælibet alia. Sed hoc videtur impossibile: quia singularia sunt infinita, & infinitorum non est scientia. Si autem dicatur, quòd aliquid existit præter singularia, oportet q̃ sint vel genera, vel species. & sic hęc scientia esset de generibus vel speciebus. Sed quare hoc sit impossibile, dictum est prius, quia

quia nec genera, nec species videntur esse principia, cum tamen hæc sit scientia de principiis. Et veritas hæc est, quia nihil est in rerum natura præter singularia existens, sed tantum in consideratione intellectus abstrahentis communia a propriis.

parte. 2. b ¶ Et est, vtrum sit aliqua substantia separabilis præter sensibiles substãtias, quæ sunt hic & nunc. Et hęc quæstio necessaria est hic ad quærendum: quia si nihil est præter sensibilia, tũc sola sensibilia sunt entia. Et cum sapientia sit scientia entiũ, sequitur q̃ sapientia sit circa sola sensibilia, cum tamẽ in hac scientia videamur quærere quandam aliam naturam separatam. Et sic ad propositum huius scientiæ pertinet quærere, si est aliquid separatũ a sensibilibus vel non. & quicquid horum detur, sequitur alia quæstio. & ideo consequenter dicit.

Part. 3. c ¶ Mouet quæstionẽ quæ videtur sequi, si ponatur aliquid separabile a sensibilibus, quæ quidem quæstio est, Vtrũ præter omnes substantias sensibiles sit aliquid separabile, aut præter quasdam tantum. si præter quasdam tantum, difficile est assignare rationẽ præter quales substantiarum sensibiliũ oportet ponere substantiam separatã, & præter quales: Nõ enim videtur esse ratio alia qua, quare præter homines & equos sensibiles sit homo & equus separatus, & nõ similiter de aliis animalibus, & etiam de aliis inanimatis. Si autem præter omnia sensibilia sit aliqua substantia separata, sequitur quòd oporteat ponere aliquas substãtias separatas, perpetuas, æquales numero substantiis sensibilibus & corruptibilib', vt scilicet, sicut est homo corruptibilis, ita sit homo incorruptibilis, & equus, & bos, & etiã in rebus naturalibus aliis. Et hoc videtur cadere in irrationabilia. Deide cũ dicit.

Part. 4. d ¶ Mouet aliamquę stionem, quæ videtur sequi, si nõ sit aliqua substantia separata a sensibilibus. & est quæstio, quid sit primum principium, vtrum scilicet materia, vel forma. ex his enim duobus componuntur substantiæ sensibiles. Videtur enim primo aspectu, quòd nihil magis possit poni principium quàm materia, quæ est primum subiectum, & semper manet, sicut primi naturales posuerunt. Sed hoc, vt uidetur, non potest esse principium, quia materia non est in actu, sed in potentia. Et ita, cum actus naturaliter sit prior potentia, vt in Nono habitum est, videtur quòd sit principium species & forma, quæ est actus. Sed nec forma potest esse principium, vt videtur, qa forma sensibilis videtur esse corruptibilis. Et ita, si forma sensibilis sit primum principium, videtur seq, quòd nulla substantia sit perpetua, quæ sit separabilis, & secundum se existens. Quod uidetur inconueniens, quia a famosis philosophis, & quæritur ali quod principiũ perpetuum, & separatum, & aliqua talis substantia, & hoc rationabiliter. non enim esset ordo perpetuitatis in rebus, nisi esset aliquod principium separabile & perpetuum, quod daret rebus perpetuitatem. Et veritas harũ quæstionũ est, quòd est aliqua substantia separata a sensibilibus, non quidem species rerum sensibilium, ut Platonici posuerunt, sed primi motoris, ut infra ostendetur. Deinde cum dicit.

Part. 5. e ¶ Mouet quæstionem de principiis, & primo qualia sunt. Secundo, quæ sunt. ibi. {Si autem rursus aliquid.} Tertio, quomodo se habeant ad inuicẽ. ibi. {Adhuc autem vtrum principium.} Quærit ergo, si sit aliqua substantia separata & principium, vt nunc quærimus, vtrum sit aliquod principium omnium, scilicet corruptibilium & incorruptibilium, vel nõ. si sit principium aliquod omnium, dubitatio remanet, quare ex eodem principio, quædam sunt perpetua, quædam non perpetua. si autem aliud est principium corruptibilium & aliud incorruptibilium, adhuc remanet dubitatio, quare cum principium sit perpetuum, ea quæ sunt ex primo non

Etenim omnino hæsitationem habet, vtrum arbitrandum sit aliquam separatam substantiam præter sensibiles substantias, & has quæ hic sunt, an non, sed illa esse entia, & circa illa Sapientiam versari. quærere nanque uidemur aliam quandam, & hoc est nobis propositum. dico autem uidere si quid per se separabile sit, & in nullo sensibilium existens.

Item, si præter sensibiles substantias, est aliqua alia substantia, præter quales sensibiles ea ponẽda esset. cur enim magis præter homines, quàm præter equos, aut alia animalia, aut omnino etiam inanimata ponenda sit? at his sensibilibus, & corruptibilibus substantijs alias sempiternas æquales ponere, profectò extra rationem cadere uideretur.

Quòd si id, quod nunc quæritur, principium non est a corporibus separabile, quod aliud magis, quàm materiam quis ponet? at hæc actu qui dem non est, potentia uero est. Magis itaque, ac principalius ea uideatur esse principium, species & forma. uerum hæc quoque corruptibilis est. quare omnino, non est perpetua substantia, & per se separabilis. Sed hoc inconueniens est. uidetur nanq; esse, ac ab ipsis maxime gratia præditis quæritur, tanquam sit tale principium, ac talis substantia. Quo nanque pacto ordo erit, non existente aliquo perpetuo separato, ac permanente?

Item, si est aliqua substantia, & principiũ natura tale, quale nunc quærimus, & hoc omnibus unum, & idẽ perpetuis, atque corruptibilibus, dubitationem habet, cur cum idem principium sit, quædam quæ sub illo principio sunt, æterna sunt. quædam non. hoc enim inconueniens est. Et si aliud quidem corruptibilium principium, aliud æternorum est. si etiam corruptibilium æternum est, similiter dubitabimus. Cur enim principio æterno existente, non sint æterna, quæ sub æterno sunt? corruptibili uero existente, aliud quoddam huius principium sit, & illius aliud, et hoc in infinitum procedet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

le habet principium, sequitur quòd principium corruptibile, F habeat aliquod principiū: & illud, aliud aliud: & sic in infinitū. quod est impossibile, vt ostensum est supra in Secundo. Et veritas est, quòd primum principium omnium est incorruptibile: sed quædam propter longe distare ab eo, sunt corruptibilia, in quibus generatio & corruptio causatur per causam mediā, quæ est incorruptibilis, sed m substātiam, variabilis sed m vbi. Deinde cum dicit.

f ¶ Quærit quę sunt principia, & primo quærit de opinione illorum, qui posuerunt principia vnū & ens, quia sunt maxime imobilia. qualitercumque enim varietur aliquid, sēper remanet vnum, & ens. Sed ex eorū opinione cōsurgit duplex dubitatio, quarum vna est: vtrum vnum & ens significat hoc aliqd & substātiam: si enim nō, non potuerunt esse separabilia & per se existentia, sed talia principia quærim⁹, que sint perpetua & separata existentia. Si autem significat hoc aliquid & substātiam, sequitur quòd omnia sint substantiæ, & nihil sit accidens, quia ens prædicatur de omnibus entibus: vnum autē prædicatur de quibusdam. Quædam vero sunt, quæ i multitudine consistunt, de quibus vere manifestum est, qualiter prædicetur vnū. hoc autē est falsum, quòd oīa sint substātiæ. Vnde videtur, q vnum & ens non significet substantiā.

g ¶ Secunda dubitatio quam ponit talis est: Ponentes enim vnū principium & substantiam, dicunt quòd ex vno & ex materia generatur numerus tanquā primus effectus. Et hūc scilicet numerum dicunt esse substantiā. sed hoc non videtur esse verum. quia, si numerus componitur ex vno & materia, oportet quòd sit aliquid vnum, sicut quod componitur ex anima & materia, oportet quòd sit animatum: sed quo modo dualitas & quilibet aliorum numerorum, qui sunt compositi ex multis vnitatibus, sunt vnum, ut dicunt Platonici, nec facile est assignare, vt posit dici esse dere lictum ab eis, quasi de facili intelligibile. Secundo ibi.

h ¶ Prosequitur aliā opinionē de principijs. Quidam.n. posuerunt {lineas & habita}. i. cōsequenter se habentia ad eas scilicet superficies esse principia, quia ponebāt corpora componi ex superficiebus, & superficies ex lineis. Sed manifestum est, quòd hmōi non sunt substantiæ separabiles & per se existentes, quia sunt quædam decisiones & diuisiones, lineæ quidem superficierum, superficies corporum, puncta vero linearum. Et sunt etiā termini eorūdem, pūcta.s. linearum, & sic de aliis. Punctum.n. quod est in extremitate lineę, est terminus lineę. Quod autem significatur actu infra lineā, est decisio lineæ. & similiter est de linea ad superficiem, & de superficie ad corpus. Manifestum est autem, q̄ termini & decisiones sunt existentia in aliis, sicut in subiectis. vnde nō possent esse separabilia. & sic lineæ & superficies, nō sūt principia. Deinde cum dicit.

i ¶ Inducit aliā rōnē dicens, quòd nō pōt opinari quòd sit aliqua substantia vnitatis & pūcti, quia substantia non incipit esse nisi per generationē. cum aūt linea diuidatur in actu ipsa diuisio est pūctū. Est autē harum qōnum veritas, q̄ nec vnū, nec lineæ & superficies sunt principia. Tertio ibi.

k ¶ Post quæstionē de vno & ente, & de dimensionibus, mouet quæstionem de substantiis, & primo quærit vtrum substātię sint principia. & videtur q̄ non, quia omnis sciētia est vniuersalium, & quęlibet scientia est {talis vniuersalis}. idest alicuius subiecti vniuersālis determinati. Sed substantia nō est de numero vniuersālium, sed magis esse hoc aliquid separabile, ideſt p se existens. & ita videtur, q̄ de substantiis non sit scientia. Sed scientia est circa principia, ergo substantia non est principium. Et veritas est, quòd licet vniuersalia non per se existant, tamē naturas eorum, quæ per se subsistunt, est considerare vniuersaliter. Et secundum hoc, accipiuntur genera & species in prędicamento substantiæ, quæ dicuntur secundæ substātiæ, de quibus est scientia. Quædam etiam per se existentes sunt principia, quæ quia immateriales, pertinent ad intelligibilem cognitionē, licet excedāt intellectus nostri comprehensionē.

l ¶ Secundo quærit: vtrum sit aliquod {principium præter synolon, i. præter simul totum, quod est compositum, aut non. Et exponit synolon, q̄ est materia. & quòd cum materia cōponitur. Si enim nō sit aliquid præter cōpositū ex materia & forma, quæ autem sunt in materia dicuntur corruptibilia, sequitur quòd nihil sit perpetuum. Et si est aliquid præter compositum, hoc erit species & forma & remanebit dubitatio, in quibus forma separatur, & in quibus non. Manifestum est enim, quòd in quibusdam forma non separatur: forma enim domus non separatur a materia. Vnde & Platonici non posuerunt ideas rerum artificialium, quia formæ rerum artificialiū sunt actus, quæ non possunt per se existere. & veritas est, quòd est aliquid præter materiam, non tamen forma rerum sensibilium. Deinde cum dicit.

m Quærit qualiter principia se habeant adinuicem, vtrum.s. omniū principia sint eadem numero, aut specie tātū: si.n. sint eadem numero, sequitur quòd omnia sint eadē numero. Si autē non sunt eadem numero, oportebit quærere causam diuersitatis. Et ueritas est, quod loquendo de principiis extrinsecis, vnum numero sunt, cum id, quod est primū principiū omnium, sit agens & finis. Principia vero intrinseca, s. materia & forma, nō sunt vnū numero omniū, sed secundū analogiā, vt infra ostendetur.

LECTIO III.

Postquam mouit q̄stiones, hic incipit colligere ea, quæ pertinent ad considerationem huius scientiæ, & diuiditur in duas partes. In prima ostendit de quibus hæc scientia considerat. In secūda cōparat hāc scientiam ad alias. ibi. {Omnis autem scientia.} Prima diuiditur in duas partes. In prima ostēdit quòd ad hāc sciētiam pertinet considerare de omnibus entibus. In secunda quòd ad hanc pertinet considerare de principiis demonstrativis. ibi. {Quoniam autem.} Circa primū duo facit. Primo, ostendit quòd omnium est reductio aliqualiter ad vnum. Secundo ostendit quòd de omnibus reductis ad vnum est consideratio huius scientiæ. ibi. {Quemadmodum autem.} Circa primum duo facit. Primo ostendit, quòd necessariū est ad præsentem considerationem inquirere, vtrum omnia reducantur aliqualiter ad vnum, dicens, quòd quia scientia philosophiæ est de ente inquantum est ens, ita quod considerat de ente secundum vniuersalem rationem entis, & non secundum rationem entis alicuius particularis: cum ens multipliciter & nō vno modo dicatur: si ista multiplicitas esset pura æquiuocatio, quæ non diceretur secundum aliquid commune, non caderent omnia entia sub vna sciētia, quia non reducerentur aliquo modo ad vnum genus. Oportet autem vnam scientiam esse vnius generis. Sed, si ista multiplicitas habeat aliquod commune, omnia entia possunt esse sub vna scientia. Vnde ad quæstionē quæ quærebatur, vtrum ista scientia sit vna, cum sit de pluribus & diuersis, necessarium est considerare: vtrum omnia entia reducantur ad aliquid vnum, vel non. Secundo ibi.

b Ostendit quòd omnia reducuntur ad aliquid vnum, & circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo, manifestat quoddam quod poterat esse dubium. ibi. {Quoniam autem sunt.} Prima diuiditur in duas. In prima ostendit quòd omnium reductio est ad vnum. In secunda ostēdit ad quod omnia reducuntur. ibi. {Differt autem nihil.} Circa primum duo facit. Primo ostēdit, quòd omnia entia reducuntur ad aliquod vnum commune ens. Secundo q̄ omnes contrarietates reducuntur ad vnam contrarietatē. ibi. {Quoniam autem contraria omnia &c.} Dicit ergo primo quòd ens videtur dici modo prędicto scilicet, quòd dicatur multipliciter secūdum aliquid commune. Quod manifestat per duo exempla scilicet medicatiuum & salubre. Vtrunque enim eorum dicitur secundum diuersos modos, tamen per reductionem ad aliquod vnum. Medicatiuū enim aliquid dicitur multipliciter, secundum quòd hoc refertur sic ad medicamētum, & id aliter. Et similiter salubre dicitur multipliciter, secūdum quod hoc refertur sic ad sanitatē, & id aliter. Vtrobique tamen idem est ad quod fit reductio, licet diuersis modis; sicut sermo dicitur medicans, eo quòd est a scientia medicativa: cultellus autē dicitur medicatiuus, eo quòd est vtilis eidem scientiæ sicut instrumentum. Et similiter hoc dicitur salubre, quia est significativum sanitatis, sicut vrina. hoc aūt quia est factiuum sanitatis, sicut potio medicinalis. Et similiter est in aliis, quæ hoc eodem modo dīr. Manifestum est.n. quòd quę sic dicūtur, media sunt inter vniuoca & equiuoca. In vniuocis enim nomen vnū prædicatur de diuersis secundum rōnem totaliter eandem, sicut animal de equo & de boue dictum, significat substantiam animatā sensibilē. In equiuocis vero, idem nomē prædicatur de diuersis sed m rōnem totaliter diuersam: sicut patet de hoc nomē canis prout dicitur de stella, & quadā specie animalis. In his vero, quæ prædicto modo dīr, idem nomen de diuersis prædicatur secundum rōnem partim eandem, partim diuersam. Diuersam quidem, quantum ad diuersos modos relationis: eandem vero quantum ad id, ad qđ fit relatio. esse enim significatiuum, & esse effectiuum, diuersum est. sed sanitas vna est. Et propter hoc huiusmodi dīr analoga, quia proportionātur ad vnum. Et similiter est de multiplicitate entis. nam ens simpliciter, dicitur id quod in se habet esse scilicet substantiæ. Alia vero dicuntur entia, quia sunt huius quod per se est, vel passio, vel habitus, vel aliquid huiusmodi. non enim qualitas dicitur ens, quia ipsa habeat esse, sed per eam substantia dicitur esse disposita. Et similiter est de aliis accidentibus. Et propter hoc dicit, quòd sunt entis. Et

Quodsiquis rursus (quæ maxime videntur immobilia principia esse) ens et vnum ponat, primo quidem nisi quod quid & substantia vtrunque eorum significet, quomodo separabilia, & per seipsa erunt? talia nanq; prima, & æterna principia quærimus. Quod si substantiam, & quod quid vtrunque eorum significet, omnia entia substantiæ sunt, cum de omnibus ens prædicetur. de quibusdam vero etiam vnum. cuncta uero entia substantiam esse, falsum est.

Item illis, qui primum principium ipsum unum aiunt, & hoc substantiā esse, ex uno uero, & materia primo numerum generari, & hunc substantiam esse dicunt, quo modo contingit uerum esse quod dicitur? Dualitatem namque, & cæterorum compositorum numerorū unumquęque, quonam modo unū intelligere oportet? de hoc.n. nec dicūt aliquid, nec ut dicāt facile ē.

Si quis uero lineas, aut quæ has se quuntur (dico autem primas superficies) principia esse ponat, hæc non sunt substātiæ separabiles, uerū sectiones et diuisiones, illæ quidē superficiem, hæ uero corporum. puncta uero linearum sunt, et etiam ipsarum ea rundem termini. hæc autem omnia in aliis sunt, & nihil separabile est.

Item, quonam modo arbitrari oportet unius & puncti substantiam esse? omnis nanque substantiæ generatio est, puncti uero minime. punctum enim diuisio est.

Præbet autem dubitationem hoc etiam, quòd omnis quidem scientia uniuersaliū est, & eius, quod tale est: substantiā uero non esse uniuersaliū, sed magis ipsum quod quid & separabile, quare, si scientia circa principia est, quonam modo arbitrari oportet, principium substantiam esse.

Item, utrum est aliquid præter ipsum totum, an non dico autem materiam. & quod cum ea est. Nam si nō est, quæ in materia sunt, omnia corruptibilia sūt. quod si est aliquid, spēr

ma, quæ autem sunt in materia dicuntur corruptibilia, sequitur quòd nihil sit perpetuum. Et si est aliquid præter compositum, hoc erit species & forma & remanebit dubitatio, in quibus forma separatur, & in quibus non. Manifestum est enim, quòd in quibusdam forma non separatur: forma enim domus & forma profecto fuerit. hoc itaq; in quibus est, in quibusue non est, difficile determinare est. in quibusdā enim manifestum est non esse formam separabilem, vt puta domo.

Item principia, utrum specie, an numero eadem sint. si enim numero vnum, omnia erunt eadem.

LECTIO III.

Vtrum autem Philosophi scientia sit entis prout ens, uniuersaliter, & non secundū partem, ens uero multipliciter, & nō secundum unum modum dicatur, si æquiuoce, et non secundum aliquid cōmune dicitur, non est sub una scientia: talium enim nō est unum genus. quòd si secundum aliquod commune, erit utique sub una scientia.

Videtur autem prædicto modo dici, quemadmodum medicatiuum, & salubre. etenim utrunque horum multipliciter dicitur. dicitur nanque hoc modo unumquodque eorum, eo quod hoc quidem ad medicandi scientiam quodam modo referatur, hoc uero ad sanitatem, hoc uero aliter, unūquodque uero ad idem. medicatiuus namque sermo, & cultellus dicitur, eo quòd ille quidem a medicandi scientia, hic uero ei utilis. similiter & salubre. hoc enim, quia sanitatis significatiuum: hoc uero, quoniam factiuum. idem autem modus, & de cæteris est. Eodem autem modo & omne ens dicitur: eo nanque quod entis, prout ens est, passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliquid huiuscemodi sit, dicitur ens unumquodque eorum.

Infra pt. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic patet quòd multiplicitas entis, habet aliquid commune, ad quod fit reductio. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit quòd reductio omnium cõtrarietatum sit ad vnã primam. Quia enim omnium entium sit reductio ad aliquod vnum commune, cõtrarietates autem entium, quæ sunt oppositæ differentiæ per se consequuntur entia, necesse est, q̃ contrarietates reducantur ad aliquam primam cõtrarietatem, quæcunque sit illa, siue pluralitas & vnũ, siue similitudo & dissimilitudo, siue quæcunque aliæ sint primę differẽtiæ entis. Et huiusmodi cõtrarietates debent considerari in sciẽtia, quæ determinat de entibus. Deinde cũ dicit.

d ¶ Ostendit quid sit illud cõmune, ad quod fit reductio omnium entium, & dicit quòd nihil differt vtrum fiat reductio ad ens, vel vnum: si enim dicatur quòd ens & vnũ non sunt idem, sed differũt ratione, secundum qd vnum addit indiuisibilitatem supra ens, tamen manifestũ est, quòd adinuicem conuertuntur, quia omne vnum est aliqualiter ens, & omne ens est aliqualiter vnũ. Et sicut substãtia est proprie & per se ens, ita proprie & per se vnum. Quomodo autem vnum ad ens se habeat, supra dictum est in Quarto & Decimo. Deinde cum dicit.

e ¶ Remouet quandam dubitationẽ dicens, quòd omnia cõtraria pertinent ad considerationẽ vniº scientiæ. & huius ratio potissima videtur esse, quia in omnibus contrariis vnũ dicitur secundũ priuationem, quod cognoscitur ex suo opposito, remanet dubitatio: quomodo cõtraria dicuntur secũdum priuationem, inter quæ est mediũ, cum in oppositis priuatiue, non sit medium. Et ad hoc respondendum est, quòd in talibus contrariis, alterum contrariorum non ponitur priuatio, quasi totalens totã rõnem alterius oppositi, sed quia est priuatio vltimæ spẽi, inquãtũ. s. tollit cõpletã rõnẽ totius speciei, Sicut si aliquis dicitur iustus, eo q̃ est obediens legibus secundum habitum aliquem, non semper dicetur iniustus, eo quod sit priuatus tota ratione iustitiæ, quòd in nullo obediat legibus, sed quia persuasus est, vt in aliis deficiat ab obedientia legis. Et sic inest ei priuatio iustitiæ, inquantum deficit a perfecta ratione iustitiæ. & propter hoc potest habere medium, quia non omnis, qui caret iustitia, totaliter iustitia priuatur, sed aliqua parte. & hoc est medium, quod diuersificatur secundum magis & minus. & similiter est in alijs contrarijs. Sed priuatio visus dicitur in hoc, q̃ totaliter aliquis caret visu: & ideo inter cæcitatem & visionem non est medium.

Deinde cum dicit.

f ¶ Ostendit quòd de omnibus entibus reductis ad vnũ, sit considerario huius scientiæ, & circa hoc tria facit. Primo exẽplo Geometriæ ostẽdit, quòd ad vnam scientiam pertinet considerare omnia, quę reducuntur ad ens, dicens, quòd sicut Mathematica habet cõsideratiõem ¶ circa ea, quæ sunt ex ablatione }. idest circa abstracta, quæ quidem abstractio fit non ex hoc, quòd ponat ea, de quibus cõsideratur, in rerum natura esse separata a sensibilibus. sed quia considerat ea absque considerationẽ sensibiliũ. Speculatur enim Mathematica auferens a sua cõsideratione omnia sensibilia, sicut leuitatem, grauitatẽ, duritiem, mollitiem, caliditatem & frigiditatem, & omnes alias sensibiles contrarietates, & derelinquit in sua consideratione solummodo quãtum & continuum, siue sit cõtinuum ad vnam tantum dimẽsionem, vt linea: siue ad duas, vt superficies: siue ad tres, vt corpus: & considerat primo passiones horum inquantum sunt contínua, & nõ secundum aliquid aliud. Non enim considerat passiones superficiei secundum quòd est superficies, lignea, vel lapidea: et similiter rõnes eorũ adinuicẽ. Cõsiderando figuras ẽt cõsiderat accidẽtia quæ existunt in figuris, & considerat mensurationes & incommensurationes quæ sunt titatum, vt patet in decimo Euclidis, {& rationes } idest proportiones earum, vt patet in quinto. Sed tñ de oĩb² his est vna scientia quæ est Geometria. Et sicut est de Mathematico, ita est de Philosopho, q̃ considerat ens, & prætermittit considerare omnia particularia entia, & considerat ea tñ quæ pertinent ad ens commune, quæ licet sint multa, tamen de omnibus est vna scientia, inquantum scilicet reducuntur omnia in vnum, vt dictum est. Secundo ibi.

g ¶ Ostendit cuius scientiæ sit prædicta considerare, dicens, q̃ considerare accidentia entis, inquantum est ens, non est alterius scientiæ, quàm huius philosophiæ. Si enim esset alterius maxime videretur esse naturalis scientiæ & Dialecticæ, quæ videntur maxime inter scientias esse communes. Naturalis quidem secundum opinionem antiquorum, qui non ponebant alias substantias, nisi sensibiles. Sic enim sequeretur, quòd ad naturalem pertineret cõsiderare de omnibus substantijs, & per cõsequens de omnibus entibus, quæ reducuntur ad substantiam. Dialectica autem videtur esse cõmunis, & similiter sophystica, quia considerant quædam accidentia entibus, scilicet intẽtiones & rationes generis, & speciei, & alia huiusmodi. Vnde relinquit, quòd Philosophº cõsideret prædicta, inquantum sunt accidẽtia ẽtis. Tertio ibi.

h ¶ Ex dictis infert conclusionem principaliter intentam, dicẽs, quòd quia ens dicitur multipliciter secundum aliquid vnum, & omnia contraria reducuntur ad primam contrarietatem entis, & talia sic reducta in vnũ, possunt cadere sub vna scientia, vt dictum est: per hoc soluitur dubitatio prius mota vtrũ: scilicet multorum differentium ẽsse sit vna sciẽtia.

LECT. IIII.

Ostquam Philosophº ostẽdit quomodo consideratio huius scientiæ est circa entia, & ea quæ cõsequuntur ens inquãtum huiusmodi: hic ostendit quomodo consideratio huius sciẽtiæ est de primis principijs demõstrationis: & diuiditur in duas partes. In prima ostẽdit, q̃ ad hãc sciẽtiam pertinet cõsiderare de his. In secunda determinat de quodam principio demõstrationis, quod est inter alia primũ. ibi {Est autem quod dam &c.} Circa primum duo facit. Primo ostendit propositũ ex consideratione Scientiæ Mathematicæ. Secundo ex consideratione scientiæ naturalis. ibi {Eodẽ autem.} Vtitur autem in prima parte tali ratione. Quæcunque communia a scientijs particularibus accipiuntur particulariter, & non secundum q̃ sunt in sua communitate, pertinent ad considerationem huius scientiæ: sed prima principia demonstrationis accipiuntur a Mathematica, & ab alijs particularibus scientijs particulariter tantum. ergo eorum consideratio secundum quod sunt communia pertinet ad hanc scientiam, quæ considerat de ente inquantum est ens. Dicit ergo, quòd Mathematicus vtitur {principijs communibus proprie,} idest secundum quòd appropriatur suæ materiæ. Oportet autem quòd ad primam Philosophiã pertineat considerare principia huiusmodi secundum suam cõmunitatem: sic enim accepta sunt principia suiipsorum, secũdum quod sunt alicui materiæ particulari appropriata. Et hoc qd dixerat, manifestat per exẽplũ: nam hoc principiũ, Si ab equalibus equalia demas, quæ relinquũtur ęqualia sunt, est commune in omnibus quantis, in quibus inueniuntur æquale & inæquale. Sed mathematica assumunt huiusmodi principia ad propriã considerationem circa aliquam partem quanti, quę est materia sibi conueniens: non est enim aliqua mathematica scientia, quæ consideret ea, quę sunt quantitatis communia, inquantum est quantitas: hoc enim est primę Philosophię, sed considerant Mathematicæ Scientiæ ea, quæ sunt huius vel illius quantitatis, sicut Arithmetica, ea quæ sunt numeri, & Geometria ea q̃ sunt magnitudinis. Vnde Arithmeticus accipit prædictum principium, secũdum qd pertinet ad numeros tantum, Geometria autem secundum qd pertinet ad lineas, vel ad angulos. non autẽ considerat Geometra hoc principiũ circa entia inquantũ sunt entia, sed circa ens inquantum est continuum: vel secũdum vnam dimensionem, vt linea, vel secundum duas, vt superficies, vel secundum tres, vt corpus. Sed Philosophia prima non intendit de partibus entis, inquãtum aliquid accidit vnicuiq: eorum, sed cum speculatur vnũ quodque communiũ aliũ, speculatur circa ens inquãtum est ens. Deinde cũ dicit.

b ¶ Ostendit idem ex cõsideratione naturalis scientiæ, dicens, quòd eodem modo se habet naturalis scientia quantum ad hoc, sicut & Mathematica: quia naturalis scientia speculatur accidentia entium & principia, non inquantum sunt entia, sed inquantum sunt mota. Sed prima scientia est de his secundum quod sunt entia, & non secundum aliquid aliud, & ideo naturalem scientiam & mathematicam oportet partes esse primę philosophiæ, sicut particularis scien-

tia est ens, & contrarietates ipsius, inquantum ens, non alterius scientiæ, quàm Philosophiæ speculari. Naturali quidẽ enim nõ inquantũ entia, magis autem inquantum motum participant, theoriam vtique quis distribuet. Dialectica enim entia & Sophistica sunt accidentium quidẽ entibus, non aũt inquantũ entia, neq: circa ens in qm̃ ens est. Quare relinquit Philosophũ, inquantũ entia sunt, esse circa dicta speculatiuum,

h Quoniam autem ens omne secundum vnum, & cõmune aliquid dicitur multipliciter dictum, & contraria eodẽ modo (ad primas enim contrarietates & differentias entis,) talia enim possunt sub vna scientia esse, dissoluetur vtique quæ secũdum principia dubitatio dicta. Dico autem, in qua dubitatum est, quomodo erit multorum & differentium genere vna aliqua scientia.

LECTIO. IIII.

Voniã autẽ Mathematicus vtitur cõmunibus proprie, & horũ principia, erit vtique speculari Philosophiæ primæ. Quod. n. ab æqualibus, æqualibus ablatis, quę relinquuntur æqualia, cõmune quidẽ est omnib⁹ quãtis. Mathematica autẽ assumẽs circa aliquã partẽ cõuenientis materię, facit theoriã. Puta circa lineas, aut ãgulos, aut numeros, aut reliquorũ aliqd̃ quãtorũ: non inquantũ autem entia, sed inquantũ continuũ ipsorũ vnumquodq; aut vnũ, aut duo, aut tria. Philosophia autem de his, quæ in parte quidẽ, inquantũ horũ vnicuiq; aliquid accidit, non intendit. Circa ens aũt inquantum ens, vnumquodque talium speculatur.

b Eodem autẽ habet modo & circa Naturalẽ scientiã Mathe-

eius prout enim contrarietates, nõ est alterius scientiæ, quàm Philosophiæ speculari, Naturali nanque speculationem de eis, non prout entia, sed prout motu participant: attribuere queat quispiam. Dialectica vero, & Sophistica de his, quæ accidunt quidẽ entibus sunt, verum non prout entia sunt, nec circa ipsum ens prout ens est. vnde restat Philosophum esse circa prædicta speculatiuum, prout entia sunt.

Cùm vero & omne ens secundum vnum quid & commune dicatur, multipliciter dictum, contraria quoque eodem modo (ad primas nanque contrarietates, & differentias entis reducuntur) huiusmodi vero possibile sit sub vna scientia esse, soluetur profecto dubitatio a principio dicta. dico autem in qua dubitatur, quonam modo multorum et genere differentium, vna quædam scientia erit.

LECTIO. IIII.

Vm autem etiã Mathematicus proprie specialiter communibus vtatur, horũ quoq; principia speculari primæ Philosophiæ profecto erit. quod enim ab æqualibus demptis æqualibus, æqualia sunt quæ restãt, commune quidẽ in omnibus quantis est. Mathematica vero accipiens, circa quandam suæ materiæ partem speculatur, vt circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut aliquid cæterorum quantorum. non tamen prout entia, sed prout vnumquodque horum ad vnum, vel duo, vel tria continuum est. Philosophia vero de particularibus quidem, prout vnicuique horum aliquid accidit, non considerat: circa uero ens prout ens, unumquodque horum speculatur.

Eodem autem modo circa etiam Naturalem scientiam se habet, quo-

tia pars dicitur esse vniuersalis. Quòd autem huiusmodi principia communia, pertineant ad considerationem primæ philosophiæ: huius ratio est, quia, cum omnes primæ propositiones per se sint, quorum prædicata sunt de ratione subiectorum, ad hoc quòd sint per se notæ quantũ ad omnes, oportet quòd subiecta & prædicata sint nota omnibus. Huiusmodi aũt sunt communia, quæ in omniũ conceptione cadunt, vt ens & nõ ens, & totum & pars æquale & inæquale, idem & diuersum, & similia, quæ sunt de consideratione philosophi primi. Vnde oportet, quòd propositiones communes, quæ ex huiusmodi terminis constituuntur, sint principaliter de cõsideratione Philosophi Primi.

Cap. 4. part. 1.

LECTIO. V.

a Rostquàm ostendit Philosophus, q̃ principia cõmunia demonstrationis, aũt principaliter de consideratione huius philosophiæ, hic determinat de primo principio inter ea. Necesse est enim, quòd sicut omnia entia reducũtur ad aliquod primum, ita oportet quòd principia demonstrationis reducãtur ad aliquod principium, quod principalius cadit in considerationem huius philosophiæ. Hoc autẽ est quòd non contingit simul esse & non esse. Quod quidem ea ratione primum est, quia termini eius sunt ens & non ens, qui primo in cõsideratione intellectus cadunt. Diuiditur autẽ hæc pars in duas. In prima determinat veritatem circa illud principium. In secũda excludit errorem ibi. ¶ Ad dicentem autem. ¶ Circa primum duo dicit de isto principio. Primo dicit, q̃ est quoddam principium demonstratiuũ in entib⁹ ¶ circa quod non contingit mentiri ¶ scilicet secundũ interiorem rationẽ, sed necessarium ¶ est semper facere contrarium ¶ scilicet, dicere verum circa ipsum. Et hoc principium est, quod non contingit idem esse & non esse secundum vnum & idem tempus, & alijs conditionibus seruatis, quæ consueuerunt in contradictione apponi scilicet secundum idem, simpliciter, & alia huiusmodi. Impossibile enim est, quòd aliquis opinetur hoc principium esse falsum: opinaretur enim contradictoria esse simul vera. Et sic

a par. prima.

part. 2. Alia littera Adhuc.

part. 3.

part. 4.

maticę. Naturalis enim accidẽtia & prĩcipia speculatur entiũ inquantum mota, & non inquã tum entia. Primã autem scientiam diximus horum esse, secũdum q̃ entia subiecta sunt, sed non alterum aliquid. Propter quod & hanc & Mathematicã scientiam partes sapientiæ esse ponendum.

LECTIO. V.

EST autem quoddam in entibus principium, circa quod non est mẽtiri, cõtrariũ autem necessariũ semper facere. Dico autem verum dicere, puta quòd non cõtingit idem secundum vnum & idem tempus esse & non esse, & alia ipsis opposita hoc modo.

b Et de talibus simpliciter qui dẽ non est demõstratio, ad hũc autẽ est. non enim est ex credibiliori principio hoc ipso facere syllogismũ. oportet aũt, si q̃dẽ erit simpliciter demõstrare.

c Ad dicentem autẽ oppositas dictiones ei, qui falsum id esse ostẽdit. sumẽdum aliquid tale, quod idẽ quidẽ erit ei. quod est nõ contingere idẽ esse & nõ esse secundũ vnum & idem tempus, nõ videbitur autẽ esse idẽ. Sic .n. solum vtiq; demõstrabitur ad dicentẽ, contingere oppositas dictiões verificari de eodẽ.

d Futuros itaq; inuicem ratione cõmunicare, oportet aliqd ipsorum intelligere. non facto autẽ hoc, quomodo est cõmunicatio his adinuicem sermonis? Oportet igitur nominũ vnumquodq; esse notum, & significare aliquid, & non multa. solum autẽ vnum. Si autẽ plura significet, manifestum facere ad quod fert nomen eorum. Dicés itaq; esse hoc, & nõ esse hoc, quod taliter esse dicit nõ dicit. quare quidem qđ significat nomen,

F idem haberet simul contrarias opiniones. Nam contrariæ opiniones sunt, quæ sunt de contrarijs. Sicut opinio, qua quis opinatur Socr. sedere, est contraria opinioni, qua quis opinatur eum non sedere.

b ¶ Secundo dicit, quòd de prædicto principio & similibus, nõ potest esse simpliciter demonstratio, sed potest esse demõstratio ad hominem.

Mathematica. Naturalis nanque accidentia & principia entium prout mouentur. & non prout entia sunt, speculatur. primam uero scientiam horum diximus esse, prout ipsa subiecta entia sunt, & modo prout aliquod aliud. Propter quòd & illam, & Mathematicam scientiam Sapientiæ partes esse ponendum est.

G

LECTIO. V.

EST autem aliquod in entibus principiũ, circa quod dicere falsum non erit, sed necesse est semper contrarium facere: dico autem verũ dicere, vtputa quòd non contingit idem secundum vnum, & idem tempus esse, & non esse; & cætera eodem atque hæc, opposita.

H

Et de his talibus simpliciter quidẽ demonstratio non est, ad aliquem autem est. non est enim ex certiore principio syllogismum ipsius eiusdem facere, quod esse oporteret si simpliciter demonstrare esset.

Ad illum vero, qui dicit locutiones oppositas, accipiendum est ab eo, qui monstrat hoc falsum esse, aliquid tale, quod idem erit quidem ei, quod non contingit secundum vnum & idẽ tempus idem esse, & non esse, non autem appareat idem esse. sic enim solummodo demonstretur ad eum, qui dicat oppositas locutiones de eodem verificari.

I

Qui autem sermonem inuicem cõmunicaturi sunt, oportet vt aliquatenus inuicem intelligant. hoc enim non facto, quomodo erit eis inuicem sermonis communicatio? Oportet igitur nominum vnumquodque notum esse, & aliquid significare, nec multa, sed vnum. quòd si plura significet, manifestare ad quod eorum nomen fert. Qui igitur dicit esse hoc & non esse hoc, quod omnino esse dicit, non dicit. quare id, quod nomen significat, idipsum non significare dicit. hoc

K

Lect. 6 part. 3.

ficantur de eodem: vt scilicet illud, quod sumitur, sit idem cõclusioni, sed non videatur idem.

d ¶ Secundo procedit ad disputandum contra prædictum errorem, & circa hoc facit tres rationes, quarum prima est: quòd si duo homines debeant adinuicem communicare rationem, vt scilicet vnus alteri rationem suam communicet disputando,

oportet

oportet vnum ipsorum intelligere aliquid, quod ab alio dicitur: quia si hoc non esset, non communicarent adinuicem in sermone, secundum rationem. Et ita, frustra accipertur disputatio contra eum, qui hoc negaret. Si autem vnus ex eis intelligeret quod alius dicit, oportet quòd vnumquodque nominum quæ proferuntur, sit notum in sua significatione ¶ & per consequens, quòd significet aliquid, & non multa, sed solũ vnũ. Et si significet multa quòd manifestẽt ad quod illorum multorum significandum vtatur nomine: aliàs nesciret vnus, quod alius vellet dicere. Hoc igitur supposito, quòd nomẽ significet vnum, manifestum est, quòd ille, q̃ dicit esse hoc, & non est hoc: puta quòd Socr. est homo, & nõ homo: illud vnum, quod attribuit Socrati, quod scilicet est homo, negat, cum adiungit quòd non ẽ homo. & sic negat iã quod primo significauit. Vnde relinquitur, quòd nomen nõ significet id, quod significat, quod est impossibile. Sequitur ergo, quòd si nomen aliquid determinate significat, quòd impossibile est contradictionem verificari de eodem. Secundã rationem ponit ibi.

e ¶ Quæ talis est. Si nomen significet aliquid, & hoc quod significatur per nomen, verificatur de eodem, de quo primo prædicatur nomen, necesse est hoc inesse ei, de quo prædicatur nomen, dum propositio vera fuit. manifestum ẽ enim quòd hæc conditionalis est vera: si Soc. est homo, Socrates est homo. Omnis autem cõditionalis vera, est necessaria. Vnde necesse est, quòd si cõsequens sit verũ, quòd antecedens sit verum, quoniam cõcluditur quòd necesse est quamlibet propositionem esse verã dũ vera est. Sed quod est aliquando, non contingit tunc non esse, quia necesse esse, & non contingens non esse, æquipollent. Ergo dum hæc est vera, Socra. est homo, non contingit hanc esse veram, Socr. non est homo. Et sic patet, quòd non contingit oppositas affirmationes & negationes simul verificari de eodem. Tertiam rationem ponit ibi.

f ¶ Quæ talis est. Si affirmatio non est vera, magis quam negatio ei opposita, ille, qui dicit Socratem esse hominem, non magis verum dicit, quàm ille, qui dicit Socratem non esse hominem. Sed manifestum est quòd ille, qui dicit hominem non esse equum, aut magis verum dicit, aut non minus quàm ille, qui dicit hominem non esse hominem. Ita ergo per locum a

hoc nõ inquit, significare. hoc autẽ impossibile. Quare siquidem significat aliquid esse hoc, contradictionem verificari impossibile de eodem.

C

e Adhuc autẽ si quid significat nomẽ, & hoc verificatur, oportet & hoc ex necessitate esse. Qđ autẽ ex necessitate est, non cõtingit tũc nõ esse. oppositas igitur nõ cõtingit dictiones & negationes verificari de eodẽ.

B

f Adhuc autem, si nihil magis dictio quã negatio verificatur, dicés hominẽ, aut nõ hominẽ, nihil magis verũ dicet. Videbitur autẽ vtiq; non equum esse, dicens hominem, & magis aut non minus verum dicere, q̃ nõ hominẽ. quare & equum dicés esse eundem, verum dicet. oppositas enim similiter erat verum dicere. Accidet igitur, eũ dem hominem esse & equũ, aut aliorum aliquod animalium. Demõstratio quidẽ igitur nulla horũ est simpliciter: ad ponentẽ tamen hęc demõstratio.

C

g Cito autem & vtique quis & ipsum Heraclitum hoc interrogans modo, cogeret confiteri nũquã oppositas dictiones posse esse de eisdem verificari. Nunc autẽ non intelligens seipsum, quidquidẽ dicit, hãc accipit opinionẽ. Totaliter autem, si quod dicitur ab ipso ẽ verũ, neq; vtiq; ipsum hoc verũ erit. Dico autẽ idem contingere secũdũ vnũ & idẽ tẽpus, & esse & nõ esse. Quẽadmodum .n. & diuisis ipsis, nihil magis affirmatio q̃ negatio verificatur, eodem modo & simul vtrisq;; & si mul cõplexi velut vna quadam affirmatione existẽte, nihil magis negatio q̃ totũ, vt in affirmatione positum, verũ erat.

D

A simili, vel a minori, verum dicet, qui hominem dicet non esse equum. Sed, si oppositæ contradictoriæ sunt simul verę, si hæc est vera, homo non est equus, & hæc erit vera, homo est equus. Et ita sequitur, quòd homo sit equus & quodcunque aliud animalium. Sed quia posset aliquis calumniari prędictas rationes, ex hoc quòd ea, quæ assumuntur in eis, sũt minus nota quàm cõclusio, quæ intenditur, ideo respondet dicens, quòd nulla p̃dictarum rationum est demõstrativa simpliciter, sed tamẽ potest esse demonstratio ad hominem, qui ponit hanc rationẽ, quem oportebit concedere ea, quæ assumuntur, licet sint minus nota simpliciter quam id quod negat. Deinde cum dicit.

g ¶ Excludit prædictum errorem, descẽdendo ad speciales opinantes, & primo ad Heraclitum. Secundo ad Pythagorã ibi. ¶ Simile autem. ¶ Ponebat autem Heraclitus duo, scilicet quòd affirmatio & negatio sic simul vera. ex quo sequebatur, quòd omnis propositio tam affirmativa quàm negativa sit vera. Item ponebat, quòd inter affirmationem & negationem, sit aliquod medium: & sic sequebatur, quòd contingeret neque affirmationem, neque negationem esse veram, & per consequens omnem propositionem esse falsam. Primo ergo inducit rationem contra primum. Secundo, contra secundum: ibi ¶ Adhuc autem. ¶ Dicit ergo, q̃ de facili aliquis hoc modo disputãdo ad hominem cogeret ipsũ Heraclitum, qui fuit author huius ppositionis, cõfiteri quòd oppositæ propositiones non verificantur de eodem. Videtur enim hanc opinionẽ accepisse, quòd verificentur de eodem, ex hoc quòd non intellexit seipsum qđ diceret. Hoc autem

part. 9.

Lect. prin. part. 9.

part. 8.

autem impossibile est. vnde si quidem significat aliquid, hoc scilicet esse hoc, impossibile est contradictionem de eodem verificari.

Item, si nomen aliquid significat, & hoc verificatur, oportet hoc necessario esse. quod vero necessario est, non contingit tunc non esse. oppositas ergo non est possibile locutiones, de eodem verificari.

Item, si nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur, qui dicit hominem, vel non hominem, nihil magis verum dicet. attamen videri potest, quòd si hominem non equum esse dicat, aut magis, aut non minus verum dicere, quàm si non hominem. vnde etiam si eundem dicit equum esse, verum dicet. oppositas enim similiter erit veras esse. accidit igitur eundem, & hominem, & equum esse, aut cæterorum animalium aliquod. Horum sane, nulla est simpliciter demonstratio: verum ad eum, qui hæc ponit, demonstratio est.

Facile autem & ipsum Heraclitũ quispiam hoc modo interrogans concedere cogeret, nunquam possibile esse oppositas locutiones de eodem verificari. nunc vero, cum seipsum quid nam diceret, non intelligeret, hanc opinionem habuit. Omnino autem si hoc, quod ab eo dicitur, verum est, nec hoc ipsum verum erit, scilicet inquam, quod contingit idem secundũ vnum & idem tempus esse. Quemadmodum enim & ipsis diuisi, nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur, eodem modo simul vtroque ac complexo, ac si vna quædã affirmatio esset, nihil magis negatio, quàm totum tanquam in affirmatione positũ verificabitur.

modo cogeretur negare quod dicit, quia si illud, quod dictum est ab eo, verum est, scilicet quòd contingat idem secundum vnum & idem tempus esse & non esse, sequitur, quòd hoc ipsum non erit verum. Sicuti enim, si diuisim accipiantur affirmatio & negatio, non magis vera est affirmatio quàm negatio: ita & si accipiantur affirmatio & negatio simul, tãquam ex eis vna affirmatio fiat, nõ erit minus negatio vera huius totius compositi ex affirmatione & negatione, quàm ipsa tota affirmatio opposita. Manifestum est enim, quòd contingit aliquam propositionem copulatiuam esse veram, sicut aliquam simplicem propositionem, & contingit accipere eius negationem. Sive autem illa copulatiua componatur ex duabus affirmatiuis, sicut

E

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum dicitur Socr. sedet & disputat: siue ex duabus negatiuis, sicut cum dicitur verum esse Socratem non esse lapidem neque asinum: siue ex affirmatione & negatione, vt cum dicitur, verũ est Socratem sedere & non disputare: semper tamen copulatiua verificata sumitur in virtute vnius affirmatiuæ. Et ille, qui dicit eam esse falsam, assumit negationem qua sit totius copulatiuæ. Qui ergo dicit simul esse verum, hominẽ esse & nõ esse, assumit hoc vt quandam affirmationem: & hoc nõ esse verũ, est eius negatio. Si ergo affirmatio & negatio est simul vera, sequitur quòd hęc etiã negatio sit vera, qua dicitur nõ esse verũ, scilicet quòd affirmatio & negatio sint simul vera. Oportet enim si aliqua negatio est simul vera cũ affirmatione sibi opposita, quòd omnis negatio sit simul vera cum affirmatione sibi opposita. Eadem enim est ratio in omnibus. Deinde cum dicit.

par. prima. Cap. 5.

h ¶ Inducit rationẽ contra hoc quod ponebatur, quòd nulla affirmatio sit vera. Si enim nihil contingat verum affirmare, qui autem dicit nullam affirmationẽ veram esse, aliquid affirmat, hoc .s. quòd verum sit, nullam affirmationem esse verã, ergo hoc ipsum falsum erit. Et si aliquid affirmatiue dictũ verum sit, remouebitur opinio talium, qui contra omnia instãt. Et qui ista positione vtuntur, auferunt totaliter disputationẽ: quia si nihil est verũ, non potest aliquid cõcedi ex quo disputatio possit procedere. Et si affirmatio & negatio sint simul vera, non erit significare aliquid per sermonem, vt supra dictũ est. Et sic cessabit disputatio. Deinde cũ dicit.

i ¶ Descẽdit ad opinionem Pythagoræ, & dicit quòd id, qđ dictum est a Pythagora, simile est dictis ab Heraclito, & ab alijs, qui ponunt affirmationem & negationem simul esse veram. Dicit enim Pythagoras, quòd homo est mensura omnium rerum, scilicet secundũ sensum & intellectum, vt in Nono dictum est, quasi esse rei sequatur apprehensionem intellectus & sensus. Et sic, qui dicit hominem esse mensurã omnium, nihil aliud dicit quam hoc esse verum, quod videtur vnicuiq;. Quo posito sequitur, quòd idẽ sit & non sit, & quòd idem simul sit bonum & malum. Et simile est in alijs oppositis, eo quòd multoties videtur hominibus aliquibus aliquid esse bonum, & alijs videtur contrarium, & ipsum videri est mensura rerum secundum opinionem Pythagoræ, vt scilicet intantum sit verum rem esse, inquantum videtur.

Lect. 2.

LECTIO. VI.

Oluetur autem vtique huiusmodi dubitatio. considerantibus vnde venit principium existimationis huius.

b Videtur enim quibusdã quidem ex Physiologorum opinione, alijs aũt ex non eadẽ de eisdem omne cognoscere, sed his quidẽ delecta bile hoc videri, his autem contrarium.

c Nihil enim ex nõ ente fieri, omne aũt ex ente, fere omniũ est cõe dogma eorũ, qui de natura. Qm igitur non albũ fit ex albo pfecte existente, & nequaquam ex non albo, nunc aũt factum non albũ, fiet vtiq; ex nõ ente non albo, quod fit non albũ. Quare ex nõ ente fiet vtiq; secundũ illos, si non existit non albũ idem & album. Non difficile autẽ dissoluere dubitationem hanc, Dictũ est .n. in physicis, qũo ex nõ ente fiunt quæ fiunt, & quomodo ex ente.

h Adhuc autẽ si nihil est vere affirmare, hoc ipsum vtiq; falsum erit dicere, nullã verã affirmationẽ existere. Si autem est aliquid, soluetur vtiq; quod dicitur ab his, qui talia instant, & penitus auferẽtibus disputare.

i Simile autẽ dictis est & quod dicitur a Pythagora. Etenim ille dixit omniũ rerũ esse mẽsurã hominẽ, nihil aliud dicens, quàm quod videtur vnicuique hoc & esse firmiter. Hoc autẽ facto, idẽ accidit & esse & nõ esse, & bonũ & malũ esse, & alias secundũ oppositas dictiones dicta, propter multoties his quidẽ videri esse hoc bonũ, his autem contrarium. Mensurã autem esse, qđ videtur vnicuique.

LECTIO. VI.

Oluetur autem hæc dubitatio, viso unde huius opinionis principium venit.

Videtur etenim quibusdam quidẽ ex Naturalium opinione sumpsisse principiũ, quibusdã vero ex eo quòd non omnes eadem de eisdem cognoscant, sed quibusdam hoc apparere delectabile, quibusdam contrarium.

Nihil enim ex non ente fieri, omne vero ex ente fere omnium Naturalium est decretum. Cùm igitur non album ex perfecte albo fiat, & minime ex non albo, nunc uero factum nõ album, si fieret ex non ente albo, quod fit non album, fieret profectò ex non ente secundum illos, si non erat idem album & non album. Non est autẽ difficile hanc dubitationem soluere. dictum est enim in Naturalibus, quomodo ex non ente, & quomodo ex ente fiant quæ fiunt.

LECTIO. VI.

Ostquàm Philosophus disputauit contra ponentes contradictoria simul verificari de eodem, hic ostendit quomodo hæc ratio possit ab eorum mentibus remoueri. Et diuiditur in partes duas. In prima ostẽdit propositum. In secunda inducit quędam corollaria ex dictis, ibi. ¶ Quare manifestũ. ¶ Prima pars diuiditur in partes duas. In prima ostẽdit quomodo prædicta ratio in aliqbus solui possit. In secũda ostendit in quib⁹ possit solui, & in quibus non, ibi. ¶ Adhabentes igitur. ¶ Circa primum tria facit. Primo proponit modum, quo prædicta ratio i aliquibus solui possit, dicẽs, quòd dubitatio prædicta, ex qua aliqui mouẽtur ad ponendum cõtradictoria simul verificari de eodem, poterit solui, si quis cõsideret vnde principium sumpsit hæc positio. Secũdo ibi.

a Lect. prin. part. 2. Lect. prin. part. 10.

b ¶ Assignat duplex principium prędictę positionis, dicens q quibusdam videtur quòd principium dictæ opinionis sit ex opinione naturaliũ Philosophorum, qui posuerũt aliquid nõ fieri ex non ente. Alijs autem videtur quòd principiũ sumpserit ex hoc, quòd non omnes eadẽ iudicant de eisdem sed quibusdam videtur hoc esse delectabile, & alijs contrarium. Ex hoc enim sequitur quòd opposita sint simul vera, si qs credat, quòd omne quod videtur alicui sit verũ. Tertio ibi. c ¶ Manifestat quomodo ex præmissis duobus principijs dicta opinio sequatur, & quomodo soluatur. Et primo, quomodo sequatur ex opinione naturaliũ Phisicorum. Secundo, quomodo sequatur dicta opinio ex eo q creditur, quodcunque videtur esse verum, ibi ¶ Sed & similiter. ¶ Dicit ergo primo, quòd fere omnium eorum, qui de natura tractauerunt, commune dogma est, quòd nihil fit ex non ente, sed omne quod fit, fit ex ente. Manifestum est etiam, quòd aliquid fit non album ex eo, quod est perfecte album, non autem fit album ex non albo. Vlterius etiã manifestum est quòd non album fit ex eo, quod non est non album. Quod exinde patet, quod id, quod non est non album, fit non album, sicut quod non est nigrum fit nigrum. Sic igitur illud, ex quo fit non album: est album, & non est non album. Quod non potest intelligi tanquam penitus sit non ens non album, quia sic videretur sequi quòd aliquid fieret simpliciter ex nõ ente. Sicut si diceremus, quòd ignis fit ex non igne, quomodo

modo intelligebant quòd illud, quo fit ignis sit penitus non ignis? Sic enim videbatur eis quòd sequeretur, quòd fieret aliquid ex non ente. Et propter hoc ponebant, quòd in eo, ex quo fit ignis, erat ignis latens, vt patet ex opinione Anaxagoræ, quæ ponitur in Primo Physi. Similiter credebant, quòd si aliquid fit non album ex eo qđ non est non album, quòd nihilominus non album præexisteret in eo, ex quo fit non album, vt dictum est. Sequebatur etiam secũdum eos, quòd illud, ex quo fit non album, esset album, & non albũ simul, nisi ponatur quòd aliquid fiat ex non ente. Sed hanc dubitationem, vt ait Philosophus, non difficile est soluere. Expositum enim est in Primo Physicorum, quomodo aliqd fiat, ex ente, & quomodo ex nõ ente. Dictum est enim, quòd aliqd fit ex nõ ente i actu, & ente in actu per accidens. sed ex materia quæ in potentia est, fit aliquid per se. accidit enim factioni quòd materia, ex qua fit aliquid, fuerit sub iecta formæ, & priuationi. Et sic non oportet, quòd id, ex quo aliqd fit, simul sit ens, & non ens in actu, sed quòd de se sit potentia ad ens, & non ens idest ad formam, & priuationem. Deinde cum dicit.

Lect. prin. part. 2. Lect. prin. part. 10.

d ¶ Remouet prædictam opinionem, secundum quod causatur ex alio principio, quod est opinari omne quod videtur esse verum. Et primo, remouet hoc principiũ & secundo causam eius ibi. ¶ Totaliter autem. ¶ Dicit ergo primo, q sicut stultum est propter prædicta opinari, quòd contradictoria simul verificantur de eodem, similiter etiam est stultum attendere ¶ idest attendere prędictis virtusque opinionibus philosophorum dubitantium contra seipsos. manifestum est enim, quòd necesse est alterum eorum mentiri. & hoc palam est ex his, quæ apparent secundum sensum. Nunquam enim idem videtur his quidem dulce, aliis amarum, nisi in alteris eorum sit aliqua corruptio aut priuatio secundum organum sensus, & secundum virtutem, quæ iudicat de saporibus. Huiusmodi autem corruptione in alteris eorum existente, existimandum est ¶ alteros eorum esse mensuram, ¶ id est accipiendum est eorum iudicium, quasi regulam, & mẽsuram veritatis. illorum scilicet, in quibus non est corruptio. Non autem hoc putandum est & de alteris, in quibus est corruptio. Et sicut hoc manifestum est in cognitione sensus, similiter dicendum est in bono, & malo, in pulchro, & turpi, & huiusmodi omnibus, quæ per intellectum cognoscuntur. Si enim quibusdam videtur secundum intellectum hoc esse bonum, aliis autem malum, standum est eorum iudicio, in quibus non est aliqua corruptio secũdum intellectũ, nec ex prava consuetudine, neque ex prava affectione, neque ex aliqua huiusmodi causa. Nam, si quis dicat quòd nihil minus dignum est credere his, quam illis, nihil hoc differt quàm si diceret, quòd ea, quæ apparent ¶ hominibus ponentibus sub visu digitum, ¶ id est mouentibus oculum digito, & ex hoc facientibus quòd id quod est vnũ videatur duo, quòd propter hoc oporteat esse duo quia apparent tot. & iterum oporteat esse, vnum, quia quando aliquis non mouet oculum, apparet vnum, id quod est vnum. Manifestũ est enim quòd iudicandum est de vnitate rerum, secundum id qđ visus iudicat, nulla extranea passione existente in eo, nõ autem secundum quod iudicat ex prædicta passione. Sic aũt iudicat vnũ esse duo, quia species vnius visibilis duobus modis redditur organo visus quando mouetur, & secũdum vtrumque dispositionem peruenit ad organũ sensus communis, quasi essent duo visa. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit causã, propter quam ponebat omne quod videtur esse verum. Hoc enim ponebant aliqui, quia existimabant res omnes esse in continuo fluxu, & quòd nulla natura esset in rebus fixa, & determinata. Et sic sequebatur, quòd rẽ esse talem non erat nisi videri. Contra hoc ergo, ponit quinque rationes, quarũ prima talis est, quòd totaliter inconuenies est sumere iudicium de tota veritate ex hoc, quòd ista sensibilia, quæ sunt ꝓpe, scilicet vicina nobis, permutantur & nunquam permanent. Oportet autem magis venari verum ex his, quę semper se habent eodẽ modo, & non patiuntur aliquã permutationem quantum ad substantiam suam, licet appareat in eis motus secundum locum. talia enim sunt ¶ quæ continent mundum ¶ scilicet corpora cælestia, ad quæ comparata hæc corpora corruptibilia, quasi nullius sunt quantitatis, vt Mathematici probant. Corpora autem cælestia, sunt semper eadem & non videntur quandoque talia. & alia vice alia, sed nulla permutatione participant, quæ scilicet sit in eorum substantia. Secundam rationem ponit ibi.

Sequen.

f ¶ Quæ talis est. Si motus est in istis inferioribus, oportet quòd id, quòd mouetur, sit aliquid, & etiam oportet, quòd id quod mouetur, moueatur ex aliquo, & etiam ad aliquid. Vnde oportet id, quod mouetur, adhuc esse in eo, ex quo mouetur, & nondum esse in eo, ad quod mouetur. sed moueri ad ipsum & cõtinue fieri in ipso. Et sic aliqua affirmatio determinate est

At similiter vtrisque opinionibus, ac imaginationibus eorum, qui sibi ex aduerso addubitant, attendere stolidum est. manifestum est enim, quòd alteros eorum, necesse est falsum dicere. Hoc etiam illis patet, quæ secundum sensum fiunt. nunquam enim idem quibusdam dulce, quibusdam contrarium apparet, non corruptis, & læsis alteris organo sensus, & iudicatiuo prædictorum saporum. hoc autem ita se habente, alteros quidem putandum mensuram esse, alteros vero minime. Similiter autem & de bono, & malo, & turpi, & alijs huiusmodi dico. nam non ponere esse, nisi ea quæ apparent, nihil differt ab his, qui digitum visui supponentes, ex vno duo apparere faciunt, ac duo esse putant, propterea quòd tot apparent, & rursus vnum. illis nanque, qui visum non mouent, vnum apparet, quod vnum est.

Simpliciter autem inconueniens est ex eo, quod præsentia videntur mutabilia, & nunquam in eisdem permanentia, ex hoc de veritate iudicare. oportet etenim ex eis, quæ semper similiter se habent, nullamq; mutationem faciunt, veritatem venari. talia vero sunt, quæ in mundo. hæc enim non quandoque quidem talia, rursus autem alia apparent, verum semper eadem, nullius mutationis participantia.

Præterea, si motus, & aliquid motum est, omne vero ex aliquo in aliquod mouetur, oportet igitur quod mouetur esse adhuc in eo, ex quo mouetur, & non esse in eo, & ad hoc moueri, ac fieri in eo, aut contradictionem nõ verificari secundum eos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est vera, & aliqua negatio, & non oportebit quòd contradictio verificetur de eodem: quia secundum hoc nihil moueretur. Si enim idem foret, esse in termino ad quem, & non esse, nulla ratio esset quare moueretur ad terminum, ad quem aliquid quod nondum est in illo: quia iam esset ibi. Tertiã rationẽ ponit ibi.

g ¶ Ad cuius euidẽtiam sciendum est, q̃ Heraclitus videꝫ aliquid augeri longo tẽpore, puta per vnum annum secundum aliquam determinatam quãtitatem & modicam, existimauit q̃ qualibet parte illius temporis aliquod augmẽtum fieret, sed insensibile propter paruitatem quantitatis, quæ augetur. Et ex hoc inductus fuit ad credendum quòd omnes res, etiã quę videntur quiescere, etiam insensibiliter mouerentur continue, sed post longũ tempus sensibiliter eorum motus appareret. Est autem hoc falsum, quod de augmento opinabatur. Non enim continue fit augmentum, ita quòd in qualibet tẽporis parte aliquid crescat, sed disponitur ad augmentum corpus per aliquod tempus, & tunc crescit vt Arist. expressius manifestat 1. 8. Physic. Dicit ergo, quòd si corpora prædicta hic apud nos continue fluunt & mouentur secundum quãtitatem, & si hoc aliquis vellet concedere, licet non verum sit, non est ratio quare non possit aliquid moueri secũdum quantitatem.

Videtur enim, quòd non parum hæc opinio, quæ ponit contradictiones simul esse eiusdem, procedat ex eo quòd existimat, quòd quantum non remanet in corporibus, & sic opinatur quòd id sit & nõ sit simul quadricubitum. Sed substantia rei determinatur secundum quale, id est secundum aliquam formam. Quale autem est determinatæ naturæ in rebus, & si quantum sit indeterminatũ propter motum, vtdictum ẽ. Quartam rationem ponit ibi.

h ¶ Quæ talis est. Si in rebus nihil est fixum, neq; quantum ad esse, neque quantum ad non esse, propter quid deferunt hũc cibum, quem medicus iubet, & non alium? Secundum enim dictam opinionem, quid magis est panis, vel non panis? quasi diceret, non magis prædicatur de eo affirmatio quam negatio, est vera, & aliqua negatio, & non oportebit quòd contradictio verificetur de eodem: quia secundum hoc nihil moueretur. Si enim idem foret, esse in termino ad quem, & non esse, nulla ratio esset quare moueretur ad terminum, ad quem aliquid quod nondum est in illo: quia iam esset ibi. Tertiã rationẽ ponit ibi.

g Et si secundum quantum cõtinue præsentia fluunt & mouentur. & quis hoc ponat equidem nõ verũ existens, pp quid secundum quale nõ manet? Videtur.n.nõ minime quæ secundum contradictiones eiusdem prædicari, & existimare quantum nõ manere in corporibus, ppter & esse quadricubitũ idẽ & nõ esse. Substantia aũt scdm quale, hoc qdẽ deteminatæ naturę, quãtũ aũt indeterminatę.

h Adhuc pp quid iubente medico hũc cibũ offerre, offerũt? Quid.n. magis panis est, aut non est? quare nihil vtiq; aliqd habebit comedere, aut non comedere. Nunc aũt ut uerum dicentes circa ipsum, & existẽte iusso cibo hoc. offerunt huc. Quãmuis non oportebat, non pmanente vlla natura firmiter in sensibilibus, sed sẽper oĩbus motis, & fluentibus.

i Adhuc, si semper alteramur, & nunq̃ permanemus idẽ, quid mirabile si nunq̃ nam eadẽ nobis uidentur, quẽadmodum laborantibus? Etenim his pp nõ similiter disponi secundum habitum, & quando sani erant nõ similia videtur quæ secundum sensus: ipsa tamen nulla ppter hoc permutationẽ participantia sensibilia, impressiones aũt alias facentia laborantibus, & nõ eadẽ. Eodem itaq; modo habẽt & dicta pmutatione facta, forte necessarium est. Si aũt nõ pmutamur, sed si idẽ pmanentes, erit vtiq; aliqd manens.

Ad habẽtes quidẽ igitur dubitationes dictas, ex ratiõe nõ facile dissoluere, non ponentibus aliqd, & horũ non adhęc rationẽ exquirentibus. sic.n. omnis rõ & omnis demõstratio fit nihil.n. ponentes, interimunt totaliter disputare, & totaliter rationẽ. Quare ad tales quidẽ non est sermo. Ad dubitantes autẽ, ex datis defectibus facile

Et sic nihil differt quòd comedat, vel non comedat. Sed nos videmus, quòd ipsi offerunt hunc cibum, quem medicus iubet, quasi habentes verũ iudiciũ de ipso cibo, & quasi hic cibus vere sit ille cibus, de quo medicus iubet. Hoc autem non oporteret, si nulla natura sic per certitudinem maneret in sensibilibus, sed omnia semper mouerẽtur & fluerent. Quintam rationem ponit ibi.

At si secundum quantum præsentia fluunt & mouentur, & hoc aliquis ponat, quamuis uerum non sit, cur secundum quale non manent? Videntur autem haud minime ea, quæ secundum contradictiones sunt, de eodem prædicari, ex eo, quòd putant quantum in corporibus non manere, propterea quòd idem & quatuor cubitorum est, & non est. substantia uero secundum quale. hoc enim determinatæ naturæ, quantum uero indeterminatæ est.

Item. cur, cum hunc cibum præcipiat medicus, sumunt: quid nanque magis hoc, panis quàm non panis sit: quare nihil differt comedere, uel non comedere. nunc uero tanquam uerum dicente circa idipsum. & hoc cibo existente, qui præceptus fuit, sumunt illum. an non oportebat, cum nulla natura in sensibilibus firmiter, maneat, sed omnes semper fluant, ac moueantur.

Item, si semper quidem alteremur, & nunquam idem permanemus, quid mirum, si nunquam nobis eadem apparent, quemadmodum etiam ægrotis: etenim his cõ quòd non similiter dispositus habitus eorum sit, ut cum sani erant, non ea apparent similia, quæ secundum sensus, cum ipsa quidem sensibilia nullam mutationem propter hoc participarent, diuersas tamen ægrotis, & non easdem sensationes faciunt. Eodem igitur modo fortasse necesse est se habere, si dicta mutatio sit. Quod nõ si mutamur, sed idẽ permanemus, sit aliquid profecto permanens.

Ad eos igitur, qui ex ratione præ dictas dubitationes habent, non est facile dissoluere, si nihil ponant, nec huius rationem quærant. hoc enim modo omnis ratio, omnisque demonstratio fit, si enim nihil ponunt, ipsum disputare, & omnino orationem perimunt, quare ad eos quidem non est sermo. Ad illos uero qui hæsitant, facile est ex iam traditis dubitationibus obuiare, & ea dissoluere, quæ

bus prædicta opinio remouetur, & a quibus non: & dicit, quòd si qui incidunt in prædictas opiniones non propter aliquam rationem, ita quòd ex pertinacia non concedant aliquid, neque inquirant rationem eorum, quæ dicuntur, sed pertinaciter inhærent his, quæ opinabantur, non facile est eis soluere hmõi opinionem.

opinionem. Omnis enim ratio & demonstratio fit hoc modo, scilicet concedendo & exquirendo rationem alicuius dicti. Sed illi, qui nihil concedunt, interimunt disputationem & omnem argumentariam rationem. Vnde ad eos non potest haberi sententia ratiocinationis, per quam a suo errore tollantur. Sed si aliqui sunt, qui dubitant propter aliquos defectus, puta, quia non bene aliqua intelligunt, facile est obuiare tali errori soluendo ea, quæ faciunt in eis dubitationem. Et hoc pdã ex prædictis, in quibus soluit dubitationes, quæ poterant ad prædictam positionẽ inducere. Deinde cũ dicit.

j ¶ Inducit tria corollaria ex dictis, quorum primũ est, quòd manifestum est ex prædictis, quòd oppositę propositiones non verificantur de eodem secundum vnum & idem tempus, & per consequẽs ex hoc patet, quòd neque etiam contraria possunt simul verificari de eodem. Et hoc ideo, quia ois contrarietas dicitur secundum priuationem. Semper enim alterum contrariorũ est priuatio. Et hoc palam est, si quis velit rationes contrariorum reducere ad primum principium. De ratione enim nigri est priuatio albi. cum igitur priuatio sit quædam negatio habens subiectũ determinatum, manifestum est, quòd si cõtraria de eodem verificarentur, oporteret quòd affirmatio & negatio simul verificarentur de eodem. Nõ solum autem duo cõtraria non possunt simul verificari de eodem, sed etiam nullũ medium possibile est prædicari de vno & eodem, de quo prædicatur alterum extremorum. Ex his enim quæ dicta sunt in Decimo, manifestum ẽ, quòd medium inter contraria est habens priuationẽ vtriusq; extremorum, siue sit nominatum vno nomine, siue pluribus, siue innominatum. Vnde medium inter album & nigrum, vrpute rubeum vel citrinum, habet in sui ratione quòd neque sit album, neque nigrum. Si quis igitur aliquo subiecto existente albo, dicat ipsum esse rubeum, simul dicit ipsum esse neque albũ neque nigrum, & ita mentitur. sequitur enim quòd id subiectũ, simul album sit & non sit. Quòd si verum est de illo subiecto, quòd sit neque album, neque nigrum, oportet quòd verificetur de eodem altera pars copulatiuæ, quæ contradictoria est eius quod est album esse. Et ita sequitur, quòd si mediũ & extremum verificatur de eodem, quòd contradictoria de eodem verificentur. Secundum corollarium ponit ibi.

obuiare & dissoluere facientia dubitationem in ipsis. palam autem ex dictis.

1 Quar manifestũ ex his, quòd non contingit oppositas dictiones de eodem secundum vnum tẽpus verificari: neq; contraria, propter dicta secundũ priuationẽ omnem contrarietatem. Palã autẽ hæc ad principiũ resoluẽtibus rationes contrariorũ. Similiter aũt neq; intermediorũ nullũ, possibile est prædicari de vno & eodẽ. albo.n. existẽte subiecto, dicẽtes ipsũ esse neq; albũ, neq; nigrũ, mentiẽtur. accidit.n. albũ esse ipsum, & nõ esse. alterũ .n. cõplexorũ verificabitur de ipso. hęc autẽ est contradictio albi.

m Neq; n. itaq; secundũ Heraclitum cõtingit verũ dicere, neq; secundum Anaxagorã. si autẽ nõ, accider cõtraria de eodem prædicari. Cum.n. in omni dicat omnis esse partẽ, nihil magis dicit esse dulce, q̃ amarum, aut reliquarum quarumcunq; contrarietatum. siquidẽ in omni existit nõ potentia solum, sed actu & segregatum.

n Similiter autẽ neque omnes falsas, neq; veras dictiones possibile esse, & pp alia multa collectarũ vtiq; difficultatũ, propter hãc positionẽ: & quia falsis quidẽ existẽtibus omnibus, neq; hoc ipsum quis dicẽs verũ dicet. Veras autẽ falsas dicens esse omnes, non mentietur.

m ¶ Concludit enim, quòd si affirmatio & negatio non sit simul vera, quòd neque opinio Heraclíti est vera, neque opinio Anaxa. Et quidẽ d opinione Heraclíti patet ex dictis. Vnde hoc manifestat de opinione Anaxa. dicens, quòd si non sit falsa opinio Anaxa. sequitur contraria prædicari de eodem, & per consequens contradictoria. quod sic patet. Ponebat enim Anaxa. quodlibet fieri ex quolibet, & omne, quod fit, ex aliquo fit. Vnde non cogebatur ponere aliquid fieri ex nihilo, & sic ponebat quodlibet esse in quolibet. Cum igitur poneret partem cuiuslibet esse in quolibet, puta partem carnis esse in osse, & partem albi in nigro, & econuerso, sequitur quòd totum non magis erit dulce quàm amarũ, & simile est de aliis contrarietatibus. Et hoc si pars cuiuslibet est in quolibet toto non solum in potentia, sed in actu & separatim. Hoc autem addidit, quia id, qđ fit ex aliquo, oportet præexistere in eo potentia non actu. & sic contraria præexistunt in eodem in potentia, non in actu. Et hoc non est esse separatim cõtraria in aliquo, quia eadem est potentia contrariorum. Sed Anax. nesciebat distinguere inter potentiam, & actum. Tertium corollarium ponit ibi.

n ¶ Concludit ex prædictis falsam esse vtranque opinionem, & illorum, qui dixerunt omnes propositiones esse veras, & qui dixerunt omnes falsas. Et hoc manifestum est propter multa difficilia & grauia consequentia ad has opiniones, quæ collectæ sunt, & hic, & superius in quarto. Et specialiter propter hoc, quia si omnes ppositiones sunt falsę. qui autem dicit: Omnis propositio est, falsa, quandã propositionem dicit, vnde non dicet vtrum. Et similiter, si omnes propositiones sunt veræ, ille, qui dicit, omnes esse falsas, non mentietur, sed dicet verum. Propter quòd destruitur positio ponentis omnia esse vera.

Quare manifestum est ex his, quòd non est possibile locutiones oppositas de eodem, uno & eodem tempore uerificari: nec ipsa contraria, cum omnis contrarietas secundum priuationem dicatur: hoc autem patebit, resoluentibus ad principium rationes contrariorum. Similiter nec mediorum quicquam possibile est de uno & eodem prædicari. si enim album sit aliquod subiectum, dicentes illud, nec nigrum, nec album. falsum dicemus, accidet enim illud album esse, & non esse, alterum enim complexorum de eo uerificabitur. hoc autem est albi contradictio.

Neque igitur secundum Heraclitum dicentibus, uera dicere possibile est, neque secundum Anaxagoram. aliter accidet contraria de eodem prædicari. cum enim in omni re dicat omnis rei partem esse, non magis dicit esse dulce, quàm amarum, aut quamcunque cæterorum contrarietatum, si omnia quidem non solum in omni potentia, uerum etiam actu & seiunctim insint.

Similiter autem. nec omnes locutiones falsas, nec ueras possibile est esse: tum propter alias multas difficultates, quæ ob hanc positionem eueniunt: tum etiam, quoniam si cunctæ falsæ sint, nec cum hoc ipsum aliquis dicet, uerum dicet: si autem uere, eũ omnes falsas dicet, non falsum dicet.

LECTIO. VII.

Omnis autẽ scientia quærit aliqua principia, & causas circa vnũquodque eorum, q̃ sub ipsa scibiliũ, puta Medicatiua, & exercitatiua, & reliquarum vnaquęq; vnde non dicet vtrum. Et similiter, si omnes propositiones sunt veræ, ille, qui dicit, omnes esse falsas, non mentietur, sed dicet verum. Propter quòd destruitur positio ponentis omnia esse vera.

LECTIO. VII.

Omnis autem scientia circa unumquodq; eorum, quæ sub ea scibilia sunt, principia quædam & causas quærit, ut Medicatiua, & Exercitatiua, ac singulæ effectiuarum, uel Mathematicarum.

Postquàm Philosophus ostendit de quibus sit consideratio huius scientiæ. hic comparat istam scientiam ad alias, & circa hoc tria facit. Primo ostendit quid sit proprium particularium scientiarum. Secundo, ostẽdit differentiam particularium scientiarum adinuicem, ibi. ¶ Quoniam autem est quædam. ¶ Tertio comparat istã ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad alias,ibi.¶ Quoniam autem est quædam entis scientia.} Circa primum duo facit secundum duo, quæ dicit pertinere ad particulares scientias. Dicit ergo primo,quòd omnis scientia particularis quærit aliqua principia & causas, circa proprium scibile quod sub ipsa continetur. Dicit autem aliqua principia & causas, quia non omnis scientia considerat omne genus causæ. Et ponit exemplum de Medicinali, quæ est circa sanitatem & de Exercitatiua, q̃ est circa exercitia, ordinata ad bonam valetudinem corporis, & similiter de qualibet scientia alia ¶ siue sit factiua } ideſt practica ¶ siue doctrinalis } ideſt theorica: quia vnaquæque harum scientiarum particularium circũscribit & accipit sibi aliquod determinatum genus entis, circumscribens illud & diuidẽs ab alijs entibus, & de illo solo determinans. negociatur enim circa hoc genus entis, quasi circa aliquod ens, sed non in quantum est ens. Sed hoc scilicet, considerare de ente inquantum est ens, pertinet ad quãdam scientiã, quæ est alia præter omnes scientias particulares. Secundo ibi.

b ¶ Ponit aliud pertinens ad particulares scientias, dicens, quòd vnaquæq; præ dictarum scientiarũ particulariũ supponit aliqualiter quod quideſt,in quocunq; genere consideretur. Vnde & in 1. Posteriorum dictum est, q̃ de subiecto oportet supponere, & qa est, & quid est. Et hoc supposito, scilicet qd̃quid é,quo q̃libet scientia vtitur tanquam medio ad demonstrandum aliqua, sicut passiones, & huiusmodi, tẽtat demonstrare aut debilius, aut certius, quia in quibusdam scientijs est certior modus demonstrandi, sicut in mathematicis: in quibusdam autem debilior, sicut in naturalibus. Et quia dixerat quòd aliæ scientiæ aliqualiter supponunt quodquideſt, ideo subiungit, q̃ quædam scientiæ sumunt quodquideſt per sensum, inquantum ex accidentibus sensibilibus deueniunt in cognitionem essentiæ rei. Quædam vero sumunt quodquideſt, supponentes ab alijs scientijs, sicut particulares ab vniuersalibus. Et sic manifestum est, quod in scientijs particularibus non est demonstratio de substantia rei, nec de eo quodquideſt. Vtrunque igitur horum, de, quibus particulares scientiæ non se intromittunt pertinet ad vniuersalem scientiam ideſt considerare de substantia, & ente,& quidditate rei. Deinde cum dicit.

c ¶ Ostendit differentiam particularium scientiarum ab inuicem, & primo,Scientię naturalis ad scientias operatiuas. Secundo,scientiæ Mathematicæ ad naturalem,ibi} Quoniam autem quod quid est. } Dicit ergo primo, quòd cum sit quædam particularis scientia de natura, oportet quòd sit altera ¶ a practica } ideſt actiua & factiua. Omnis enim scientia operatiua vel est actiua, vel factiua. Ad quam differentiam cognoscendam, sumendum est quod supra in Nono habitum est, scilicet quòd agere & facere differunt. Nam agere, proprie dicitur secundum operationẽ, quæ permanet i agente, & non transit in materiam exteriorẽ, sicut intelligere & sẽtire, & huiusmodi. Facere autem, est secundum operationẽ transeuntem in materiam exteriorem, quæ permutatur, sicut calefacere, secare & alia. Est ergo scientia actiua, ex qua instruimur ad recte exercendum operationes,quæ actiones dicuntur, sicut est Scientia moralis. Factiua autem scientia est, p quam recte aliquid facimus, sicut ars fabrilis, & alia huiusmodi. Ab vtraq; autem harum operatiuarum scientiarum, Sciẽtia naturalis altera est, quia factiuæ scientiæ non habent principium motus i facto,sed in faciente. Et hoc principium é sicut ars, quæ est principium dirigẽs, siue potentia aliqua, quæ est principium sicut exequens. Et similiter ¶ scientiæ practicæ ideſt actiuæ, non habent principium motus in eo, in quod agitur, sed magis in agentibus. Sed illa, quæ pertinent ad cõsiderationem Scientiæ naturalis, sunt habentia principium motus i ipsis, cum natura sit principium motus i eo in quo est. Manifestum est igitur, q̃ Scientia naturalis nõ est actiua, neque factiua, sed speculatiua. Necesse est enim, quòd Scientia naturalis cadat in vnum aliquod horum generũ, scilicet actiua, vel factiua, vel speculatiua. vnde, si non sit actiua, vel factiua, sequitur quòd sit speculatiua. Deinde cũ dicit.

d ¶ Ostendit differentiam Mathematicæ ad naturalem, & dicit, quòd cum ita sit quòd necessarium sit vnicuique scientiarũ cognoscere aliqualiter quodquideſt, & vti eo quasi principio ad demonstrandum, oportet quòd secundum diuersum modũ diffinitionis,diuersificentur scientię. Et ita ad cognoscendum qualiter Scientia naturalis differat ab alijs,oporter non latere, quem modum seruet naturalis in diffiniendo, & qualiter sit sumenda diffinitio in Scientia naturali: vtrum,scilicet sicut diffinitur simum, aut sicut diffinitur concauum. Diffinitio autem simi

factiuarũ,& doctrinaliũ. Vnaquęque .n. harũ circunscribẽs aliquod gen̊ sibiipsi,circa hoc negociat, tanq̃ existens & ens, nõ inquantũ aũt ens.sed altera quædam hæc pręter has scientias est scientia.

b Dictarũ autẽ scientiarũ vnaquęq; sumẽs aliqualiter quod quideſt in vnoquoq; genere, tentat ostendere reliqua debilius,aut certi̊. Sumunt autem quodquideſt hæc,quidẽ per sẽsum, hæc autem supponentes. Propter quod & palam ex tali inductione,q̃ substãtiæ & eius quodqdeſt,nõ ẽ demõstratio.

c Quoniã autẽ est quædã sciẽtia d̃ natura,palã quia, & a practica altera,& factiua erit.Factiuæ quidem.n.in faciente, & nõ in facto, motus principiũ. & hoc ẽ siue ars aliqua, siue aliqua potentia. Similiter autem & practicę nõ in agibili,magis aũt in agentibus motus. Quæ aũt Physici circa habentia i̇ se motus,principiũ est. Quodqui dẽ igitur neq; actiuã, neq; factiuã,sed speculatiuã necessarium esse naturalem sciẽtiam,palam ex his.i vnũ .n. aliquod horũ generũ necesse cadere ipsa.

d Quoniam aũt quodquideſt necessariũ vnicuiq; aliqualiter scíarum scire,& hoc vti principio,oportet nõ latere qualiter diffiniẽdũ nãli, & qualiter substãtia rõ sumẽda,vtrũ ut simũ!, aut magis ut concauũ. Horum .n.simi rõ quidem cũ materia dicitur ea,quæ est rei,quę autẽ cõcaui,sine materia.Simitas.n. in naſo ſit. propter quod & rõ ipsius cum hoc dicta est. Simus enim est nasus concauus. manifestũ igitur.q̃ & carnis &oculi, & reliquarũ partiũ,cũ materia semper rationem reddendum.

Dictarum uero scientiarum vnaquæque accipiens aliquo modo ipsum quid est in unoquoque genere, extera uel debilius, uel exactius conatur ostendere. Accipiunt autem ipsum quid est, quædam per sensum, quædam supponentes. Vnde ex hac inductione patet substantiæ, & ipsius quid est demonstrationem non esse.

Cum autem sit aliqua de natura scientia, patet quòd & ab actiua: & ab effectiua diuersa erit. Effectiuæ namque in faciente, non in eo quod fit, motus principium est. & hoc, aut ars quædam, aut alia uis est. Similiter & actiuæ, non in eo quod agitur, sed magis in agentibus motus est. Naturalis uero scientia circa ea, quæ in seipsis habent motus principium est. Quod itaque neque actiuam, neque effectiuam, sed speculatiuam esse naturalem scientiam necesse sit, ex his patet: in unum namque horum genus eam cadere necesse est.

Cum uero unicuique scientiarum necesse sit aliquo modo ipsum quid est scire, & hoc, ut principio uti, oportet non latere quoniam modo definiẽdum naturali sit, quoue modo substantiæ ratio sumenda sit, utrum ut simum, an magis ut concauum. horum enim, simi quidem ratio una cum materia rei dicitur, concaui uero, absque materia. simitas namque in naso fit, & ideo ratio quoq; eius cum eo dicitur, simum enim est nasus concauus. manifestum est igitur etiam carnis, & oculi, cæterarumque partium rationem cum materia reddendam esse.

harum etenim unaquæque circa quod dam circumscriptum genus, tanqua existens, & ens, non tamen prout ens est, tractat. sed hæc alia quædam scientia præter illas scientias est.

Tex.co.26.

part. 2.

part. 3.

part. 4.

Tex.cõ. 2. Lect. 2.

---

simi est cum materia sensibili: sed diffinitio concaui est sine materia sensibili. Quia .n. simitas non est nisi circa determinatã materiam sensibilem,quia non est nisi in naſo: p̃p hoc ratio simi oportet q̃ accipiatur cum materia sensibili. Hæc est .n. diffinitio simi. Simus est nasus concauus. sed in diffinitione concaui siue curui non ponitur aliqua materia sensibilis. Sicut igit i diffinitione simi ponitur materia sensibilis,ita oportet q̃ i diffinitione carnis,& oculi, & aliarum partium, reddatur materia sensibilis.& similiter est de alijs rebus naturalibus. Et ex hoc accipitur differẽtia inter Mathematicã & scientiã naturalẽ, q̃a naturalis scia est d̃ his,inquorũ diffinitionib⁹ ponit materia sensibilis, Mathematica vero est d̃ alijs, in quarũ diffinitionibus non ponit materia sensibilis,licet habeant esse i materia sensibili. Deinde cum dicit.

e ¶ Comparat istã scientiã ad alias sciẽtias particulares, & circa hoc tria facit.

Primo comparat istã scientiã ad alias sciẽtias particulares,quãtum ad modum separationis.Secũdo,quãtum ad nobilitatem: ibi.¶ Optimũ quidẽ genus &c.} Tertio, quantũ ad vtilitatẽ, ibi.¶ Dubitabit aũt.} Dicit ergo primo, q̃ est quædã scientia d̃ ente inquantũ est separabile. Non .n. solum pertinet ad hãc scientiã determinare de ente in cõi, quod est determinare d̃ ente inquãtum est ens, sed etiã pertinet determinare de entib⁹ separatis a materia secundũ esse. Vnde cõsiderandũ est, vtrum ista sciẽtia, ad quam ptinent hæc duo, sit eadem cum scia naturali, aut altera ab ea. Et q̃ sit altera manifestat quia scia naturalis ẽ circa ea,quę hãt in seipsis principiũ mot⁹, & sic oportet q̃ naturalia habeant determinatã materiã, quia nihil mouetur nisi quod hẽt materiã. Sed Mathematica speculat circa immobilia,quia ea, quorum rõ accipit sine materia sensibili,oportet q̃ eodẽ mõ eorum ratio sit sine motu,cũ motus nõ sit nisi in sensibilibus. Sed hæc, de quibus cõsiderat Mathematica nõ sunt separabilia a materia & motu ſm esse,sed solũ ſm intentionẽ. Oportet igitur,q̃ circa illud ens,quod ẽ separatũ a materia & motu ſm esse & oino immobile, sit quædã sciẽtia alia & a Mathematica, & a Naturali. Et hoc dico,si tã sit aliq̃ talis suba pter sensibilia, q̃ sit oino immobilis.Et hoc dicit,qa nondũ est probatũ aliq̃ talẽ subam esse, sed hoc ostendere intẽdit. Si aũt ẽ aliqua talis natura i entibus .s. q̃ sit separabilis & imobilis,oportet q̃ talis natura {sit alicubi, } i.q̃ attribuat alicui substãtię.Et id qd hẽt istã naturã,erit quod

Part. 5.

e Quoniã autẽ est quædã scia entis,inquantũ ens,& separabile,cõsiderandũ, vtrũ quidẽ naturali eandẽ ponendũ esse hãc, aut magis alterã. Naturalis qui dẽ igitur circa habẽtia motus principiũ in ipsis est. Mathematica aũt,speculatiua quidem & circa manentia quędã hæc, sed nõ separabilia. Circa separabile igitur ens & imobile, altera ab his sciẽtijs ãbabus ẽ aliqua, siquidẽ existit aliqualis subſtãtia talis. dico aũt separabilis & immobilis, quod quidẽ tẽtabimus ostẽdere. Et siquidẽ est aliqua talis natura in entibus,hoc vtiq; erit alicubi, & quod diuinũ,& hoc vtiq; erit primum & principalissimum principium. Palã igitur,q̃ tria genera speculatiuarũ scientiarũ sunt,Naturalis,Mathematica,Theologia

Part. 6.

f Optimũ quidẽ igit̃ speculatiuarũ genus, harũ autẽ ipsarum vltima dicta. circa honorabilissimum.n.est entium. Melior autẽ & deterior vnaquęq; dicit̃, secundum proprium scibile.

Part. 7.

g Dubitabit autẽ quis, vtrum entis inquãtum ens scientiã vniuersalẽ oportet poni, aut nõ. Mathematicarum quidẽ.n.vna quæq: circa vnũ aliquod genus determinatum est. Quę aũt vniuersali cõueniũt de oĩbus. Si q̃dẽ igit̃ naturales subſtãtiæ primę entiũ sũt,& Naturalis vtiq. prima scíarum erit. Si aũt est altera natura & subſtantia separabilis & imobilis, alterã necesse & sciã ipsi⁹ esse,& priorẽ naturali,& vniuersalẽ,eo q̃ priorẽ.

Cap. 7. par. prima.

LECTIO. VIII.

[2] Voniam autẽ simpliciter ens secundum plures dicit̃ modos, quo

Cum autem quædam sit entis scientia, prout ens & separabile est, considerandum est utrum eam eandem cum Naturali ponendum sit, an magis aliam. Naturalis sanè circa ea est, quæ motus principium in seipsis habent. Mathematica uero speculatiua quidem est, & hæc quædam circa manentia, non tamen separabilia.

Circa separabile igitur ens, & immobile alia præter has ambas sciẽtia est, si aliqua quidem talis subſtantia est. dico autem separabilis, & immobilis, quod tentabimus ostendere¶. & si qua talis in entibus natura sit, illic profecto diuinitas erit, & hoc erit primum & principale principium. Patet igitur, tria genera speculatiuarum esse scientiarum, Naturalem, Mathematicam, Theologiam.

Optimum igitur speculatiuarum quidem scientiarum genus, harum sane ipsarum ea, quæ ultimo dicta est. circa namque honorabilissimum entiũ est. unaquæque uero melior, aut deterior dicitur secundum proprium scibile.

Dubitauerit autem quispiam, utrũ entis, prout ens est, scientiam uniuersalem ponere oportet, an non. Mathematicarum etenim unaquæque circa unum quoddam determinatum genus est. uniuersalis uero communis de omnibus est. Si itaque naturales subſtãtiæ primæ sint entium, ipsa quoque naturalis scientia, prima scientiarum erit. quòd si alia natura, atque subſtantia separabilis, & immobilis est, necesse est,ut scientia quoque eius alia sit, & naturali prior, & uniuersalis prior.

LECTIO. VIII.

[2] Vm autem simpliciter ens pluribus esse modis dicatur,quorum unus est, qui

LECTIO. VIII.

[2] Ostquam Philosophus recollegit, ea quæ prædicta erãt de cõsideratione huius scientiæ:hic incipit recolligere ea,q̃ dicta sunt ẽ in Sexto hui⁹,q̃ in li. Phys. S. Tho. sup Metaphy. Tex.cõ. 4. Tex.cõ. 39 & inde.

dã diuinũ & quoddã principalissimũ omniũ,quia quãto aliquid est simplicius & formalius in entibus, tãto est nobilius & prius & magis cã aliorũ. Et sic patet,q̃ hæc scia,q̃ cõsiderat hmõi entia separabilia,debet vocari scia diuina, & scia d̃ primis principijs. Et ex hoc vlteri⁹ cõcludit,q̃ tria sunt genera speculatiuarũ scientiarũ. s.naturalis,q̃ cõsiderat ea mobilia,q̃ i sui diffinitione materiã sensibilem recipiunt: & Mathematica, q̃ cõsiderat immobilia, q̃ nõ recipiunt materiam sensibilẽ i sui diffinitione, licet habeant esse in materia sensibili,& Theologia, q̃ ẽ circa entia penitus separata. Deinde cum dicit.

f ¶ Comparat istam ad alia ſm nobilitatẽ, & dicit,q̃ sciẽtiæ speculatiuæ sunt nobilissimæ iter omnes alias sciẽtias, quia in eis q̃ritur scire p̃p se ipsum. In sciẽtijs autẽ operatiuis, quæriẽ scire p̃p opus. Et in scientijs speculatiuis vltima .s. theologia cũ sit circa nobiliora entia, est nobilior. Tanto .n. vnaquæq; scientia nobilior est, quãto eius scibile nobilius fuerit. Deinde cum dicit.

g ¶ Comparat istã scientiã ad alias,quãtum ad vtilitatẽ & dicit. Dubitabile est, vtrũ istã scientiã, q̃ ẽ circa entia separabilia,oporteat poni vniuersalẽ scientiã entis inquantũ est ens,aut non.Et ostẽdit q̃ sic, quasi p diuisionẽ.manifestũ est .n. q̃ prædictæ sciæ operatiuæ nõ sunt vniuersales. & ideo eas ptermittit. Sed inter speculatiuas sciẽtias,manifestum est, q̃ quælibet Mathematicarũ sciẽtiarũ est circa vnũ alĩ quod genus determinatũ. Vniuersalis autẽ scientia cõmunitter de omnibus est. vnde nulla Mathematicarũ scientiarũ ẽ cõmunis omniũ entium. Sed de Naturali manifestum est,qa si naturales subſtãtiæ quæ sunt subſtantiæ sensibiles &mobiles, sunt primæ inter entia, oportet q̃ naturalis sciẽtia sit prima inter scientias:quia ſm ordinẽ subiectorũ est ordo scientiarum, vt iam dictum est. Si autem est alia natura & subſtãtia præter subſtantias naturales,quę sit separabilis & immobilis,necesse est alterã scientiã ipsius esse, q̃ sit prior naturali. Et ex eo q̃ est prima,oportet q̃ sit vniuersalis. Eadem .n. ẽ scientia, quæ est de primis entibus,& quæ est vniuersalis. nã prima entia sunt principia aliorum.

Universidad de Bibliotecas

de ente imperfecto. Et primo de ente p accidens. Secũdo de motu ibi. {Est autẽ.} Circa primũ duo facit. Primo ponit ea, quæ dicta sunt de ente per accidens. Secundo ea, quæ dicta sunt de causa per accidens, ibi. {Quod autẽ genere huius.} Circa primũ duo facit. Primo dicit de quo est intentio, dicens quòd quia {ens simpliciter,} idest cõmuniter acceptũ multis modis dicitur: inter quos vn' modus est secundũ quod dicitur ens per accidẽs, vtputa cum dicimus musicũ esse album, q̃ quidem in Quinto superius manifesta sunt: prius q̃ dicatur de ente p se, considerandũ est de ente per accidẽs, vt hmõi ente remoto, absolutior fiat sermo d̃ ente p se.

parte. 2.

Tex. cõ. 7.

b ¶ Secundo prosequitur quod proposuit. & circa hoc duo facit. Primo, ostendit q̃ ad nullã scientiam pertinet considerare de ente per accidens. Secũdo, remouet huiusmodi ens, & ens quod significat veritatem propositionis a consideratione huius scientię. ibi. {Quẽ autẽ vt vero.} Circa primũ duo facit. Primo, ostendit q̃ nulla scia considerat de ente per accidens. Secũdo, q̃ nec cõsiderare põt. ibi. {Quod autẽ neque contingens.} Circa primũ duo facit. Primo inducendo manifestat, q̃ nulla scia considerat de ente per accidens, dicẽs manifestum esse, q̃ nulla scia tradita a nobis negociatur circa accidens. Non autẽ accipitur hic accidẽs pro eo, quod est ĩ aliquo genere accidentis, sicut albedo est quoddã accidens. sũt .n. multæ scientiæ, q̃ circa hmõi accidẽtia sunt, quia hmõi accidentia, & secundũ se habent speciẽ quandam & causas determinatas in subiecto: & accidentia dicuntur, quia nõ per se, sed in alio habent esse. Accipitur autẽ hic accidens pro ente per accidens. sicut albũ esse musicum est per accidens. Hmõi enim neque aliquam spẽm habent in se, neq; aliquã causam determinatam. & circa hmõi ens non negociatur aliqua scia. Et hoc manifestat inducendo. Ars enim ædificatiua non considerat quid per accidens eueniat habitantibus in domo quam facit, vtrum accidat eis aliquod triste, aut habitabunt. {sibi contrarie,} id est prosperè. hoc enim accidit domui. Similiter ars textiua non cõsiderat quid accidat vtentibus panno texto: neq; coriaria quid accidat vtentibus calceis: neq; coquinaria de his, quæ per accidens se habent ad cibum, puta quis eo vtatur ad superfluitatem vel ad necessitatem tantum: sed vnaquæq; harum scientiarum considerat id, quod solũ est propriũ sibi, & subiectũ, & p se accidentia eius. Et in hoc est finis considerationis cuiuslibet sciæ.

parte. 3.

Infra pt. 6.

parte. 4.

Infra pt. 5.

c ¶ Assignat causam, quare nulla scientia considerat ea, quæ per accidens sunt. Ratio enim est: quia quod per accidens est, non est proprie ens, sed magis non ens, sicut non est per se & proprie vnum. nam vnum & ens conuertuntur. Omnis autẽ scientia est de ente. Vnde relinquitur, quòd nulla scientia sit

rum vnus est qui secũdum accidens dicitur, considerandum primo de sic ente.

b Quod quidẽ igitur nullatraditarum scientiarum negociatur circa accidens, palã. Neq; .n. ædificatiua considerat quid accidet vtẽtibus domo, puta si triste, aut cõtraria habitabũt: neq; textiua, neq; coriatiua, neque coquinaria. Quod autẽ secundũ ipsam propriũ. vnaquæque harũ considerat scientiarũ solũ. hoc autẽ est ꝓprius finis.

c Neq; inquãtum musicum & grãmaticum, neq; existentem musicum, quia factus grammaticus, simul erunt ambo prius nõ ens. Quod autẽ non semper ens factum, & hoc. quare simul musicus factus est & grammaticus. Hoc autẽ nulla quærit cõfesse existentiũ scientiarũ, nisi Sophistica. circa accidens .n. hæc sola negociatur. Propter qd̃ Plato nõ male dixit, {dicens circa nõ ẽs Sophisticã versari.}

d Quod autẽ neq; contingens est esse accidẽtis scientiam, manifestũ est tentantibus scire qd̃ est accidẽs. Omne itaq; dicim' esse, hoc quidẽ semper & ex necessitate (necessitate aũt nõ secundũ violentiã dicta, sed secũdũ qd̃ vtimur in his, quæ secundum demõstrationes) hoc aũt vt in plus. hoc autem neq; vt in plus, neq; semper & ex necessitate, sed vt contingit. puta sub cane vtique fiet frigus: sed hoc neq; vt semper & ex necessitate, neque vt in plus fit. Accidet tamen aliquãdo vtiq;. Est itaq; accidens quod fit quidẽ, nõ autem

de eo, quod est per accidens. Dicit ergo, quòd musicus est etiã grammaticus, non inquantum est musicus. & si contingat de aliquo qui sit musicus, quòd fiat grammaticus, non simul factus est ambo, grammaticus scilicet & musicus, cum prius non fuerit vtrunque. Sed si aliquod ens est modo, & non fuit semper ens, oportet q̃ fit factum. Si igitur hoc, quod dico musicus est grammaticus, est quoddam ens, cũ non semper fuerit sequitur, quòd simul vtrunque fit factum scilicet musicũ & album, quia cuiuslibet entis est aliqua generatio. Vnde, cum nõ simul facta sint, manifestum est, quòd hoc totum, quod est musicum grammaticum non est aliquod vnũ & ens. Nec est instãtia de hoc, quòd in generatione substantiarũ præexistit materia, quæ est ingenita, quia forma nõ fit proprie, sed compositum, vt in Septimo probatum est. Materia autem præexistit non quasi ens actu, sed potentia tantum hic autem musicus p̃ exist in actu. Cum igitur ille, qui erat musicus, fit grammaticus, est generatio grãmatici tantũ, non autẽ totius, quod ẽ, musicũ grãmaticum. vnde hoc totũ non ẽ aliquid vnũ & ens.

Et propter hoc nulla scientia, quæ est vere scientia, & certitudinem habet, considerat de ente per accidens. Sed sola Sophistica circa ipsum negociatur, & ad decipiendum vtitur eo, quod est per accidẽs, ac si per se esset. Vnde fit fallacia accidentis, quæ est efficacissima ad decipiendum etiam sapientem, vt dicitur in Primo Elẽchorum. Vnde Plato non male dicit, dicẽs quòd versatur circa nõ ens, quia versatur circa ens per accidens.

d ¶ Ostendit q̃ etiã non possit esse cõsideratio alicuius sciæ de ente p accidẽs, & hoc duplr facit. Primo ex diffinitione de ente p accidẽs, dicẽs q̃ manifestũ erit, q̃ nõ cõtingit esse sciam de ente p accẽs, si cõsideremus quid sit ens p accidẽs. Ad qd̃ considerandũ, vtiẽ quadã diuisione trimẽbri, dicẽs qd̃ eorũ q̃ dũr esse, q̃dam sũt semp & ex necessitate, nõ quidẽ f̃m qd̃ necessitas pro violentia sumiẽ, sed f̃m q̃ vtimur necessitate in demõstrationibus. puta dicẽtes necessariũ esse q̃ triangulus habeat tres angulos equales duobus. sic .n. necessariũ dicimus, qd̃ impoſe est nõ esse. Quædã vero sunt vt in pluribus, sicut q̃ hõ nascat cũ quinq; digitis ĩ manibus. Hoc .n. nõ semp est ex necessitate, cũ cõtingat aliquẽ nasci cũ sexto digito, sed est vt in pluribus. Quædã vero nec sũt vt in pluribus, neq; semp ex necessitate, sed cõtingẽter euenitur. sicuti si {frigus fiat sub cane,} i. in diebus caniculatibus: sed nõ semp & ex necessitate, neq; in pluribus, sed tñ quãdoq; accidit etiã hmõi ens. Quia aũt raro accidit, & nõ semp & ex necessitate, neq; vt in pluribus, vocat ens p accidẽs. Quæ .n. semp vel in pluribꝰ cõtingũt, vel ita se habẽt q̃ vnũ est cã alterĩ, vel abo rũcunt in vnã cãm, q̃ per se est cã vtriusq;. & vtroq; mõ cõtingũt.

Si quidem

Si quidẽ causa indeficienter producit effectum suum, erit quod dicitur ex necessitate. Si autẽ possunt deficere propter aliquod impedimentum, erit vt in pluribus. Si autẽ ita sit, quòd duorum vnum non sit causa alterius, neq; habeant vnam causam per se communem, quæ coniungat ea simul, eorum cõiunctio erit raro. sicut in hoc q̃ dico musicum ædificare. nã ædificationis causa non est a musica, sed ab arte ædificatiua, quę est omnino alia a musica. Similiter ẽ in præmisso exẽplo. Nam quòd sit feruor caloris sub cane, est a sole appropinquante nobis. Quòd autem sit frigus, est ex aliqua alia causa, puta ex Saturno, aliquo modo coniuncto Soli. Vnde hoc est per accidens, quòd sole diẽs caniculares faciente, frigus sit. Sic igitur manifestum est quòd est ens per accidens, qa neq; quod est in maiori parte, neq; quod est semper. Omnis autem scientia est de eo quod semper, aut in plus, vt probatum est in 1. Posteriorũ. Vnde manifestum ẽ, quòd scientia nõ potest esse de eo quod est per accidens. Secundo ibi.

parte. 5.

Lect. 12.

e ¶ Inducit ad idẽ manifestandũ, quòd ens per accidens non habet causas & principia talia, qualia habet ens per se, & sic d̃ eo nõ potest esse scientia, cum omnis scientia sit ex principijs & causis. Quod quidem sic ꝓbat. Quia, si ens per accidens haberet per se causas, omnia essent ex necessitate. entia enim per se talem causam habent, qua posita d̃ necessitate sequitur effectus. Et si aliqua causa sit, ad quam nõ de necessitate sequit effectus, sed vt in pluribus, hoc ẽ propter impedimentũ, quod per accidens contingit. Et sic, si ens per accidẽs tollatur a rebus, omnis causa per se de necessitate inducet suum effectum. Sic ergo, si ens per accidens de necessitate habet causam per se, qua posita ex necessitate sequitur effectus, licet forte eam poni non sit necessarium, nihilominus tamen sequitur quòd omnia ex necessitate eueniant. Quod sic patet. Sit .n. aliquid præteritum, vel præsens, quod sit causa futuri effectus: hoc quidem ĩ positum est. Sed posita causa, vt tu dicis, ex necessitate sequitur effectus. Si igitur hoc præsens, vel præteritum, quod iam positum est, est causa huius entis futuri, & illud alterius non quocunq; modo, sed ita quòd ex necessitate sequatur effectus. Posita enim causa, ex necessitate erit illud, cuius causa iam posita est, & hoc vsque ad vltimum causatum. Sed hoc ponebatur esse per accidens. Et sic quod ponebatur per accidens, erit ex necessitate. Vnde sequitur, quòd omnia sint ex necessitate; & quòd a rebus auferatur, {quod ad vtrunque contingit,} idest, quod ẽ casuale fortuitum, {& accidere} idest ens per accidens. Et {fieri & non fieri,} idest possibile esse & non esse, vel fieri & non fieri. Sed quia posset aliquis obuiare huic rationi dicẽdo, quòd causa futurorum contingentium, non est iam posita vt præsens & præterita, sed adhuc est contingens, vt futura, & propter hoc effectus sunt ad huc contingentes, consequenter hanc obuiationem remouet. ibi {Et si non existens.} Dicens, quòd eadem inconuenientia accidẽt, siponatur quòd causa futurorum cõtingentium non sit iam ens, quasi præsens vel præterita, sed quæ in fieri, & quasi futura. Sequitur enim, quòd omnia ex necessitate accidant, sicut & prius. si enim causa illa futura sit, oportet q̃ sit futura in aliquo tempore determinato, & determinate distincto a ꝑsenti nũc, puta cras. Si ergo eclipsis, quæ est per se causa quorundam futurorum accidentiũ, sit futura cras, & omne quod fit, fit ex aliqua causa, oportet quòd ipsa eclipsis, q̃ est futura cras, fiat {si hoc fuerit} idest propter aliquid præexistens, & hoc iterũ propter aliud, & sic semper propter anticipationem, vel ablationem causarum aufertur aliquid a tempore, quod est inter ꝑsens nunc, & eclipsim futuram. Vnde cum illud tempus sit finitum, & omne finitum consumatur ablato quodam, quãdoque erit deuenire ad aliquam causam nunc existentem. Quare, si illa iam ponitur, omnes futuri effectus consequuntur ex necessitate. & ita omnia ex necessitate euenient. Ergo, cum hoc sit impossibile, manifestum est, quòd ea quæ sunt p accidens, non habẽt causam determinatam, qua posita, ex necessitate consequantur. Ea autem omnia, quæ circa hoc dici possunt, supra in Sexto posita sunt. Deinde cum dicit.

tem semper, neq; ex necessitate, neq; vt in plus. Quid quidẽ igitur est accidens, dictum est. Quia aũt non est scia talis, palam. Scientia quidem .n. omnis semper entis, aut in plus: accidens aũt in neutro horum est.

e Quod aũt scũm accidens entis non sunt causæ & principia talia, qualia quidem secũdum se entis, palam. erunt .n. omnia ex necessitate. si .n. hoc quidẽ est huius entis, hoc autem hui' hoc autem nõ vt contingit, sed ex necessitate erit, cuius hæc erat causa vsque ad vltimũ dictum causatum, hoc autẽ erat secundum accidens. Quare ex necessitate omnia erunt, & q̃ vtrunque cõtingit, & accidere & fieri, & non omnino ex generatis aufertur. Et si nõ existens, sed quę fit causa supponatur ea dem accidẽt. omne .n. ex necessitate fiet. Sic enim cras eclipsis fiet si hoc fuerit, hoc autem, si alterũ aliquid, & hoc si aliud, & hoc itaq; modo a finito tempore, eo quòd a nũc usq; cras, ablato tpe, veniet & quãdoque ad existẽs. Quare siquidẽ hoc ẽ, oĩa ex necessitate quæ post hoc fiẽt, vt oĩa ex necessitate fiant.

f Quod aũt vt vere ens, & secundũ accns, hoc quidẽ est in complexione mentis, & passio in hac. pp quod circa sic qdem ens, non q̃runtur principia, circa aũt quod extra ens, & separabile. Hoc autem non necessarium, sed infinitũ dico autem quod scũm accidens. talis autẽ inordinatę & infinitæ causæ.

g Quod autẽ gratia huius, in his, quæ a natura fiunt & a mẽte est. Fortuna autẽ est, quando

Quòd igitur nulla scientiarum, quæ traditæ sunt, circa accidens uersetur, patet. Nec enim ars ædificatoria. quidnam illis, qui usuri sunt domo, accidit considerat: utputa, si anxie, vel econtrario habitabunt, neque textura, neque futura. quod vero proprium sibiꝑpsi est, solum vnaquæque istarum scientiarum considerat. hoc autem finis proprius est.

Neque quatenus musicum & grãmaticum, nec quod is, qui musicus est, factus grammaticus simul ambo erit, cùm prius non esset. quod autem cum non semper esset, est, boc fiebat. quare simul musicus, & grãmaticus fiebat. Hoc autem nulla earum, quæ certæ scientiæ sunt, quærit, præter Sophisticam, hæc enim sola circa accidens versatur. Quare non male Plato ait, cum dixit Sophisticam circa non ens immorari.

Quod àutem nec sit possibile accidentis scientiam esse, manifestũ erit, si videre conabimur quidnam accidẽs sit. omne itaque dicimus quoddam quidem semper, & ex necessitate esse (ex necessitate autem non ea dico, quæ secundum violẽtiam dicitur, sed qua in demonstrationibus utimur) quoddam vero vt plurimum, quoddam autem, nec ut plurimum. nec semper & ex necessitate, sed vt contingit, utputa sub cane fiat frigus: sed hoc nec vt semper ex necessitate, nec vt plurimum fit, quandoque tamen accidet. accidens ergo est, quod fit quidem, non semper tamen, nec ex necessitate, nec ut plurimum.

Cap. 4.

Cap. 4.

Quid itaque accidens sit, dictum est. Cur uero nõ sit huiuscemodi scientia, patet. omnis nanque scientia eius est, quod semper, aut plurimum est. accidens uero, in neutro horum est.

Quòd autem entis secundum accidens non sint causæ, & principia talia, qualia per se entis, manifestum est. essent enim omnia ex necessitate: nam si hoc existente, hoc erit, & hoc, hoc (atque id non ut contingit, sed ex necessitate) illud quoq; ex necessitate erit, cuius hoc causa erat, usque ad ultimum dictum causatum. hoc uero secundum accidens erat. quare ex necessitate omnia erunt, & de entibus auferetur, tum quod ad utrumlibet se habet, tum ipsum contingere & fieri & non fieri. At & si causa non ut ens, sed ut ea, quæ sit, supponatur, eadem accident. omne nanque ex necessitate fiet. enim crastina eclipsis fiet, si hoc fiat. hoc uero, si aliud quid dam. & hoc, si aliud. & hoc itaque modo, si ab eo tempore finito, quod a nunc est usque cras, dematur tempus, deueniet aliquando ad existens. quare cum hoc sit, cuncta, quæ sequũtur, ex necessitate profecto fient. un de ex necessitate omnia fient

Quoddam autem ut uerum et non secundum accidens est ens, quod est in mentis complexione, & passio in eas, quare circa illud, quod ita est ens: non quæruntur principia, uerum circa id, quod extra & separabile ens est. Quoddam uero non necessariũ, sed infinitum. dico autem quod secundum accidens est. huius uero inordinatæ & infinitæ causæ sunt.

Ipsum uero alicuius gratia in eis est, quæ a natura, aut a mente fiunt. Fortuna uero est, cùm aliquid bo-

Tex. cõ. 4.

Lib. 6. Tex. cõ. 4. & inde.

Tex. cõ. 39 & inde.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam. Primo quid sit. Et ad hoc inuestigandum præmittit, q̃ {sit quod est gratia, huius} idest, aliquidesse propter finem, inuenitur, & in his, quæ sunt secundum naturam, & in his, quæ sunt ab intellectu. Et hoc manifestum est in. 2. Physi. Et adiungit, quòd fortuna est in his, quę fiunt propter aliquid, sed secundum accidens. Sicut enim inuenitur ens per se & ens per accidens, ita & causa per se, & causa per accidens. Sic igitur fortuna est causa per accidens} in his quæ fiunt gratia huius, {id est propter finem, non quidem a natura, sed secũdum electionem. Sicut, si aliquis eligat fodere in agro ut plantem arborẽ, & inueniat thesaurum, hoc dicimus esse per accidens, quia est prę ter intentionem. & hoc est a fortuna. Secundo ibi.

tex. cõ. 49. lec. 4.

parte. 8.

part. 9.

part. 10.

part. 11.

h ¶ Ostendit in quibus sit fortuna, & dicit, quòd cũ electio non sit nisi a mente, vel intellectu, oportet quòd circa eadẽ sit fortuna, & intellectus. Vnde in rebus carentibus ratione, nõ est fortuna, sicut plantæ, lapides, & bruta aialia. Neque etiam est in pueris, a qui carent vsu rationis. Tertio ibi.

Cap. 8. part. prima

i ¶ Ostendit quòd fortuna est incerta, dicens quòd infinitę sunt causæ, a quibus aliquid potest fieri a fortuna, sicut patet in exemplo posito. Potest enim aliquis inuenire thesaurum fodiens in terra, vel ad plantandum, vel ad faciendum sepulchrum, & propter infinita alia. Et quia omne infinitum est ignotum, ideo fortuna est incerta humanæ cognitioni. & dicitur esse causa secũdum accidens. nullius autem est causa simpliciter & per se. Quarto ibi.

K ¶ Ostendit qualiter fortuna dicitur bona vel mala, & dicit quòd dicitur bona vel mala ex eo quòd bonum & malum fortuito euenit. Sed, si sit magnum bonum, quod fortuito euenit, dicitur eufortunium: si sit magnũ malum, dicitur infortunium. Quinto ibi.

l ¶ ostendit quòd fortuna non est prima causa rerum. Nullum enim per accidens est prius his, quæ sunt secundum se. vnde neque causa per accidens est prior ea, quæ est per se. Et sic si fortuna & casus, quæ sunt causæ per accidẽs, sint cã cœli, oportet q̃ per prius sint cæ intellectus & natura, quæ sunt cæ p se.

aliquid horũ fiunt secundũ accidens. sicut. n. & ens est, hoc quidẽ secundum se, hoc autẽ secundum accidens, sic & causa. Fortuna autẽ, causa secundũ accidẽs in factis, secundũ electionem eorum, quæ gratia huius.

h Propter quod circa eadem, fortuna & mens. Electio enim non fine mente.

i Causæ autem infinitæ, a quibus vtiq; fiet quod a fortuna. Propter quod, incerta humanæ cognitioni, & causa secundũ accidens. simpliciter autẽ nullius.

k Bona autem fortuna & mala cũ bonũ, aut malũ euenerit. Prosperitas aũt & infortuniũ, circa magnitudinẽ horum.

l Quoniam autẽ secundũ accidens nullũ prius his, quæ secũdũ se, neque igitur causa. Si igit fortuna aut casus causa cœli ẽ, prius ītellect⁹ causa. & natura.

LECTIO. IX.

IST autem hoc quidem actu solum, hoc autẽ potentia: hoc autẽ potentia & actu. hoc quidẽ ens: hoc autẽ quantũ: hoc autem reliquorum. Non est autẽ aliquid motus præter res. permutatur enim semper secundũ entis cathegorias. Cõmune autẽ in his nullum est, quod neq; in vna cathegoria. Vnũquodq; autẽ dupliciter existit in omnibus, vt puta q̃ hoc, istud forma quidẽ ipsius, hoc autẽ priuatio. Et secundum quale, hoc quidem album, hoc autẽ nigrum: Et secũdum quantum, hoc quidẽ perfectum, hoc autẽ imperfectũ. Et secundũ lationem, hoc quidem sursum, hoc autẽ deorsum hoc est autẽ leue, hoc autẽ graue. Quare motus & permutationis tot species, quot entis.

LECTIO. IX.

OSTQVAM determinauit Philosophus de ente per accidens, hic determinat de motu: & diuiditur in partes tres. In prima determinat de motu secundum se. In secunda de infinito. quod est quædam passio motus & aliorum continuorum. ibi {Infinitum autem.} In tertia determinat de diuisione motus in suas species. ibi {Prætermittatur autem.} Prima diuiditur in partes duas. In prima, ostendit quid sit motus. In secunda, ostendit in quo sit. ibi {Et quòd est immobili.} Circa primum tria facit. Primo, præmittit q̃dam quasi necessaria ad diffiniendum motum. Secundo, distinguit ipsum. ibi {Diuisio autẽ, &c.} Tertio probat diffinitionem bene esse assignatam ibi {Qđ autem bene.} Circa primum ponit quatuor, ex quibus concludit quintum, quorum primũ est, quòd ens diuiditur per actum, & potentiam. Et hoc est quod dicit, quòd entium quoddam est actu, sicut primum mouens, quod Deus est: quoddam potentia tantum, vt materia prima: quoddam potentia, & actu, sicut omnia intermedia. Vel esse actu tantum dicit id, quod iam perfecte habet formam, puta quod perfecte iam est albus. Est autem potentia tantum, quod nondum habet formam, puta quòd nullo modo est album. Actu autem, & potentia est, quòd & si nõdum perfecte habet formam, est tamen in moueri ad formam. Secundum est, quòd ens diuiditur per decem prædicamenta, & hoc est quod dicit, quòd entium quoddam ẽ per se, idest substantia: quoddam est, quantum, quoddam quale, & sic de aliis generibus. Tertium est, quòd motus non habet aliquam naturam separatam a rebus aliis, sed vna quæque forma secundum quod est in fieri, est actus imperfectus, qui dicitur motus. Hoc ẽ ipsum est moueri ad albedinem, quòd est albedinem incipere actu fieri in subiecto: sed non debet esse in actu perfecto. & hoc est quod dicit, quòd motus non est, aliquid præter res. Omne enim quod mutatur, mutatur secundum prædicamenta entis. & sicut non est aliquid commune decem prædicamentis quod sit genus eorum, ita non est aliquod genus commune omniũ motuum. Et propter hoc, motus non est aliquod vnum prædicamentum distinctum ab aliis prædicamentis, sed sequitur alia prædicamenta. Quartum est, quòd in vnoquoque genere inuenitur aliquid dupliciter, scilicet secundum perfectionem & imperfectionẽ, sicut in gñe substæ vnũ est vt forma, & aliud vt priuatio. Et in genere qualitatis hoc est, quod est perfectum vt albũ, quod hẽt perfectum colorem: & hoc est vt nigrum, quod est imperfectum

rum secundum accidens fiat. quemadmodum enim & ens quoddam per se, quoddam secundum accidens est, ita & causa. fortuna uero secundum accidens causa est in eis, quæ secundũ electionem alicuius gratia fiunt.

Quare circa idem fortuna & mẽs. electio nanque absente mente non est.

Causæ vero, quibus ea fiant, quæ a fortuna sunt, indeterminatæ sunt, quare humanæ cogitationi incertæ sunt. & causa per accidens est. simpliciter uero nullius.

Bona uero fortuna & mala dicitur, cum bonum aliquod, aut malum euenerit. Fors fortuna vero & infortunium, circa magnitudines horum.

Cum autem nihil secundum accidens prius his sit, quæ secundum se sunt, nec igitur causæ. Si itaq; fortuna aut casus cæli causa est, prior mẽs & natura causa erit.

Infra le. 10
Infra le. 11
parte. 11.
parte. 12.
part. 9.

perfectum in genere coloris. Et in quantitate vnum est perfectum, quod dicitur magnum, & aliud imperfectum, quod dicitur paruum. Et in vbi in quo {est locatio} idest motus localis, est sursum & deorsum, & graue & leue, secundum quod graue dicitur quod actu subsidet, & leue quod actu supereminet. & horum vnum est vt perfectum, & aliud vt imperfectum. Et ratio huius ẽ, quia omnia genera diuiduntur p contrarias differentias. Contrariorum autem semper alterum est vt perfectũ, alterum vt imperfectum. Ex his quatuor, concludit quintũ, scilicet quòd tot sunt species motus, & pmutatiõis, quot sunt species entis. Quod quidem non dicit, eo quòd in quolibet genere entis sit motus, sed quia sicut ens diuiditur p actũ & potentiam, per substantiam & quantitatem, & huiusmodi, & secũdum perfectũ & imperfectum, ita & motus. Et hoc sequitur ex eo quod dictum est, quòd motus nõ est præter res. Quomodo autẽ differant permutatio & motus, infra dicetur. Deinde cum dicit.

part. 2.

part. 3.

part. 4.

b ¶ Diffinit motũ, & primo ponit diffinitionem ipsam, dicens, quòd cum ens secundum vnũquod que genus entis diuidatur per potentiam & actum, motus dicitur esse actus eius, quod est in potentia inquãtum huiusmodi. Secundo ibi,

c ¶ Exponit positã diffinitionem, & circa hoc duo facit. Primo exponit id, quod ponitur in diffinitione ex parte subiecti motus. Secundo id, quod ponitur in diffinitione quasi genus motus. ibi {quod quidem enim est.} Circa primũ duo facit.

part. 5.

Infra pt. 5. text. 6eq.

Primo exponit hanc particulã eius, quod est in potentia. Secũdo hanc, inquantum huiusmodi. ibi {Dico autem inquantũ.} Dicit ergo primo, quòd ex hoc manifestum est verum esse motum esse hoc, quod dictum est. Manifestum est enim, quòd ædificabile significat aliquid existens in potentia. & ista potentia significatur esse reducta in actũ per hoc, quòd dicitur ædificari. & iste actus vocatur ædificatio. Et similiter in omnibus alijs motibus, vt in ambulatione & alteratione & huiusmodi. Dicitur autem aliquid moueri, cum huiusmodi fiat in actu, & huiusmodi fuerit in potentia, & non prius, nec posterius. Cum ergo ita sit, sequetur quòd motus est alicuius existentis in potentia, cũ sit reductum ad actum. Et hoc dico scilicet, quòd sit reductum ad actum, inquantum est mobile. nam mobile dicitur aliquid per hoc, quòd est in potentia ad moueri, & sic reducitur huiusmodi potentia in actum, quando mouetur actu. non autem habet reduci in actum per motum id, quod in potentia est {inquantum ipsum,} idest secundum id, quod actu est, & secundũ seipsum. nam hoc etiam est in actu antequam incipiat moueri. Neque etiam reducitur ad actum per motum, secundum quòd est in potentia ad terminum motus, quia dum mouetur adhuc remanet in potentia ad terminum motus. Sed solum per motum reducitur aliquid de potentia in actum, de illa potentia, quæ significatur cum dicitur {aliquid esse mobile,} idest potẽs moueri. Deinde cum dicit.

A

b Diuisio autẽ secundum vnũquodq; genus, hoc quidem potẽtia, hoc autẽ actu, eius quod potentia inquantum tale actũ, dico motum.

B

c Quod autẽ verum dicimus, hinc palã. Cum. n. ædificabile inquantum tale, ipsum dicim⁹ esse actu inquãtum ædificatur, & est hæc ædificatio. Similiter doctrinatio, ambulatio, curatio, saltatio, orbatio. Accidit aũt moueri cũ fuerit actu eodẽ & neq; prius, neq; posterius, iã potẽtia entis cũ actu ens operatur, non inquantum ipsum, sed inquantum mobile, motus est.

C

d Dico aũt inquantũ sic. est. n. ęs potẽtia statua, sed tñ nõ ęris actus, inquantũ ęs est, motus ẽ. Non. n. idem esse ęri, & potẽtiæ alicui. Quod si idẽ erat simpliciter & secundũ rationem, erit vtiq; ęris actus motus quidam nõ est autẽ idẽ. palã aũt in contrarijs. Posse quidem. n. sanari & posse laborare non idẽ. etenĩ sic sanarî & laborare idem essent. Subiectum aũt & sanum & lãguens, siue humiditas siue sãguis idem & vnum. Quoniã autem non est idem, quemadmodum neq; e color idem & visibile, possibilis inquantum possibile actus, motus est.

D

e Quod quidẽ. n. est hic, & qđ accidit tunc moueri qñ fuerit actu sic, & nec prius, nec posterius palã. Cõtingit. n. vnũquodque aliqñ quidem actu esse, aliquando autem non. Puta ædificabile inquãtum ædificabile: & ædificabilis actus, inquantũ

E

Cũm autem vnumquodque genus in actum, & potentiam diuidatur, actum eius, quod potentia est, prout tale est, dico esse motum.

Quòd autem vera dicimus, hinc constat. cum enim ædificabile prout tale, ipsum dicimus esse actu quatenus ædificatur, & hoc est ædificatio. similiter eruditio, curatio, & voluntatio, ambulatio, saltatio, senescentia, ac increscentia. Accidit autem moueri cum actus ipse fuerit, & neque prius, neque posterius. actus autem eius, quod est potentia, cum actu ens agat, non prout ipsum, sed prout mobile, motus est.

Dico autem prout sic: nam æs potentia est statua, non tamẽ actus æris prout æs, motus est. non enim idem est æri esse, & alicui potentiæ. Quòd si idem esset simpliciter, ac secundum rationes, esset profectò æris actus motus quidam. at non est idem quod & in contrariis patet. siquidem posse sanari, posseque ægrotare, non est idẽ alioqui & sanari & ægrotare idem foret. subiectum uero, quod sanabile, aut ægrotabile est, siue humor, siue sanguis, vnum idemque est. Cum non sit igitur idem, sicut nec color, ac uisibile idem est, constat motum esse actũ rei possibilis, prout possibilis est.

Quòd igitur ipse est, & quod tunc contingit moueri, cum actus ipse sit, & quod nec ante nec post, manifestum est. nam contingit unumquodque aliquando quidem operari aliquando minime. uelut ædificabile, prout ædificabile: & ædificabilis, prout ædificabilis actus, ædificatio est. aut enim

d ¶ Exponit hanc particulam positam in diffinitione mot⁹ scilicet inquantum huiusmodi, vel inquantum tale. Ad cuius expositionem dicit, quòd æs est in potentia ad statuam, & sic idem est subiectum æs, & æs in potentia ad statuam. tamen non est idem ratione. Sed alia est ratio æris inquantum æs, & alia est ratio æris, inquãtum habet aliquam potentiam. Et hoc ẽ quod dicit, quòd non est idẽ æri esse, & alicui potentiæ. si enim esset idẽ simpliciter secundũ rationem, tunc sicut motus est actus æris inquantum est æs in potentia, ita esset actus æris inquantum est æs. sed non est idẽ secundum rationem æs, & potentia ætis. Et hoc manifestum est in potentia contrariorum, quia posse {sanari & posse laborare,} idest infirmari nõ est idem secundum rationem, sequeretur quòd idem esset infirmari & sanari: qđ est impossibile. Sic igitur nõ est eadem potentia ad vtrunque contrariorum secũdum rationem potẽtiæ, sed est eadem subiecto. idem enim ẽ subiectum, quod potest esse sanum & lãguens, siue illud subiectum sit quicunque humorum i cor

pore animalis, siue sanguis, qui est naturalior & magis proprius vitæ, & animalium nutrimento possit esse causa sanitatis & ægritudinis. Quia ergo posse sanari & posse infirmari, non est idem secundum rationem, manifestum est quòd neutrum horum est idem secundum rationem cum suo subiecto: quia Quæ vni & eidem per se sunt eadem sibiinuicem sunt eadem per se. Quia ergo non est idem secundum rationem æs, & æs in potentia ad statuam, sicut neque color & visibile quod est potens videri, ideo necessarium fuit quòd in diffinitione motus, dicto quòd est actus existentis in potentia adderetur, inquantũ huiusmodi. Deinde cum dicit.

c ¶ Exponit id, quod ponitur in diffinitione motus tanquam genus, dicens manifestũ esse, q̃ hoc sit motus, quia dico motus tunc est, quia tunc accidit moueri {quando hic} idest actus existentis in potentia fuerit actu, & neque prius, neque posterius. Manifestum est enim, q̃ vnumquodq; mobilũ contingit aliqñ esse actu, aliquãdo non. sicut ædificabile inquantum ædificabile quandoque est in potentia, & quandoq; est in actu. Dicit aũt q̃ ædificabile inquantum ædificabile, quia materia domus est ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

duo in potentia, scilicet ad formam domus, & ad hoc quòd ædificetur. & quod ad vtrunque contingit esse, quandoque in potentia, quandoque in actu. Sed potentia, quæ est in materia domus ad hoc quòd ædicetur, significatur in hoc quòd dicitur ædificabile. Tunc ergo ædificabile inquantum ædificabile fit actu, quando ędificatur. & sic ædificatio est actꝰ ædificabilis, inquantum ædificabile. Qđ sic probat: quia materia domus non est in potentia nisi ad duos actus, scilicet ad ædificationem domꝰ & ad formam. Aedificabile autem, significat quandam potẽtiam in materia domus existentẽ. Oportet igitur, cum omni potentiæ respondeat aliquis actus, quòd potentiæ significatæ per hoc quod dico ædificabile, respõdeat alter duorum actuũ. scilicet vel forma domus, vel ædificatio. sed non est actus ædificabilis inquantum ædificabile forma domus, quia adueniente forma domus nõ é adhuc ædificabile, sed est iam ędificatũ. sed ædificabile est actu, quando ædificatur actu. necesse est igitur, quòd ædificare sit actus ædificabilis. Aedificare autem est quidam motus, & sic motus est actus ædificabilis. & eadẽ ratio est de omnibus alijs motibus. Vnde Manifestũ est, quòd motus est actus existentis in potentia. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat diffinitionem positam esse bene assignatam, & primo ponit probationem in generali, dicens quòd manifestũ est motum esse bene diffinitũ ex his, quæ alij dixerunt de motu diffiniẽtes ipsum, & iterũ ex eo quòd non potest de facili aliter diffiniri. non enim potest poni in alio gnre nisi in genere actus. Secũdo ibi.

g ¶ Ponit ea, quæ alij dixerunt de motu, dicens quòd quidam dixerunt motũ esse alteritatem, & quidam inæqualitatem, & quidam non ens. Forte ideo, quia illud, quod mouetur, recedit ab eo quod prius erat, & dũ mouetur semper alio & alio modo se habet, & magis appropinquat ad terminum. Tertio ibi.

h ¶ Ostendit prædictas diffinitiones non esse conuenientes. neq; .n. conueniunt motui ex parte subiecti, quod mouetur. Si .n. motus esset nõ ens, vel inæqualitas, vel alteritas, sequeret q omne nõ ens, vel alterũ, vel inæquale moueret: sed nullũ horum necesse est moueri. nõ est igitur motus quod dictũ est. Idẽ etiã apparet ex parte terminorũ motus, qui sunt terminus a quo, & terminus ad quẽ. Non .n. magis est motus ad nõ ens, vel inæqualitatẽ, vel alteritatẽ, quàm ad opposita horũ: neq; magis est motus ex his, quàm ex oppositis. Cõtingit .n. moueri ex nõ ente ad ens, & econuerso: & de alteritate ad similitudinẽ, & ab æqualitate ad inæqualitatem, & econuerso. Quarto ibi.

i ¶ Ostendit quare prædicto modo diffinierunt motũ, dicens q̃ ista est causa, quare posuerũt motũ in prædicta quasi genera, quia motus videtur esse aliquid indeterminatũ, & illa sunt indeterminata, q̃ sunt priuatiua. Et iõ motum posuerũt quasi priuationẽ quandã. Et sciendũ, q̃ sicut in Primo huius dictum est, Pythagorici posuerũt duos ordines: in quorũ vno, quẽ dicebant ordinẽ bonorũ, posuerunt illa, q̃ videbãtur perfectionẽ habere: sicut lucẽ dextrum, masculum, quietem, & hmõi: in alio autẽ ordine, quẽ sub malo cõstituebãt posuerunt tenebras, sinistrum, fœminam, motum, & hmõi. Et oĩa hmõi dicebãt esse indeterminata & priuatiua, quia nullũ istorũ videbatur significare ⟨neq; hoc⟩ idest substantiã, ⟨neque tale⟩ id est qualitatem, neq; aliquod aliud prædicamentorum. Quinto ibi.

k ¶ Dicit causam, quare motus inter indeterminata ponat, & dicit q̃ causa huius est, quia motus neq; poterat poni in gne potẽtiæ, neq; in gne actus. si .n. esset in genere potẽtię, sequeretur q̃ quicquid est in potẽtia ad aliqd, puta ad esse quantũ, moueretur ad illã quantitatẽ. sed hoc nõ est necessariũ, quia etiã anteq̃ incipiat aliqd moueri ad quantitatẽ, est in potentia ad quantitatẽ illam. Neque etiã mouet quãdo iã actu est quantũ sm illã quantitatem, ad quã erat ī potẽtia sed tunc iã terminatus est motus. Sed oportet, q̃ motus sit actus quidã, vt suprà probatum est. sed est actus imperfectus. Et huius causa est, quia illud, cuius est actus ẽ imperfectũ. Et hoc est ens posse siue ens potentia. Si .n. esset actus perfectus, tolleret totã potentiã, q̃ est ī materia ad aliquid determinatũ. Vñ actus perfecti nõ sunt actus existẽtis in potentia, sed existẽtis in actu. Motus aũt ita est existentis in potẽtia, q̃ non tollit ab eo potentiã. Quãdiu .n. est motus, remanet potẽtia in mobili ad id, quod intendit q̃ motũ, sed solũ potentia, quæ erat ad moueri, tollitur q̃ motũ, & tm non totaliter, quia id quod mouetur, adhuc in potẽtia ẽ ad moueri: quia omne, quod mouetur, mouebitur, pp diuisionẽ motus continui, vt probat in 6. Physicorũ. Vnde relinquitur, q̃ motus est actus existentis in potentia, & sic est actus imperfectus & imperfecti. Et propter hoc difficile est accipere, quid sit motus. Videtur enim quòd aut necesse sit ponere motum in genere priuationis, sicut patet ex præmissis diffinitionibus, aut in genere potentiæ, aut in genere actus simplicis & perfecti. quorum nullum contingit esse motum. Vnde relinquitur, quòd motus sit id, quod dictũ est, scilicet actus, & quòd non dicatur actus perfectus. Quod quidem difficile est videre, sed tamen contingens est esse, quia hoc posito nullum sequitur incõueniens. Quidam autem diffinierunt, dicentes, q̃

ædificabile, ædificatio est. aut enim hæc domus est, aut ædificatio actus. sed, cũ domus fuerit, nõ adhuc ædificabile erit. ædificatur autẽ ædificabile. necesse igit ędificationẽ actũ esse. ædificatio aũt motus quidã. ea dẽ autẽ ratio & in alijs motib⁹.

hoc, ædificatio in ædificabili actus, aut domus. at ubi domus sit, non ultra ædificabile erit. ædificatio vero eius est, quod ædificabile est. necesse itaque ædificationem actum esse. ædificatio uero motus quidam est. eademque in cæteris motibus ratio est.

Quod uero hæc sint recte dicta, ex his quoque constat, quæ alij de ipso referunt. tum ex eo quòd non facile est ipsum aliter definire. nec enim licebit cuiquam in alio genere eum collocare.

Et patet ex his etiam, quæ alij protulerunt. quidam enim alteritatem, inæqualitatem, & ipsum non ens.

Quorum nullum necesse est moueri. at neque mutatio hæc, neque ex his potius quàm ex oppositis est.

Causa vero, propter quam in his motum statuerunt, ea est, quòd indefinitum quiddam uidetur esse motus: alterius uero coordinationis principia, utpote priuatiua, ī definita sunt. nam nec quod quid, nec tale, nec aliorum prædicamentorũ ullũ ipsorũ est.

Quod uero motus indefinitus esse uideatur, ea est causa, quòd neque inter ea, quæ sunt potentia entia, nec quæ secundum actum, ponere ipsum est. nec enim quod potest quantum esse, moueri necessariũ est, nec actu quantum. At motus actus quidam est se uidetur, quanquam imperfectus, causa uero est, quod imperfectum est possibile, cuius actus est. quamobrẽ difficile ipsum comprehendere, quid nam sit. nam aut in priuationem necessario reponetur aut in potentiam, aut in actum simplicem, horum autẽ nullum uidetur contingere posse. super est igitur, quod dictum est, esse & actum & non actum qui dictus est, qui est difficilis cognitu sit, tamen cõtingit esse.

parte. 6. — part. 7. — part. 8. — part. 9. — parte 10.

Lect. 5.

Lect. 9.

Tex. cõ. 33.

in genere actus simplicis & perfecti. quorum nullum contingit esse motum. Vnde relinquitur, quòd motus sit id, quod dictũ est, scilicet actus, & quòd non dicatur actus perfectus. Quod quidem difficile est videre, sed tamen contingens est esse, quia hoc posito nullum sequitur incõueniens. Quidam autem diffinierunt, dicentes, q̃

part. 11. motus est exitus de potentia in actum, non subito. Sed errauerunt, quia necesse

part. 12. est quòd indiffinitio ne exitus ponatur motus, cum sit species motus. Et similiter in diffinitione eius, quod est subito, ponitur tempus, &

part. 13. in diffinitione temporis, motus. Deinde cum dicit.

part. 14. l ¶ Ostendit ī quo sit motus, & primo ostendit quòd in mobili, qa omnis actus est in eo cuius est actus. Sed motus est actus mobilis a moueute causatus. Vnde relinquitur quòd sit mobili. Et quod a

Cap. 9. fin. prima. fit actꝰ mobilis, vt ex superioribus patet. Secundo ibi.

m ¶ Ostendit qua liter se habeat motus ad mouens, & ponit duo, scilicet q̃ motus est actus motiui, & quòd non est alius motus qui est actus motiui, & qui est mobilis. Oportet enim motũ esse actũ amborũ. Tertio ibi.

part. 2. n ¶ Primum eorũ duorum probat scilicet, quòd motus sit motiui actus. Illud .n. actus est alicuius, quo fit actu: sed motiui dicitur ex eo q̃ est potẽs mouere, mouens autẽ in operari, ideſt in eo quòd est esse actu, & ita cum mouens dicatur pp motũ, motus erit actus motiui. Quarto ibi.

part. 3. o ¶ Probat secundum propositorum scilicet, quòd vnus motus sit actus motiui & mobilis, hoc modo. Dictum est enim, q̃ motus est actus motiui inquantum facit motum, est autem mobilis inquantum fit in eo motus: sed motiuum facit illum motum, qui est in mobili & non alium: & hoc quod est dicit quòd mouens est actiuum mobilis. vnde relinquitur, quòd vnus motus sit actus & mouentis & mobilis. Quinto ibi.

part. 4. 5. p ¶ Manifestat hoc per exempla & dicit, quòd vna est distantia duorum ad vnum, & vnius ad duo: sed differt ratione. Propter quòd diuersimode significatur ideſt per duplum & dimidium. Similiter vna est via ad ascendendum & descendendum, sed differt ratione. Et propter hoc, dicunturhi ascendentes & illi descendentes. Et ita est de mouente & moto. Nam d vnus motus secundum substantiam est actus vtriusque, sed differt ratione. Est enim actus mouentis vt a quo, mobilis autem vt in quo, & non actus mobilis vt a quo, neque mouentis vt in quo. Et ideo actus mouentis dicitur actio, mobilis vero passio.

Sed si actio & passio sunt idem secundum substantiam, videtur quòd non sint diuersa prædicamenta. Sed sciendum, quòd prædicamenta diuersificantur secundum diuersos modos prædicandi. Vnde, idem secundum quòd diuersimode de diuersis prędicatur, ad diuersa prædicamenta pertinet. Locus enim secundum quòd prædicatur de locante, pertinet ad genus quantitatis: secundum autem quod prædicatur denominatiue de locato, constituit prædicamentum vbi. Similiter motus secundum quòd prædicatur de subiecto in quo est, constituit prædicamentum passionis: secundum autem quod prædicatur de eo a quo est, constituit prædicamentum actionis.

LECTIO. X.

Ostquam Philosophus determinauit de motu, hic determinat de infinito, quod est passio motus & cuiuslibet quanti vniuersalis. & circa hoc tria facit. Primo distinguit quot modis dicitur infinitum. Secundo, ostendit quòd non est infinitũ actu ibi. ⟨Separabile quidem.⟩ Tertio quomodo infinitum inuenitur in diuersis. ibi. Infinitum autem. ⟨ Circa primum duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur infinitum in actu. Secundo, quot modis dicitur infinitum in potentia. ibi ⟨ Adhuc autem appositione. ⟩ Circa primum considerandum est quòd omne finitum diuidendo pertransitur. Vnde infinitum proprie est quod mensurando pertransiri nõ potest. Tot ergo modis dicitur infinitum quot modis dicitur, intrãsibile. Vtrunq; autem dicitur quatuor modis. Quorũ primus est secundũ quod infinitum sine intransibile dicitur, quod non potest trãsiri mensurando, eo quòd non est natum secundum suum genus pertransiri: sicut dicimus punctum, aut vnitatem, aut aliquid quod nõ est quãtum & mẽsurabile, esse infinitum seu intransibile. Per quem modum, vox dicitur inuisibilis, quia non est de genere visibilium. Secundo modo dicitur infinitum vel intransibile, quod nondum est pertransitum, licet incæptũ sit pertransiri. ⟨ Hoc enim est quod dicit (habens transitionem imperfectam.) Tertius modus est secundum quòd dicitur infinitum vel intransibile, quod vix transitur. Vt si dicamus profunditatem maris infinitam, vel altitudinem cœli, vel aliquam viam longam immensurabilem, seu intransibilem, seu infinitam, quia excedit vires mensurantis, licet in se sit transibilis. Quartus modus est, secundum quòd dicitur infinitum illud, quod natum est habere transitionem, aut terminum secundum suum genus, sed non habet. Puta si sit linea aliqua interminata. & hoc est vere & proprie infinitum. Secundo ibi.

b ¶ Ostendit, quot modis dicitur infinitum in potentia, & dicit quòd dicitur infinitum vno modo appositione, sicut numerus. Semper enim cuilibet numero dato, est apponere vnitatẽ, & sic numerus est augmentabilis in infinitum. Alius modus secundum quod infinitum dicitur ablatione & diuisione, secundum quod magnitudo dicitur diuisibilis in infinitum. Tertius modus contingit vtrinq;, sicut tẽpus dicitur infinitum, & diuisione, quia continuum est: & appositione, quia numerus est. Et similiter etiã in motu infinitum est. Deinde cum dicit.

Prima par. q. 7. 3. c ¶ Ostendit quòd non sit infinitum in actu. circa quod sciendum est, quòd Platonici posuerunt infinitum separatum a sensibilibus, & posuerunt ipsum esse principiũ. Naturales autẽ philosophi posuerunt infinitũ in rebus sensibilibus, non ita q̃ ipsũ infinitum esset substantia, sed quod esset accidens alicui corpori sensibili. Primo ergo ostendit, quòd non est infinitum separatum. Secundo, quòd non est in infinitum actu in sensibilibus. ibi. ⟨ Quod autẽ in sensibilibus. ⟩ Circa primum ponit tres rationes, quarũ prima est: q̃ si ipsum infinitum est quædam substantia per se existens, & non accidens alicui subiecto, oportet q̃

Simul & illud perspicuum est, motum esse in moto. actus enim eius est a motiuo.

Neque alius est motui actus: oportet enim vtriusque actum esse.

Nam motiuum est, eò quòd possit: mouens vero, eò quòd operetur.

Verum actiuum ẽ ipsius mobilis, quare eodẽ modo vnus vtriusq; actus

Quemadmodum eadem distantia ad duo unius, & ad unum duorum, ascensus quoque ac descensus, at esse non est unum, ita etiam in mouente, & in moto.

LECTIO. X.

Infinitum uero est, aut quod impossibile est pertransire, eò quòd non sit aptum permeari, quemadmodum uox inuisibilis: aut quod transitum habet in consummabilem, aut quod uix, aut quod natura aptum est habere, nequaquam tamen transitum, aut finem habet.

Item secundum appositionem, aut ablationem, aut ambo.

Separabile sane ipsum quicquam esse impossibile est. nam si nec magnitudo, nec multitudo est, sed infinitum substantia eius est, & non accidens, indiuisibile erit. siquidem diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo est.

Infra pr. 3. Lect. pñ. parte. 15. Lect. pñ. parte. 32. Lect. pñ. parte. vlt. Lect. pñ. parte. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum infinitum sit absque magnitudine & multitudine, quia magnitudo & numerus sunt subiectum infiniti. Si autem est sine magnitudine & multitudine, oportet quòd sit indiuisibile, quia omne diuisibile, aut est magnitudo, aut multitudo. si autem est indiuisibile non est infinitum, nisi primo modo, sicut vox dicitur inuisibilis: quo modo non inquirimus nos nũc, nec ipsi, sed de infinito intransibili secundum quantum modum. Ergo de primo ad vltimum, si infinitum sit substantia separata per se existẽs, non erit vere infinitum. & sic ista positio destruit seipsam. Secundam rationem ponit ibi.

parte 4.

d ¶ Quæ talis est. Infinitum est passio numeri & magnitudinis: sed numerus & magnitudo non sunt per se existẽtia separata, vt in Primo ostensum est, & infra ostendetur: ergo multo minus infinitum separatum est. Tertiam rationem ponit ibi.

part. 5. Tex. cõ. 35. & inde.

e ¶ Quæ talis est. Si infinitũ ponitur separatum a sensibilibus, aut ponitur vt substantia per se existens, aut vt accidẽs inhærẽs alicui subiecto separato, puta magnitudini, aut numero, quæ sunt separata secundum Platonicos. Si autem ponatur esse accidens, tunc ipsum infinitũ non erit principium entium inquantum hoc est infinitum, sed magis subiectum infiniti. Sicut principiũ locutionis nõ dicitur inuisibile, sed vox, quamuis vox sit sic inuisibilis. si autẽ infinitum sit substantia, & non prædicetur de aliquo subiecto, etiam manifestũ est quòd non potest esse actu infinitum. Aut enim est diuisibile, aut indiuisibile. Si autem est diuisibile, & infinitum, hoc ipsum quod est infinitum est substantia, oportet quòd quælibet pars eius accepta sit infinita, quia idẽ est infinito esse & infinitum, si ⸗ infinitũ est substãtia, ⸗ idest, si infinitum prædicat propriam rationem eius, quod est infinitum. Vnde sicut quælibet pars aquæ est aqua, & quælibet pars aeris est aer, ita quelibet pars infiniti est infinita, si infinitum ẽ substantia diuisibilis. Quare oportet dicere, quòd aut sit indiuisibile infinitum, aut sit diuisibile in multa infinita. Sed hoc est impossibile, quòd multa infinita cõstituant vnum infinitũ, quia infinitum non est maius infinito, omne autem totum maius est sua parte. Relinquitur igitur, quòd infinitum sit indiuisibile. Sed impossibile est, quòd id, quod est indiuisibile, sit actu infinitum, quia infinitum oportet esse quantum. Relinquitur igitur quòd non sit substantia, sed accidens. Sed, si est accidẽs, non est principium ipsum infinitum sed illud, cui accidit, vt dictum est, siue sit aer, vt quidam naturales posuerunt, siue sit par vt posuerunt Pythagorici. Relinquitur igitur, quòd infinitũ non possit esse substãtia simul & principiũ entium. Et vltimo concludit, quòd hæc inquisitio est vniuersalis excedens naturalium considerationẽ. Deinde cũ dicit. f ¶ Probat quòd in finitum actu non sit in sensibilibus, & primo, ꝓbat hoc per rationes probabiles. Secundo, per rationes naturales. ibi. ⸗ Naturaliter autem. Dicit ergo primo, ꝙ manifestũ est, quòd infinitum actu non est in sensibilibus. & ostendit duo. Dicit ergo primo, quòd in sensibilibus non est corpus infinitũ. De ratione enim corporis est, quòd sit superficie determinatum: sed nullum corpus ⸗ terminatum superficie est infinitum: ergo nullum corpus ẽ infinitum, ⸗neq; sensibile, ⸗ idest naturale, ⸗neq; intellectuale, ⸗ idest mathematicum. Secundo ibi. g ¶ Dicit, quòd in sensibilibus non est numer⁹ infinitus hoc modo. Omnis numerus, & omne habens numerum est numerale: sed nullum numerale est infinitũ, quia numerale est ꝑ transibile numerando; ergo nullus numerus est infinitus. Hæ autem rationes non sunt naturales, quia non sumuntur ex principijs corporis naturalis, sed ex quibusdã principijs communibus & probabilibus, non ex necessarijs: quia qui poneret corp⁹ infinitũ, non poneret ipsum terminari superficie. hoc enim est de ratione corporis finiti. Et qui poneret multitudinem infinitorum, non poneret eã numerum, quia numerus est multitudo mensurata per vnũ, vt in Decimo habitũ est. Nullũ autẽ mensuratum infinitum est. Deinde cum dicit. h ¶ Ostendit, quòd non sit infinitum in actu in sensibilibus per rationes naturales, & primo, ex parte actiui & passiui. Secundo, ex parte loci & locati. ibi. ⸗ Adhuc sensibile. ⸗ Actiuum autem & passiuum, locus & locatum sunt proprietates corporis naturalis inquantum huiusmodi. Et ideo dicit, quòd istæ rationes sunt naturales. Dicit ergo primo, ꝙ si corpus aliquod

Tex. cõ. 21.

enim diuisibile, aut magnitudo, aut multitudo. si autẽ indiuisibile, nõ infinitum, nisi sicut vox inuisibilis. Sed non sic dicunt, neq; nos quærimus, sed tanquam impertransibile.

d Adhuc quomodo cõtingit per se esse infinitum, si non & numerus & magnitudo, quorum passio infinitum?

e Adhuc si secundũ accidens, non vtiq; elementũ entium, in quantum infinitum: quemadmodũ neq; inuisibile loquelæ, quamuis vox inuisibilis. & ꝙ non est actu esse infinitũ, palã. erit enim quæcunq; ipsius infinita pars accepta. infinito. n. esse, & infinitũ idẽ: siquidẽ substantia infinitũ, & nõ de subiecto. Quare aut indiuisibile, aut in infinita diuisibile, si partibile. multa aũt esse, idẽ impossibile infinita. Quemadmodũ. n. pars aer aeris, sic infinitũ infiniti, si ẽ substãtia & principiũ. impartibile igitur & indiuisibile. sed impossibile actu esse ĩ finitum: Quantum. n. necesse. esse. secundũ accidẽs igitur exist. sed sic dictũ est, ꝙ non contingit ipsum esse principiũ, sed illud, cui accidit aerem, aut parem. Hæc quidem igitur inquisitio vniuersalis.

f Quòd autem in sensibilibus nõ est, hinc palam. si enim corporis ratio superficiẽ⁹ determinatur, non erit vtique infinitum corpus, neq; sensibile, neque intellectuale.

g Neque numerus, vt separatus, & infinitus. numerabile enim, numerus, aut habens numerum.

h Naturaliter autẽ ex his palã, nec enim compositũ possibile esse, nec simplex. Compositum quidẽ. n. non erit corpus, si finita sunt elemẽta multitudine.

quòd si est indiuisibile, non est infinitum, nisi quemadmodum uox inuisibilis est. uerum nec sic aiunt, nec nos sic quærimus, sed tanquam impermeabile.

Præterea, quonam modo contingeret esse per seipsum infinitum, si nec numerus, nec magnitudo sit, quorũ infinitum passio est?

Præterea, si secundum accidens, non esset sanè rerum elementum pro ut infinitum est: sicuti nec inuisibilis locutionis, tametsi uox inuisibilis est. Quòd autem infinitum non potest esse actu, patet. erit nanque quæque pars eius infinita, quæ accipitur. nam infinito esse, atque infinitum, idem: si quidem infinitum substantia, & nõ de subiecto sit. aut igitur inuisibile, aut per infinita diuisibile, si partibile est, uerum multa infinita idem esse impossibile est. quemadmodum enim aeris aer pars, ita & infinitum infiniti, si substantia, principium sit. impartibile igitur, & indiuisibile est. uerum hoc impossibile, actu esse ens infinitum: necessarium enim quantum esse. secundum accidens igitur existit. at hoc modo dictum est non posse principium esse, uerum id potius, cui accidit numerum, uel par esse. sed hæc fortasse inquisitio uniuersalis est.

Quòd uero in sensibilibus nõ est, hinc constat. nam si est corporis ratio hoc, esse superficie definitum, nõ sane fuerit infinitum corpus, nec intelligibile, nec sensibile.

Cæterum nec numerus ita est, tanquam separatus, atque infinitus. quippe cum numerus, aut quod habeat numerum, numerabile sit.

Quòd si naturaliter potius contẽplemur, ex his patet. neque enim cõpositum, neque simplex poterit esse. Compositum nanque non erit corpus, si finita quidem sunt multi-

quod sensibile est infinitum, aut erit corpus simplex, aut erit corpus compositum, siue mixtum. Et primo ostendit, quòd corpus compositum non possit esse infinitum, supposito quòd corpora simplicia, quæ sunt elementa corporum compositorum, sint finita multitudine. Quod ita probat, quia oportebit, ꝙ vel omnia sint infinita i quantitate aut quòd vnum sit infinitum, alia finita. aliter. n. non posset componi corpus infinitum ex elementis multitudine finitis. Non autẽ potest esse quòd vnũ eorum sit infinitum, & alia finita, quia in corpore mixto oportebit aliqualiter adæquari contraria ad hoc, ꝙ corpus mixtũ conseruetur. aliter enim vnum eorum, quod esset excedens, corrumperet alia. Si autem vnum sit infinitum, & alia finita, non est æqualitas, cũ non sit proportio infiniti ad finitum. Vnde corpus mixtum non poterit consistere, sed infinitum corrumpet alia. Sed qa posset aliquis dicere, quòd corpus, quod est finitum quantitate est potentius virtute, & ita sit æqualitas. puta, si quis dicat quòd in corpore mixto sit aer infinitus, & ignis finit⁹, ideo subiungit, quòd quamtũs virtus vnius corporis, quod ponitur infinitum, deficiat a virtute alterius cuiuscunqꝫ, quod ponitur finitum, nihilominus finitũ corrumperetur ab infinito. Corporis enim finiti, necesse est esse virtutem finitam. Et ita ignis finitus habebit virtutem finitam. Si ergo abscinda tur ab aere infinito, aer æqualis igni habebit minorem virtutem, quàm habeat totus aer infinitus, proportionatam tamen virtuti ignis. Sit ergo virtus ignis centupla virtuti aeris. Si ergo accipiamus centuplum de aere ab aere infinito, habebit æqualem virtutem cum igne. & ita totus aer infinitus habebit maiorem uirtutem infinitam quàm ignis, & corrumpet ipsum. Non est ergo possibile, quòd in corpore mixto sit vnum elementum infinitum, & alia finita. Similiter non est possibile, quòd omnia sint infinita, quia corpus est, quod dist̃enditur in omnem dimensionem. infinitum autem est, quod habet dimensionem infinitam. Vnde oportet, quòd corpus infinitum habeat ex omni parte dimensionem infinitam, duo autem corpora non possunt esse simul. Sic ergo duo infinita non possunt coniungi in vnum. Secundo ibi.

oportet enim æquari cõtraria, & etiam non esse vnum ipsorum infinitum. Si enim cuicunq; deficit alterius corporis virtus, corrumpetur ab infinito finitũ. vnumquodque autem impossibile infinitum esse. Corp⁹ enim est quod omnino habet distensionem, infinitum autem infinite distat. Quare infinitũ corpus omnino erit infinitum.

i Neque vnum, aut simplex cõtingit infinitũ esse corpus. neq;, vt dicũt quidã præter elemẽta, ex quo generant hoc. non. n. est tale corpus præter elementa. Omne. n. ex quo est, dissoluitur in hoc. Non uidetur aũt hoc circa simplicia corpora, nec ignis, nec aliquid aliud elementorum vllum. Sine n. eo, quod est infinitum esse aliquod ipsorũ, impossibile omne: et sit finitum, aut esse, aut fieri vnum aliquod ipsorum quemadmodum Heraclit⁹ ait fieri aliqñ ignẽ. eadẽ aũt rõ & in vno, qđ faciũt pter elemẽta Physici. Omne. n. pmutaꝫ ex cõtrario, puta ex calido ĩ frigidũ.

K Adhuc sensibile corpus alicubi, & idem locus totius & partis, puta terræ.

l Quare siquidem eiusdem speciei, immobilis erit, aut semper feretur. hoc autem impossibile. qd. n. magis deorsum, quàm sursum, aut vbicunq;? Puta, si gleba fuerit, ubi hæc mouebitur, aut manebit? locus. n. ipsius cõnaturalis corporis infinitus. Obtinebit igitur totum locũ. qũo? & quæ igitur mansio & motus? Si ubiq; manet, non mouebitur. Si autem vbique, nõ igitur stabit.

elementorum esse, præter id, quod esset infinitum, quia illud repleret totum vndique. Et etiam, si esset aliquod finitum, oportet quòd conuerteretur in illud infinitum, propter excessum ipsius uirtutis. sicut Heraclitus manifeste posuit, quòd aliquando omnia sint conuertenda in elementum ignis, propter nimiũ excessum virtutis eius. Et eadem ergo ratio est de vno corpore simplici, quod quidem faciunt naturales præter ipsa elemẽta. Oportet enim, quòd habeat quandam contrariam repugnantiam in ordine ad alia elementa, cum permutatio fiat ex illo vno solo corpore ad alia. Omnis autem rerum permutatio fit ex cõtrario in cõtrarium. Cum igitur vnum contrariorum corrumpat alterum, sequitur, ꝙ si illud corpus, quod ponitur præter elementa, sit infinitum, quòd corrũpat alia. Prætermittit autem hic Philosophus de corpore cœlesti, qđ est præter ipsa quatuor elementa, non tamen habet aliquã contrarietatem, siue repugnãtiam ad ea, nec constituuntur ex eo naturaliter corpora. non enim naturales Philosophi, ponentes corpus infinitum actu, peruenerunt in notitiam huius quintæ essentiæ, vel naturæ. Sed tamẽ in lib. de Cœlo Aristoteles probat etiã de corpore cœli, qđ circulariter mouetur, quòd non sit infinitum actu. Deinde cum dicit.

Quare, si uniforme sit, aut immobile erit, aut semper pelletur. hoc uero impossibile est. quid enim deorsum potius quàm sursum, aut usquam? uelut si gleba sit, quo mouebitur. aut ubi manebit? locus enim eiusdem generis corporis illius infinitus est? continebit igitur totum locum. At quo modo? Quæ igitur mansio, motusque eius? An ubique manebit? nõ mouebitur ergo. An ubique mouebitur? non ergo stabit.

Item corpus sensibile alicubi est, idemque partis ac totius locus, uelut terræ.

tudine elementa. oportet nanque contraria æquari, nec esse unum eorum infinitum. nam etsi quãtumuis inferior sit alterius corporis uirtus, corrumpetur finitum ab infinito. nec possibile est unumquodque esse infinitum, si corpus quidem est, quod undecunque habet dimensionem. infinitum uero, quod infinite distat. quare infinitum corpus undecunque infinitum erit.

Nec uero unum & simplex contingit infinitum esse corpus. nec, ut quidã aiunt, præter elementa, unde hæc generant tale nanque corpus præter elementa non est. nam cuncta, ex quibus sunt, in ea etiam resoluuntur. hoc uero non uidetur præter simplicia corpora, neque ignis, neque aliud ullum elementorum. etenim absque eo quòd aliquod horum infinitum sit, impossibile est uniuersum. et si finitum sit, aut esse, aut fieri aliquod eorum unum, ut Heraclitus dicit, omnia quandoque ignem fieri. Eadem ratio & de uno est, quod faciunt præter elementa Naturales. omne enim ex contrario incontrariũ, uelut ex calido in frigidum transit.

l ¶ Ostendit, quòd non potest esse aliquod corpus simplex infinitum. Non enim est possibile, quòd sit corpus simplex præter elementa, ex quo omnia generantur, sicut quidam posuerunt vaporem, quia vnumquodque resoluitur in ea, ex quibus cõponitur. In nullis autem videmus resolui corpora mixta, nisi in quatuor elementa. non est ergo aliquod corpus simplex, præter quatuor elementa. Sed neque ignis, neque aliquod aliud elementorum potest esse infinitum: quia impossibile esset aliquod

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportet quòd sit naturalis cuilibet parti, & ita ipsum totum & quælibet pars quiescit. si vero non est ei naturalis, ergo & totum & pars erunt extra proprium locum. & ita totum & quælibet pars eius mouebitur semper. Non enim potest dici, quòd aliqua pars ei sit naturalis toti & partibus eius, & aliqua pars innaturalis: quia, si corpus

parte 11. esset infinitum, & omne corpus esset in loco, oportet quòd locus etiam sit infinitus. In loco autem infinito non potest inueniri ratio diuisionis, quare aliquid ei⁹ sit naturalis loc⁹ corporis, & aliud non naturalis locus: quia oportet esse aliquam determinatam proportionem & distantiam loci naturalis ad non naturalem: quod in loco infinito non potest inueniri. Hoc est ergo quod

part. 12 dicit, quòd non magis mouebitur corpus infinitū, aut pars eius deorsum quàm sursum, vel versus quamcunque aliam partem: quia in loco infinito non potest sumi aliqua determinata proportio harū partiū. Et ponit exēplum, ut si ponamus terram esse infinitā, non erit assignare rationem, quare magis

part. 13. moueatur vel quiescat hic quàm ibi: qa totus locus infinitus est connaturalis similiter ipsius corporis infiniti, quod est in loco. Vnde si aliqua

part. 14. pars loci est connaturalis glebæ, & similiter alia pars: & si una non est connaturalis, nec alia. si igitur corpus infinitum sit in loco, obtinebit totum locum infinitum. Et quomodo poterit simul esse quies & motus? Quia si ubique quiescit, non mouebitur: aut si mouebitur, vbique sequitur quòd nihil quiescat. Deinde cum dicit.

m ¶ Prosequitur Philosophus alteram partem disiunctiuæ, scilicet, si totum non est similium partium: dicens, quòd primo sequitur quòd {corpus omnis,} ideſt totius, si sit partium dissimilium specie, non sit vnum nisi in tangendo, sicut aceruus lapidū est vnus. Quæ autem sunt diuersārum specierum non possunt esse continua, sicut ignis & aer & aqua. & hoc non est esse vnum simpliciter. Item, si istud totum cōstat ex dissimilibus partibus specie, aut essent infinita specie, ita scilicet, quòd sint infinitæ species diuersæ partes totius, aut essent finita specie, ita scilicet, quòd diuersitas specierum, quæ est in partibus aliquo certo numero concludatur. Sed quòd impossibile sit esse finita elementa secundum speciem, patet ex eo quod in præcedenti ratione est positum. Non enim esset possibile ex partibus numero finitis constituī totum infinitum, nisi vel omnes partes essent infinitæ quantitate, quod est impossibile, cum corpus infinitū oporteat ad quamlibet partem infinitum esse: vel saltem, quòd aliqua pars, vel aliquæ partes infinitatem habeant. Sequitur igitur, quòd si totum est infinitum & partes specie diuersæ, infinitæ numero, quòd quædam earum sint infinitæ in quantitate, & quædam finitæ: puta, si poneretur, quòd aqua esset infinita, & ignis finitus. Sed hoc ponere inducit corruptionem in cōtrariis, quia id, quod est infinitum, corrumpet alia, vt supra ostensum est. nō est igitur possibile, quòd sint finita numero. Sed si sunt infinitæ secundum speciem primæ partes vniuersi, quas oportet opponere partes simplices, sequitur quòd loca erunt infinita, & quòd elementa erunt infinita. quorum vtrunque est impossibile. Cum enim vnumquodque corpus simplex habeat locum si-

bi connaturalem diuersum a loco corporis alterius secundum speciem, si sint infinita corpora simplicia secundum speciem diuersa, sequetur quòd etiā sint infinita loca diuersa specie. quod patet esse falsum. nam species locorum sunt sub aliquo numero determinato, quæ sunt sursum & deorsum, & huiusmodi. Elementa etiam esse infinita impossibile est, quia sic sequeretur, quòd essent ignota, & eis ignotis, omnia ignorarētur. Si ergo impossibile est elementa esse infinita, necesse est quòd loca sint finita, & per consequens quòd totum sit finitum. Deinde cum dicit.

n ¶ Secundam rationem ponit, dicens, quòd cum omne corpus sensibile habeat locum, impossibile est, q aliquod corpus sensibile sit infinitum: hac positione facta, q omne corpus sensibile habeat grauitatem, aut leuitatem. Quod quidē verum erat secundū opinionem antiquorum naturalium ponentium corpus infinitum actu. Sed ipse opinatur, quòd sit aliquod corpus sensibile, non habens grauitatem neq; leuitatē. scilicet corpus cœleste, vt probauit in libro de cælo & mundo. Et ideo hoc induxit sub conditione quasi ab aduersariis concessum, sed non simpliciter verum. Si ergo omne corpus sē sibile est graue, vel leue, & est aliqd corp⁹ sensibile infinitū oportet, q sit graue vel leue, & p cōsequens q feratur sursum, vel ad medium. Diffinitur enim leue quod fertur sursum, & graue quod fertur ad medium. Sed hoc est impossibile inueniri in infinito, neque in toto, neque in parte. non enim inuenitur medium in aliquo corpore nisi proportione habita ad extrema in diuidendo totum. infinitum vero non potest ibi inueniri sursum & deorsum, nec extremum & medium. Considerandum autem, quòd hæc ratio valet, etiam si ponatur corpus tertium, quod neque est graue, neque leue. Tale enim corpus naturaliter moueretur circa medium, quod non potest in corpore infinito inueniri. Deinde cum dicit.

o ¶ Hic Philosophus ponit tertiam rationem, quæ talis est. Omne corpus sensibile est i loco: sed loci species sunt sex scilicet sursum, deorsum, dextrum, sinistrum, ante, & retro. Quæ quidem impossibile est attribui corpori infinito, cum sint quædam extrema distantiarum, & sic corpori infinito impossibile est attribuere locum. non est igitur aliquod corpus sensibile infinitum. Nō autem dicit, quòd sint sex species loci, asserere intendens quòd ista loca distinguantur in elementis, quia motus eorum non distinguunt nisi sursum & deorsum: sed quia sicut ab infinito corpore remouentur sursum & deorsum, ita omnes aliæ differentiæ loci. Quartam rationem ponit ibi.

p ¶ Quę talis est. Omne corpus sensibile est in loco: sed impossibile est esse locum infinitum. ergo impossibile est esse corpus infinitum. Quomodo autem impossibile sit locum esse infinitum, ex hoc probatur. De quocumque enim prędicatur commune aliquod, oportet prędicari aliquod eorum, quæ sunt sub illo communi: sicut quod est animal, oportebit, quòd sit in aliqua specie animalis. Et quod est homo, oportet, quòd sit aliquis homo. Et similiter quod est in infinito loco, oportet, quòd {sit, alicubi} ideſt in aliquo loco. Esse autem in aliquo loco, est esse vel

Quòd si uniuersum dissimile sit, loca quoque dissimilia erunt. Ac primum quidem non unum uniuersi corpus, nisi tactu. Deinde aut finita erūt hæc, aut infinita specie. finita quidem impossibile. nam quædam infinita erunt, quædam minime, si totum infinitum sit, uelut ignis aut aqua, at hoc erit contrariis corruptio. quod si infinita, ac simplicia, loca quoque infinita, & elementa infinita erunt. quod si est impossibile, locaque finita sint, totum item necessario finitum erit.

Et omnino impossibile infinitum esse corpus, & locum corporibus, si omne quidem corpus sensibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem. aut enim ad medium, aut sursum mouebitur. uerum impossibile infinitum, aut totum, aut medium, aut quodcumque passum esse. quo enim modo diuides, aut quo pacto infiniti hoc quidem sursum fuerit, hoc uero deorsum, aut extremum, aut medium?

Omne item corpus sensibile in loco: loci uero species sex. in corpore uero infinito hæ esse non possunt. Tex. co. 16.

Omnino autem, si impossibile est locum infinitum esse, corpus quoque impossibile est. quod enim in loco est,

m Si autem dissimile totum, dissimilia & loca. & primū qui dē non vnū corpus omnis, nisi tactu. deinde āt finita hęc erūt aut infinita specie. finita quidē igitur nō possibile. erunt enim hæc quidem infinita. hæc autē nō, si omne infinitū. puta ignis aut aqua. Corruptio aūt quod tale contrariis. si autem infinita, & simplicia, & loca infinita. & erunt infinita elementa. si autem hoc impossibile, & loca finita & oē necesse est finitū esse.

n Totaliter autem impossibile infinitum esse corpus. & locū corporibus. si oē corpus sensibile aut grauitatem, aut leuitatē habet. aut. n. ad mediū, aut ad sursum feretur. Impossibile āt infinitū, aut omne, aut dimidium quodcunq; istorū passū esse. Quomodo. n. diuides? aut quomodo infiniti erit hoc quidem deorsum, hoc autē sursū, aut extremum, aut medium?

o Adhuc oē sēsibile corp⁹ in loco. Loci āt spēs sex. Impossibile āt i infinito corpore hoc esse.

p Totaliter aūt, si impossibile locū infinitū esse, & corpus impossibile. quod enim in loco,

vel sursum, vel deorsum, uel secundum aliquam aliam speciem, quarum nullam possibile est esse infinitam, quia vnumquodque horum est terminus alicuius distantiæ: ergo impossibile est esse locum infinitum, & similiter corpus.

q ¶ Ostendit quomodo infinitum in potentia in diuersis inue

ver. 15. niatur. & dicit, quòd inuenitur in magnitudine & motu & tēpore, & non vniuoce prędicatur de eis, sed per prius & posteri⁹: & semp qđ est in eis posterius, dicitur infinitum, secundum q id, quod est prius, est infinitum: sicut motus secūdum magnitudinem, in qua aliquid mouetur localiter, aut augetur, aut alteratur. Et tempus dicitur infinitum secundum motum, qđ sic intelligēdum est.

Phy. 10. Infinitum enim diui a

prima. sione, attribuitur cōtinuo, quod primo attribuitur magnitudini, ex qua motus habet continuitatē. Quod manifestū est in motu locali, quia partes motus localis accipiuntur secundū partes magnitudinis. Et similiter manifestū est in motu augmenti, quia secundū additionem magnitudinis, augmentum attenditur: sed in alteratione non est ita manifestum. Sed tamen etiam ibi aliqua liter verum est, quia qualitas, secundū quā fit alteratio, per accidens diuiditur ad diuisionem magnitudinis. Et rerum intensio & remissio qualitatis, attenditur secū dum quod subiectū in magnitudine existens, aliquo modo vel perfectiori vel minus perfecto participat qualitatem. Ad cōtinuitatem autem motus, est & temp⁹ continuum. Nā tempus secūdum se, cum sit numerus, non habet continuitatem, sed solū in subiecto. Sicut decem mensuræ panni continuæ sunt, eo quòd pannus quoddam continuū est. Eodem igitur ordine oportet, quòd infinitum de istis tribus dicatur sicut & continuum.

LECTIO XI.

2 ROstquam Philosophus ostendit quid est motus, & determinauit de infinito, quod est passio quædam motus, hic determinat de partibus motus. & diuiditur in duas partes. In prima diuidit motum in suas partes. In secunda manifestat concomitantia motū & partes eius, ibi. {Simul secundum locum.} Prima diuiditur in partes tres, secundum tres diuisiones motus, quarum tamen vna subaltera accipitur, vt pote diuidens aliquod membrum præcedentis diuisionis. Circa primum duo facit. Primo diuidit motum ex parte mobilis. Secundo ex parte mouentis, ibi. {Est autem aliquid.}

alicubi ē. hoc aūt significat aut deorsum, aut sursum, aut reliquorum aliquod. horum autē vnumquodque terminus aliqs.

q Infinitum aūt non idē in magnitudine, & motu, & tempore, vt vna quædā natura. Sed quod posterius dicitur secundū prius, puta motu secundum magnitudinem, in qua mouetur, aut alteratur, aut augetur: tempus autem propter motum.

LECTIO XI.

RErmutatur autē quod permutatur, hoc quidem secundum accidens, ut musicū ambulare: hoc autem eo q huius aliquid permutatur, simpliciter dicitur permutari, puta quæ secundū partes. sanatur enim corpus, quia oculus. Est autem aliquid & quod ipsum primum mouetur, & hoc est per se mobile.

b Est autem aliquid & in mouē te eodem modo, mouet. n. secū dum accidens, hoc quidem secūdum partem, hoc aūt per se.

c Est autem aliquid mouēs primum, est autē aliquid quod mouetur. Adhuc in quo tempore, & ex quo, & in quod. Species autē, & passiones, & locus, in quo mouentē mota quę mobilia sūt: puta scia, & caliditas. Est aūt nō caliditas motus, sed calefactio.

d Quę autem non secundum accidens permutatio non in omnibus existit, sed in cōtrariis, & intermediis, & in contradictione. huius autem fides ex inductione. Permutatur autem quod permutatur aut ex subiecto in subiectum, aut ex nō su-

A Dicit ergo primo, quòd tribus modis aliquid permutatur. Vno modo permutatur aliquid per accidens tantum, quando scilicet aliquid dicitur permutari ex eo quòd illud in quo est, permutatur, siue sit in eo, vt accidens in subiecto, sicut musicum dicimus ambulare: siue sit forma substātialis in materia, vt anima in motore corporis: siue quæcunq; pars moto toto, siue etiam contētum moto continente, vt nauta mota nauī. Secundo modo dicitur aliquid permutari simpliciter, eo q aliquid eius permutatur, sicut ea, quæ mouētur secundum partem, sicut corpus hominis dicitur sanari, quia sanatur oculus. & hoc quidem est per se moueri, sed nō primo modo. Tertio modo dicitur aliquid moueri primo & per se, sicut si aliqđ totum mouetur secundum totum, vt si lapis deorsum feratur. Deinde cū dicit.

b ¶ Ponit eandem diuisionē ex parte mouentis. Dicitur enim mouens tripliciter. Vno modo mouens secundum accidens, sicut musicus ædificat. Alio modo secūdum partē, sicut homo manu vulnerat & pcurit. Tertio modo per se, sicut ignis calefacit, & Medicus sanat. Deide cū dicit.

c ¶ Ponit secundā diuisionem mutationis. & circa hoc tria facit. Primo præmittit quædam, quæ sunt necessaria ad diuisionem motus accipienda. Secūdo diuidit motionē, ibi. {Quæ autem nō secundum accidēs.} Tertio manifestat diuisionem mutationis, ibi. {Quæ quidē igitur non ex subiecto.} Dicit ergo primo, quòd in qualibet mutatione inuenitur quīque. Est enim in omni mutatione aliquid quod est primū mouens. Secūdo est aliquid quod mouetur. Tertio est tempus, in quo fit mutatio, quia omnis motus est in tēpore. Quarto est terminus, ex quo incipit motus. Quinto est terminus, in quem motus tendit. nō autē diuiditur motus siue mutatio in suas spēs, secundū mouens, neque secundū id qđ mouetur, neq; secundū tēpus: quia ista sunt cōmunia omni mutationi: sed diuiditur secūdū terminos ex quo, & in quē est motus. Et ideo duo vltimo posita manifestat, dicens {q spēs. i. formæ {& passiones}. i. qualitates {& locus} sunt termini motuū, quia in ea mouētur ea, quæ mobilia sunt. Et dicit spēs, propter generationē & corruptionē. Passiones, propter alterationes. Et locū, propter loci mutationē. Et exēplificat de passionibus per scīam & caliditatē. Sed quia quibusdā videbatur, q caliditas esset idem qđ alteratio, & sic sequeret q caliditas esset mot⁹, & nō termin⁹ mot⁹, ideo dicit q caliditas nō est mot⁹, sed calefactio. Deinde cū d.

d ¶ Prætermissis duabus partibus primæ diuisionis, accipit tertiā. & eam subdiuidit secundū terminos, scilicet mutationē, quæ

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est per accidens, neque secundum partem: dicens quòd permutatio, quæ non est secundum accidens, non existitit inter quoscunque terminos, sed oportet quòd termini eius sint vel contraria, sicut est mutatio de albo in nigrum: vel intermedia, sicut mutatio de nigro in rubeum, & de rubeo in pallidum. Aut est mutatio inter cõtradictoria, sicut de albo in non album, aut econuerso. Tacet autem de priuatiue oppositis, quia media sunt inter cõtradictoria & cõtraria, & sub eis intelliguntur. Dicit autẽ, quòd permutatio quæ est secũdum accidens, non habet terminos determinatos. sicut enim permutatio non habet terminos determinatos. Fit enim per accidens mutatio de albo in dulce, non quidem inquantum est album, sed inquantũ est amarum. Et quia solum inter prædictos terminos fit permutatio, ostẽdit per inductionem. Quatuor enĩ modis possunt variari termini mutationis. Aut ita quòd vterque sit affirmatiuus, vt si aliquid dicatur mutari ex albo in nigrum, & hoc est quod dicit, Ex subiecto in subiectum: Aut ita ꝙ uterque sit negatiu⁹, vt si aliquid dicatur mutari de non albo in non nigrum. Et hoc est quod dicit, Ex non subiecto in non subiectum: Aut itaque quòd terminus a quo sit affirmatiuus, & terminus ad quẽ sit negatiu⁹, vt si dicantur mutari de albo in non albũ. Et hoc est qđ dicit, Ex subiecto in nõ subiectũ: Aut ita, quòd termin⁹ a quo sit negatiuus, & terminus ad quem affirmatiuus, ut si dicatur aliquid mutari de non albo in album. Et hoc est quod dicit, Ex nõ subiecto in subiectum. Exponit autem quod dixerat subiectum, scilicet id quod affirmatiue significatur. Harum autem quatuor combinationum, vna est inutilis. non enim est aliqua permutatio de non subiecto in non subiectum. Duæ enim negationes, sicut non album, & nõ nigrum, neque sunt contraria, neq; contradictoria: quia non sunt oppositæ ꝙ possint enim verificari de eodem. multa enim sunt, quæ neque alba neque nigra sunt. Vnde, cum mutatio sit inter opposita, ut in Primo Physicorum probatum est, relinquitur quòd de non subiecto in non subiectum, non sit permutatio. Et sic est necesse solum tres esse permutationes scilicet duas secundum contradictionem, & vnã secundum contrarietatem. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 47. Lect. 13.

e ¶Manifestat quid sint prædictæ tres mutationes. & circa hoc tria facit. Primo ostendit, quòd duæ earum sunt generatio & corruptio. Secundo ostendit, quòd neutra earum est motus, ibi. {Si itaque non est.} Tertio concludit, quæ mutatio dicatur motus, ibi. Quoniam autem omnis motus &c. }Dicit ergo primo, quòd earum prædictarum mutationum illa, quæ est de non subiecto in subiectum, existens inter contradictorios terminos, vocatur generatio. Sed hoc contingit dupliciter, quia aut est mutatio de non ente simpliciter in ens simpliciter, & tũc est generatio simpliciter: & hoc est quando mutabile subiectum mutatur secundum substantiam. Aut est de non ente in ens non simpliciter, sed secundum quid: sicut deco quod non est album, in albo: & hæc est generatio quædam, & secundum quid. illa vero mutatio, quæ est de subiecto in non subiectum, dicitur corruptio. & similiter in hac distinguitur, simpliciter & secundum quid, sicut in generatione. Deinde cum dicit.

f ¶Ostendit Philosoph⁹ quòd neutra harum mutationũ est motus. & primo ostẽdit hoc de generatione. Secundo de corruptione, ibi. {Neq; itaq; corruptio motus.} Dicit ergo primo, quòd non ens dicitur multipliciter, ũ cut & ens. Vno enim modo dicitur, quod est secundum compositionem & diuisionẽ propositionis. & hoc cum non sit in rebus, sed in mente non potest moueri. Alio modo dicitur ens & non ens secundũ potentiã & actũ. & id, quod est actu, est simpliciter ens: quod autem est secũdum potentiam tantum, est non ens. Dicit ergo, quòd neque cõtingit moueri hoc non ens, quod quidẽ est secundum potentiam ens, sed nõ ens actu, & quod est quasi oppositum enti in actu simpliciter. Sed quare dixerit quod est oppositum enti simpliciter, manifestat, cum subdit: {Quod enim non album.} Ens enim in potentia, quod opponitur enti in actu, quod nõ est ens simpliciter, contingit moueri, quia quod non est non album in actu, aut non bonum in actu, contingit moueri, sed tamen secundum accidens. non enim ipsum nõ album mouetur, sed subiectũ in quo est hæc priuatio, quod est ens actu. quod enim est non album, potest esse homo. Sed quod est non ens in actu simpliciter, idest secundum substantiam, nequaquam contingit moueri, si inquam hæc omnia vera sunt, impossibile est non ens moueri. Et si hoc verum est, impossibile est generationem esse motum, quia non ens generatur. est enim generatio, vt dictum est, de non ente in ens. Vnde, si generatio simpliciter esset motus, sequeretur quòd non ens simpliciter moueretur. Sed huic processui posset aliquis obuiare dicens, quòd non ens non generatur nisi per accidens, per se enim generatur id quod est {subiectum generationis} idest ens in potentia. Nõ ens autem, significat priuationem in materia. Vnde non generatur nisi per accidens. Sed hanc obuiationem excludit, ibi, {Si n. & quoniam maxime} Dicens, quòd licet non ens non generatur nisi secundum accidens, tamen de eo, quod generatur simpliciter, verum est dicere quòd est non ens. & de quocunq; est hoc verum dicere, impossibile est id moueri: ergo subiectum mutationis impossibile est moueri. Et similiter impossibile est ipsum quiescere, quia non ens simpliciter non mouetur, neque quiescit. hæc enim inconuenientia accidunt. si quis ponit generationem esse motum. Ad ostendendum autem, quòd non ens non mouetur, subiungit quòd omne quod mouetur, est in loco: quia

ex subiecto in non subiectũ, aut ex nõ subiecto in subiectum. Ao autem subiectum, quod affirmatione explanatur. Quare necesse est tres mutationes esse. illa enim, quæ ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio. nec enim contraria, neque contradictio est, quia neque oppositio.

G

Mutatio igitur ex non subiecto in subiectum secundum contradictionẽ, generatio est: quæ quidem simpliciter simplex, quæ vero cuiusdam, quædam. at quæ de subiecto in non subiectum, corruptio: quæ simpliciter simplex, quæ cuiusdam, quædam.

Si itaque non ens multifariam dicitur, & nec quod secundum compositionem, aut diuisionem dicitur moueri contingit. nec item quod secundum potentiam, quod oppositum est ei quidem, quod simpliciter est (non album enim aut non bonum contingit nihilominus secundum accidens moueri. esse namque homo potest non album) quod vero simpliciter non hoc, id nequaquam. nam impossibile est non ens moueri. si igitur hoc, & generationem motum esse. sit enim non ens. nam etsi maxime secundum accidens fit, attamen uerum est dicere de eo. quod simpliciter fit, quod est non ens. Eodem modo igitur et quiescere. Hæc itaque omnia accidũt absurda. si quicquid mouetur, in loco est, non ens vero in loco non est: esset enim vsquam. Nec corruptio igitur motus. siquidem

I

K

quia motus localis, est prior motuum. non ens autem simpliciter, non est in loco, quia alicubi esset non ens: igitur non potest moueri, & sic generatio non est motus. Et ex hoc ulterius ostendit, quòd neque corruptio est motus, ibi. } Neque itaque corruptio. } Quia motui non contrariantur nisi motus, vel quies: sed corruptioni contrariatur generatio. Si ergo corruptio sit motus, oportet quòd generatio sit vel motus, vel quies. quod non potest esse, vt ostensum est. Deinde cũ dicit.

g ¶Ostẽdit quæ mutatio dicatur motus, dicens, quòd omnis motus est aliqua permutatio. Permutationes autẽ sunt solum tres, quarũ duæ, quæ sunt secundum contradictionem, scilicet generatio & corruptio, non sunt motus. Relinquitur ergo, quòd sola mutatio, scilicet de subiecto in subiectum sit motus. Et cum subiecta ista, inter quæ est motus, oporteat esse opposita, necesse est quòd sint contraria, vel intermedia, quia priuatio licet affirmatiue monstretur, sicut nudũ, & edentulum, & nigrum: tamen ad cõtrarium reducitur, quia priuatio est prima contrarietas, vt in Decimo ostensũ est. Dicit autem nigrum esse priuationem nõ simpliciter, sed inquantum defectiue participat generis naturam.

cubi. Neque itaque corruptio motus, contrarium enim motui motus, aut quies: corruptio autem generationi.

g Quoniam autem omnis motus permutatio quædam: permutationes autem tres dictę, harum autem, quæ secundum generationem & corruptionẽ non motus, (hæc autem quę secundum contradictionem) necesse est eam, quę ex subiecto in subiectum mutationem esse solam. subiecta autem contraria, aut intermedia. etenim priuatio ponitur contrarium. Mõstratur autem affirmatione, puta nudum & edentulũ & nigrũ.

LECTIO XII.

I igitur prædicamenta diuisa sunt subſtantia, & qualitate, loco, facere, aut pati, ad aliquid, & quanto, necesse tres esse motus, qualis, quanti, & loci.

b Secundum subſtantiam autem non, propter nullum esse subſtantiæ contrarium.

LECTIO XII.

Postquam diuisit transmutationes in generationem & corruptionem & motum, hic subdiuiditur alterũ membrum diuisionis scilicet motum. secundum genera in quibus potest esse motus: & circa hoc duo facit. Primo ostendit, in quibus generibus possit esse motus. Secũdo ostendit, quot modis dicitur immobile, ibi { Immobile autẽ quanto. } Circa primum tria facit. Primo, proponit quod intendit. Secundo, probat propositum, ibi. {Secundum subſtantiam autem. } Tertio, concludit principalem intentionem, ibi. {Quoniam autem neque. } Dicit ergo primo, quòd cum prædicamenta diuidantur per subſtantiam, qualitatem, etiam huiusmodi, & in aliis generibus non possit esse motus, erunt igitur tria genera entis, in quibus potest esse motus, quæ sunt qualitas, quantitas, & vbi: loco cuius ponit locum, quia nihil aliud significat esse vbi, nisi esse in loco: & moueri secundum locum nihil est aliud quàm moueri secundum ubi. non enim motus secundum locum attribuitur subiecto loco, in quo est locus, sed ei quod est in loco. Attendendum est autem, quòd prætermittere videtur tria genera scilicet quando, situm, & habere. Cum enim Quando, significet esse in tempore, tempus autem sit numerus motus, eiusdem rationis est non esse motum in genere quãdo, & non esse motum in genere actionis & passionis, quæ significant aliqualiter ipsum motum. Positio vero non addit supra vbi, nisi ordinẽ partium determinatũ, qui nihil aliud est quàm determinata relatio partium adinuicem. Habitus etiam importat habitudinem indumenti ad indutum. Et sic eiusdem rationis uidetur esse quòd non sit motus in situ, & habere: & quòd non sit in ad aliquid.

b ¶Probat propositum, & circa hoc tria facit. Primo ostẽdit ꝙ nõ sit motus in subſtantia. Secundo, quòd non sit motus in ad aliquid, ibi. {Neque ad aliquid. } Tertio, quòd nõ est motus in agere & pati, ibi. {Neque facientis & patientis. } Ostendit ergo primo, quod secundum subſtantiam non potest esse motus, quia motus est mutatio de subiecto in subiectum. Duo ergo subiecta, inter quæ est motus, sunt contraria, aut media. cum igitur subſtantiæ nihil sit contrarium, relinquitur, quòd secundum subſtantiã non possit esse motus, sed generatio & corruptio tantum, quorũ termini sunt oppositi secundum contradictionem, & non secundum contrarietatem, vt supra dictũ est. Videtur autem hoc, quod dictum est {subſtantię nihil est contrarium} falsum esse, cum ignis manifeste appareat cõtrarius aquæ. Et cum Aristot. in Primo de Cœlo probauerit, ꝙ cœlum non est corruptibile, quia non habet contrariũ, alia vero corpora, quæ sunt corruptibilia, contrarium habent. Dixerunt igitur quidam, quòd toti subſtantiæ compositæ, non est aliquid contrarium, quia oportet contrariorum esse vnum subiectum. sed formæ subſtantiali nihil prohibet esse contrarium. Dicebant enim, quòd calor est forma subſtantialis ignis. Hoc autem non potest esse verũ, quia formæ subſtantiales nõ sunt sensibiles per se. Et iterũ manifestũ est, ꝙ calor & frigus in aliis corporibus sunt accidẽtia. Quod aũt est in genere subſtantię, nulli potest accidens esse. Vnde alii dixerunt, ꝙ calor & frigus non sunt formæ subſtantiales ignis & aquæ, sed tamen eorum formæ subſtantiales sunt contrarię, & recipiunt magis & minus, & sunt quasi mediæ inter subſtantiam & accidẽs. sed hoc omnino irrationabiliter dicitur. Nam, cum forma sit principium speciei, si forma ignis & aquæ, non sunt ueræ subſtantiales, neque ignis & aqua sunt veræ species in genere subſtantiæ. Non est igitur possibile, quòd inter subſtantiam & accidens sit aliquod medium, tum, quia sunt diuersorum generũ: inter huiusmodi autem non cadit medium, ut supra in Decimo ostensum est: tum, quia etiam diffinitiones subſtantiæ & accidentis immediatæ sunt. est enim subſtantia ens per se, accidẽs vero ens per se non est, sed in alio. Dicendum est ergo, quòd nec formæ subſtantiales possunt esse contrariæ, quia contraria sunt extrema quædam cuiusdam determinatæ distantiæ, & quodammodo continuæ, cum sit motus de vno contrario in aliud contrarium. Vnde in illis generibus, in quibus talis distantia continua & determinata non inuenitur, non potest contrarium inueniri. Sicut patet in numeris. Distantia enim numerorũ adinuicem non intelligitur secundum aliquam continuitatem, sed secundum additionem vnitatum. vnde numerus numero non est contrarius. Et similiter, nec figura figuræ. Eodem autem modo est in subſtantiis, quia ratio cuiuslibet speciei cõstituitur in quodam determinato indiuisibili. Sed, cum forma sit differentiæ principium, si formæ subſtantiales non sunt adinuicem contrariæ, sequitur quòd non sit contrarietas in differentiis, cum tamen supra ostensum sit, quòd genus diuiditur in contrarias differentias. Dicendum est igitur, quòd forma subſtantialis secũdum quòd in se consideratur, constituit speciem in genere subſtantiæ. Secundum autem, quòd vna forma habet sibi intellectam priuationem alterius formæ, sic diuersæ formæ sunt cõtrariarũ differentiarũ principia. nam priuatio quodãmodo contrariũ est. Et per hunc modum opponuntur animatum, & inanimatum. rationale & irrationale & huiusmodi. Deinde cum dicit.

Lec 12. tex. com. 20.

tex. cõ. 15.

c ¶Ostẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

c ¶Ostendit nõ per se esse motum in genere ad aliquid, sed solum per accidens. Sicuti enim aliquid mouetur per accidens, quando non fit motus in eo, nisi quodam altero moto, ita & in aliquo dicitur esse motus per accidens, quando non fit motus in eo, nisi quodam altero moto. Hoc autem inuenimus in genere ad aliquid, quòd nisi aliquid alterum permutetur, non verum est dicere quòd in eo fiat permutatio. Sicut non fit de æquali in æquale, nõ facta permutatione secundum quantitatem. Et similiter nõ fit de dissimili simile, nisi facta permutatione secundum qualitatem. Videmus et, quòd vnum relatiuorum dicitur permutari, facta permutatione circa alterum, sicut alterũ per se manens, de sinistro fit dextrum, altero secũdum locum permutato. Relinquitur igitur, quòd in ad aliquid non est motus, nisi per accidens. Deinde cum dicit.

d ¶Ostendit, quòd neque in agere & pati sit motus, & hoc quatuor rationibus, quarum prima talis est. Agere & pati sunt motus, & significant motum: si igitur in agere & pati esset motus, sequeretur quòd motus sit alicuius motus, & generatio generationis, & permutatio permutationis. Sed hoc est impossibile, ergo & hoc qđ in agere & pati, sit motus. Quòd autem impossibile sit motũ esse motus, sic ostendit. Motum enim esse motus contingit dupliciter, aut vt eius, quod mouetur, aut vt termini. Eius quidem, quod mouetur, sicut dicimus motum esse hominis: quia homo mouetur, qa ex albo in nigrum permutatur. Vnde & similiter motus mouebitur, & aut calefiet, aut infrigidabitur, aut mutabitur secundum locum, aut augebitur. hoc autem est impossibile, quia motus non potest esse subiectum caloris, aut frigoris, aut alicuius huiusmodi. Relinquitur igitur, quòd non contingat motum esse motus, sicut subiecti. Sed neque etiam sicut termini, ita scilicet, quòd aliquod subiectum alterum permutetur de vna specie permutationis in aliam, sicut homo permutatur de languore in sanitatem. hoc enim est impossibile nisi per accidens. Vnde consequenter ostendit, quòd est impossibile per se, quia omnis motus est permutatio de uno in aliud. Et similiter generatio & corruptio est mutatio de vno in aliud, licet termini permutationis non sic opponantur in generatione & corruptione, sicut in motu, ut supra dictum est. Si igitur sit aliqua permutatio de una permutatione in aliam, puta de sanatione in quandam aliam permutationem, sequetur, quòd simul, dum aliquid permutatur de sanitate in ægritudinem, permutetur de illa permutatione in aliam permutationem, quia adhuc vno extremorum permutationis existente, fit transmutatio de illo extremo in aliud. Et sic si duæ trãsmutationes sunt extrema vnius permutationis, sequetur, quòd durante prima transmutatione, fiat transmutatio in aliam. Et sic simul, dum aliquod mouetur de sanitate in ægritudinem, trãsmutabitur de sanatione in aliã transmutationẽ. sed hoc non videtur nisi inquantum vna mutatio succedit alteri. Contingit autẽ, quòd ad hanc mutationẽ, qua aliquid mouetur, de sanitate in ægritudinem, succedat quæ nis alia mutatio: puta dealbatio, vel denigratio, mutatio secundum locum, vel quæcunque alia. Vnde manifestũ est, qa si aliquis languet per hoc quod mouetur de sanitate in ægritudinem, quòd ex hac mutatione permutari poterit in quãcũq; aliam mutationem. Neque est mirũ, quia poterit ex hac mutatione mutari, vt in quiete. contingit. n. post hanc mutationẽ aliquem quiescere. Sed, cum omnis mutatio sit in non contingens, hoc est in oppositum, quod non contingit simul verũ esse cum suo opposito, sequitur quòd si permutatio sit de mutatione in mutationem, quòd semper fit in oppositam mutationem, quam appellat nõ contingentẽ. Et illa transmutatio, in quam sit trãsitus, oportet quòd sit de aliquo in aliquid. Quare non fiet transitus de permutatione languoris, nisi in oppositam mutationem, quæ dicitur sanatio. & sic videntur duo contraria sequi, scilicet, quòd oppositã permutatio fiat de vna permutatione in quancunque aliam, & quòd non nisi in oppositam. Ex quo sequitur vlterius, qđ simul dum mutatur aliquid ad vnum oppositorum, mutetur in mutationẽ tãquã in aliud oppositum, quod videtur impossibile. Sequitur enim, quòd simul intentio naturæ tendat in oppositã. non igitur est possibile, quòd per se mutetur aliquid de vna permutatione in aliam: sed per accidens hoc contingit, sicut aliquis permutatur ex reminiscentia in obliuionem, quia subiectum permutatur quandoque ad vnum terminum, quandoque ad alium: non quòd sit intentio mouentis ad hoc, quòd simul dum permutatur in vnum, intendat tendere in aliud. Deinde cum dicit.

e ¶Secundam rationem ponit, quæ talis est. Si permutatio sit permutationis, sicut terminus termini, vel generatio generationis, necesse erit, quòd ad permutationem non perueniatur, nisi per aliam permutationem, sicut ad qualitatem non peruenitur nisi per alterationem præcedentem: & sic ad illam mutationẽ præcedentem non peruenitur, nisi per aliquam priorem mutationem, & ita procedetur in infinitum: quod esse non potest, qa si ponantur infinitæ permutationes hoc modo ordinatæ, quod vna inducat ad aliam, necesse est priorem esse, si posterior sit. Ponamus enim quòd generationis simpliciter, quæ est generatio substantiæ, sit quædam generatio: si ergo generatio simpliciter fiat quandoque & iterum ipsum fieri generationis simpliciter aliquando fiebat, sequetur quòd nõdum erat quòd fit simpliciter,

Nec eius quod ad aliquid. etenim altero mutato, verificatur alterũ nullatenus mutatum. quare secundum accidens horum motus erit.

Nec præterea agentis aut patientis, neque omnino moti ac mouentis: cum non sit motionis motus, nec generationis generatio, nec denique mutationis mutatio. Bifariam enim contingit motionis motum esse. nam aut tãquam subiecti, ut homo mouetur: quia ex albo in nigrum mouetur: quare sic etiam motus, aut calefit, aut frigefit, aut loco transfertur, aut crescit. id vero impossibile est. cum motus non sit aliqđ subiectorũ. Aut eo quòd aliud quoddam subiectum ex mutatione in aliam speciem mutetur: vt homo ex morbo in sanitatem. At nec hoc possibile, præterquam per accidens (omnis nanque motus in aliud ex alio mutatio est. & generatio item ac corruptio eodem modo. veruntamẽ quæ ex oppositis sic aut sic, non sunt motus) alioqui simul ex sanitate in morbum mutatur, atq; ex ea ipsa mutatione in aliam. constat itaque, quòd cũ ægrotauerit, in quamuis mutatus erit. continget enim quiescere. ac præterea non semper in quamcumque, & illa quoque ex aliquo in aliud quiddam erit. quare opposita erit conualescentia, verum ex accidenti, ut ex reminiscẽtia in obliuionem mutatur, quia id. cui inest, quandoque in scientiam, quãdoque in sanitatem mutatur.

In infinitum præterea procedet, si mutationis mutatio, & generationis generatio fuerit. Necesse igitur, &

pliciter, sed erat generatio secundum aliquid secundum quod fit ipsa generatio generationis: si itaque & hæc generatio aliquando fiebat, cum non sit abire in infinitum, & in infinitis non sit accipere primum, non erit deuenire ad primum fieri: si autem prius non est, neque posterius, vt supra dictum est. quare sequitur quòd non sit habitum, videlicet id quod consequenter est. Et inde sequitur, quòd nihil possit fieri neque moueri neq; mutari, quod est impossibile. Nõ igitur possibile est, quòd mutationis sit mutatio. Deinde cum dicit.

f ¶Tertiam rationẽ ponit, quæ talis est. Motus cõtrarij sunt eiusdem subiecti, etiã quies & motus, & et generatio & corruptio, quia oppositarum natã sunt fieri circa idẽ. Si igitur aliquod subiectum transmutetur de generatione in corruptionem, simul dum generatur, transmutabitur ad corruptionem, quod est trãsmutari ad nõ esse: nam corruptionis terminus est nõ esse. quod autem trãsmutatur ad non esse, corrumpitur. Sequitur igitur, quòd aliquid simul dũ fit, corrumpatur. Sed hoc non potest esse. Neq; enim dũ aliquod fit corrumpitur, neque statim postea corrũpitur. Cũ enim corruptio sit de esse in non esse, oportebit id quod corrumpitur esse. Et sic oportet in ter generationẽ, quæ est mutatio ad esse, & corruptionem, quæ est mutatio ad nõ esse, inuenire quietem mediam. & sic nõ est mutatio de generatione in corruptionem.

g ¶Quartam rationẽ ponit, quæ talis est. In omni, quod generatur, oportet duo inueniri, quorum vnũ est materia eius, qđ fit, & aliud, ad quod terminatur generatio: si ergo generetur generatio, oportet quòd generatio & motus habeant materiam talem, quale est alterabile corpus, aut anima, aut aliquid huiusmodi: sed huius materiam nõ est assignare generationi & motui: similiter et necesse igitur & prior est, si posterior. Puta, si simplex gñatio fiebat aliqñ, & q̃ fit fiebat. quare nondũ erat qđ fiebat simpliciter. sed aliqd fiens simpliciter aut factũ. Si itaq; & hoc fiebat aliqñ, quare nondũ erat tũc genitum. Qm aũt infinitorum nõ est primũ, non erit primũ, quare neq; habitum. Neq; fieri igitur, neque moueri possibile est, neque permutari nullum.

f Adhuc eiusdem motus cõtrarii, & quies, & generatio, & corruptio. Quare qđ fit, cũ fiatfiẽs, tũc corrumpetur. neq; .n. cõfestim factũ, neq; posteri. esse. n. oportet quod corrumpitur.

g Adhuc oportet materiã subesse ei, quod fit & permutatur. Quę igitur erit, quemadmodũ alterabile corpus, aut aĩa, aut aliquid, sic aliqd qđ fit motus, & generatio, & aliquid in quod mouetur. Oportet. n. esse aliqd eũ, qui hui' ex hoc in hoc motũ, nõ motũ. Qualiter igit? Neq; .n. erit disciplina disciplinatiõis. Quare, neq; generõ generõnis.

h Quoniã aũt neq; subę, neque eius, quod aliquid, neq; eius, qđ est facere & pati, relinquitur, secundum quale & quantũ & ubi motum esse. Horum enim vnicuiq; contrarietas est. dico aũt quale non quod in substantia. etenim differentia quale, sed quod passiuum, secundũ quod dicitur pati, aut ipassibile esse.

i Immobile aũt quod totaliter impossibile moueri & quod vix in tẽpore multo tarde incipiẽs. & quod natum quidem est moueri, non potẽs autem quando natum est, & vt quod voco quiescere immobilium solum: cõtrariũ enim quies motui. quare priuatio vtiq; erit susceptiui.

LECTIO XIII.

Simul autem secundum locum, quæcunque in vno loco primo. Et seorsum, quæcunque in alio. Tangi autem, quorum vltima sunt

priorem fore, si posterior fuerit. vt si simplex aliquando fiebat generatio, illud quoq; quod fiebat. simpliciter fiebat. quare nondum erat quod simpliciter fiebat, sed quod fit aliquid, aut qđ iam fiebat. si igitur hoc etiam aliquando fiebat, cur nondum erat, quod tunc fiebat? cum uero in infinitis non sit aliquid primum, non erit primum: quamobrem neque consequens erit. nec fieri igitur, nec moueri, nec mutari quicquam possibile est.

Eiusdem præterea motus contrarius atque quies, generatioque & corruptio, quare quod fit, cum factum fuerit, quod fit tunc corrumpitur. nec enim statim, cũ fiat, nec post. nam esse opus est quod corrumpitur.

Item necesse materiam subesse ei, quod fit, & mutatur. quæ igitur erit ue lut alterabile quiddam, aut corpus, aut anima, ita quiddam etiam eius, quod fit, aut mot', aut generatio, aut aliquid item adhoc mouetur. nam opus est aliquid huius ex hoc in hoc, quod motus non est, esse motum. Quonam igitur modo? Non erit doctrina doctrinæ. quare neque generatio generationis.

Cum vero neque substantiæ, nec ad aliquid, neque faciendi, ac patiendi, superest secundum quale, & quantũ, & vbi motum duntaxat esse. quando quidem in horum singulis contrarietas est. Quale autem dico, non quod in substantia (si quidem differentia quale est) uerum passiuum quale, quo dicitur res, aut pati, aut impassibilis esse.

Immobile autem est. & quod omnino impossibile est moueri. & quod in multo tempore uix mouetur, aut quod tarde incipit. & quod natum quidem est moueri, non possit autem, quando natum est. & ubi. & quomodo: quod sane inter immobilia solum uoco quiescere. contraria enim quies motui. quare priuatio erit susceptiui.

LECTIO XIII.

Simul secundum locum dicuntur, quæ in uno loco primo sunt. Et separata, quæ in diuerso. Tangi autem, quorum extrema sunt simul. Medium, in quod

Orificat q̃ circunstãt motũ, & præcipue motũ localem. Et primo notificat ea. Secũdo inducit quæda corollaria ex dictis ibi. {Quare palam.} Dicit ergo primo quòd simul secundum locum dicuntur quæcunque sunt in { vno loco primo } ideſt proprio. Si enim aliqua sunt in vno loco cõmuni, non propter hoc dicuntur esse simul. Sic enim omnia, quæ continentur cœli ambitu, dicerentur esse simul. Seorsum autem dicuntur, quæcunque sunt in alio, & in alio loco. Tangi au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem adinuicem dicuntur, quorum vltima sunt simul, puta duo corpora, quorum superficies coniunguntur. Medium autem in ter duo est, in quod id, quod cõtinuo permutatur, natũ est prius peruenire quàm in vltimum. Sicut si motus continuus de A in C, prius venict in B id, quod mutatur, quam in C. Contrarium vero secundũ locum est, quod est plurimũ distans secundum rectam lineam. non enim distantia pluri ma potest mensurari secũdum lineam curuam, eo quòd inter duo pũcta possunt de signari infinitę decisiones circulorũ dissimiles: sed inter duo puncta, non potest, esse nisi una linea recta. Mensuram autẽ oportet esse certã & determinatam. Plurimum autem distans in locis inuenitur secundum naturã sursum & deorsum, quæ sunt medium & extremum mundi. Consequenter autem dicitur quod est post aliquod primum principium, siue attendatur ordo secundũ positionem, siue secundum speciem, sicut binarius est post vnitatem, siue qualitercumq; aliter. Adhuc autem oportet, quòd nihil eiusdem generis sit medium inter id, quod est cõsequenter, & id, cui consequenter est: sicut lineæ sunt consequenter alicui lineæ, & vnitates alicui vnitati, & domus alicui domui consequenter. Sed nihil phibet inter duo, quorum vnum se habet consequenter ad alterum, esse aliquid medium alterius generis, puta, si inter duas domus, sit vnus equus medius. Et ad manifestandum præmissam diuisionẽ subiungit, quòd illud, quod dicitur consequenter, oportet, vt sit consequenter respectu alicuius, & vt sit aliquod posterius. Vnum enim non se habet consequenter ad duo, cum sit prius, neque noua luna ad secundam, sed econuerso. Deinde dicit, quòd habitum dicitur illud, quod est consequenter & tangit, puta si duo corpora sint ordinata, quorum vnum alterum tangat. Deinde dicit, quòd cum omnis permutatio sit inter oppositа, & oppositа, inter quæ est permutatio, sint contraria & contradictoria, vt ostensum est: & cum contradictionis nullum sit medium, manifestum est, vt inter sola cõtraria oportet esse medium, cum medium sit inter ex

simul. Intermedium aũt, in qđ natum est pri⁹ peruenire quod permutatur, quàm in quod vltimum permutatur secundum naturam continue permutans. Cõtrarium secundũ locũ & secundũ rectum, plurimum distans. Consequenter aũt est, quo post principium ente positione, aut specie, aut aliter qualiter determinato, nihil intermedium est eorum, quæ in eodem genere, & cuius consequenter est: vt lineæ lineæ, aut vnitates vnitatis, aut domus domus. aliud autem nihil prohibet intermedium esse. Quod enim cõsequenter alicuius, consequenter & posterius aliquid. non enim vnũ consequenter duorum, neque noua luna secundæ habitũ, aut quodcunque, cum consequenter ens tangit. Quoniam omnis permutatio in oppositis, hæc autẽ contraria, & contradictio contradictionis, aut nullum intermediũ, palam quòd in contrariis intermedium. Continuum autem quod quidẽ habitũ aliqd. Dico aũt continuũ, cũ idem fuerit & vnum vtriusq; terminus, quibus tangunt & continent.

b Quare palam, quòd continuũ in his fit, ex quibus vnũ aliquid natum est fieri secundũ contactũ. Et quia primum, quod consequenter. palã. quod.n. consequenter non tangit. hoc aũt cõsequenter. & si continuũ, tangit. si aũt tangit, nõdum continuũ. in quibus autẽ non est tactus, non est cõnascẽtia in his. Quare, nõ est punctum huic vnitati. his quidem enim inest tangi. his autẽ nõ, sed ad consequenter. Et horum quidem interme dium aliquid, horum autẽ non.

trema motus, ut ex diffinitione superius posita patet. hoc autẽ bene inducit. Quia enim dixerat, quòd consequenter sunt, inter quæ non est medium, conueniens fuit, ut ostenderetur inter quæ potest esse medium. Deinde ostendit quid sit continuum & dicit, quòd continuum addit aliquid supra habitum. Et dicit q continuum est, cum vtriusq; eorum, quæ se tangunt, & quæ simul sunt, sit vnus & idem terminus, sicut partes linеæ cõtinuãtur ad punctum. Deinde cũ dicit.

b ¶ Inducit tria corollaria ex præmissis, quorum primum est, quòd continuum est in illis, ex quibus natum est fieri vnũ secundum contactũ, & hoc ideo est, quia continuum requirit identitatem termini. Secundum corollarium est, quòd inter ista tria, consequẽter, contactum, & cõtinuum, prius & cõmunius est, quod est consequenter. Non enim omne quod est consequenter tangit, sed omne quod tãgit, est consequenter. Oportet enim contacta secundum positionem esse ordinata, & nihil eorum esse medium. Et similiter tangens est prius & communius ens quàm continuum, quia si est continuũ, est necesse quòd tangat. Quod enim est vnum, necesse est esse simul, nisi forte intelligatur in hoc, quòd est esse simul, pluralitas. Sic enim continuum non esset contactum, sed eo modo quo id quod est vnũ est simul, necesse est continuum esse tangens. sed non sequitur, si tangit quòd sit continuum, sicut non sequitur, quòd si aliqua sunt simul, q sint vnum. Sed in quibus non est contactus ⁊ non est nascentia, ⁊ ideſt, naturalis conjunctio, quæ est proprie continuorũ.

natum est prius uenire quod mutatur, quàm ad quod ultimum mutatur, secũdum naturam continue mutatum. Cõtrarium secundum locum, quod secundum rectitudinem plurimum distat. Consequens est, cuius principiũ sequentis, aut solo situ, aut forma, aut ali quo quodam modo definito, atque illius', cuius est consequens, nihil est medium eorum, quæ in eodem genere sunt. uelut linea lineæ, aut unitas unitatis, aut domus ipsius domus. aliud uero medium esse nihil prohibet. Consequens nanque, alicuius consequens, ac quoddam posterius est. non enim unum consequens duorum, neque no uiluniurn consequens secundæ. Attiguum uero, quod consequens tangit. Cæterum cum omnis mutatio in oppositis sit, hæc uero contraria, ac contradictio, contradictionis uero nihil medium est, conſtat quòd medium in cõtrariis est. Continuum sane, quoddam attiguum, aut tangens est. dicitur uero continuum, cum idem fiũt, atque unus utriusque termini, quibus tangunt, & se continuant.

Quare patet in his esse continuum, ex quibus vnum quiddam natum est, secũdum contactum fieri. Et quod consequens primum sit, conſtat. consequens nanque non tangit. hoc uero consequens est. & si continuum est, tangit. quòd si tangit, nondum continuum est. in quibus uero non est tactus, in his non est cohærentia. Quare, non est punctum idem vnitati. nam illorum est tactio. harum vero minime, sed consequenter. & illorum quidem est aliquid intermedium, harum vero minime.

K Tertium corollarium est, quòd punctus & vnitas non sunt idẽ, vt Platonici posuerunt dicentes, quòd punctum est vnitas habens positionem. Et quòd non sint idem, patet ex duobus, primo quidem, quia secundum puncta est contactus, non autem secundum vnitates, sed consequenter se habent adinuicem. Secundo, quia inter duo puncta semper est aliquid medium, ut probatur in 6. Phy. Sed inter duas vnitates, necesse non est aliquid esse medium.

Tex. 16

COMMENTARIORVM
S. THO. SVPER VNDECIMVM
Metaphy. finis.

ARISTOTELIS
METAPHYSICORVM
LIBER DVODECIMVS,
Cum Diui Thomæ præclarissimis commentarijs.

LECTIO PRIMA.

a ROSTQVAM Philosophus in præcedenti libro recollegerat, quæ ante dicta erant tam in hoc libro quàm in lib. Physicorum de entibus imperfectis. in hoc lib. intendit recolligere, quæ dicta sunt de ente simpliciter, id est de substantia, tam in 7. & in 8. huius, quàm etiam in Primo Physicorum, & addere id quod deest ad complendam considerationem de substãtijs & diuiditur ī partes duas. In prima ostendit, quòd ad istam scientiam ptinet cõsiderare præcipue de substantia. Iu secunda de substantia determinat. ibi. ⁊Substantiæ vero tres.⁊ Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit, dicens, quòd i hac scięt ia ⁊ est theoria.⁊ id est consideratio principalis de substantia. nam cum ista scientia, vtpote prima, & quæ sapiętia dicitur principia prima entium inquirat, necesse est quòd ī hac scięt ia inquirantur principaliter principia & causæ substantiarum nam ista sunt principia entium prima. Quomodo autẽ differant principium & causa, in Quinto habitum est.

b ¶ Probat propositum quatuor modis. Primo per hoc, quòd substantia est prior alijs entibus. Vnde sciẽtia prima, de primo ente debet principaliter determinare. Quòd autem substantia sit prima inter omnia entia, manifestat per simile in rebus sensibilibus, in quibus inuenitur ordo inter aliqua dupliciter. vno modo, secundũ quòd partes alicuius totius habent ordinem adinuicem, sicut i animali pars prima est cor, & in domo fundamentum. Alio modo, secundum quòd aliqua sunt consequenter se habentia, ex quibus non fit vnum vel continuitate vel contactu. sicut in exercitu dicitur prima acies, & secunda acies. Sicut igitur in aliquo toto est aliqua prima pars, & sicut iterum in his, quæ consequẽter se habent, est aliquod primum: ita substantia est primum inter omnia alia entia. Et hoc est quod dicit, ⁊Quod si omne⁊. i. vniuersitas entiũ sit quoddam totum, substantia est prima pars, sicut fundamentum in domo. Et si entia se habent sicut ea, quæ sunt consequenter, ita etiam substantia erit primum, & deinde quantitas & qualitas, & alia genera. Auerrois autem non attendens, hoc secundum similitudinem dici, quia considerauit non posse cadere in alicuius mentem, quòd omnia alia genera entiũ essent sicut partes vnius totius continui, diuertit a plano sensu literæ in aliam expositionem, dicens per hæc duo Aristo. intendisse duplicem habitudinem, quam contingit opinari in entibus, scilicet vel quòd habeant se sicut ea, quę sunt vnius naturæ, & vnius generis: quod esset si ens esset commune genus eorum, vel qualitercunque communitatem habens ad ea. Et hoc intelligit cum dicit: ⁊si vt totum quoddam. Vel quòd habeat se adinuicem, sicut quæ in nullo communi conueniunt. & hoc intellexit cum dixit: ⁊& si in eo quod consequenter &c.⁊ vtroli bet enim modo sequitur quod substãtia sit prior alijs entibus.

c ¶ Secundo modo probat idem dicens, quòd quantitas & qualitas & huiusmodi, non sunt simpliciter entia, vt infra dicetur.

LECTIO. I.

a DE substantia quidem theoria est. Nam substantiarum principia & causæ quæruntur.

b Quod si totum quoddã oẽ, substantia est prima pars. Et si eo quod consequenter, & ita primum substãtia, deinde qualitas, aut quantitas.

c Similiter aũt nec entia nihil est simpliciter dicere hæc, sed qualitates & motus, aut non album & nõ rectum. dicimus. n. esse & hoc, puta est non album.

d Amplius nihil aliorum sepa rabile.

e Testãtur autẽ & antiqui opere. Nam substantiæ quærebant principia & elementa & causas. Qui quidẽ nunc, substãtias vniuersalia magis ponunt. Nã genera vniuersalia, quæ dicunt principia & substãtias esse magis, pp logice inquirere. Qui vero antiquit', particularia, vt ignẽ & terrã. Sed nõ cõe corp'.

LECTIO. I.

Speculatio de substãtia est: siquidem substantiarum principia, & causæ quæruntur.

Etenim, si ut totum aliquid uniuersum est, substantia prima pars est. & si ex consequenti, hoc quoque modo primum est substantia, deinde quale, postea quantum.

At simul (ut ita dicam) nec entia sunt ista simpliciter, uerum qualitates, & motus, quemadmodum non album, & non rectum. dicimus nanq; hæc quoque esse, uelut est non albũ.

Præterea, cæterorum nullum separabile est.

At hoc idem opere testantur Antiquiores. quippe qui principia, elementa, & causas substantiæ quærebant. Recentiores vero, vniuersalia magis ponunt esse substantias. genera nanque vniuersalia sunt, quæ asserũt magis principia, atque substantias esse, propterea quòd Logice quærunt. Antiquiores uero singularia, vt ignẽ & terrã, non autẽ corpus cõmune.

uationes non habet esse aliquale, sed est deficiens ab esse. Sic igitur, cum accidentia non sint simpliciter entia, sed solum substãtiæ, hæc scientia, quæ considerat ens inquantum est ens, non considerat principaliter accidentia, sed substantias.

d ¶ Tertio modo probat, quia scilicet alia entia non possunt separari a substantia. Accidentia enim non possunt esse nisi ī subiecto. Et ideo in consideratione substantiæ, includitur consideratio accidentium.

e ¶ Quarto probat idem dicens, quòd etiam Philosophi antiqui testantur ipso facto, quòd Philosophi consideratio est de substantijs, quia quærentes causas entis, quærunt causas substantiæ solum. Et hoc fecerunt & quidam moderni, sed tamen differenter. non enim quærebant principia, & elementa, & causas eodem modo, sed diuersimode. Nam moderni, scilicet Platonici, dicunt vniuersalia magis esse substantias quàm particularia. Dicunt enim, genera, quæ sunt vniuersalia, magis esse principia & causas substantiarum quàm particularia. & hoc ideo, quia logice inquirebant de rebus. Vniuersalia enim quę secundum rationem sunt abstracta a sensibilibus credebant etia in rerum natura abstracta fore, & principia particularium. Sed antiqui philosophi, vt Democritus & Empedocles, posuerunt substantias & principia rerum esse particularia, vt ignem, & terram; non autem hoc commune, quod est corpus.

LECTIO II.

OStquam ostendit, quòd consideratio Philosophi, principaliter de substantijs est, hic incipit de substantijs determinare: & diuiditur in partes duas. In prima, diuidit substantiam. In secunda, de partibus diuisionis determinat ibi. {Sensibilis vero substantia.} Dicit ergo primò, quòd tres sunt substantiæ. Vna a quidē est sensibilis, quæ in duo genera, diuiditur. Nam substantiarum sensibilium quædam sunt sempiternæ, scilicet corpora cœlestia, quædam vero sunt corruptibiles. Substantia vero sensibilis, & corruptibilis, nota est omnibus, sicut sunt, plantæ, & animalia. Sed alia substantia, sensibilis scilicet sempiterna, è cuius principia quærere intendimus in hoc libro, scilicet si vnum sit eorum principium, vel multa. hoc enim inquiret considerando de substantijs separatis, quæ sunt principia mouentia, & fines corporum cœlestium, vt infra patebit. Ponit autem hic large elementa loco principiorum. nam elementum proprie non est, nisi causa intrinseca. Tertium vero genus est substantiæ mobilis, quæ nō est sensibilis. Et hæc non est, omnibus manifesta, sed quidam ponunt eam esse separabilem a sensibilibus. Quorum opinio diuersificatur. Quidam enim, diuidunt substantiam separabilem in duo genera, scilicet in species, quas vocāt ideas & mathematica. Sicut enim inuenitur, secundum rationem duplex modus separationis, vnus. quo separantur mathematica a materia sensibili, alius, quo separantur vniuersalia a particularibus: ita & secundū rem ponebant. & vniuersalia esse separata, quæ dicebant species, & etiam mathematica. Sed quidam hæc duo, scilicet species, & mathematica, in vnam naturam reducebant. Vtrique igitur hi erant Platonici. Sed alii, scilicet Pythagorici, non ponebant species, sed solum mathematica. Inter hæc autem tria genera substantiarum hoc differt, quia substantiæ sensibiles siue sint corruptibiles siue perpetuę, pertinent ad considerationem naturalis Philosophię, quæ determinat de ente mobili: huiusmodi enim substantiæ sensibiles sunt in motu. Substantia autem separabilis, & immobilis pertinet ad considerationem alterius scientiæ, & non ad eandem, si tamen nullum principium sit commune vtrisque substantijs. quia si in aliquo conueniant, pertinebit vtrarumque substantiarum consideratio ad illam scientiam, quæ illud commune considerat. Et ideo Naturalis scientia considerat solum de substantijs sensibilibus, inquantum sunt in actu, & in motu. Et ideo, tam de his etiam quàm de substantijs immobilibus considerat hęc scientia, inquantum communicant in hoc, quòd sunt entia & substantia. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de præmissis substantijs, & primo de substantia sensibili. Secundo de substantijs immobilibus, ibi {Sed quoniam tres sunt.} Prima diuiditur in duas. In prima, inquirit principia substantiæ sensibilis. In secunda, inquirit vtrum sint eadem principia substantię, & aliorum generum, ibi. {Causæ vero & principia.} Circa primum duo facit. Primo inquirit de materia. Secundo de forma, ibi. {Tres vero causę.} & tria principia.} Circa primū duo facit, primo determinat veritatē, de materia. Secūdo soluit dubitationē, ibi. {Dubitabit autē aliquis ex quo.} Circa primum duo facit. primo enim, manifestat materiam esse in sensibilibus, & quale ens sit. Secundo quo modo diuersimode, inuenitur in diuersis substantijs sensibilibus, ibi. {Omnia vero materiam habēt.} Circa primum duo facit, primo quod dictum est, Secūdo soluit argumentum, ex quo aliqui antiqui, negauerunt generationem, ibi {Quoniā autem duplex.} Circa primū duo facit. Primo, ostendit materiam esse in sensibilibus. Secundo vero ostēdit, quale ens sit materia, ibi. {Si itaque transmutationes.} Dicit ergo primo, quòd substantia sensibilis est mutabilis, vt dictū est. Omnis autem mutatio, est ex oppositis, aut ex mediis, vt suprà ostensum est. nō autem est mutatio ex quibuscunque oppositis. Fit enim album ex non albo: non tamen ex quolibet nō albo. Nam vox est, non album, sed corpus non fit album ex voce, sed ex non albo, quod est nigrū, vel medium. Et ideo dicit, quòd mutatio fit ex opposito, quę est contrarium. Nec est instantia de substantia, in qua fit mutatio, cum tamē substantię nihil sit contrarium, quia in substantia est priuatio, quæ quodammodo computatur inter contraria, vt in Decimo ostensum est. Quia igitur omnis mutatio est, de contrario in contrarium, necesse est subesse aliquod subiectum, quod possit mutari de contrario in contrarium. Et hoc philosophus probat dupliciter. primo quidem, quia vnum contrariorum non transmutatur in alterum. non enim ipsa nigredo fit albedo. Vnde, si debeat fieri transmutatio de nigro in album, oportet aliquid esse præter ingredinem, quod fiat album. Alio modo probat idem ex hoc, quòd in qualibet transmutatione inuenitur aliquid manens, sicut in transmutatione, quę est de nigro in album, corpus manet. Aliud vero, scilicet contrarium, vt puta nigrum, non manet. Vnde manifestum est, quòd materia est aliquid tertium præter contraria.

c ¶ Ostendit cuiusmodi ens sit materia. & dicit, quod transmutationes sunt quatuor. Generatio quidem, & corruptio simplex fm substantiam. Et augmentum, & diminutio secundum quantitatem. Alteratio secundum passionem, quę est tercia species qualitatis. {Latio} id est loci mutatio secundum, vbi. Et manifestum est, quòd omnes iste transmutationes erūt secundū contrarietates, quę sunt secundum vnumquodq; horū generum, vtputa, alteratio in contrarietatem qualitatis. Augmentum in contrarietatem quantitatis, & sic de aliis. Et ita cum in qualibet transmutatione sit quoddam tertium præter contrarium, quod dicitur materia, necesse est, quòd id, quod transmutatur siue subiectum transmutationis, quantū est de se, sit in potentia ad vtrumque contrariorum. aliter enim non esset susceptiuum vtriusque, nec posset de vno in aliud trāsmutari. Sicut igitur corpus, quod transmutatur de albedine in nigredinem, inquantum est corpus, est in potentia ad vtrunq; ita materia in generatione substantiæ, quæ est subiectum generationis & corruptionis, quantum est de se, sit in potentia ad formam & priuationem, nec formā nec priuationem quantum est de se, actu habens. Deinde cū d.

d Hic philosophus secundum veritatem determinat de ipsa materia, circa quod duo facit. Primo soluit dubitationē. Secundo, ostendit quomodo aliqui antiqui dixerunt simile præ dictæ solutioni. ibi. Et hoc Anaxagoræ.} Soluit autē hanc dubitationem antiquorum naturalium philosophorum, qui removebant generationem, propter hoc q̄ non credebant quòd posset aliquid fieri ex non ente, quia ex nihilo fit nihil, nec etiam ex ente, quia sic esset anteqā fieret. Hanc ergo dubitationem Philosophus soluit, ostendēdo qualiter aliquid fit ex ente, & ex non ente, dicens quòd duplex est ens, scilicet ens actu, & ens potentia. Omne igitur, quod transmutatur, transmutatur ex ente in potētia in actu ens. sicut cū aliquid alteratur ex albo in potentia in actu album. Et similiter est in motu ipsius augmenti & decrementi, quia trāsmutatur aliquid de potentia magno, vel parvo, in actu magnum vel paruum. vnde & in genere substantiæ fiunt omnia ex non ente, & ente. Ex non ente quidem, secundum accidens, inquantum fit aliquid ex materia subiecta priuationi, secundum quam dicitur non ens. Sed per se fit aliquid ex ente, non autem in actu, sed in potentia scilicet ex materia, quæ est ens in potentia, vt suprà ostensum est. Sciendum est autem, quòd prædictæ positiones antiquorum naturalium negantium generationem & dicentium, quòd generatio non est aliud quam alteratio, voluerunt obuiare quidam posteriores, dicentes generationem esse per segregationem ab aliquo misto & confuso. Philosophus ergo tertio cum dicit.

e ¶ Ostendit q̄ etiam omnes sic dicentes, aliquid simile prædictæ positioni dicere volucrunt, sed non attingunt. Dicit ergo, q̄ hoc, scilicet materia, quæ est ens in potentia ad omnia, esse illud vnum, q̄ Anax. posuit. Dicebat enim, quòd omne, quod generatur ex aliquo, est in eo ex quo generatur. Et sic a principio omnia erant mista in quodam vno, nescięs distinguere inter potentiam & actum. Sed dignius est ponere materiam, in qua omnia sunt in potentia, quàm ponere omnia simul in actu, vt videtur ex uerbis Anax. Et hoc est quod Emped. dixit, quòd a principio omnia erant mista & confusa per amicitiam, & postea litis segregauit. Et similiter Anaximander dixit, quòd in vno confuso præexiterant omnia contraria. Et Democritus etiam dixit, quòd oia, quæ fiunt, prius erant in potentia, sed non in actu: vnde manifestum est, quòd omnes isti philosophi tetigerūt quo dāmodo materiā, sed nō perfecte ad eā peruenerūt. Deinde cū d.

f ¶ Ostendit, quòd non eodē modo materia est in oībus subiis sensibilibus, dicens, q̄ quæcunq; transmutantur, oportet quod habeant materiam, sed aliam & aliam. Ea enim quæ {transmutantur secundū substantiam}. i. quæ generantur & corrumpuntur, habet materiam, quæ est subiectum generationis & corruptionis, quæ. s. de se est in potentia ad formas & ad priuationes. Sed corpora cœlestia, quæ sunt sempiterna, & in generabilia, sed mobilia secundū locum, habent quidem materiam, sed non quæ est subiectū generationis, aut quæ sit in potentia ad formā & priuationem, sed quæ est in potentia ad terminos motus localis, qui sunt, vnde incipit motus, & quo motus intenditur. Deinde cum d.

g ¶ Soluit quandam dubitationem circa prædeterminata, dicens, q̄ aliquis potest dubitare, cum generatio sit transmutatio de nō ente i ens, ex quo nō ente i ens fit generatio. Dicitur. n. non ens tripliciter. Vno modo q̄ nullo modo est, & ex tali non ente nō fit generatio, quia ex nihilo, nihil fit secūm naturam. Alio modo dicitur non ens ipsa priuatio, quæ consideratur in aliquo subiecto. & ex tali non ente fit quidē generatio, sed per accidēs inquātū. i. generatio fit ex subiecto, cui accidit priuatio. Tertio modo dicitur nō ens ipsa materia, quę quiatū est de se, non est ens actu, sed ens potēcia. & ex tali nō ente fit generatio p se. Et hoc est qđ dicit, quod si aliquod non ens, est ens in potentia, ex tali. s. non ente fit generatio per se. Quamuis aūt generatio fiat ex non ente, quod est in potentia, non tamen fit quodlibet ex quocunq;, sed diuersa fiunt ex diuersis materiis. Vnumquodq;. n. generabile habet materiā determinatam, ex qua fit, quia formam oportet esse proportionatam materiæ. Licet. n. materia prima sit in potentia ad oēs formas, tñ quodā ordine suscipit eas. Per pri°. n. est in potentia ad formas elementares, & eis mediantibus fm diuersas proportiones commixtionū est in potentia ad diuersas formas. vnde nō pōt ex quolibet immediate fieri quodlibet, nisi forte per resolutionē in primam materiā. & hoc est contra Anaxa. qui posuit, quod quodlibet fit ex quolibet. nec ad hoc asserēdum sufficit, quòd posuit omnia esse simul a principio. Oportet enim quòd res differāt in materia secundū quod diuersis diuersæ sunt materiæ. Quō enim essent facta infinita, & non vnū tm, si vna esset materia omnium secundum positionē Anaxagoræ? Posuit enim Anax. esse vnum agens, scilicet intellectum. Vnde & si materia est vna, necesse est etiā quod factum sit vnum, s. id, ad quod materia erat in potentia. Vbi. n. est unum agens & vna materia, necesse est esse vnum factū, vt in Decimo habitum est. hæc aūt nō procedit contra Anax. inquantum ponebat intellectum indigere materia ad faciendum res. Si aūt ponat primum rerum principiū intellectum, qui ipsam materiam producat, primum principium diuersitatis rerum erit ex ordine apprehensio ab intellectu prædicto, qui secundum quod res diuersas producere intendit, instituit materias diuersas aptas diuersitati rerū.

LECTIO II.

ERum substantiæ tres sunt. Vna sensibilis: cuius quædam sempiterna, quædam corruptibilis. quam omnes concedunt, veluti plantæ, & animalia. Sempiterna uero, cuius elementa, siue unum, siue multa sint, accipere necesse est. Alia immobilis, quam aliqui separabilem aiunt esse, quidam in duo diuidentes, quidam in unam ponentes, naturam tam formas, quàm mathematica, quidam ex his mathematica solum. Illæ itaque Naturalis. Cum motu namque sunt. ista autem alterius est, si nullum eis commune principium est.

Sensibilis uero substantia, mutabilis est. Si itaque ex oppositis, aut mediis mutatio sit, oppositis uero non omnibus, non album enim ipsa uox, uerum ex contrario, necesse est aliquid subesse, quod in contrarietatem mutetur, non enim contraria transmutantur. Præterea hoc quidem permanet, contrarium uero non permanet. est igitur aliquid tertium præter contraria ipsa materia.

Si itaque transmutationes sunt quatuor, aut secundum ipsum quid, aut secundum quale, aut quantum, aut ubi: ac generatio simplex, & corruptio, quæ secundum quod quid fit, augmentatio & diminutio, quæ secundum quantum, alteratio. quæ secundum passionem, latio uero, quæ secundum locum: profecto incontrarietates

quæ secundum singulum mutationes erunt. necesse est igitur mutari materiam, quæ aliquo possit.

Cum autem duplex sit ens, omne mutatur ex potentia ente in actu ens, ut ex potentia albo in actu album. eodem autem modo & de augmentatione & diminutione. Quare non solum per accidens ex non ente fieri contingit, sed etiam ex ente omnia fiunt: uerum potentia quidem ente, actu uero ex non ente.

Et hoc est Anaxagoræ unum. melius namque quam cuncta simul, & quàm mistura Emped. ac Anaximandri. & ut Democritus quoque ait, simul omnia potentia erant, actu uero minime. Quare materiam tetigerūt.

Cuncta uero quæcunque mutātur, materiam habent, sed diuersam. nam & ipsorum sempiternorum quæcunque non sunt generabilia, sed latione mobilia, attamen non generabilem, sed undequo.

Dubitare uero quispiam possit, ex quo non ente generatio fiat. tripliciter enim nō ens dicitur. Si igitur quippiam est potentia, ueruntamen non ex quocunque, sed cum alterum ex altero. Nec id sufficit, quod simul omnes res erant, quia differunt materia, cur enim infinita facta fuissent, & non unum, cū intellectus unus sit? quare, si materia una, illud actu fuisset factū cuius materia potentia erat.

LECTIO III.

POstquam Philosophus determinauit de materia, hic determinat de forma. & circa hoc duo facit. Primo, determinat de ea secundum se. Secundo, per comparationem ad subam compositam. ibi. ¶ Substantię autem tres sunt &c. ¶ Circa primū tria facit. Primo, proponit formam esse principium, dicens, quòd tres sūt causæ, & tria principia subę mutabilis. Duo. n. sunt cōtraria, quorū vnum ¶ est spēs ¶. i. forma, & aliud, est priuatio, quæ quodammodo est contrarium, tertium autem, est materia. Iam. n. ostensum est, q in omni trāsmutatione oportet esse subiectum, & duo contraria. vnde necesse est q in generatione substātiæ hæc requirantur. Secundo ibi.

Tex. cō. 12.

a

Tex. cō. 13.

b ¶ Ostēdit q forma non generatur, sicut nec materia, dicens q materia nec ¶ spēs fit ¶. i. generatur. Sed hoc intelligi oportet, de vltima materia, & de vltima forma. Nam materia aliqua generatur. s. quæ est subiectum alterationis. est. n. suba cōposita. Quòd autem

Tex. c. 14

nec forma vltima, nec materia vltima generentur, sic probat. In omni transmutatione oportet esse aliquid subiectū transmutationis, qđ est materia, & aliqd, a quo transmutatur, quod est principium mouens: & aliquid, in quod transmutatur, quod est species & forme. Si ergo ipsa forma & materia generentur, puta si nō solum generetur hoc totum, quod est æs rotundum, sed ét ipsū rotunditas, & ipsum æs, sequetur q tā forma quam materia habeant materiā & formam. & sic ibitur in infinitum in materiis & formis, quod est impossi. Necesse est itaque stare in generatione, vt scilicet vltima forma & vltima materia nō gñeret.

Hoc idē supra septio. t. cō. 27.

tex. cō. 15.

c ¶ Tertio dicit, q res acquirunt formā ex agentibus similibus, dicens quòd quæcunque substantia fit ¶ ex agente vniuoco, ¶. i. simili secundum formam. Omnes enim subę, quæ generantur, generantur aut a natura, aut ab arte, aut a fortuna, aut automate. ¶. i. casu ¶. i. per se vano. Differt autem ars a natura, quia ars est principiū agendi in alio. Natura aūt est principiū actionis & motus in eo in quo est. Manifestū est aūt, quòd ea, quæ generantur, ab arte fiūt ex sibi simili. Aedificator. n. per formam domus, quā habet in mente, facit domum, quæ est in materia. Et idem et apparet in natura, quia homo generat hominem. In quibusdā aūt hoc non videtur. nō. n. generantur ex sibi similibus in spē. Sicut calidū in corporibus inferioribus generatur a Sole non calido.

LECTIO III.

REs uero sunt causæ, & tria principia. Duo quidem contrarietates, cuius hoc quidem ratio & species, illud vero priuatio. tertium uero materia.

b Postea quia nec fit materia. nec spēs. Dico aūt vltima. Oē nanque transmutat aliquid, & ex aliquo, & in quid. Et a quo quidem, primo mouente: cuius uero, materia: in quod uero, species. In infinitum ergo sunt, si nō solum æs fit rotundū, sed & ipsum rotundum, aut æs, necesse est itaque stare.

c Postea quia queq; ex vniuoco fit substantia. Nam & quæ natura sūt substātia, & alia. aut. n. arte. aut natura sunt, aut fortuna, aut automato. Ars igiī principiū est ī alio, natura aūt principiū in ipso. Homo nāque hominē generat. Reliquę uero causæ, horum priuationes.

d Substantiæ aūt tres sunt. Materia quidem hoc aliquid subsātantia in apparere. Nam quecūque sunt tactu & non connascientia, materia & subiectum. Natura vero hoc aliquid inquā tum habitus quidā. Amplius, tertia quæ est ex his singularis, vt Socrates & Callias.

e In quibusdam igitur hoc nō est præter compositam subsātantiam, vt domus, si non est ars. Nec ē generatio nec corruptio horum, sed alio modo sunt & nō sunt, vt dom'q̄ sine materia, & sanitas, & oē q̄ sedm artem. Sed siquidē in eis q̄ sūt natura. Quapropter nō male Plato ait, qa spēs sunt quæcunq; natura, siquidē sunt species aliæ horū. vt ignis, caro, caput. omnia enim materia sunt, & eius, quæ maxime subsātantiæ vltima.

a

K

F Sed licet non sit similitudo sedm spēm, oportet tñ esse aliquā similitudinē, sed tñ imperfectam: quia materia inferiorū non pōt pertingere ad perfectam similitudinem superioris agentis. Et, cū ita sit in his, quæ fiunt ab arte & natura, manifestum est q vnūquodque generatur a suo simili. Nā ¶ reliquæ causæ ¶. s. fortuna & casus sunt quasi defectus & priuationes naturæ & artis. nam fortuna est intellectū agēs præter intentionē, & casus natura agēs præter intentionem. Vnde ea, quę fiunt a fortuna & casu, non assimilantur suis agentibus, cum fortuna & casus non sint causæ per se, sed per accidēs. Et ideo quodammodo aialia quæ generā tur ex putrefactione, uidētur fieri casu, inquantū non fiunt ex sibi similibus secundū spēm. Neq; ét habent causam determinatā agentem in illis inferioribus, sed solū causam agentem superiorem. Deinde cum dicit.

LECTIO III.

RES itaque causæ, & tria principia. duo quidem ipsa contrarietas, cuius hoc quidē ratio et forma, hoc uero priuatio: tertium uero materia.

Post hæc quòd neque materia fit, neque forma. dico autem exterma. Omne enim quod transmutatur, aliquid est, & ab aliquo in aliquod transmutatur. ab aliquo quidem, primo mouente, in quo uero, materia: in quod autem, formam. in infinitum itaque procedet, si non solum æs rotundum fit, uerum ipsum rotundum, aut æs. quare necesse est stare.

Deinde quodquæ libet substantia, ab uniuoco fit. Quæ enim natura, substantiæ sunt, & alia aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut casu fiunt. Ars igitur principium in alio, natura uero, principium in ipso. homo nanque hominem generat. cæteræ uero causæ priuationes horum sunt.

Substantiæ uero tres. quædam materia, quæ quod quid est, eo ipso quòd apparet. quæcunque enim tactu non coadhærentia sunt, materia & subiectum sunt. Quædam uero natura, & quod quid, & quidam habitus ad quem. Tertia item, quæ ex his, quæ singularis est, ut Socra. aut Callias.

In quibus igitur quod quid non est præter compositam subsātantiam (vt domus forma nō nisi ab ipsa arte) nec est generatio aut corruptio eorū: uerum alio modo sunt, et nō sunt, tū domus, quæ abs q; materia. tū sanitas, et oē, qđ sedm artē est. sed siquidem. sunt in his sunt, quæ natura fiunt. Propter quod non male Plato dixit, quod formæ eorum sunt, quæ natura sunt. siquidē formæ sūt aliæ ab his: ut sunt ignis, caro, caput: cūcta nāq; materia sunt: et maxime eius subsātatis. quæ est ultima.

I

. orma domus non est præter materiā. Forma. n. domus est accidēs & materia domus est suba. accidens aūt non est nisi in suba. Sed hoc dico, nisi accipiatur forma dom's ¶ ut ars, ¶. i. prout est in mente artificis. Sic. n. est præter materiam. Sed harum formarum artificialium prout sunt in mente artificis, nec est generatio, nec corruptio. Domus. n. quæ est sine materia in anima, & sanitas, & oia hmōi. alio modo incipiunt esse & desinūt q̄ per corruptionem & generationē. s. per disciplinam, aut per inuentionē. Sed, si aliquę formę sunt præter subam cōpositā, hoc erit verum in formis naturalibus, quæ subæ sunt. Vnde Plato non male dixit ¶ species ¶ ideſt formæ separatæ sunt formæ, quæ sunt per naturā. Dico autem quòd non simpliciter bene dixit. Sed si sunt species aliæ aliquæ, ab istis sensibilibus, quę sunt caro, caput, &

& huiusmodi, quæ sunt materia vltima substantiæ particularis compositæ, quæ est maxime substantia. Tertio ibi.

f ¶ Ostendit q formæ vniuersales non sunt præter subam compositam, & circa hoc duo facit. Primo manifestat propositum, assignans differentiam inter causas formales & causas mouentes.

part. 6. Tex. cō. 16. Tex. cō. 17. part. 6.

Et dicit, quòd causæ mouentes præexistūt rebus factis. Et hoc necessarium est, quia causæ mouentes sunt principia motus, qui terminatur ad rē factam. Sed causa formalis, quæ est causa, quasi ratio rei, simul incipit esse cum re, cuius est forma. Tūc enim incipit esse sanitas, qñ homo sanatur, & tunc incipit esse figura sphæræ æneæ, quādo fit sphæra ænea. Vnde manifestum est, quòd forma non sunt separatæ a substātiis compositis, quia si essent separatæ oporteret quòd essent sempiternæ, cum nō sint talium per se, neque generatio neq; corruptio, vt ostensum est. & sic præessent substantiis his, quarū sunt formæ. Sed quamuis formę nō præexistāt subiis cōpositis, perscrutandum tñ est, si aliqua forma remaneat posteri', corrupta suba composita. In quibusdam. n. formis nihil prohibet quòd remaneāt post substātiam compositā. Puta, si dicamus animam esse talem, nō tamē omnis anima, sed solus intellect'. Forsitan enim impossibile est omnem animā esse talem, vt remaneat corrupto corpore, quia aliæ partes animæ non habent operationem sine organis corporeis. intellectus autem non operatur per organum. Dicit autem, Forsān, quia non erat præsentis intentionis hoc demonstrāre, sed hoc pertinet ad scientiam de anima. Et sicut aliæ partes animæ ab intellectu non remanent post substātiā compositam, ita etiam nec aliæ formæ rerum corruptibilium.

f Mouentes quidem igitur causæ, velut prius factæ existentes. quæ autē vt ratio, simul. Quando enim sanatur homo, tunc ēt sanitas est, & figura æreę sphęræ simul & ærea sphera. Si autē posterius aliquid manet, perscrutandum est. In quibusdam enim nihil prohibet. vt si est anima talis, non omnis, sed intellectus. oēm nāq; ipossibile forsā.

Tex. c. 18. part. 7.

g Palam itaq; q̄ nō oportet pp hoc esse ideas. Homo. n. hominē generat, q̄ singularis aliquē. Similiter aūt & in artib'. Medicinalis. n. ars rō sanitatis est.

LECTIO. IIII.

part. pri.

a

CAusæ autē & principia alia aliorum sunt, vt est, aut vt non. si quis dicat vniuersaliter & secundū proportionem eadem omniū.

Tex. cō. 4.

b Dubitabit aūt vtique aliqs, vtrū altera, aut eadē sunt principia & elementa substantiarū, & eorū, quę sunt ad aliqd, & cuiuslibet cathegoriarū similiter.

pter. 2.

pter. 3.

c Sed inconueniens, si eadem oīum ex eisdem. n. erūt quæ ad aliquid & suba. Quomodo igitur hoc erit? nam extra subam & alia prædicamenta, nihil est cōmune: prius aūt est elemen-

C

LECTIO IIII.

CAusæ uero, atque principia quodam quidem modo alia aliorum sunt, quodam uero modo non, siquis uniuersaliter dicat, & secundum proportionem omnium eadem.

Dubitare nanque quispiam posit, utrum alia, an eadem principia et elementa substantiarum sint, & eorum, quæ ad aliquid sunt. & eodem modo in quolibet prædicamento.

At absurdum est, si omnium eadē sunt. ex eisdem enim erit ad aliquid et substātia. Quid igitur hoc erit? præter enim substantiā, et alia, quæ prædicantur, nihil commune est. prius autem enim generat hominem, non quidem vniuersalis singularem, sed singularis singularem. Vnde non est necessarium ponere hominem vniuersalem esse separatum, a quo hic homo singularis formam speciei accipiat, vel particip er. Et similiter manifestum est in his, quæ fiunt secundum artem, quia ars medicinalis est quædam ratio sanitatis, & similitudo in anima, vt etiam supra ostensum est.

LECTIO IIII.

a

POstquam Philosophus determinauit de principiis substātię sensibilis, nūc intendit inquirere, utrum sint eadem principia substantiarum, & aliorum generū, aut alia & alia. Manifest enim est, quòd si sunt eadem, assignatis principiis substantiæ, assignata sunt principia omnium aliorum generum. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit veritatem. Secundo, subiungit inquisitionem de veritate proposita. ibi. ¶ Dubitabit autem quis. ¶ Tertio, recapitulādo recolligit veritatem. ibi. ¶ Quærere. ¶ Dicit ergo primo quòd quodammodo sunt alia aliorum & principia & causæ, & quodāmodo sunt eadem omnium secundum vniuersalitatem, & secūdum proportionē. Deinde cum dicit.

b ¶ Inquirendo discutit veritatem præmissam, & circa hoc tria facit. Primo, mouet dubitationem. Secundo, obiicit ad quæstionem, ibi. ¶ Sed si eadem inconuenientia. ¶ Tertio, determinat veritatem, ibi. ¶ Aut vt dicimus. ¶ Dicit ergo primo, quòd dubitatio est, vtrum substantiarum, & eorum, quæ sunt ad aliquid, & similiter aliorum prædicamentorum, sint eadem principia, aut alia, & alia. & ponit specialiter de ad aliquid, quia ea, quæ sunt ad aliquid, remotiora videntur esse a substantia quām alia genera, ex eo quòd sunt debilioris esse. Vnde & substantiæ inhærent mediantibus aliis generibus, sicut æquale & inæquale, duplum & dimidium, mediante quantitate. Mouens autem & motum, pater & filius, dominus & seruus, mediante actione & passione. Et hoc ideo, quia substantia est per se existens, quantitas autem & qualitas sunt entia in alio. sed relatiua non solum sunt in alio, sed ad aliud. Deinde cum dicit.

D

met. 7. 5. 6. met. 7. 6. 1 met. 9. 6. 4.

c ¶ Obiicit ad propositam quæstionem, & ponit duas rationes ad ostendendum quòd non sunt eadem principia substantiæ, & aliorum generum. Quarum prima talis est.

E Si eadem sint principia substantiæ & aliorum generum, aut oportet quòd illa principia eadem sint præter substantiam, & alia genera, aut oportet quòd sint in genere substantiæ, vel in aliquo alio genere. Sed non potest dici, quòd sint extra substantiam & alia prædicamenta, quia oporteret quòd essent priora tam substantia quām aliis quām prædicamentis. Prius enim est principium his, quæ sunt a principio. Cum ergo id, quod est prius inueniatur esse communius, sicut animal est prius homine, sequitur, si aliquid est prius substantia & alijs generibus, quòd aliquid sit commune substantiæ & aliis generibus. & præcipue secundum opinionem Platonicorum, qui posuerunt vniuersalia esse principia, & vnum & ens quasi communissima esse principia omnium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Neque etiam potest dici, ꝙ principia communissima omnium generum sint in genere substantiæ, aut in genere ad aliquid, vel in aliquo alio genere. Cũ enim principia sint homogenea his, quæ sunt ab eis, non videtur possibile quòd substantia sit principium eorum, quæ sunt ad aliquid, aut econuerso. Non igitur eadem sunt principia substantiæ & aliorum generum. Secũdam rationem ponit ibi.

d ¶Quæ talia est. Nullum elementum est idem cum eo, qd ex elementis est cõpositum, quia nihil est causa sui ipsius. Sicut huius syllabæ BA, elementum est hæc littera B, aut A. Et qa videbatur hoc habere instãtiam in principiis a Platone positis, quę sunt vnum & ens, ea ꝙ unumquodque principiatorum est vnum & ens, ideo consequenter hoc excludit, dicens, quòd neq; ea intellectualium elementorum, quę sunt vnum & ens, possibile est aliquod esse idem cum his, quæ sunt ex elementis. Vocat autem ea intellectualia, quia vniuersalia intelligũtur ꝙ cipiũtur, & quia Plato ea ponebat separata a sensibilibus. Et quòd huiusmodi elemẽta sint alia ab eis, quorum sunt elemẽta, probat, quia ꝙ huiusmodi elementa ꝙ idest vnum & ens in sunt singulis compositorum ex eis, nullum autem compositorum ex eis, inest aliis. Vnde patet ꝙ & ista elementa differunt ab his, quæ sunt composita ex eis. Si igitur verum est quòd elementa non sunt idem cum his, quæ sunt ex elementis, si eadẽ sunt elementa substantiarum & aliorum generum, consequitur quòd nihil eorũ sit in genere subę, neque in aliis generibus. Sed hoc est impossibile: quia necesse est omne, quod est, esse in aliquo genere. non igitur possibile est ꝙ sint eadem principia oium. Deinde cũ d.

parte. 4.

Tex. cõ. 22.

part. 5.

Tex. cõ. 23. parte. 6.

tum, q̃ quorum est elementũ. at vero neq; substãtia elementum est eorum, quę ad aliquid, neq; horum aliquid substantiæ.

d Amplius quomodo cõtingit esse omnium elementa eadem? Nullum.n. possibile esse elementorum cum ex elementis cõposito idem, vt ei quod est BA, B, aut A. Nec etiam intellectualiũ elementorum, vt vnum aut ens. Insunt enim ea singulis compositorum. nihil igitur erit eorum nec substantia, nec ad aliquid, sed necessariũ. Non sunt igitur omnium eadem elementa.

e At, ut dicimus, est quidem vt est, est autem vt nõ? puta forsan sensibilium corporum, vt qdem species calidum, & alio modo frigidum priuatio: materia vero quod potentia hæc primũ se cundũ se. Substãtia vero, & hæc, & quæ ex his, quorum sunt principia, hoc antẽ siquidem ex calido & frigido fit vnũ, vt caro, aut os. alterũ enim necesse est ab illis esse quod factum est. Horũ igitur eadẽ elementa & principia, aliorũ vero alia. Omniũ aũt ita quidẽ dicere nõ est, sed proportionaliter. Quemadmodũ siquis dicat, ꝙ pricipia sunt tria, spẽs, & priuatio. & materia. Sed horũ vnumquodque alterum circa genus vnũquodq; est. Vt in colore album, nigrũ, superficies, tenebræ, lumẽ aer. Ex his autem dies & nox.

e At, ut dicimus, est quidem vt est, est autem vt nõ? puta forsan sensibilium corporum, vt qdem species calidum, & alio modo frigidum priuatio: materia vero quod potentia hæc primũ se cundũ se. Substãtia vero, & hæc, & quæ ex his, quorum sunt principia, hoc antẽ siquidem ex calido & frigido fit vnũ, vt caro, aut os. alterũ enim necesse est ab illis esse quod factum est. Horũ igitur eadẽ elementa & principia, aliorũ vero alia. Omniũ aũt ita quidẽ dicere nõ est, sed proportionaliter. Quemadmodũ siquis dicat, ꝙ pricipia sunt tria, spẽs, & priuatio. & materia. Sed horũ vnumquodque alterum circa genus vnũquodq; est. Vt in coloribus album, nigrum, superficies; lumen, tenebræ, aer: ex his uero dies, & nox.

f Quoniam aũt non solum quę insunt causæ, sed & eorum, quæ extra, vt puta mouens. palam quia alterũ principiũ, & elemẽtũ. Causæ uero ambo. & in hæc diuiditur pricipiũ. Quod vero aut mouẽs, aut sistens, princi-

Tex. cõ. 22.

Cum uero illæ non solum, quæ insunt, causæ sint, uerum etiam ex his, quæ extrinseca sunt, illud quod mouet, patet quòd aliud est principium, aliud elementum. ambo uero causæ sunt, & principiũ in hæc diuiditur. qđ aũt ut mouẽs, uel sistẽs est, princi-

f ¶Ostendit idem in causis intrinsecis. & extrinsecis, & circa hoc duo facit. Primo.n. ostendit, quòd computando tã causas itrinsecas quàm extrinsecas, sunt quatuor proportionaliter oium. Secundo q̃o reducuntur ad tres, ibi. {Quoniã vero mouens.} Dicit ergo primo, ꝙ quia non solum sunt causæ ea, quæ dicta sunt intrinseca rei, sed etiam ea, quæ sunt extra rem, sicut mouens, manifestum est quòd principium & elementum differunt. nam principium proprie dicitur quod est extra, sicut mouens. nam ab eo est principium motus. Elementum autem proprie

Infra pt. 6.

elementum est, quàm ea, quorum est elementum. At uero nec substantia eorum, quæ ad aliquid sunt, elementum est, nec aliquid horum substantiæ.

Item, quomodo continget omniũ eadem esse elementa: nullum enim elementorum idem potest esse ei, quod ex elementis componitur. ueluti ipsi BA, ipsum B, aut ipsum A. Neque sane vllum intelligibilium, ut unum vel ens, elementum est. hæc enim uni cuique compositorum insunt. nullum igitur eorum neque substantia, nec ad aliquid erit. at necessarium est. Non sunt ergo omnium eadem elementa.

An (vt diximus) quodam modo quidem sunt, quodam modo uero nõ? ueluti fortassis corporum sensibilium calidum. tanquam forma, & alio modo frigidum, vt priuatio. materia uero, quod primo per se potentia hæc erat. substantiæ uero, tum hæc, tum ea ex his, quorum hæc principia sunt: aut si quid ex frigido, & calido fit unum, ut caro, aut os, necesse profecto est aliud ab his esse illud, quod factum est. horum itaque eadem elementa, atque principia sunt, alia uero aliorum. Omnium uero ita quidem dicere non est, sed analogice. quemadmodum si quis dicat, quòd principia sunt tria. forma, priuatio, & materia. uerum unumquodque horum circa unumquodque genus aliud est. ut in coloribus album, nigrum, superficies; lumen, tenebræ, aer: ex his uero dies, & nox.

Cum uero illæ non solum, quæ insunt, causæ sint, uerum etiam ex his, quæ extrinseca sunt, illud quod mouet, patet quòd aliud est principium, aliud elementum. ambo uero causæ sunt, & principiũ in hæc diuiditur. qđ aũt ut mouẽs, uel sistẽs est, princi-

Dicit ergo primo, ꝙ quodãmodo est verum dicere oĩum eadem principia, & quodammodo non. Et hoc ostendit dicens: Sicut si ponamus ꝙ sensibilium corporum sit principium, tanquam species & forma calidum, & tanquam priuatio frigidum, & materia sensibilium corporum sit id, quod est secundum se in potẽtia ad hæc duo. Nã materia secundũ se sumpta est principiũ susceptiuum formæ & priuationis. Dicit aũt, forsan, quia calidũ nõ est forma substantialis corporum sensibilium, neque frigidũ est priuatio, sed ambo sunt qualitates. Vtitur tamen eis tanquam forma & priuatione in genere subæ ad maiorẽ manifestationẽ. Vnde subiungit, ꝙ & huiusmodi principia sunt substantiæ, nõ sicut spẽs in genere, sed sicut pricipia. Et iterum illa, quę sunt ex his, quorũ hęc sunt principia. s. ignis & aqua, ac si intelligamus, ꝙ ignis cõponatur ex calido, sicut forma & propria materia, & aqua ex frigido sicut ex priuatione & materia. Aut ẽt si aliquid vnũ fit ex calido & frigido cõmixtis, eorum sunt prædicta principia, s. calidum & frigidũ & materia eorum, quia necesse est id, quod fit ex calido & frigido, esse aliquid diuersum ab illis. s. calido & frigido, & a primis corporibus, quorum imaginamur hæc esse formas. Sic igitur horum. s. simpliciũ corporũ, & compositorum ex eis, sunt eadem principia & elemẽta. Sed aliorum sunt alia proxima principia. Non autẽ omnium sunt eadẽ nisi proportionaliter. Sicut si aliquis dicat ꝙ sicut prædicta tria. s. calidũ & frigidũ & subiectũ eorũ se habent in generatione corporũ simplicium, vt forma & priuatio & materia, ita in quolibet alio genere illa tria sunt, quæ se habẽt vt forma, priuatio, & materia. Sed ista, diuersa sunt in diuersis generibus. Sicut in genere colorum, album est sicut species, nigrum sicut priuatio, & superficies sicut materia & subiectum. Et in genere distinctionis temporum, lumen est sicut species, tenebræ sicut priuatio, aer sicut materia & subiectum. Ex quibus tribus principiis constituuntur dies & nox. Deinde cum dicit.

Infra pt. 6.

proprie dicitur causa intrinseca, ex qua constituitur res. sed ambo dicũtur causæ, scilicet tam principia extrinseca quàm intrinseca. Et principium quodammodo diuiditur in ea, scilicet intrinsecas causas & extrinsecas. Sunt enim quædam principia intrinseca, ut in Quinto ostensum est. Sicut fundamentum est principium domus secundum materiã, & animal hominis secundum formam. Sed id, quod est mouens, aut sistens, idest quie scere faciens, est principium quoddã, sed non est elementum: quia elementum est ex quo fit aliquid, & est in eo, vt habitum est in Quinto. Sic igitur manifestum est quòd secundum analogiam idest proportionem, tria sunt elementa omnium, ideſt materia, forma, & priuatio. Dicuntur enim priuationes esse elementum, non per se, sed per accidens, quia scilicet materia, cui accidit, est elementum. Materia enim sub una forma existẽs, habet in se priuationem alterius formæ. Sed causæ & principia sunt quatuor, vt addamus tribus elementis causam mouentem. Nõ facit autem mentionem de causa finali, quia finis nõ est principium nisi secundũ qđ est in intentione mouentis. Sic igitur causæ & principia omnium secundum analogiam, sunt quatuor, scilicet materia & forma: & priuatio, & principiũ mouẽs. Non tamẽ hæc sunt eadem in omnibus, sed alia in alijs. Sicut enim supra dictũ est, quòd species & materia & priuatio sunt alia in aliis, ita etiam prima causarum, quæ est quasi mouens, est alia in aliis. & hoc manifestat per exemplum.

Sicut in sanatis, sanitas est sicut forma, infirmitas sicut priuatio, corpus sicut materia, sicut mouens autem ars medicinalis. In ædificatiuis autem est species domus, sicut forma, ¶inordinatio talis ꝫ idest opposita ordini, quem requirit domus, est priuatio, lateres autem sicut materia, mouens autem est ars ædificatoria. & sic in ista quatuor diuiditur principium. Deinde cum dicit.

g ¶Reducit prædicta quatuor ad tria, eo quòd mouens & forma reducũtur in idem specie tam in artificialibus, quàm in naturalibus. Dicit ergo, quòd quia mouens in naturalibus est homo, inquantum habet formam, & in his, quæ fiunt a mente siue intellectu, mouens est species concepta ab intellectu, aut etiam contrarium speciei, per cuius remotionem species inducit, manifestum est, quòd quodammodo trẽs erunt causæ inquantum mouens & forma sunt idem specie. Quodam vero modo erunt quatuor, inquantum scilicet, differunt numero. Sanitas enim aliqualiter est ipsa ars medicinalis. Et forma domus quodammodo est ipsa ars ædificatoria, inquantum scilicet ipsa ars est similitudo quædam, & ratio formæ, quæ est in materia. Et similiter in rebus, quæ generantur, in generante inuenitur similitudo formæ generati. Homo enim generat hominem. Deinde cum dicit.

h ¶Ostendit quòd licet prima principia non sint eadem in omnibus secundum rem, sed solum secundum proportionem, prima tamen principia sunt simpliciter eadem omnium. Et hoc ostendit quantũ ad tria. Primo quidem quantũ ad hoc, ꝙ inter causas quatuor assignatas, mouẽs est causa prima, quia mouens est qđ facit esse formã vel priuationem in materia. In genere autem mouentiũ, est deuenire ad aliqđ vnum mouens, vt ostẽsum est in libro Octauo Physicorũ. Id igitur primũ mouens vnum & idem, est primum principium omnium. Secundo ibi.

i ¶Ostendit idem secundum aliud. Entium enim quædam sunt separabilia, scilicet substantiæ: alia sunt inseparabilia. s. accidentia, quia passiones & motus & huiusmodi accidentia non possunt esse sine substantiis. Vnde manifestum est, quòd principia prima in genere substãtiæ sunt etiam causæ omnium aliorũ generum, non solũ quantum ad primã causam mouentem, sed etiam quantum ad causas intrinsecas. Nam materia & forma substantiæ, sunt causæ accidentium. Tertio ibi.

K ¶Ostendit, vlterius, ꝙ etiam in genere substantiæ est deuenire in aliqua prima. Nã primapricipia in genere substantiarũ sunt subæ viuentes animatæ, secundum opi. Aristotẽtis cælestia corpora animata. Et sic prima principia in genere substantiæ, vt materia & forma, erunt anima & corpus, vel ẽt corpus & intellectus, vel desiderũ. Nam anima corporis cęlestis, si sit animatũ, nõ habet alias partes animæ nisi intellectum & appetitũ. Aliæ enim partes ordinantur ad conseruationem corporum generabilium & corruptibilium. Intellectus etiam & desiderium habet rationem causæ mouentis. Deinde cum dicit.

l ¶Ponit alium modum, secundum quem sunt eadẽ principia oĩum proportionaliter: & dicit, ꝙ alio modo sunt eadẽ pricipia omnium proportionaliter, ita quòd dicamus quòd actus & potentia sunt principia omnium. Sed in hoc est differentia quantum ad duo. Vno quidem modo, quia alia potentia, & alius actus sunt principia in diuersis rebus. Alio modo, quia aliter inuenitur potentia & actus in quibusdam, & aliter in aliis, & hoc secundum primo manifestat dicens, quòd in quibusdam idem quandoque est in actu, & quandoque in potentia, vt patet in oĩbus generabilibus & corruptibilibus & mobilibus & contingentibus. sicut vinum & caro, & homo quãdoq; sunt in actu, quãdoq; ẽt in potentia. Quæda vero semper sunt in actu,

Lect. 1.

Tex. cõ. 3.

Tex. cõ. 24. parte. 7.

parte. 8.

parte. 9.

parte. 10.

Tex. cõ. 26 parte. 11

Tex. cõ. 33.

Lect. 9.

Tex. cõ. 25.

sicut substantiæ sempiternę. Et quia dixerat hunc modum, quo proportionaliter sunt principia eadem omnium, esse alium modum a præassignato, consequenter ostendit quo modo reducantur in idem. Et hoc est quod dicit, quòd hæc scilicet actus & potentia cadunt in prædictas causas, quæ sunt forma, priuatio, materia, & mouens, quia forma est actus, siue sit separabilis a composito, vt Platonici posuerunt: siue etiam sit aliquid cõpositum ex ambob⁹, scilicet materia & forma. Et similiter priuatio, est quodãmodo actus {ut tenebrę, aut labor} idest infirmum. Materia vero est in potẽtia, qa ipsa secundum sẽ potest fieri sub ambobus, scilicet sub forma & priuatione. Sic igitur manifestum est, quòd actus & potẽtia in idẽ redeunt cum materia & forma & priuatione, & quòd actus & potentia in diuersis vno modo differũt, quia non similiter est in omnibus, sed aliter & aliter. Et quia dixerat, quòd non solum aliter est potentia & actus in diuersis, sed etiã sunt alia in aliis. Hoc consequenter exponit dicens, quòd alio modo potentia & actus differũt in diuersis, quorum non est eadem materia, quæ est potentia, & quorum non est eadem species, quæ est actus, sed diuersa. Sicut hominis causa, vt materia elementa scilicet ignis &c. & causa, vt forma {species propria} scilicet anima, & causa mouẽs est aliquod extrinsecum, sicut pater est causa mouens propinqua, & causa remota sol, & {obliqui circulus.} idest zodiacus, in quo mouetur sol, & alii planetę, qui suo motu causant generationẽ & corruptionẽ in istis inferioribus. Huiusmodi autem causæ extrinsecæ, neq; sunt materię, neq; formę, neque priuatio, neque aliquid cõforme eis, aut ciuidem speciei, ut possit dici quòd reducuntur ad has causas, sicut actus & potentia, sed sunt in alio genere causæ, quia sunt mouentia, & ipsa etiam reducuntur in actum. Alia uero ab homine, habẽt materiam aliam propriam, & aliam formam propriam, & aliquod agens proprium. Deinde cum dicit.

Tex.cõ.28.

m ¶ Quia iam ostensum est, quòd sunt eadem principia omniũ proportionaliter, vult ostendere, quomodo sunt omnium eadem vniuersaliter. Vtrumque enim supra dictum fuit. Dicit ergo, qꝺ oportet videre, quomodo principia aliqua dicuntur vniuersaliter, & aliqua non vniuersaliter. Et prima principia maxime vniuersaliter significata, sunt actus & potentia. nam hæc diuidunt ens inquantum huiusmodi. Hęc autem dicuntur principia vniuersalia, quia uniuersaliter significantur & intelliguntur, non ita quòd ipsa uniuersalia subsistentia principia sint, vt Platonici posuerunt, quia singularium non potest esse aliquod principium nisi singulare. Vniuersale enim principium est esse actus vniuersaliter accepti, vt homo hominis. Sed, cum non sit aliquis homo vniuersaliter subsistens, nõ erit aliquod principiũ vniuersale hominis vniuersalis, sed solum hoc particulare huius particularis, sicut si Peleus, Achillis ẽ pater: tui vero, pater tuus. Et Et hæc littera B. huiꝰ syllabæ BA: sed B, vniuersaliter acceptum est principiũ eiꝰ, quod est BA, vniuersaliter accepti. Sic igitur principia vniuersaliter significata, sunt eadem omnium. Deinde inducit alium modum, secundum quẽ principia substantiarum sunt vniuersaliter omnium, inquantũ accidentia ex substantiis causantur. Sicut autem actus & potẽtia sunt vniuersaliter prĩcipia omniũ, quia consequuntur ens commune, ita oportet quòd secũdum quod descendit communitas principiatorum, descẽdat communitas principiorum. Eorum enim, quæ non sunt in eodem genere, puta colorum, sonorũ, substantiarũ, & quãtitatis, sunt aliæ causæ & elementa, vt dictum est, præterquã quòd proportionaliter sint eadem omnium. Eorum autẽ, quæ sunt in eadẽ specie, sed diuersa secũdum numerum, sunt diuersa principia, nõ specie, sed numero. Sicut aliud est materia tua, & forma, & mouẽs: & aliud mea. Sed secundum vniuersalem rationem sunt eadem. nã anima & corpus sunt materia & forma hominis. Huius autem hominis hęc anima, & hoc corpus.

est eadem materia, & quorum non est eadem species. sed altera. Quemadmodum hominis causa elementa, ignis, & terra, vt materia & species propria, & si quid aliud extra vt pater: & præter hęc sol, & obliquus circulus: neque materia entia, neque species, neque priuatio, neque forma, sed mouentia.

Aliter autem actu, potentiaq; differunt quorum non eadem materia est, quorum non eadem forma: sed diuersa est. veluti hominis causa, elementa, ignis, & terra, & materia: & propria forma, & si quid aliud extrinsecus est, vt pater, & præter hæc Sol, & obliquus circulus, quæ nec materia, nec forma, nec priuatio, nec eiusdem speciei sunt, verum mouentia.

m Adhuc autẽ videre oportet, quòd hæc qdem vniuersaliter est dicere, hæc aũt non. Omniũ enim prima principia, quod actu primum hoc, & aliud qd potentia. Illa quidem igitur vniuersalia non sunt. Principium. n singularium singulare, homo quidem est hominis vniuersaliter: sed non est vniuersalis: verum Peleus, Achillis, tui vero, pater. Et huius syllabæ BA & BA, siue totaliter siue particulariter Deinde iam quæ substantiarum aliæ, aut aliorum causæ & elementa, sicut dictum est. Eorum, quæ nõ in eodem genere, colorum & sonorum & substantiarum & quantitatis præterquã proportionaliter. Et eorum, quæ sunt in eadẽ spẽ, diuersa nõ spẽ, sed qa singulariũ aliud tua materia, & spẽs, & mouẽs, & mea vniuersali autem ratione, eadem.

Præterea uidere oportet, quòd quædam est vniuersaliter dicere, quædam minime. Omnium itaque prima principia, quod actu primum, & aliud, quod potentia. At illa, quæ vniuersalia dicimus, non sunt. singulare nanque principium eorum est, quæ singularia sunt. homo enim hominis vniuersalis. sed nullus est. verum Peleus Achillis, tui autem pater. & hoc B ipsius BA, ipsum uero B omnino ipsius BA simpliciter. Deinde formæ hæ, quæ substantiarum sunt. verum aliorum aliæ causæ, ac elementa, vt dictum est. Eorum, quæ non in eodem genere sunt colorum, sonorũ, substantiarum, quantitatis, nisi proportionaliter. Eorum quoque, quæ in eadem specie sunt diuersa, non specie, sed quoniam quæ singularium aliud, & tua materia, & forma, & quod mouit, & forma, ac mea materia. vniuersali vero ratione eadem.

n ¶ Quærere uero quæ principia, aut elemẽta substãtiarum, & ad aliquid & qualitatũ, utrũ eade aut diuersa, palã qa multipliciter dictorum sunt vniuscuiusq;. Diuersorum vero non eadẽ, sed altera preterquã sic. & oĩum sic qdẽ eadem, aut eo qꝺ ꝓportionaliter, qa materia, spẽs priuatio, mouẽs. Et sic substãtiarũ cãusæ, vt causæ oĩum, quia destruuntur destructis. Amplius, qꝺ primũ endelechia, sic aũt altera prima, qcũq; cõ-

Quærere autem quænam principia, siue elementa substantiarum, ad aliquid, & qualitatum sint, utrum eadem an diuersa, patet quod, cum multipliciter dicantur, unuscuiusq; sunt. at si diuidantur, non eadem, sed diuersa, nisi quod aliquo modo eadẽ. analogice nãq; eadem. quia materia, forma, priuatio, mouens. ac illo modo substantiarum causæ, quasi omniũ causæ sunt: quia peremptis, perimuntur. Præterea quod primum actu est.

n ¶ Recapitulat ea, quæ dicta sunt in hoc capitulo. Dicit ergo quòd quærere vtrum sint eadem principia & elementa substantiarum, & ad aliquid & qualitatum & aliorum generum, aut diuersa, est quærere de multipliciter dictis, quia diuersorum non sunt eadem principia, sed diuersa, nisi quodammodo. Omnium enim quodammodo sunt eadem principia, aut secundum proportionem: sicut si dicamus quòd in quolibet genere inueniuntur aliqua, quæ se habent vt materia & forma & priuatio & mouens, aut eo quòd causæ substantiarum sunt causæ omnium, quia destructis eis, alia destruuntur. Aut quia principia {sunt endelechia} idest actus & potentia. Istis autem tribus modis sunt eadem principia omnium. Alio autem modo sunt diuersa principia, quia contraria, quæ sunt

Tex.cõ.27. part. 12.

E

G

H

I

K

sunt principia rerum, & ipsa materia, non vniuoce dicuntur, quia non sunt genera, nec etiam dicuntur multipliciter quasi æquiuoca. Et ideo non possumus dicere, quòd sunt eadem simpliciter, sed secundum analogiam. Vltimo autẽ concludit, quòd dictum est, quot sunt principia sensibiliũ, & quomodo sunt eadem, aut diuersa.

A

LECTIO. V.

a Ostquam Philosophus ostẽdit quòd sunt principia substantiæ sensibilis: hic incipit determinare de substantijs immobilibus a materia separatis. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de huiusmodi substantijs secundum proprium opinionem. In secũda, secundum opinionem aliorum in sequenti libro, ibi. {De sensibili quidem igitur substantia.} Prima in duas. In prima ostẽdit esse aliquam substantiam sempiternã immobilem, a materia separatam. In secunda inquirit conditionem huius substantiæ, ibi. {Mouet autem.} Circa primum tria facit. Primo, ostendit esse aliquam substantiam sempiternam. Secundo, pertractat quandam quæstionem ex dictis occasionatam, ibi. {Quamuis dubitatio.} Tertio, ex solutione quæstionis motę, accidit ad manifestationem veritatis prius inuẽtæ, ibi. {Quare non fuit infinito tempore.} Circa primum duo facit. Primo, ostẽdit quòd necesse est, ponere aliquam substantiã sempiternam Secundo, ostendit qualem oportet esse illam substantiam. ibi. {Sed si fuerit motiuum.} Dicit ergo primo, quòd supra dictum est, quòd tres sunt substantiæ, quarum duæ sunt substantię naturales, quia sunt cum motu, vna sempiterna, vt cælum, alia corruptibilis, vt plantæ & animalia. Et præter has est tertia, quę est immobilis, quæ non est naturalis. de hac dicendum est nunc. Ad cuius considerationẽ oportet prius ostendere, quòd necesse est esse aliquam substantiam sempiternam, immobilem. quod sic probat. Substantiæ sunt primæ inter entia, vt supra ostensum est. destructis autem primis nihil remanet aliorum. Si igitur nulla substantia est sempiterna, sed omnes sunt corruptibiles, sequetur, quòd nihil sit sempiternum, sed {omnia sint corruptibilia,} idest, non semper existentia: sed hoc est impossibile. ergo necesse est esse aliquam substantiam sempiternam. Quod autẽ impossibile sit nihil esse sempiternum, probat ex hoc, quòd impossibile est motum fieri {aut corrumpi,} idest de nouo incẽpisse, aut quandoque totaliter desiturum esse. Ostensum est enim in octauo Physicorum, quòd motus est sempiternus simpliciter. & videtur impossibile quòd tempus non sit sempiternum: quia si tempus aliquando incẽpit, aut aliquãdo desinet, sequetur quòd prius fuerit nõ esse temporis q̃ tempus, & iterum quòd posterius erit non esse temporis quam tempus: sed hoc non potest esse vt videtur, qa non est possibile esse prius & posterius nisi sit tempus, cum nihil aliud sit tempus, nisi numerus prioris & posterioris in motu. Et sic sequetur, quòd tempus fuerit antequam inciperet esse & quòd sit postquam esse desierit. Videtur igitur necesse esse, q tempus sit sempiternum. Et si tempus est continuum & sempiternum, necesse est quòd motus sit continuus & sempiternus: quia motus & tempus, aut sunt idem, vt quidam posuerũt: aut tempus ẽ aliqua passio motus, vt rei veritas habet. est n. tempus numer⁹ motus, vtpatet in quarto Phyficorum. sed tamen non est accipiendũ de omni motu, q̃ possit esse sempiternus & cõtinu⁹: non enim hoc potest esse verũ, nisi de motu locali. & inter motus locales, solum de motu circulari, vt probatur in octauo Physicorum. Deinde cũ dicit.

Lect. 2.

Tex.cõ.77.

Tex.cõ.30.

b ¶ Ostendit cuiusmodi substantia necesse est esse sempiternam. & circa hoc tria facit. Primo quòd ad sempiternitatem motus sustinendam, necesse est ponere substantiam sempiternã semper mouentem, vel agentem, dicens, quòd cũ necesse sit, si motus est sempiternus, quòd sit substantia motiua & effectiua sempiterna: vtrei⁸ oportet quòd sit mouens & agens in actu semper, quia si esset {motiua, aut effectiua} idest potẽs mouere & efficere motũ & non agens in actu, sequeretur quòd nõ esset motus in actu. Non enim est necessarium si habeat potentiam mouendi, q̃ moueat in actu. Contingit enim id quod habet potentiam agẽdi, non agere: et ita motus non est sempiternus. Ad hoc igitur quòd motus sit sempiternus, necesse est ponere aliquam substãtiam sempiternam mouentem, & agentem in actu. ex quo consequenter cõcludit, quòd nihil prodest opinio Plato. ponentis substantias sempiternas, quæ est insufficiens ad sustinendum sempiternitatem motus. Non n. ad hoc sustinendum prodest, si fingamus aliquas substantias separatas sempiternas, nisi in eis sit aliquod principium habens potentiã ad transmutandũ, quod non videtur conuenire speciebus. Species enim nihil aliud ponebãt, quàm vniuersalia separata. Vniuersalia autem inquantum huiusmodi, non mouent: nam omne principium actiuum vel motiuum est aliquod singulare, vt supra dictum est. Sic igitur nec species sunt sufficientes ad sempiternitatem motus seruandam, nec alia substantia separata præter species, sicut quidam posuerunt mathematica separata, qa nec etiam mathematica, inquantum huiusmodi, sunt principia motus. Et si non sic aliqua substantia sempiterna agens, non ẽ motus sempiternus, quia motus principium est aliqua substantia sempiterna mouens & agens. Secundo ibi.

Tex.cõ.17.

c ¶ Ostendit vlterius, quòd oportet ad sempiternitatem motus, quòd non solum sit aliqua substantia sempiterna mouens & agens, sed etiam quòd eius substantia sit actus. Dicit ergo, q̃ neque est sufficiens ad sempiternitatem motus, si substantia sempiterna agat, sed tamen secundum suam substantiam sit in potentia,

B

C

D

E

LECTIO. V.

a Voniã autem tres erãt substantiæ, duæ quidẽ quæ physicæ: & vna q̃ immobilis, de hac dicẽdum ẽ, quia necesse est esse sempiternã aliquam substantiam immobilem. Nã substãtię, primæ entiũ, & si oẽs corruptibiles, omnia corruptibilia. sed impossibile motũ aut fieri, aut corrũpi: sẽper enim erat. Nec tempus nec enim possibile prius & posteri⁹ esse, cum nõ sit tẽpus. Et mot⁹: ergo sic est cõtinuus vt tempus aut enim idẽ, aut motus est aliqua passio. Motus autem non ẽ cõtinuus nisi qui secundum locum et huius qui circulo.

b At vero, si fuerit motiuum, aut effectiuũ, non operans autẽ aliquid nõ erit motus. Continget. n. potentiam habens, non agere. nihil ergo prodest, nec si substantias faciamus sempiternas, quemadmodũ qui species, si nõ aliquod potẽs inerit principiũ trãsmutari. Nõ ergo neq; ipsa sufficiens, neq; alia substantia præter species. nã si non egerit, non erit motus æternus.

c Adhuc neq; si aget, substãtia autẽ ipsius potentia nõ erit mo

Tex.cõ.5. seq.

Tex.cõ.2.

Tex.cõ.11.

Vm uero tres sint substantiæ, duæ quidem naturales, alia autem immobilis, de hac est dicendum, quòd necesse est perpetuam aliquam, & immobilem substantiam esse. Etenim substantiæ, primæ entium sunt. & si cunctæ corruptibiles, omnia corruptibilia sunt. at impossibile est, aut generari motum aut corrumpi. nam semper erat. neque tempus, cum nã sit possibile prius & posterius esse, tempore non existente. & motus sane ita continuus est. si enim & tempus. aut enim idem, aut quædam ipsius motus passio est. motus vero non est continuus, præter hunc, qui secundum locum, & hũc qui circularis est.

At uero, si motuum aut effectiuũ est, non autem operans aliquid, non est motus. possibile nanque est nõ operari, quod potentiam habeat. nulla igitur utilitas erit, ne quidem si perpetuas substantias faciamus, quemadmodum qui faciunt formas, nisi aliquod principium insit, quod mutare possit. Non igitur sufficit illa, nec alia substantia præter formas. nam, si non operabitur, motus non erit.

Nec item si operabitur, substantia uero eius potentia sit. non enim erit illo uero modo alia prima, quæcunq; contraria. quæ nec ut genera, neque multipliciter dicuntur, item & materiæ. Quæ itaque sensibilium principia sunt, & quot, quoue modo eadem, & diuersa, dictum est.

B

LECTIO. V.

Vniuersalia autem quæ principia rerum, & ipsa materia, non vniuoce dicuntur, quia non sunt genera, nec etiam dicuntur multipliciter quasi æquiuoca. Et ideo non possumus dicere, quòd sunt eadem simpliciter, sed secundum analogiam. Vltimo autẽ concludit, quòd dictum est, quot sunt principia sensibiliũ, & quomodo sunt eadem, aut diuersa.

Lect. 7 Lect. 6

Loc. part. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentia, sicut si ponamus prima principia esse ignem, aut aquam F
secundum positionem antiquorum naturalium. non enim po-
terit esse motus sempiternus. Si enim sit tale mouens, in cuius
substantia admisceatur potentia, continget id non esse. Quia
quod est in potentia, contingit non esse, & per consequens con-
tingit quòd motus
non sit. & sic motus
non erit ex necessita-
te & sempiternus.
Relinquitur ergo, q
oportet esse aliquod
primum principium
part. 4. motus tale, cuius sub
stantia non sit in po
tentia, sed sit actus
tantum. Tertio ibi.
d ¶ Concludit vlte
rius, q oportet huius
modi substantiam es
se immaterialem. Di
part. 1. cit ergo, quòd ampli a
us ex prædictis sequi
tur, quòd huiusmodi
substantias, quę sunt
principia motus sem
piterni, oportet esse
sine materia. nam ma
part. 2. teria est in potentia.
Oportet igitur eas es
se sempiternas, si ali-
quid aliud est sempi-
ternum, vtpote mo-
tus, & tempus. & sic
sequitur, quòd sint i
actu. Hoc autem vlti
mo cõcludit propter
dubitationem, quam
consequenter induce-
ret. Ex hoc igitur p-
cessu manifestum ē,
quòd Ari. hic firmi-
ter opinatus ē & ere
didit necessarium fo-
part. 3. re, quòd motus sit sē
piternus, & similiter
tempus. aliter enim
non fundasset super
hoc intentionem suā
de inquisitione sub-
stantiarum immate-
rialium. Sed tamen
Lect. 2. sciēdum, quòd ratio-
nes ab eo inductæ in
Octauo Physicorum
ex quarum suppositione hic procedit,
Tex. cõ. 31 non sunt demonstra
tiões simpliciter, sed
probabiles rationes.
Nisi forte sint demonstrationes, contra positiones antiquorum
naturalium de incæptione motus, quas destruere intendit. Et
prætermissis alijs rationibus quas hic non tangit, manifestum
est quòd ratio, quam hic posuit ad probandum sempiternitatē
temporis, non est demonstratiua. Non enim si ponimus tem
pus quandoque incæpisse, oportet ponere prius, nisi quid ima-
ginatum. Sicut cum dicimus, quòd extra cælum non est corpus
quod dicimus extra, non est nisi quid imaginatum. Sicut
igitur extra cælum non oportet ponere locum, quamuis extra
videatur locum significare, ita non est necessarium quòd tem-
pus sit prius quam incipiat vel postquam desinet, licet prius &
& posterius videantur tempus significare. Sed quamuis ratio
nes probantes sempiternitatem motus, & temporis non sint de
monstratiuæ & ex necessitate concludentes, tamen ea, quæ hic
probantur de sempiternitate & immaterialitate primæ substan
tiæ, ex necessitate sequuntur. Quia si non fuerit mundus æter-
nus, necesse est quòd fuerit productus in esse ab aliquo præexi-
stente. Et si hoc non sit æternum, oportet iterum quòd sit pro
Tex. cõ. 5. & inde. ductum ab aliquo. Et cum hoc non possit procedere in infini-
tum, vt supra in Secundo probatum est, necesse est ponere ali-
quam substantiam sempiternam, in cuius substantia non sit po
tentia, & per consequens immaterialem.

tus æternus. Contingit. n. quod
potentia est, non esse. Oportet
igitur esse principiū tale, cuius
substantia est actus.

d Amplius igit tales oportet
esse substātias sine materia. Sē
piternas enim esse oportet. & si
aliquid aliud sempiternū actu.

LECTIO. VI.

Vamuis dubitatio. Vi
detur enim agens qui
dē omne posse, potēs
vero non omne agere. Quare
prius esse potentiam.

b At vero si hoc, nihil erit en-
tium. contingit. n. quidem pos
se esse, nōdum vero esse. Et etiā
sicut dicunt theologi, qui ex no
cte generant: aut vt Physici, q-
bus erāt simul res omnes, dicūt
idem impossibile. Quomodo
enim mouebuntur, si non fue-
rit actu aliqua causa? nō. n. ma H
teria ipsa seipsam mouebit, sed
tectonica. Nec menstrua: nec
terra, sed semina & genitura.

c Propter quod faciunt quidā
semper actum, vt Leucippus &
Plato. semper enim dicunt esse
motum. sed quare, & quem, nō
dicunt, nec sic, nec causam. Ni-
hil enim vt cōtingit mouetur,
sed oportet semper aliquid exi
stere. Quemadmodū nunc, na-
tura quidē sic, vi vero, aut ab in
tellectu aut ab alio, sic. Deinde
qualis prior. differt enim valde
quodcunq; est. At vero nec Pla

LECTIO. VI.

Quet quandam dubitationem circa prædetermina- 3
ta, & est dubitatio. Vtrum actus sit simpliciter prior
potentia, vt possit poni primum principium rerum
esse tale, cuius substantia sit actus. Et circa hoc tria
facit. Primo, ponit ra
tionem ad ostenden
dum falsum scilicet,
q potentia sit prior
actu. Secundo, ponit
rationem in contra-
rium, ibi. ¶ At vero si
hoc, nihil erit. ¶ Ter-
tio, soluit dubitatio-
nem, ibi. ¶ Potentiā
quidem igitur. ¶ Di-
cit ergo primo quod
dictum est, quòd sub
stantia sempiterna ē
actus, quāus de hoc
sit dubitatio. videtur
enim potentia simpliciter esse prior actu. nam prius est a
quo non cõuertitur consequentia essendi. Hoc autem modo
videtur potentia se habere ad actum, q̄a omne agens videtur
posse agere, sed non omne, quod potest agere, agit. Quare
videtur quòd potentia sit prior actu.
Deinde cum dicit.
b ¶ Ponit rationem
in contrarium, & cir
ca hoc duo facit. Pri-
mo, ponit rationem
ducentem ad impossi
bile, dicens: quòd si
potentia sit simplicit
er prior actu, sequi-
tur quòd aliquando
nihil sit. Contingēs
est enim id quod po-
test fieri, sed nondū
fit. & ita si prima en-
tia sint in potentia,
sequitur quòd non
sint actu. & sic nihil
aliorum erit. Et hoc
quidem contingit du
pliciter. vno modo
secundum opinionē
quorundam antiquo
rum, qui vocabantur
poetæ theologi, sicut

perpetuus motus, quod enim potentia est, contingit non esse. oportet igitur esse tale principium, cuius substantia actus sit.

Item has oportet esse substantias absq; materia, sempiternas enim esse oportet. si aliquid quidem æternū est. actu igitur sunt.

LECTIO. VI.

T qui dubium est. Nam omne quidem agens posse quoque videtur, potens ue ro non omne, agere. quare potentia erit prior.

Verum, si hoc ita sit, nihil entium erit. contingit enim posse quidem esse, nondum uero esse. At si, ut Theologi, qui ex nocte cuncta generant, si ue, ut Naturales dicunt. omnes res simul erant, idem impossibile erit. Quo nanque modo mouebuntur, si nulla erit actu causa? non enim ipsa materia seipsam mouebit, uerum opifex uirtus. neque menstrua neque terra, uerum semina atque humanum semen.

Propter quod quidam faciunt semper actum, ueluti Leucippus & Plato, cum semper esse motum dicant. cur uero, uel quem, non aiunt. nec cur sic, nec causam. nihil enim susq; deque mouetur: sed oportet ut semper aliquid præexistat. sicuti nunc, natura quidem hoc modo, ui etiam, aut ab intellectu, aut ab aliquo alio, hoc modo. Deinde, quisnam primus sit. differt enim quàm maxime. At neque

suit. Orpheus, & quidam alij, qui ponebant mundum esse {generatum ex nocte} idest simplici priuatione præexistente. Alio modo secundum posteriores naturales, sicut Physici naturales, & eos sequentes, qui cum viderent, quòd secundum naturam nihil fit ex nihilo, posuerunt omnia esse simul in quadam confusione, quam vocabant chaos, sicut posuit Anaxa. & sic ponebant omnia esse in potentia, non autem in actu. Sed siue hoc modo, siue illo dicatur, sequitur idem impossibile, si potentia simpliciter sit prior actu. Illa enim, quæ sunt in potentia tantū, siue sint omnino sub priuatione, siue sint in quadam confusione, non poterunt moueri vt reducantur in actum, nisi sit aliqua causa mouens in actu existens: quia materia in artificialibus nō K τεκτονική.
mouet seipsam, sed ipsam mouet agens scilicet {tectonica} idest ars. Nec menstrua, quæ sunt materia in generatione animalis, mouent seipsa, sed mouet ea {genitura} idest semen animalis. Nec terra, quæ est materia in generatione plātarū, mouet seipsa sed mouent eā. {spermata}. i. semina plantarum. Secundo ibi.
c ¶ Ostendit, quomodo huic rationi. Quidam Physici consenserunt. Dicit ergo, quòd propter hanc rationem quidam philosophi posuerunt semper actum existentem, scilicet Leucippus socius Democriti, & Plato. Dixerunt enim motum semper fuisse etiam ante mundum. Secundum quidem Leucipum in athomis per se mobilibus, ex quibus ponebat mundum constitui.

stitui. Secundum Platonem vero in elementis, quæ dicebat an A
te constitutionem mundi mota fuisse motibus inordinatis, sed
postea a Deo fuisse ea reducta ad ordinem. Sic igitur quan-
tum ad hoc videntur bene dixisse, quòd posuerunt semper
fuisse motum. Sed in hoc cæcecrunt, quia non dixerunt quis
motus semper fue-
rit, nec causam mo-
tus assignauerunt,
nec simpliciter narra
do, nec suæ positio-
nis causam assignan
do, cum tamen nihil
part. 4. moueatur vt contin
Text. cõ. 32. git} idest sine aliqua
causa certa, sed sem-
per oportet aliquid
existere, quod est cau
part. 5. sa motus. Sicut nunc
videmus, quòd quæ-
dam mouentur hoc
modo a natura, aut
a violentia, aut ab in
tellectu, aut aliqua
alia causa. Deinde ā
buerunt etiam assi-
part. 6. gnare qualis sit pri-
ma causa motus, vtū
natura, siue violētia,
siue intellectus. Mul
Tex. cõ. 34 tū enim differt quod
part. 7. cunq; horum ponatur causa motus. Sed
nec Plato potest ex-
cusari propter hoc,
quòd posuit princi-
pium motus esse ali-
quid mouens seipsū:
quod dicebat esse ani
mam. Sed anima se-
cundum ipsum non
fuit ante constitutio
nem mundi. sed fuit
post illam inordina-
tionē motus. Fuit. n.
facta simul cum cælo
quod ponebat ani-
matum. et sic anima
non potest esse prin
cipium illius motus
inordinati. Deinde
cum dicit.
d ¶ Soluit propositam quæstionem: &
circa hoc duo facit.
Text. cõ. 13. & inde. Primo remittit ad hoc, quod determinatum est in Nono de or
dine potētiæ ad actū dicens, quòd opinari potentiam esse prio-
rem actu, quodammodo bene dicitur, & quodam modo non.
Vbi supra. Et quomodo hoc sit, dictum est in Nono. Ibi enim dictū est, q
actus simpliciter est prior potentia. Sed in vno eodem, quod
mouetur de potentia in actum, potentia præcedit actum tem-
pore, quamuis actus sit prior natura & perfectione. Secundo.
c ¶ Confirmat solutionem per positiones quorundam philo- E
sophorum, dicens, quòd hoc actus sit simpliciter prior, te
statur Anaxa. quia posuit primum principium mouens esse in-
tellectum: intellectus enim actus quidam est. Et etiam Empedo.
qui posuit causas mouentes, litem & amicitiā. Et Leucippus &
Plato, qui posuerunt semper motum fuisse. Deinde cum dicit.
f ¶ Ex determinatione quæstionis præmissæ manifestat, quod
prius ostensum est, & circa hoc tria facit. primo, concludit ex p-
missis perpetuitatem generationis. Secundo, ex perpetuitate ge
nerationis concludit perpetuitatem motus cæli ibi. ¶ Si itaque
quidem semper. ¶ Tertio, ex perpetuitate motus cæli concludit
perpetuitatem primi mouentis immobilis. ibi. ¶ Est igitur ali-
quid & quod mouet. ¶ Dicit ergo primo, quòd si actus simplici
ter est prior potentia, sequitur quòd falsa sit opinio antiquorū
naturalium, qui existimantes potentia simpliciter esse actu prio
rem, posuerunt omnia in infinito tempore prius fuisse in potē
tia, in quadam confusione, quam appellabant chaos. Falsa etiā
erit opinio poetarum theologorum, qui propter eandem exti-
mationem posuerunt infinito tempore prius fuisse simplicem
rerum priuationem, quam res actu esse inciperent. Quam qui
dem rerum priuationem noctem appellabant, propterea forte,

quia inter qualitates & formas sensibiles, lux communior & A
prior inuenitur. cum ipsi nihil præter sensibilia esse arbitrētur.
Priuatio autem lucis nox est. Vtraque igitur opinio falsā est. si
actus est prior potentia. Sed cum videamus ea, quę generantur
de potentia ad actum procedere, necesse erit dicere, quòd eadē,
quæ actu esse incipiunt post potentiā, semper fuerunt ali-
quo modo, vel secū
dum circularem ge-
nerationem, prout
ponuntur ea, quæ ge
nerantur prius fuisse
eadem, non secundū
numerum, sed secun
dum speciem: quod
quidem fit secundū
circularem generatio
nem. Nam ex terra
humectata resoluun
tur vapores, ex qui-
bus generat pluuia,
per quam iterum hu
mectatur terra. Simi
liter ab homine pro
cedit sperma, & gene
ratur iterum homo.
Et sic ea, quæ fiunt
reiterantur eadē spe
cie propter circulare
generationē. Aut ēt
ea, quę post potentia
fiūt i actu, eadem fue
rūt semp aliter, sicut
potuit Ana. quòd p-
exitērunt actu i his
ex quibus generant.
Deinde cum dicit.
g ¶ Ex perpetuita-
te generationis con-
cludit perpetuitatē
motus cælestis. Sup-
posito igitur, quòd
non sit aliquis alius
motus, quo ea, quæ
procedunt de poten
tia ad actum, semper
eadem fuerint nisi se
cundum circuitum
generationis, ex his
quæ in scientia na-
turali ostensa sunt,
& præcipue in secun Tex. cõ. 55.
do de Generatione,
concludit quòd si aliquid permanet idem per circuitum genera
tionis, oportet & aliquid semper manere idem numero, quod
similiter agat ad hoc quòd causet perpetuitatem: non enim po
test esse causa perpetuitatis quæ inuenitur i generatione & cor
ruptione, aliquid vnum eorum, quæ generantur & corrumpū-
tur, quia nullum eorum semper est. Neque etiam omnia, cum
non simul sint, vt ostensum est in 8. Physi. Relinquitur igitur Tex. cõ. 48.
quòd oportet aliquid esse perpetuum ages quod semper vnifor-
miter agat ad perpetuitatem causandam. Et hoc est primum cæ
lum, quod mouetur & reuoluit omnia motu diurno. Sed quia
illud, quod semper eodem modo operatur, non causat nisi ali-
quod semper eodem modo se habens, in his autem, quæ genera
tur & corrumpuntur apparet, quòd non semper se habent eodē
modo, quia quandoque generantur, & quandoque corrumpū-
tur. Si ergo debet esse generatio & corruptio i istis inferioribꝰ,
necesse est ponere aliquod agens: quod aliter se habeat in agē-
do. Et hoc quidem agens dicit esse corpus, quod mouetur secū
dum circulum obliquum, qui dicitur zodiacus. Quia, cum hic
circulus declinat ad vtranque partem ab æquinoctiali, illud q̄d
mouetur secundum circulum per zodiacum, oportet quòd sit
quandoque magis propinquum, & quandoque magis remotū,
& secundum hoc sua propinquitate & remotione causat contra
ria. Videmus enim quod ea, quæ appropinquante Sole ad nos,
generantur, recedente sole, corrumpuntur. Sicut herbæ, quæ i
vere nascuntur, & in autumno siccantur. Monetur enim in cir
culo zodiaco & sol & alij planetę. Sed & stellæ fixe videtur mo
neri super polos zodiaci, & non super polos æquinoctiales, vt
Ptolomeus probat. Ex harum autem motu causatur generatio
& corruptio

& corruptio omnium, quæ generantur & corrumpuntur, sed magis euidenter ex motu Solis. Hoc ergo mouens quod aliter agit, necesse {est quòd quodam modo agat secundum se} ideſt ex propria virtute: inquantum causat diuersitatem generationis & corruptionis. Quodam {vero modo secundum aliud} i. ex virtute alterius, i quantum causat per motuam generationē & corruptionē. Aut ergo oportet, quòd {agat secundum aliquid alterum} ideſt virtute alicuius alterius, {aut secundum primum} ideſt virtute primi, quod semp similiter agit. Et cū non sit aliquod alterum assignare ex cuius virtute causet perpetuitatem, necesse est quòd secundum hoc {quod similiter agit} ideſt virtute eius perpetuitatem generationis & corruptionis causet. Id enim scilicet primum, qđ semper similiter agit ē causa ipsi, quòd aliter & aliter agit, quia id quod aliter & aliter agit ppetuo agit. Id vero quod semper similiter agit, est causa perpetuitatis cuiuslibet motus: sic igitur ē causa perpetuitatis eius, quod agit aliter & aliter: vt scilicet ppetuo sic agat & illi etiam, quòd ex eo causatur scilicet generationi & corruptioni perpetuæ. Ex quo paret, quòd secūdum agens scilicet q aliter & aliter agit, agit i virtute {primi agentis} ideſt primi cæli, siue primi orbis, quod semper similiter agit. Sic ergo patet, q primum agens, quod semper similiter agit, est potius & dignius, quia ipsum est causa eius {quod est semper esse similiter} ideſt perpetuitatis. Sed eius, quod est esse aliter & aliter, causa est alterum agens, quod aliter & aliter agit. Eius vero, quod est aliter & aliter se habere, quod est generationem & corruptionem esse perpetuum, manifestum est, q sunt causa ambo coniunctim scilicet & primum, quod semper similiter agit, & secundum quod aliter & aliter agit. Ex hoc autem concludit, quòd si sic se habent motus cæli, quòd ex eis potest causari perpetuitas generationis & corruptionis in istis inferioribus, non oportet quærere aliqua alia principia .ſ. ideas sicut Platonici posuerunt: vel amicitiam & litem, sicut posuit Empe. quia per hunc modum conuenit assignare causam perpetuitatis generationis & corruptionis. Et si iste modus non ponatur, sequentur inconuenientia, ad quæ deducti sunt primi philosophantes scilicet, quòd omnia {fiant ex nocte} ideſt ex simplici priuatione, aut quòd omnia simul fuerint, vel quòd aliquid fiat ex non ente. Manifestum est ergo, quòd prædicta positione seruata, scilicet quòd sit perpetua generatio & corruptio causata a motu cæli perpetuo, soluentur prædicta inconuenientia, & sequetur, quòd aliquid semper moueatur motu qui non cessat, qui est motus circularis: & hoc non solum apparet ratione, sed ex ipso effectu & per sensum. Vnde necesse est, quòd primum cælum eo quòd semper hoc motu mouet, sit sempiternū. Deinde cum dicit.

h ¶ Concludit ex prædictis perpetuitatem motoris immobilis. Cum enim omne, quod mouetur ab alio moueatur, vt in Phyſicis probatum est: si cælum est perpetuum, & motus est p petuus, necesse est aliquod esse mouens perpetuum. Sed quia i ordine mobilium & mouentium inueniuntur tria: quorum vltimum est, quod mouetur tantum, supremum autem est moues quod non mouetur, medium autem est quod mouetur & mouet, necesse est quòd ponatur aliquod sempiternum mouens quod non mouetur. Probatum est enim in 8. Phy. quòd cum non sit abire in infinitum in mouentibus & motis, oportet deuenire in aliquod primum mouens immobile: quia & si deueniatur in aliquod mouens seipsum, iterum ex hoc oportet deuenire in aliquod mouens immobile, vt ibi probatum est. Si autem primum mouens est sempiternum & non motum, oportet quòd non sit ens in potentia, quia qđ ē ens in potētia natū est moueri, sed quòd sit substantia per se existens, & quòd ei substantia sit actus. Et hoc ē quod supra concluserat. Sed necesse fuit mouere dubitationem quæ erat apud antiquos, vt ea soluta, ostenderetur expressius, quo ordine necesse est peruenire ad primum ens, cuius substantia est actus.

part. 8. Tex.cō.35.

part. 1. Tex.cō.36.

Tex.cō. 37.

LECTIO. VII.

a MOuet autē sicut appetibile & intelligibile. hæc enim sola mouēt non mota. Horum autē prima eadē.cōcupiscibile quidem.n. ipsum apparens: voluntabile autē primum ipsum existēs bonum. Appetimus autē quia videtur magis quàm videtur, qa appetitus principium est intelligentia. Intellectus autem ab intelligibili mouetur.

autē ita contingit, & si non sit, ex nocte erunt, & simul omnia, & ex non ente, soluentur vtiq; hæc. Et est aliquid semper motum motu iugessabili. hæc autē quæ circulo. Et hoc non ratione solum, sed opere palā. Quare sempiternum erit vtiq; primum cælum.

h Est igitur aliquid & qđ mouet. Quoniā autē quod mouet & mouens & mediū. Igitur est aliquid quod nō motū mouet sempiternum, & substantia, & actus ens.

G

LECTIO. VII.

MOuet autem hoc modo. concupiscibile & intelligibile mouet, non motum. horum autem prima eadem sunt. desiderabile nanque, quod apparet bonum. primum vero voluntate affectabile, quod est bonum. magis vero appetimus, quia videtur, quàm videtur, quia appetimus. Principium enim intellectio. Ac intellectus ab intelligibili mouetur.

vere oportet principia. Cum uero & ita contingat (& si non sic, ex nocte, & simul omnibus, & ex non ente erunt) hæc profecto soluentur. Et est aliquid, quod semper iugessabili motu mouetur. hic uero circularis est. & hoc non solum ratione, uerum etiam opere patet. Quare æternum est profecto primum cælum.

Est que aliquid, quod mouet. Cùm vero id, quod mouetur, & mouet, medium sit, est etiam aliquid, quod non motum mouet, quod æternum, & substantia, & actus est.

H

I

K

LECTIO. VII.

a ROstquam Philosophus ostē dit aliquā substantiam esse sempiternam, immaterialem, & immobilem, cuius substantia est actus, procedit ad inquirendum conditionem ipsius substantiæ. Et circa hoc tria facit. Primo, inquirit de perfectione huius substantiæ. Secundo, de vnitate & pluralitate ipsius, ibi. {Verū vero vna ponenda.} Tertio de operatione eius, ibi. {Quæ vero circa intellectum.} Circa primum duo facit. Primo ostendit perfectionem prædictæ substantiæ. Secundo ostendit eam esse i corpoream, ibi. {Ostensum autem est.} Circa primum duo facit. Primo ostendit perfectionem dictę substantiæ. Secundo excludit opinionem contrariam, ibi. {Quicunque autē putant} Circa primum duo facit. Primo ostendit secundum quem modum, mouens immobile moueat. Secundo ex hoc ostendit ea, q ad perfectionem eius pertinent, ibi. {Intelligibilis autem altera.} Dicit ergo primo, quòd cum ostensum sit, quod sit primū mouens non motum, necesse est quòd sic moueat, sicut desiderabile & intelligibile. hæc enim sola scilicet desiderabile & intelligibile inueniuntur mouere non mota. Quod sic patet. Est enim duplex motus, naturalis, & voluntarius, siue secundum appetitum. Mouens autem motu naturali, de necessitate mouetur, cum mouens naturaliter sit generans & alterans. nam etiā grauia & leuia secundum locum mouentur per se, a generante. Generans autem & alterans immediate, oportet quod aliter & aliter se habeant. Vnde etiam supra dictum est, quòd id, quod causat generationem & corruptionem agit aliter & aliter. In motu autem, qui est secundum voluntatem & appetitum, voluntas & appetitus se habent sicut mouens motum, vt patet in uet sicut appetibile, sit mouens non motum. Dicitur autem primum mouens mouere sicut appetibile: quia motus cęli est propter ipsum, sicut propter finem, causatus ab aliquo proximo mouente, quod mouet propter primum mouens immobile, vt assimilet se ei in causando. & explicet in actum id, quod est virtute in primo mouente. Non enim est motus cæli propter generationem & corruptionem inferiorum, sicut propter finem, cū finis sit nobilior eo quod est ad finem. sic igitur primum mouens mouet sicut appetibile. Sed apud nos aliud est quod mouet, sicut desiderabile: & aliud quod mouet, sicut intelligibile bonum, cum tamen vtrunque moueat, sicut mouens non motum. & hoc precipue apparet in eo, qui est incontinens. Nam secundum rationem mouetur ab intelligibili bono, secundum autem vim concupiscibilem mouetur ab aliquo delectabili sm sensum,

Infra le. 9.

Infra le. 11.

Infra le. 8.

parte. 6.

Infra pr. 5. Part. seq.

Tex.cō.34.

Tex.cō.50

sensum, quod videtur bonum, cum non sit bonum simpliciter sed solum secundum quid. Sed non potest esse huiusmodi diuersitas in primo intelligibili & primo desiderabili: sed oportet, q primum intelligibile & primum desiderabile sint eadē. Et hoc ideo, quia concupiscibile, quod non est intelligibile bonum, est apparens bonum.

Primum autem bonum {oportet quòd sit volūtabile,} ideſt appetibile appetitu intellectuali. Nam voluntas in intellectu est, & non in appetitu concupiscentiæ tantum. Et hoc ideo, quia quod appetitur secundū concupiscentiā videtur bonum, eo quòd desideratur. Nam concupiscentia peruertit iudicium rationis, vt ei videatur bonū quod est delectabile. Sed illud, quod appetitur appetitu intellectuali, desideratur, quia videtur bonum secundum se. Huiusmodi enim {appetitus principium est in intelligentia} ideſt actu intellectus, qui mouetur quodammodo ab intelligibili. Sic igitur patet, quòd cō cupiscibile nō est bonum, nisi quod desideratur secūdum rationis dictamen. Nō ergo potest esse primum bonum, sed solum illud, quod quia bonum est, mouet & siderium, quod est appetibile & intelligibile simul. Deinde cum dicit.

tex. cō. 37.

part. 2.

part. 3.

part. 4.

Tex. cō. 38

b ¶ Quia ostenderat primum mouens esse intelligibile & appetibile, restat modo ostendere ex hoc, quomodo in primo mouente perfectio inuenitur, & circa hoc tria facit. Primo enim, ostendit ex ratione intelligibilis & appetibilis perfectionē ipsius secundum se. Secundo, per comparationem ad primum mobile, ibi. {Mouet autem vt amatum.} Tertio, per comparationē ad id quod appetit & intelligit ipsum, ibi. {Deductio autem &c.} Circa primum duo facit. Primo, ostendit perfectionē primi mouentis ex eo quòd est intelligibile. Secundo ex eo quòd est appetibile, ibi. {At vero quod bonum &c.} Dicit primo, q sicut mouentia & mota habent suam coordinationem, ita intelligibilia habent suam coordinationem, quam quidem coelementationem intelligibilem vocat, eo quòd vnum intelligibile est primum principium intelligendi alterum: sicut etiam vnū mouens, alteri est causa mouendi. Sicut igitur ex ordinatione mouentis & moti, ostensum est quòd primum mouens est substantia simplex & actus, ita etiam inuenitur idem, ex ordinatione intelligibilium. Manifestum est enim quòd inter intelligibilia, substantia est prima, eo quòd accidentia non intelligimus nisi per substantiam, per quā diffiniuntur. Et inter substantias prius ē intelligibile simplex, quam compositum. nam simplicia claudūtur in intellectu compositorum. Et inter simplicia, quæ sunt i genere substantiæ, actus est prius intelligibile quam potentia. nam potentia diffinitur per actum. Relinquitur igitur, quòd primum intelligibile sit substantia simplex, quæ est actus. Et ne videatur incidere in opinionem Platonis, qui posuit primum principium rerum ipsum vnum intelligibile, ostendit consequēter differentiam inter vnum & simplex, & dicit quòd vnum & simplex, non idem significant, sed vnum significat mensuram, vt in Decimo ostensum est. Simplex autem, significat dispositionem, secundum quam aliquid aliqualiter se habet, quia videlicet non est ex pluribus constitutum. Deinde cum dicit.

Infra le. se. part. prima.

parte seq.

Tex.cō.2.

A c ¶ Ostendit idem ex ratione appetibilis dicens, quòd hoc, quod est bonum per se eligibile, secundum eandem ordinationem se habet. Nam illud, quod est prius in genere intelligibilium, est etiam melius in genere appetibilium, aut aliquid ei p portionaliter respondens. Quod quidem dicit, quia intelligibilia actu sunt secundum quod sunt in intellectu, appetibilia autem secundum qđ sunt in rebus. Bonū enim & malum in rebus sunt, vt in Sexto dictum est. Sic igitur sicut ratio intelligibilis substantiæ est prior quàm ratio intelligibilis accidētis, sic se habent bona, quæ proportionaliter respondent his rationibus. Si ergo igitur optimum erit substantia simplex, quæ est actus, quod est primum inter intelligibilia. Et sic manifestum est, quòd primum mouens idem est quod primum in telligibile, & primū appetibile, quod est optimum. Sed, quia appetibile, & bonum habent rationem finis, finis autem non videtur esse in rebus immobilibus, vt in obiectionibus Tertij libri actum est: ideo hanc dubitationem remouet, & dicit, q hæc diuisio, qua distinguitur quot modis dicitur finis, ostēdit quòd cuius causa ideſt finis, aliquo modo potest esse in immobilibus. Dupliciter autem potest esse aliquid finis alterius. Vno modo, sicut præexistens motus grauium. & huiusmodi finem nihil prohibet esse in immobilibus. Potest enim aliquid tendere per suum motum ad participandum aliqualiter aliquo immobili. & sic primum mouens immobile potest esse finis. Alio modo dicitur aliquid esse finis alicuius, sicut quod non est in actu, sed solum in intentione agentis, per cuius actionem generatur: sicut sanitas est finis operationis medicinæ. et huiusmodi finis non est in rebus immobilibus.

B

C

D

E

Intelligibile uero alter ordo est, qui per seipsum est. & huius substantia prima, atque huiusce quæ simplex & secundum actum est. Est autem unum, & simplex non idem. siquidem unum significat mensuram, simplex uero, quomodo se habeat ipsum.

At uero bonum quoque, & quod per se eligibile est in eodem ordine sunt. & semper primum est optimū, aut proportionale. Quod uero cuius gratia in immobilibus sit, ipsa diuisio manifestat. est enim id cuius gratia alicui eorum, quorum hoc quidem est, hoc uero non est.

Mouet itaque, ut quod amatur. quod mouetur autem, cætera mouet. At si quid mouetur, contingit etiam aliter se habere. Quare, si latio prima, etiam actus est, quo mouetur, hoc modo sanè contingit aliter se habere secundum locum, quamuis non secundum substantiam. Cum autem aliquid sit mouens, ipsum immobile existens, actu ens, hoc nullo modo contingit aliter se habere. latio nanque prima mutationum est. huius autem, quæ circularis est. hanc autem illud mouet. Ex necessitate itaque est ens. & prout necessitas, bene est.

d ¶ Comparat primum mouens immobile ad primum mobile dicens, quòd cum primum mouens immobile moueat quasi amatum, necesse est quòd aliquid sit primo motum ab ipso, per quod mouet alia. & hoc est primum cælum. Quia igitur supponimus quòd motus sit sempiternus, oportet quòd illud, quod primo mouetur, sempiterne moueatur, & per ipsum moueantur alia. Dicitur autem melius quasi amatum quam quasi desideratum, cum desiderium sit eius quod nondum habetur, sed amor etiam habiti est. Et si oportet quòd sempiterne moueatur, necesse est quòd non contingat aliter & aliter ipsum se habere, sed vt sit semper in eadem dispositione secundum substantiam. Vnde necesse est quòd primus motus, quo mouetur primum {mobile sit latio} ideſt motus localis: quia quod mouetur {secundum alios motus} ideſt generationem & corruptionem, augmentum & diminutionem, & alterationem, necesse est quòd aliter & aliter se habeat secundum aliquid, quod in ipso est, scilicet secundum substantiam, quantitatem & qualitatem. Sed quod mouetur secundum loci mutationem, habet qui dem se aliter & aliter secundum locum, qui est extrinsecus locato, sed non secundum substantiā, vel secundum aliquam intrinsecam dispositionem substantiæ. Cum igitur primum mobile habeat se aliter & aliter secundum locum & nō secundum substantiam, oportet quòd primū mouens, quod est immobile & semper

& semper actu ens, nullo modo possit aliter & aliter se habere, quia non potest moueri. moueretur enim maxime secundum primum motum. Primus autem motus est motus circularis. hoc autem genere, primus motus est motus circularis. hoc autem motu non mouetur, cum hoc motu moueat. Primū enim mouens non mouetur illo motu, quo mouet, sicut primū alterans non alteratur. non igitur mouetur circulariter. & per consequens nullo modo potest moueri. & hic nō potest aliter & aliter se habere. vnde sequitur, quòd primus motus sit existens in mobili ex necessitate. hoc enim est necessarium quod non potest nō esse, sed ex necessitate est non sicut ea, q̄ sunt per violentiam: sed necessitas eius ē ipsum bene se habere. Et eius mouens ē principium motus. s. vt desideratum & finis. Et quòd talis sit eius necessitas, manifestum est ex diuisione necessarij. Necessarium enim tribus modis dicitur. Vno modo quod est per violentiam, quia fieri licet non potest non accidere propter impetum inferētis violentiam. Alio modo dicitur, sine quo non est aliquid bene, seu q̄a sine eo nullo modo potest esse finis. sicut cibus necessarius est ad vitam animalis: quia sine eo non est aliquid perfectē se habens, sicut equus est necessarius ad iter, quia sine eo non faciliter itur. Tertio modo dicitur necessarium quod non conuenit aliter & aliter se habere, sed simpliciter, & secundum se necessarium est. Cum ergo dicitur, quòd cælum ex necessitate mouetur, non potest dici quòd huiusmodi sit necessitas violentiæ, quia in rebus incorruptibilibus non est aliquid extra naturam. Quæ autem sunt violenta, sunt extra naturam. Similiter non potest esse necessitas absoluta, quia primū mobile est mouens seipsum, vt probatur in 8. Physi. Quod autem seipsum mouet, in seipso habet moueri & non moueri. Relinquitur ergo quòd necessitas primi motus sit necessitas ex fine, inquantum fine perpetuitate talis motus non conuenit esse conuenientem ordinem ad finem. Ex hoc igitur principio, q̄ est primum mouens sicut finis, dependet cælum, & quātum ad perpetuitatem substantiæ suæ, & quantum ad perpetuitatē sui motus. Et per consequens dependet a tali principio tota natura, eo quòd omnia naturalia dependent a cælo & a tali motu eius. Attendendum est autem, quòd cum Aristo. hic dicat q̄ necessitas prima motus non est necessitas absoluta, sed necessitas, quæ est ex fine. Finis autem principium est, quòd postea nominat Deum, inquātum attenditur per motum assimilatio ad ipsum: assimilatio autem ad id, quod est volens, & intelligens, cuiusmodi ostendit esse Deum, attenditur secundum voluntatē & intelligentiam, sicut artificiata assimilantur artifici, inquantum in eis voluntas artificis adimpletur: sequitur quòd tota necessitas primi motus subiaceat voluntati Dei.

part. 1. Tex.cō.39.

part. 2.

Part. 3.

LECTIO. VIII.

Ile Philosophus comparat primum, quod mouet sicut intelligibile & desiderabile ad id, quod intelligit & desiderat ipsum. Necesse est enim, si primum mouens mouet sicut primum intellectum & desideratum, quòd primum mobile desideret & intelligat ipsum. Et principium. Nam necessarium toties. hoc quidē videtur quod propter impetū, illud vero sine quo non bene. hoc autem non contingens aliter, sed simplicit er. Ex tali igitur principio dependet cælum & natura.

a

LECTIO. VIII.

Eductio autem qualis optima paruo tempore nobis. Sic enim sē per illud est, nobis quidem impossibile.

G

b Quoniā est delectatio actus eius. Et propter hoc vigilatio, sensus, & intelligibilia, & delectabilissimum. species vero & memorię propter hoc. Intelligentia autem quæ secundum se eius quod secūdū se optimū: & q̄ maxime, eius quod maxime.

c Seipsum autē intelligit intellectus secundū transumptionē intelligibilis. Intelligibilis. nisi attingēs & intelligens. Quare idem intellectus & intelligibile. Susceptiuum enim intelligibilis & substantiæ. Actuatur autē habens. Quare illud magis illud est id diuinum, quod intellectus. Et sic principium. Necessarium nāque toties dicitur, quoddam sine quo non bene esset: quoddam, quod non aliter contingit se habere. sed simpliciter est. a tali ergo principio tum cælum, tum natura dependet.

H

Egentia uero, qualis nobis pauco tempore, optima illi est. siquidem ita semper illud est. nobis autem profectō id impossibile est.

Quoniam & delectatio actus huius est. Et ob hoc vigilatio, sensus, intellectio, maxime delectabile est. spes autem, ac memoria propter hæc. Ipsa uero intellectio secūdum se eius est, quod secundum se optimum est, & quæ maxime est, eius quod maxime est.

Seipsum vero intellectus intelligit assumptione intelligibilis. intelligibilis nanque sit attingens & intelligēs, ita ut idem intellectus & intelligibile sit. susceptiuum enim intelligibilis & substantiæ intellectus est, operatur autem, habens. Quare istud magis quām illud est id diuinum, quod intellectus. Et sic principium. Necessarium nāque toties dicitur, quoddam sine quo non bene esset: quoddam, quod non aliter contingit se habere. sed simpliciter est. a tali ergo principio tum cælum, tum natura dependet.

Species enim in memoria sunt delectabiles, inquantum præteritas vel futuras operationes delectabiles ingerunt animis, vt præsentes. Quia igitur in actu sensus, & intellectus, delectatio consistit, manifestum est, {quòd intelligentia,} ideſt actus intellectus inquantum huiusmodi, est eius, quòd est secundum se optimum. Bonum enim intelligibile, excedit bonum sensibile, sicut bonum immobile, & vniuersale bonum mutabile & particulare. Etiam sequitur quòd delectatio, quæ est in actu intellectus, sit eminentior delectatione, quæ est in actu sensus. Et per consequens oportet, quòd maxima & perfectissima intelligentia, sit maxime optimi. Et ita sequitur maxima delectatio. Sic igitur manifestum est, quòd in illa intelligentia, qua intelligitur primum mouens, quod etiam est primum intelligibile, est maxima delectatio.

I

c ¶ Ostendit quòd in primo intelligibili est adhuc perfectior intelligentia & delectatio quām intelligente & desiderante ipsum. Et dicit, quòd hoc est de ratione intellectus, quòd intelligat seipsum inquantum transumit vel concipit in se aliquid intelligibile. Fit enim intellectus intelligibilis per hoc, quòd attingit aliquod intelligibile. Et ideo, cum ipse intellectus fiat intelligibilis concipiendo aliquod intelligibile, sequetur quòd idem sit intellectus & intelligibile. Quomodo autem intellectus attingat intelligibile exponit. Intellectus enim comparatur ad intelligibile sicut potentia ad actum, & perfectibile ad perfectionem. Et sicut perfectibile est susceptiuum perfectionis, ita intellectus est susceptiuus sui intelligibilis. Intelligibile autem proprie est substantia. Nam obiectum intellectus est q̄d quid est. Et propter hoc dicit, quod intellectus est susceptiuus intelligibilis & substantiæ. Et quia vnumquodque fit actu inquantum consequitur suam perfectionem, sequitur quòd intellectus fiat in actu, inquantum recipit intelligibile. Hoc autem est esse actu in genere intelligibilium, quod est esse intelligibile. Et quia vnumquodque inquantum est actu, est agens, sequitur quod intellectus inquantū attingit intelligibile, fiat {agens & operans} ideſt intelligens. Sed sciendum est, quòd substantiæ materiales, non sunt intelligibiles actu, sed potentia: fiunt autem intelligibiles actu per hoc, quòd mediantibus virtutibus sensitiuis earum similitudines, immateriales redduntur per intellectum agentem. Illæ autem similitudines non sunt substantię, sed quædam species intelligibiles in intellectu possibili receptæ. Sed secundū Plato. species intelligibiles rerum materialium erant per se subsistentes. vnde ponebat, quòd intellectus noster sic intelligeus actu per hoc q̄ attingit ad huiusmodi species separatas per se subsistentes. Sed secundum opinionem Aristo. intelligibiles species rerū materialiū, non sunt substantiæ per se subsistentes. est tamen aliqua substantia in telligibilis per se subsistens, de qua nunc agit. Oportet enim esse primum mouēs substantiam intellegentem & intelligibilem. Relinquitur igitur, quòd talis est cōparatio intellect⁹ primi mobilis, ad illam primam intelligibilē substantiam mouentem, qualis est secundum Platonicos cōparatio intellect⁹ nostri ad species intelligibiles separatas, secundum quarum cōtactum & participationem fit intellect⁹ actu, vt ipse dicit. Vnde intellectus primi mobilis, fit intelligens in actu per contactum aliquālē primæ substantiæ intelligibilis. Propter q̄d autem vnumquodq; tale, & illud magis. Et ideo sequit quòd quicquid diuinū & nobile, sicut est intelligere & delectari, inuenitur i intellectu attingēte, multo magis inuenitur in intelligibili primo, q̄d attingitur. & ideo cō sideratio eiusdem, & delectabilissima ē & optima. huiusmodi autem primum intelligibile dicitur Deus. Cum igitur delectatio, quam nos habemus intelligendo, sit optima, quamuis eam non possimus habere nisi modico tempore, si Deus semper eam habet, sicut nos quandoque, mirabilis est eius felicitas. Sed adhuc mirabilior, si eam habet potiorem semper, quām nos modico tempore.

d ¶ Tertio, quia dixerat quòd Deo competit consideratio, ostendit quomodo se habeat ad eam. Et dicit quòd Deus est ipsa vita. Quod sic probat. {Actus intellectus} ideſt intelligere, vita quædam est, & est perfectissimum, quod est in vita. Nam actus secundum quod ostensum est, perfectior est potentia. Vnde intellectus in actu perfectius viuit quām intellectus i potentia, sicut vigilans quam dormiens. Sed illud primum scilicet Deus, est ipse actus. Intellectus enim eius est ipsum suum intelligere: alioquin compararetur ad ipsum, vt potentia ad actū.

part. 4.

Tex.cō.40. et 1.

Cap. 4 & 8.

Tex.cō.41.

. 6.

Ostensum autem est supra, quòd eius substantia est actus. Vnde relinquitur, quòd ipsa Dei substantia sit vita, & actus eius sit vita ipsius optima & sempiterna, quæ est secundum se subsistens. Et inde est, quòd in fama hominum dicitur, quòd Deus est animal sempiternum & optimum. vita enim apud nos in solis animalibus apparet manifeste. Inde est ergo quòd dicit animal, quia vita cōperit ei. Quare manifestum est ex præmissis, q̄ vita & duratio continua & sempiterna inest Deo, quia Deus hoc ipsum est quod est sua vita sempiterna, non quòd aliud sit ipse & vita eius. Deinde cum dicit.

Tex.cō. 31

A

e ¶ Excludit opinionem attribuentium imperfectionem primo principio dicens quòd non recte existimant quicunque non ponunt optimū & nobilissimum inueniri i primo principio, vt Pythagorici, & Leucippus, qui ex hoc mouebantur, quòd principia animalium & plantarū sunt quædam causæ boni & perfectionis. Sed bonum & perfectum non inuenitur in principijs, sed in his, quæ producuntur ex eis: sicut semina, quæ sunt principia animalium & plātarū imperfecta sunt ex aliquib⁹ aliis prioribus perfectis. Hoc igitur soluit interimendo motiuum eorum. Sperma enim non est primum simpliciter, sed aliquid perfectum: vt si quis dicat hominem esse priorē spermate, nō quidem eum, qui dicitur nasci ex sperma te, sed alterū, ex quo sperma resoluitur. Probatum est enim supra, q̄ actus simpliciter est prior potentia, licet in vno & eodem ordine generationis & temporis potentia præcedat actum. His autem habitis, epilogando cōcludit manifestū esse ex dictis, quòd est aliqua substantia sempiterna & immobilis, separata a sensibilibus. Deinde cum dicit.

Lib. 9. Tex.cō.13.

Tex.cō.38.

Tex.cō.34.

f ¶ Prosequitur quædam, quæ adhuc consideranda restant de prædicta substantia. Et primo ostendit, quòd est incorporea dicens, quòd ostensum est in Octauo Physi. quòd huiusmodi substantia nullam magnitudinem potest habere, sed est impartibilis & indiuisibilis. Cuius breuiter resumit probationem dicēs, quòd huiusmodi substantia mouet in infinito tempore, cum primus motus sit sempiternus, vt supra dixit. Ex hoc autem sequitur quod eius virtus sit infinita. Videmus enim in mouentibus inferioribus, quòd quanto aliquid est maioris virtutis tanto virtus se extendit ad diuturniorem operationem. nullum autem finitum potest habere potentiam infinitam. Vnde sequitur, quòd propter hoc prædicta substantia non habebit magnitudinem

Lect. 6.

B

At ita se habet. Cæterum, uita quoque profecto inexistit. siquidem intellectus operatio uita est, ille uero est actus. actus uero per se illius uita optima, & perpetua est. Dicimus itaque Deum, sempiternum, optimū que uiuens esse. Quare uita, & æuū continuum, & æternum Deo inest. hoc enim est Deus.

Quicunque vero (ut Pythagorici & Speusippus) putant optimum, & pulcherrimum non esse in principio, eo quod plantarum quoque ac animalium principia causæ quidem sunt, bonum uero & perfectum in his esse, quæ ex his sunt, non recte putant: semen nanque ex alijs prioribus perfectis est. neque semen primum est, sed quod perfectum est. uelut hominem dicere quispiam possit priorem semine esse, non illum, qui eo generatur, sed alium, ex quo ipsum semen est. Quod itaque est quædam æterna, immobilisque substantia, & a sensibilibus separata, constat ex dictis.

C

D

Ostensum autem est, quòd nec ullā magnitudinem possibile est hanc substantiam habere, uerum imparibilis indiuisibilisque est. nam infinito tempore mouet. nihil uero finitum infinitam potentiam habet. cum uero omnis magnitudo aut infinita, aut finita sit, finitam quidem propter hoc non habebit magnitudinem: infinitam uero, quoniam omnino nulla est infinita magnitudo.

E

gis isto quod videtur intellect⁹ diuinum habere, & speculatio, delectabilissimum & optimū. Si igitur sic bene habet, vt nos quandoque, Deus semper mirabilis. Si autem magis, adhuc mirabilius habet aliquis.

d Et vita autem vtiq; existit. Etenim intellectus, actus, vita. Illud autē, ipse actus est. Actus autē quod secundum se illius. vita optima & sempiterna. Dicimus autē Deum esse animal sempiternum optimum. Quare vita, & duratio continua & æterna existit Deo. Hoc. n. De⁹.

e Quicunq; autē putant vt Pythagorici & Leucippus, optimum & nobilissimum non in principio esse, quare plantarū, & animaliū principia sunt causę, bonum vero & perfectum in his, quæ ex his, non recte existimant. Nam sperma ex alteris ē prioribus perfectis, & primum non est sperma, sed perfectum, vt priorem hominem dicat aliquis esse spermate. Non enim q̄ ex hoc fit. sed alterum, ex quo sperma. Quod quidem igitur est substantia alia sempiterna & immobilis separata a sensibilibus, manifestum ex his.

f Ostensum est autē, & quia nō contingit habere hanc substantiam magnitudinē nullam. Verū sine parte & indiuisibilis ē. Mouet enim per infinitū tempus, & non habet potentiā infinitam finitum. Quoniā autem omnis magnitudo finita ē, aut infinita: finitam quidē propter hoc vtiq; nō habebit magnitudinem. Infinitam vero non, quia totaliter nulla est infinita magnitudo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Lect. 11. Lect. 10.

tudinem finitam. Magnitudinem autem infinitam habere non potest, quia nulla magnitudo est infinita, vt supra probatum est. Quia igitur omnis magnitudo vel est finita, vel infinita, relinquitur quòd prædicta substantia sit omnino absque magnitudine. Non autem virtus huius substantiæ dicitur infinita

part. 7.

priuaque, secundum quod infinitum congruit quantitati, sed dicitur negatiue, prout, scilicet non limitatur ad aliquem determinatum effectū. Non autem potest dici virtus cœlestis corporis infinita, etiam si infinito tempore moueat inferiora corpora, quia non mouet nisi motum. & ita influētia, est ex primo mouente. Sed nec etiam potest dici, q in corpore cœlesti sit virtus infinita, & si infinito tempore esse habeat, quia in eo non est virtus actiua sui esse, sed solum susceptiua. Vnde infinita eius duratio, ostendit virtutem infinitam exterioris principii. Sed ad hoc quòd ipsū susciperit incorruptibile esse ab infinita virtute, requiritur quòd in

Tex. cō. 43. part. 2.

ipso non sit principium corruptionis, neque potentia ad non esse.

g ¶ Secundo, quia supra ostenderat, q primum mouens nō mouetur motu locali, ostēdit consequenter quòd nec etiam aliis motibus dicēs, quòd etiam impossibile est, esse alterabile primum mouens. Ostensum enim est supra, quòd non mouetur motu locali. omnes autem alij, motus sunt posteriores isto motu, qui est secundum locum. Remoto igitur primo, necesse est remoueri posteriora. vnde quicquid inuenitur moueri aliis motibus, mouetur motu locali. Vltimo autem concludit, quòd manifestum est, quòd prædicta se habeant, sicut determinatum est.

LECTIO. IX.

a Postquam Philosophus ostendit perfectionem substantiæ immaterialis, hic inquirit de vnitate, vel multitudine eius. & circa hoc tria facit. Primo, ostendit necessitatem pertractandi hic quæstionem, quia ab aliis nihil de hoc determinate dictum est. Secundo, ostendit, quòd sunt plures, ibi. ¶ Nobis autem ex suppositis. ¶ Tertio, ostendit quot sunt ibi. ¶ Pluralitatem vero lationum. ¶ Dicit ergo primo, quòd non oportet latere vtrum sit ponendum vnā

Part. seq. Inf. pt. 4.

solam substantiam talem, scilicet sempiternam immaterialem, aut plures: & si plures, quot sunt, sed etiam oportet ¶ commemorare negationes aliorum ¶ ideſt quòd alii nihil dixerunt. quod sit manifestum, & planum de pluralitate harum substantiarum. Quod sic patet. Ponentes enim substantias immateriales, maxime fuerunt qui posuerunt ideas. Opinio autē de ideis secundum id quod sunt, non habent rationem alicuius certæ pluralitatis, quia ideæ ponunt omnium rerum, quæ communicant in aliquo communi. Sed quia ponentes ideas dixerunt, eas esse numeros, ex parte numerorum aliqua ratio haberi po-

F terat pluralitatis. Sed tamen de pluralitate numerorū non semper eodem modo differebant. Sed quandoque dicebant species numerorū esse infinitas. quod quidē verum est, quantum ad ipsam propriam numerorum rationem, quia semper vnitas addita, aliam speciem numeri facit. Vnde, cum in infinito additio fieri possit in numeris, in infinitum species numerorum multiplicantur. Quandoque autem dicuntur species numerorum determinari vsque ad. 10. & hoc quantum ad numerorum nominationem. Nanq; omnes numeri supra decē videntur esse secundum nomen alicuius primi numeri ali qualiter iterati. Sed non possunt ostendere per determinatam rationē, quare sit tanta pluralitas numerorum, scilicet vsque ad. 10. & non plus neque minus. Nec est mirum, cum ista determinatio specierum, non sit secundum rem, sed secundum nomen. Assignant autem alii hanc rationem, quia numerus denarius generatur ex progressione numerorū vsque ad quaternariū, qui est primus numerus quadratus. Vnus enim & duo sūt tria, quibus si tria addantur, fiunt sex, quatuor autem additis, consurgunt decem. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit, quòd necesse est esse plures hujusmodi substantias. & circa hoc duo facit. Primo, resumit quod ostensū est de primo principio dicens, quòd ex his nihil dixerint demōstratiue de pluralitate substātiarū separatarū, nobis dicendū est de hoc per ea q sunt supposita, & determinata prius. Dictū est. n. supra quòd primum principiū entium, est quoddam quod nō mouetur, neque secundum se, neque secundum accidens, sed mouet vnum motum, qui est primus & sempiternus. Quia enim omne quod mouetur, necesse est ab aliquo moueri, vt probatum est in. 8. Phy. necesse est, quòd primum mouens sit omnino immobile, & sempiternus motus sit a sempiterno motore, & vnum motum ab vno motore.

c ¶ Secundo ostendit, quòd post primum principium, necesse est ponere plures substantias immateriales sempiternas dicens, quòd præter simplicem motum localem vniuersi, qui est motus diurnus, quo totum cœlum reuoluitur, & est vniformis, & est simplicissimus, quem motum causat prima substantia immobilis, videmus aliquos motus locales planetarum, qui etiam sunt sempiterni, quia corpus circulare, scilicet cælum, est sempiternum. Vnde sempiternitas motus, nō tollitur per corruptionem mobilis. Et ¶ est instabile ideſt non potens quiescere. vnde motus iste non intercipitur quiete. Et ista probata sunt in scientia naturali tam in libro Physi. quàm in libro de Cælo. vnde necesse est quòd quilibet horum motuum, moueatur a motore per se immobili, & a substantia sempiterna. Quod quidem ideo necesse est, quia astra sempiterna sunt, & substantiæ quædam sunt. Vnde oportet quòd moues ea, etiam sempiternum sit, & substantia. mouens enim est prius moto. Et quod est prius substantia,

stantia, necesse est esse substantiam. Vnde manifestum est, q necesse est, quot sunt lationes astrorum, tot esse substantias, quæ sunt naturaliter sempiternæ, & secundum se immobiles & sine magnitudine, propter causam supra assignatā: quia scilicet mouent tempore infinito, & sic per consequens virtute infinita. manifestum est igitur, quòd sunt aliq substantiæ immateriales secundum numerum motuum astrorum, & quòd earum etiam ordo est secundum ordinem eorūdem motuum. Considerandum est autem, quòd post primam lationē Arist. non computat nisi lationes planetarum, quia eius tēpore nondum erat deprehensus motus stellarum fixarum. Vnde existimauit, quòd octaua sphæra, i qua sūt stellæ fixæ, esset primum mobile, & mo-

14. tor eius esset primū principium. Sed postea deprehensus ē, ab Astrologis motus stellarum fixarum. i contrariū primi motus. Vnde necesse est quòd supra sphæram stellarum fixarū, sit alia circūdans totū, quæ reuoluit totum cælū motu diurno, & hoc est primū mobile, quod mouetur a primo motore secū dū Arist. Sed Auic. posuit quòd primū mobile mouetur immediate, non a primo principio, sed ab intelligētia, a primo principio causata. Cum enim primum principium sit vnum simpliciter, existimauit quòd ab eo non potest causari nisi vnum, quod est intelligentia prima, in qua quidem incidit aliqua pluralitas potentiæ, & actus, secundum quòd acquirit esse ab eo. Comparatur enim ad id, a quo dependet secundum suum esse, sicut potentia ad actum. Sic igitur prima intelligentia potest immediate causare plura. nam secundum quod intelligit se, prout habet aliquid de potentia, causat substantiam orbis, quem mouet. Secundum autem quòd se intelligit, prout habet in actu esse ab alio, causat animam sui orbis. Secundum autem quod intelligit suum principium, causat intelligentiam sequentem, quæ mouet inferiorem orbem, & deinceps vsque ad sphæram lunæ. sed hoc non habet necessitatē. Nam causa agens non est in illis substantijs superioribus, sicut in rebus materialibus, vt necesse sit ex vno rantum vnum causati, quia causa & causatum in eis sunt secundum esse intelligibile. Vnde secundum plura, quę possunt intelligi ab vno, possunt ab vno plura causari. Et satis conueniens videtur, vt primus motus rerum corporalium, a quo omnes alij dependent, habeat pro causa principium immaterialium substantiarum, vt sit quę

E dam connexio & ordo sensibilium & intelligibilium. Dē hoc autem, quod Philosophus dicit, quòd ordo substantiarum separatarum est secundum ordinem motuum & mobilium, potest esse dubitatio. nam Sol, maior est quantitate inter omnes planetas, & eius effectus magis apparet in rebus inferioribus, & etiam motus aliorum planetarum ordinātur per motum Solis, & quodammodo consequuntur i; sunt. Vnde videtur, quòd substantia quæ monet Solem, sit nobilior substantijs, quæ mouent alios planetas, cum tamen Sol non sit super omnes alios Planetas. Sed cum in corporibus id quod est continens, sit formalius, & per hoc dignius & perfectius, & comparetur ad corpus contentum, sicut ad partem totum, sicut dicitur Quarto Physicorum, necessarium est, quòd cum sphæra superioris pla-

A netæ contineat sphæram inferioris, quòd planeta superior, ad quem ordinatur tota sua sphæra, sit altioris & vniuersalioris virtutis, quàm planeta inferior, & diuturniores operetur effectus, vtpote propinquior existens primæ sphæræ, quæ per suum motum causat sempiternitatem, vt supra dictum est. Et inde est, q sicut dicit Ptolomeus in quadripartito, effectus Saturni coaptātur ad vniuersalia loca & tempora, Iouis ad annos, Martis, Solis, Veneris & Mercurij ad menses, Lunæ autem ad dies. Et Tex. cō. 34.

inde est, quòd effectus planetarum apparēt in illis inferioribus secundum ordinem eorundem. Nam primi tres superiores, videtur ordinari ad ea quæ pertinēt ad existentiam rei secundū seipsam. nam ipsa stabilitas esse rei attribuitur Saturno. Perfectio autē rei & bona habitudo correspondet Ioui. Virtus autem rei secundum quòd se contra nociua tuetur & ea propellit, correspondet Marti. Tres vero planetę alij, videntur p prium effectum habere ad motū ipsius rei existentis, ita q Sol sit vt vniuersale principium motus. & propter hoc eius operatio in motionibus inferioribus maxime apparet. Venus autem videtur quasi proprium effectum habere magis determinatum, ideſt generationem, per quam aliquid consequitur

B speciem, & ad quam, scilicet omnes motus alii ordinantur in istis inferioribus. Mercurius autem videtur proprium effectum habere in multiplicatione, ideſt distinctione indiuiduorum in vna specie. & propter hoc, varios habet motus. Et ipse etiam cū naturis omnium planetarum miscetur, vt Astrologi dicunt. Lunę autem proprie competit immutatio materiæ, & dispositio ipsius ad recipiendum omnes impressiones cœlestes. Et propter hoc, videtur quasi esse deferens impressiones cœlestes, & applicans inferiori materiæ. Sic igitur quanto corpus cœleste est superius, tanto habet vniuersaliorem, diuturniorem, & porentiorē effectum. Et cum corpora cœlestia sint quasi instrumenta substantiarum separatarum mouentium, sequitur quòd substantia, quæ mouet superiorem orbem, sit vniuersalioris conceptionis & virtutis. & per consequens oportet quòd sit nobilior.

d ¶ Inquirit, quot prædictæ substantiæ sint, & diuiditur in duas partes. In prima inquirit primo numerū motuum cœlestium. In secunda, ex hoc concludit numerum substantiarum mouentium, ibi. ¶ Quare & substantia, & principium. ¶ Circa primum duo facit. Primo, ostendit vnde accipiendus sit numerus motuum cœlestium. Secundo, ponit circa hoc opiniones diuersas, ibi. ¶ Eudoxius vero. ¶ Dicit ergo primo, quòd pluralitatem lationum siue motuum cœlestium, oportet cognoscere ex Astrologia, quę maxime propria est ad hoc, inter scientias Mathematicas. Ipsa namque sola inter eas speculatur de substantia sensibili, & æterna, scilicet de corpore cœlesti. Aliæ vero scientiæ Mathematicæ de nulla substantia considerant, sicut de Arithmetica patet, quæ est circa numeros, & de Geometria, quę circa magnitudines est. Numerus autē & magnitudo sunt accidentia. Quod autem sint plures motus corporum quæ feruntur in cælo, scilicet planetarum, manifestum est his, qui parum attingunt de scientia Astrologiæ, quia ¶ Vnumquodque astrorum errantium ¶ ideſt planetarum mouetur pluribus lationibus, & non

terat pluralitatis. Sed tamen de pluralitate numerorū non semper eodem modo differebant. Sed quandoque dicebant species numerorū esse infinitas. quod quidē verum est, quantum ad ipsam propriam numerorum rationem, quia semper vnitas addita, aliam speciem numeri facit. Vnde, cum in infinito additio fieri possit in numeris, in infinitum species numerorum multiplicantur. Quandoque autem dicuntur species numerorum determinari vsque ad. 10. & hoc quantum ad numerorum nominationem. Nanq; omnes numeri supra decē videntur esse secundum nomen alicuius primi numeri aliqualiter iterati. Sed non possunt ostendere per determinatam rationē, quare sit tanta pluralitas numerorum, scilicet vsque ad. 10. & non plus neque minus. Nec est mirum, cum ista determinatio specierum, non sit secundum rem, sed secundum nomen. Assignant autem alii hanc rationem, quia numerus denarius generatur ex progressione numerorū vsque ad quaternariū, qui est primus numerus quadratus. Vnus enim & duo sūt tria, quibus si tria addantur, fiunt sex, quatuor autem additis, consurgunt decem. Deinde cum dicit.

b ¶ Ostendit, quòd necesse est esse plures hujusmodi substantias. & circa hoc duo facit. Primo, resumit quod ostensū est de primo principio dicens, quòd ex his nihil dixerint demōstratiue de pluralitate substātiarū separatarū, nobis dicendū est de hoc per ea q sunt supposita, & determinata prius. Dictū est. n. supra quòd primum principiū entium, est quoddam quod nō mouetur, neque secundum se, neque secundum accidens, sed mouet vnum motum, qui est primus & sempiternus. Quia enim omne quod mouetur, necesse est ab aliquo moueri, vt probatum est in. 8. Phy. necesse est, quòd primum mouens sit omnino immobile, & sempiternus motus sit a sempiterno motore, & vnum motum ab vno motore.

c ¶ Secundo ostendit, quòd post primum principium, necesse est ponere plures substantias immateriales sempiternas dicens, quòd præter simplicem motum localem vniuersi, qui est motus diurnus, quo totum cælum reuoluitur, & est vniformis, & est simplicissimus, quem motum causat prima substantia immobilis, videmus aliquos motus locales planetarum, qui etiam sunt sempiterni, quia corpus circulare, scilicet cælum, est sempiternum. Vnde sempiternitas motus, nō tollitur per corruptionem mobilis. Et ¶ est instabile ideſt non potens quiescere. vnde motus iste non intercipitur quiete. Et ista probata sunt in scientia naturali tam in libro Physi. quàm in libro de Cælo. vnde necesse est quòd quilibet horum motuum, moueatur a motore per se immobili, & a substantia sempiterna. Quod quidem ideo necesse est, quia astra sempiterna sunt, & substantiæ quædam sunt. Vnde oportet quòd moues ea, etiam sempiternum sit, & substantia. mouens enim est prius moto. Et quod est prius substantia,

Tex. cō. 29. & inde.

Tex. cō. 35.

At uero & quod impassibilis, & inalterabilis est: omnes nanq; reliqui motus posteriores eo sunt, qui secundū locum est. Et quidem hæc propter quid hoc se habeant, modo dilucida sunt.

LECTIO. IX.

Vtrum autem una sit ponenda talis substantia, an plures, & quot, non oportet nos latere, sed meminisse quoque aliorum sententias, quòd de pluralitate nihil, quod dictum perspicuum sit, dixerunt. De ideis nanque opinio nullam accommodatam considerationem habet. Numeros nanque dicunt ideas esse: numeris uero quandoque ut de infinitis aiunt, quandoque tanquam usque ad denarium determinatis. qua uero de causa tanta numerorum pluralitas sit, nihil cum diligentia demonstratiua dicitur.

Nobis uero ex præpositis atque determinatis dicendum est. Principium enim ac primum entium, tum per se, tum per accidens immobile est: mouens autem, primo, sempiterno, & uno motu. Cum uero quod mouetur, necesse sit, ab aliquo moueri, primum que mouens immobile per se esse, ac motu æterno ab æterno moueri, & unum ab uno.

Videmusque præter simplicem lationē totius, quam dicimus primam substantiam & immobilem mouere, cæteras etiam lationes, quæ errantium sunt, sempiternas esse (sempiternum nanque, & irrequiescibile circulare corpus est. monstratum autem est de his in Physicis) necesse est harum quo que lationum unamquanque a per se immobilis & æterna substantia moueri, nam & stellarum natura perpetua substantia quædam existens, & quod mouet perpetuum, & prius est moto, & quod prius substantia est, substantia sit necesse est. Constat ita que, necesse esse tot substantias esse natura perpetuas, & per se immobiles, ac absque magnitudine, ob causam prius dictam. Quod igitur substantiæ sunt, & harum quædam prima, quæue secunda, secundum eum ordinem, quem & lationes syderum habent, patet.

Pluralitatem vero lationum ex peculariſſima Philosophia Mathematicarum scientiarum, videlicet ex Astrologia, considerandum est. hæc enim de substantia sensibili quidem, at sempiterna speculatur. cæteræ uero de nulla quidem substantia, veluti quæ circa numeros, atque quæ circa Geometriam. Et quidem quod plures sint eorum, quæ feruntur lationes, manifestum etiam est his, qui parum attigerunt. pluribus enim quam una

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna tantum. Dicuntur autem planetæ astra errantia, non quia irregulariter moueantur, sed quia non semper seruant eandem figuram & positionem ad alias stellas, sicut illæ adinuicem, quæ propter hoc fixæ dicuntur. Quod autem sint plures motus huiusmodi astrorum, tribus modis deprehenditur. est enim aliquis motus apprehensus a vulgo visu. Est & alius motus, qui non deprehenditur nisi instrumentis, & considerationibus. Sit horum motuum quidam comprehenduntur longissimis temporibus, & quidam paruis. Est etiam tertius motus, qui declaratur ratione, quia motus stellarum errantium inuenitur quandoque velocior, quandoque tardior, & quandoque videt esse planeta directus, quandoque retrogradus. Et quia non potest esse secundum naturam corporis cælestis, cuius motus debet esse omnino regularis, necessarium fuit ponere diuersos motus, ex quibus hæc irregularitas ad debitum ordinem reducatur. Quot autem sint motus planetarum, nos nũc dicemus ea, quæ circa hæc Mathematici dicunt, vt circa hæc reddamur attenti, vt aliqua pluralitas determinata mente concipiatur a nobis. Reliquum vero, quod nõ dicetur, oportet quòd p nos ipsos quęramus, vel quòd in hoc suadeamur ab his qui hoc quærũt, & si aliquid appareat postmodũ per ea, quæ modo dicuntur ab his, qui de huiusmodi tractant. Sed quia i eligendis opinionibus vel repudiandis, non debet duci homo amore vel odio introducentis opinionem, sed magis ex certitudine veritatis, ideo dicit

Tex.cõ.45. quòd oportet amare vtrosque, scilicet eos quorum opinionem sequimur, & eos eorum opinionem repudiamus. Vtrique enim studuerunt ad inquirendam veritatẽ, & nos in hoc adiuuerunt. Sed tamen oportet nos {persuaderi a certioribus}. i. sequi opinionem eorum q certius ad veritatem peruenerũt.

LECTIO. X.

2 Onit opiniones Astrologorum fui temporis de numero motuum planetarũ. & primo opinionem Eudoxij. Secũdo, opinionem Calippi. ibi {Calippus autem}. {Sciendũ est igitur circa primũ, quòd Plato cælestibus motibus attribuens indefectibiliter circularitatẽ, & ordinationem, mathematicas suppositiones fecit, per quas suppositiones posset saluari quę circa errantica apparent, subtrahendo quod motus planetarũ sunt circulares & regulares ordinati. Et Pythagorici quidem ad reducendum in debitum ordinem irregularitatem, quę apparet in motibus planetarum ex statione & retrogradatione, velocitate & tarditate, & diuersa apparentia quantitatis, posuerũt motus planetarũ esse in sphæris eccẽtricis,

Tex.cõ.46. & in circulis paruis, qui dicuntur epicycli, quam etiam opinionem Prolomeus prosequitur.

2 Doxius quidem igitur Solẽ & Lunã, vtriusq; lationẽ in tribus posuit esse sphæris. Quarũ primã a planorum astrorum esse. Secũdam autẽ secundum eũ qui zodiaci per mediũ. Tertiam autẽ secundum obliquatum in latitudine animalium. In maiori autem latitudine obliquati tã eam secundum quam Luna fertur, quàm secundũ quam Sol. Errantium vero astrorũ in quatuor cuiusq; sphæris. quarum primã quidẽ & secundã illis eãdem esse. Etenim eam, quę est aplanorũ, quę omnes est ferẽs: & eã, quę sub ea, est ordinata, & secundũ eum, qui per medium zodiaci lationem habentẽ, cõmunem omniũ esse. Tertiæ vero omnium eo in circulo polos esse, qui per media signa trãsit. At quartę lationẽ per obliquũ ad mediũ circulum huius esse. Tertiæ vero esse sphæræ polos, aliorum quidem proprios, Veneris vero & Mercurij eosdẽ.



Videtur autem ex huius suppositione sequi aliquid contrarium his, quæ demõstrantur in Scientia naturali. Non enim omnis motꝰ erit vel ad medium, vel a medio, vel circa mediũ mundi. Iterũ sequiꝫ, q sphæra continens sphærã eccentricam, vel non sit æqualis spissitudinis, vel q sit aliquid vacuũ inter vnã sphæram & aliã, vel q sit aliquod corpus præter subtiliam sphærarum intercidens, quod non erit corpus circulare, nec habebit aliquem motum proprium. Ex positione autẽ eccentricorũ vlteriꝰ sequi, vel q sphæra, per quã mouetur epicyclus, non sit integra & cõtinua, vel q sit diuisibilis & rarefactibilis & condensabilis ad modũ, quo aer diuiditur & inspissat, & rarescit aliquo corpore moto. Sequitur etiã q ipsum corpus stellæ mouetur per seipsum, & nõ solum motũ orbis: & q motu corporum cælestiũ prouenit sonus, quod Pythagorici consenserunt. Sed tamẽ omnia huiusmodi sunt contra ea, quæ determinata sunt in Scientia naturali. Vnde ad hæc euitanda Eudoxius hoc vidẽs, posuit vni cuiq; planetæ sphæras plures concentricas mundo, quarum vnaquæq; habet motum proprium. Et ex omnibus illis motibus causatur id, quod apparet de motu planetarum. Posuit igitur Eudoxius motum tam Solis, quàm Lunæ esse in tribus sphæris. Primus enim, tam Solis quam Lunæ, qui est motus diurnus

errantium astrorum vnumquodque fertur. Quot vero hæ sint, nunc quidem nos ea, quæ quidam Mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, vt aliquam determinatam mẽte pluralitatem percipiamus. Deinceps quædam quidem nos ipsos quærere decet, quædam autem a quærentibus scisciari, si quid præter ea, quæ nunc dicta sunt, his videatur, qui circa hæc versantur, diligere quidem vtrosque, adhærere uero certioribus.

LECTIO. X.

Vdoxus igitur Solis, & Lunæ vtriusque lationem in tribus posuit sphæris esse. quarum Primam quidem eam esse, quæ non errantium stellarum. Secundam vero secundum id, quod per medium zodiacum. Tertiam porro secundum eum, qui in latitudine zodiaci obliquatur. in maiori autem latitudine obliquari eum, secundum quem Luna fertur, quàm secundum quem Sol. Errantium uero stellarum vniuscuiusque in quatuor sphæris. quarum primam quidem & secundam eandem illis esse. etenim quæ non errantium est, eam illam esse, quæ omnes fert. at eam, quæ sub ipsa ordinata est, ac quæ secundum zodiacum lationem habet, communem omnibus esse. Tertiæ vero omnium polos in eo, quod per medium zodiacum esse. Quartæ autem lationem, secundum eum, qui obliquatus ad medium eius est. esse vero tertiæ sphæræ polos aliorum quidem proprios, Veneris autem & Mercurij eosdem.

Supra ca. 43.

diurnus, quo reuoluuntur ab oriente ad occidentem, & A hunc motum dicit {esse astrorum aplanorum}. i. stellarum sine errore, s. fixarum. quia sicut supra dictum est, cum nõdum esset deprehensus motus stellarum fixarum, qui est ab occidente in orientem esse cõtrarium motui primo, putabatur quòd motus diurnus esset proprius octauæ sphęræ, quę est sphęra stellarum fixarum. Non autem putabatur, quòd sola prima sphęra sufficeret ad deferendas omnes sphęras planetarum motu diurno, sicut Ptolomęus ponit, sed ponebat, quòd quilibet planeta haberet propriam sphęram, quę reuolueret ipsum motu diurno. Ad hunc ergo motum causandum, ponebat primam sphęram Solis & Lunę. Secundam aũt sphęram ponebat ad causandum motum Solis & Lunæ, qui est per medium zodiaci, qui vocatur motus longitudinis, secundum quem mouetur tam Sol, quàm Luna de occidente in orientẽ contra motum firmamenti. Tertiam autem sphęram ponebant ad causandum illum motum, q obliquatur secundum latitudinem animalium, quę figurantur in zodiaco, prout quandoq; est australior, quandoq; borealior videtur planeta, a media linea zodiaci. Sed hic motus latitudinis magis apparet, & secundũ maiorem diuersitatem in Luna, B quàm in Sole. Et ideo subiungit, quòd in maiori latitudine tã obliquatur motus, secundum quẽ fertur Luna, quàm motus, secundum quẽ fertur Sol. Et quidem Lunæ Ptolomeus ponit motum latitudinis, non autẽ Solis. Posuit igitur Eudoxius tertiũ motum, vt Simplicius dicit, quia opinabatur q etiam Sol declinaret a media linea zodiaci versus duos polos. Et hoc suspicabatur eo, quia non semper in eodẽ loco Sol oritur in tropicis æstiuis & hyemalibus. si autẽ in vno & eodem tẽpore fieret restitutio longitudinis & latitudinis, sufficeret ad hoc vna sphæra per obliquitatem maximi circuli, secũdum quam Sol mouetur. Sed quia non sic se habet, sed in alio tempore pertransit circulum per longitudinẽ, in alio vero tẽpore restitutio fit latitudinis, ne cesse fuit ad hoc ponere tertiam sphęrã. hanc autem tertiã sphæram ponebat in Sole reuolui versus eandem partem cum secunda, sed circa axem alterã, & super alios polos. In Luna autem ad eandem cum prima sphæra. Sed in vtroq; ponebat motum hu- C
jus tertiæ sphæręq esse tardiorẽ, quàm secundæ. Sed aliorũ quinq; planetarum motum cuiuslibet posuit in quatuor sphæras, ita quòd prima sphęra & secunda, est eiusdẽ rationis cum prima & secunda Solis & Lunæ, quia motus primus, quem ponebat esse stellarum fixarum, & motus secundus, qui est per medium zodiaci secundum longitudinẽ, apparet communiter in omnibus planetis. Deinde vnicuiq; planetarum ponebat tertiam sphæram ad causandum modum latitudinis, cuius polos, circa quos

Tex.cõ.47. reuoluitur, ponebat
Post. 7. esse in media linea zodiaci. Sed quia ponebat omnes sphæras esse concentricas, sequebatẽ ex quo zodiacus transibat per polos circuli maximi tertiæ sphæræ, sequebatur econuerso, quòd circulus maximus tertiæ sphæræ transiret per polos zodiaci. vnde sequebatur q motus tertiæ sphæræ deferret planetam vsq; ad polos zodiaci, quod nunquam videtur. Et ideo necesse fuit quòd poneret quartam sphæram, quæ ipsam planetam ferret, quæ reuoluitur in cõtrarium tertiæ, ab oriente scilicet in occidentem æquali tempore. Vnde impedit ne plus diuertatur secundum latitudinem a zodiaco. & hoc est quod dicit. quòd quartum motum stellæ dicebat esse secũdum quendam circulum obliquatum ad medium tertiæ sphæræ, hoc est ad maximum circulum eius. Si igitur cum quolibet quinq; planetarum posuerit quatuor sphęras, sequitur quòd quinque planetarum sunt. 20. sphęræ. Quibus si addantur tres Solis & tres Lunæ, erunt omnes. 26. ita quòd intelligatur corpus cuiuslibet planetæ esse defixum in vltima sphęrarum suarum.

b Calippus autem positionem quidem sphærarum eãdem posuit cum Eudoxo, hoc autẽ di-

Sphæra planetarum aliorum a Sole & Luna.



Sphæra Lunæ secundum Eudoxium.



Sphæra Solis secundum Eudoxium.

b Ponit opinionem Calippi de pluralitate sphærarum. Fuit autem Calippus, vt Simplicius dicit, cum Aristot. Athenis conuersatus, cum eo ea quæ ab Eudoxo inuenta fuerant, corrigens & supplens. Posuit ergo Calippus eandem rationem sphærarũ sicut Eudoxus, & exposuit positiões sphęrarum per ordinem distantiarum, tum qa ordinabat planetas sicut Eudoxus, tũ quia ordinabat motus & sphæras sicut & ille. Conueniebat ẽ cum Eudoxo in pluralitate sphęrarum Iouis & Saturni, quia vtrisque eorum dabat quatuor sphæras, sed ipse existimabat esse apponendas sphæras duas tam Soli quàm eciã Lunæ, si quis velit reddere rationem eorum, quæ apparent de motibus eorũ. Videtur autem has duas addidisse ad causandum velocitatem, & tarditatem, quæ apparet in motibus eorum, ita quòd Sol habeat quinque sphæras, & Luna similiter quinq;, & reliquis planetis Martis, Veneris, & Mercurio, addebat singulis vnam sphæram, ita etiam quòd qualibet eorum haberet quinque sphæras. Forte autem addebant hanc sphæram ad causandum retrogradationem, & stationem, quæ apparet in his stellis. Istę igitur sphæræ vocabantur ferentes, quia secundum eas ferebatur corpus planetæ. Sed præter has ponebant alias, quas vocabant reuoluentes. Ad ponendum autem eas, hac necessitate videbantur induci, quia vltima sphęra superioris planetæ, puta Saturni, participabat motum omnium superiorum, ita quòd in aliquo deficiebat a motu primę sphæræ. Vnde & prima sphæra Iouis, cuius poli infiguntur aliquo modo in vltima sphæra Saturni, participabat aliquid de motu sphærarum Saturni, & sic non vniformiter mouebatur motu diurno, sicut prima sphæra Saturni. Necessarium igitur videbatur ponere aliam sphæram reuoluentem ipsam, vt restitueret id quod auferebatur ei de velocitate ex superioribus sphæris. Et eadem ratione, oportebat ponere aliam sphæram reuoluentem secundam sphęram Iouis, & tertiam sphęram reuoluentem tertiam sphæram Iouis. Non autem oportebat ponere ahquam reuoluentem quartam sphæram, quia motus quartę sphæræ, in qua erat affixum fixum, debebat esse compositus ex omnibus superioribus moribus. Sic igitur Iuppiter habet quatuor sphæras deferentes, & tres reuoluentes. Et similiter alij planetæ habent tot sphæras

Universidad de Deusto
Biblioteca

uoluentes, quot deferentes vna minus. Hoc est ergo quod dicit, quòd necesse est, si omnes sphæræ simul ordinatæ debeant reddere, & causare illud, quod apparet de motu planetarum secundum quemlibet planetarum, ponere præter supra dictas deferentes alias sphæras reuoluentes, & ad idem restituentes primâ sphæram inferius ordinati astri. vna pauciores. Et sic solum conuenit, quòd motus planetarum cõpleãt omnia quæ apparẽt de eis. Quare igitur sphæræ deferentes, quæ quidẽ sunt Saturni & Iouis, sunt octo, cum vtrq; eorum ponatur habere quatuor sphæras, quæ sunt aliorum quinque planetarũ, 25. quia quilibet eorum habet quinque sphæras. Harum autem sphærarum illæ solæ non reuoluuntur, quæ sunt in fine, in quibus ordinatur astrum, sequitur q̃ reuoluentes priorũ duorum planetarũ, scilicet Saturni & Iouis sunt sex. Reuoluentes autem posteriorum quatuor sũt sexdecim. Sed cum post Saturnum & Iouem sint alij quinque, manifestum est quòd vnum eorum prætermittit, scilicet vel Martem, vel Mercurium, vt quod dicit posteriorum quatuor, referat ad quatuor immediate sequentes. Prætermittit autem, vel ex errore qui interdum accidit in numeris: vel propter aliam rationem, quæ nos latet. quia scripta Calippi non inueniuntur, vt Simplicius dicit. sic igitur numerus omnium sphærarum deferentium & reuoluentium sunt. 55. Sed quia de hoc poterat esse dubium, vtrum Lunę & Soli sint addendæ duæ sphęræ, quas Calippus addit: vel quòd vtrique sint dandæ duæ sphæræ solum, vt posuit Eudoxus: ideo dicit, quòd si aliquis non addit Soli, vel Lunę illos duos motus, quos addit Calippus, sequitur quòd omnes sphęræ erunt. 47. Subtraherentur enim a prędicto numero quatuor deferentes, duæ Solis, duæ Lunæ, & totidem reuoluentes. Remotis autem octo de. 55. remanent. 47. Sed attendendum, quòd si supra, cum dixit reuoluentes posteriores quatuor, esse sexdecim, prætermisit Lunam, remotis duabus deferentibus Lunæ, & duabus Solis, non remouebuntur quatuor reuoluentes, sed solum duæ, si sphæræ Lunæ non habent reuoluentes, & sic a prima pluralitate sphærarum subtrahuntur sex sphæræ, quatuor deferentes & duæ reuoluentes: vnde sequitur, quòd sphæræ omnes sint. 49. Et sic non videtur quod Aristot. voluerit prętermittere Lunam, sed magis Martem; nisi aliquis dicat Aristot. oblitum fuisse quod Lunæ posuerit sphæras reuoluentes, idcirco errorem in numero accidisse, quod non videtur probabile. Vltimo ergo concludit tantam esse pluralitatem sphærarum, quanta dicta est. Deinde cum dicit.

Tex.cõ. 48. parte. 8.

parte. 9.

stantiarum ordinem: pluralitatem vero ei quidem, quę Iouis, & ei, quæ Saturni eandem cũ illo dedit, Soli vero & Lunę duas existimabat adhuc apponẽdas esse sphæras, si quis apparentia sit rediturus: reliquis vero planetis singulis vnã. Necesse autẽ simul positę oẽs apparẽtia sunt redituræ, secundum quodlibet errantium, alteras sphęras vna minores esse reuoluentes. & ad idem restituẽtes primã sphęrã, semper inferius ordinati astrific. n. solum contingit planetarum lationẽ omnia facere. Cũ ergo in quibus quidem ipsæ ferũtur sphęris, hę quidem octo, hę autẽ quinque & viginti sunt, harum aũt solas non oportet resolui, in quibus infimę ordinatum fertur. Quę quidem reuoluunt eas, quæ sunt duorum primorum sphærarum. Quæ autem eas quæ sunt posteriorum, quatuor sexdecim. Omnium itaq; numerus & ferentium & reuoluentium ea, quinquaginta quinque. Si autem Lunæ & Soli non addiderit quis, quos diximus motus, omnes sphęrę erunt septem & quadraginta. Pluralitas igitur sphęrarum tanta fit.

c Quare & substantias & principia imobilia & insensibilia, tot rationale existimare. Necessarium igitur dimittatur fortioribus dicere.

d Si autem nullã posibile esse lationem non ordinatã ad astri lationem, amplius aũt omnem naturam & omnem substantiã impasibilem, & secundum se optimum esse fortitam finem oportet existimare, nulla erit prer has altera natura, sed hunc substantiarum numerũ esse est necesse. Si n essent alię, mouerẽt vtiq; fines existẽtes latiõis.

tem autem stellæ quidem Iouis ac Saturni eandem illi attribuebat, Soli vero & Lunæ duas adhuc putabat sphæras addendas esse, si quis eorum, quæ sensibiliter apparent, causas assignare debeat: cæteris vero errantium vnicuique unam. necesse uero esse, si debent omnes simul positæ, quæ apparent reddere, secundum vnamquamque errantium alteras sphæras vna pauciores esse, quæ reuoluant, & ad idem positione semper primam eius astri sphæram, quod inferius ordinatum est, constituant. hoc enim modo solum contingit errantium lationem omnia facere. Cum igitur in quibus ipsa quidem feruntur sphæris, hæ quidem octo, hæ vero viginti quinque sunt, harum sane illas solas non oportet reuolui, in quibus fertur, quod infime ordinatum est. quæ quidem duarum primarum sphæras reuoluunt, sex erunt. quæ vero posteriorum quatuor sexdecim. cunctarum vero numerus, tum earum quæ ferunt, tum quæ reuoluunt eas, quinquaginta quinque. quod si Lunæ & Soli non addat aliquis, quos diximus. motus, omnes sphæræ erunt septem & quadraginta. Pluralitas itaque sphærarum tanta sit.

Quare substantias quoque & principia, tum immobilia, tum sensibilia, tot rationabiliter arbitrandum est esse. quod. n. necessarium est, relinquatur potentioribus dicendum.

Quod si nullam lationem possibile est esse, quæ non ordinetur ad lationem stellæ omnem item natura, omnemque substantiam impossibilem & per se arbitrari oportet optimum sortitam finem esse, nulla profecto præter has alia natura erit. sed hunc necesse est numerum substantiarum esse. si etenim aliæ sunt, vtique mouebunt, cum lationis finis sint.

Infra part. seq.

parte. 12.

c ¶ Concludit ex numero motuum cælestium numerũ substantiarum immaterialium, & circa hoc tria facit. Primo cõcludit propositum. Secundo excludit quædam, quę possent debilitare illationem præmissam, ibi. ¶ Si autem nullam possibile. ¶ Tertio, cõparat id quod ostensum est de substantijs separatis, ad opiniones antiquas, & ad opiniones vulgares, quę de his suo tempore habebantur, ibi. ¶ Tradita autem sunt. ¶ Dicit ergo primo, quòd cum tanta sit pluralitas sphærarum & motuum cælestium, quãta dicta est, rationabile est opinari tot esse substantias immateriales & principia immobilia, & etiam tot esse principia sensibilia, ¶ id est corpora cælestia. Dicit autem rationabile, vt insinuet hoc probabiliter cõcludi, non autem ex necessitate. Vnde subiungit, quod ipse relinquit id, quod est necessarium circa hoc, illis, qui sunt fortiores & potentiores ad hoc inueniendum quàm ipse esset.

d ¶ Hic Philosophus excludit ea, ex quibus prędicta conclusio debilitari posset, & sunt tria: quorum primum est: quia posset aliquis dicere, quòd sunt quædam substantiæ separatę, quibus non respondent aliqui motus in cælo. Ad quod excludendum dicit, quòd si non est possibile quòd sint aliqui motus in cælo, qui non ordinentur ad motum alicuius

K astri, & iterum, si oportet omnem impassibilem substãtiam, quę est sortita ſoptimum secundum se, ¶ ideſt, quę habet suam perfectionem sine motu, opinari esse finem alicuius motus, non erit aliqua natura impassibilis & immaterialis pręter eas, quę sunt fines cęlestium motuum, sed necesse erit hunc esse nnmerũ substantiarum separatarum, qui est numerus cęlestium motuum. Sed tamen primum non est necessarium. s. quòd omnis substantia immaterialis & impassibilis, sit finis alicuius motus cęlestis. Potest. n. dici quòd sunt aliquę substãtię separatę altiores, q̃ vt sint proportionatę quasi fines cęlestibus motibus, quod ponere non est inconueniens. Non. n. substantię immateriales sunt propter corporalia, sed magis econuerso. Deinde cum dicit.

e ¶ Remouet

part. 10.

part. 11.

Tex. cõ. 50 part. 12.

Tex. cõ. 51.

e ¶ Remouet secũdum, quod posset debilitare prædictam illationem. Posset enim aliquis dicere, quòd sunt multo plures lationes in cęlo, quàm quæ numeratæ sunt, quæ tamen non possunt deprehendi, eo quòd ex eis non accidit aliqua diuersitas i motu alicuius corporum cælestium, quæ visu percipiuntur, & dicuntur astra. Et ad hoc excludendum similiter etiã dixerat, quòd nulla latio potest esse in cælo, quæ non ordinetur ad lationẽ alicuius astri, hoc est etiam quod nunc dicit, quòd impossibile est esse alias lationes in cælo, præter illas, ex quibus accidit diuersitas in motu astrorum, siue sint illæ, quæ dictæ sunt, siue alię, aut totidem, aut plures, aut pauciores. Et hoc ꝓbabiliter accipi potest ex corporibus, q̃ feruntur. Si enim oę ferens est propter id, quod defertur, & omnis latio est alicuius, quod fertur, non potest esse aliqua latio, quæ sit propter ſeipsam, vel propter aliã lationem tãtum, sed oportet quòd omnes lationes sint causã astrorum: alioquin, si latio propter aliquã lationem est, eadem ratione & illã oportebit esse ꝓpter aliã. Et cum non sit procedere in infinitum, sequitur quòd finis omnis lationis sit aliquod cælestium corporum, quæ deferuntur sicut astra: vnde impossibile ẽ esse aliquem motum in cælo, ex quo non possit percipi aliqua diuersitas in aliquo astro. Deinde cum dicit.

f ¶ Hic excludit tertium, per quod posset dicta conclũsio in firmari. Posset enim aliquis dicere, quòd sint plures mundi, & in quolibet sint tot sphęræ, & motus, quot in isto vel plures, & sic necesse est ponere plures substãtias immateriales. Sed hoc excludit dicens, manifestum esse quòd sit vnum cælũ tantum. Quia si esset plures secundum numerum, & in eadem specie, sicut sunt plures homines, oporteret etiam quòd simile iudicium esset de primo principio vniuscuiusque cæli, quod est mouens immobile, sicut dictum est. Oporterer enim, quòd plura prima principia essent specie vnum, & numero multa. Sed hoc est impossibile, quia quæcunque sunt vnum specie, & plura numero, habent materiam. Non enim distinguitur secũdum rationem & formam, quia omnium indiuiduorum est cõ

e Sed alias quidẽ esse lationes impoſsibile est, prꝫter dictas. hoc aũt existimare est latis rationabile. Nã si quidẽ ferẽs latigratia natũ ẽ: & latio omnis lati ẽ alicuius: nulla latio sui gratia erit, nec alia alicuius lationis: sed astrorũ gratia. Nã si fuerit latio lationis gratia, & illã alterius gratia oportebit esse. Quare quoniã non est posibile ire i infinitũ, finis erit omnis lationis latorũ aliquid diuinorũ corporũ secundum cælum.

f Quòd autem vnũ cælum manifestum. Si. n. plures essent cæli, vt homines, foret principiũ quod circa vnũquodq; specie vnum, numero vero multa. Sed quæcunq; sunt numero multa, materiã habent. una. n. & eadem ratio multorum, vt homi nis. Socrates vero vnus. Quòd aũt quodquideratesse, non habet materiã primã. Endelechia. n. Vnũ igitur & ratione & numero mouẽs primum, imobile existẽs, & motum ergo ſemper & continue vnum ſolum. Vnũ ergo ſolum cælum.

g Tradita sunt autem a seniori bus & antiquis in fabulę figura dimissa posterioribus, quia Dii sunt hi, & continet diuinã naturã vniuersalẽ. Reliqua vero fabuloſe iã adducta sunt, ad psuasionẽ multorũ, & ad oportunitatẽ multorũ, ad leges etiã conferens. Conformes. n. hominibus hos, & aliorum animalium quibusdã similes dicunt: & his altera consequentia & dictis similia, a quibus si quis ſeparans id accipiat ſolũ, q̃ primũ Deos existimauerũt primas ſubas eſſe, & diuine vtiq; dictũ esse putabit, & ſm quãdã verisimilitudinẽ. Et sæpe inuenta ad possibile vnaquaq; & arte & philoſophia & iterũ corruptis & has opinio nes eorũ quaſi reliquias vſque nunc ſaluatas esse. Paterna qui dem igit opinio, & q̃ a primis, intantũ nobis manifeſta ſolũ.

Sed esse alias latiões præter dictas, impossibile est. hoc autem ex his, quæ feruntur, rationabile est accipere. si enim omne quod fert, eius gratia, quod fertur, suapte natura est: omnisque latio alicuius, quod fertur est: nulla latio sui gratia erit profecto, nec alterius lationis, verum stellarum causa. Si nanque latio lationis causa erit, illam quoque oportebit aliarum gratia esse. quare cum non sit processus in infinitum, finis omnis lationis erit diuinorum corporum aliquod, quæ in cælo feruntur.

Quòd autem cælum sit vnum, manifestum est, si enim plures sint cæli, ut homines, principium unusquisque erit specie unum, numero multa. at quæcunque mylia numero, materiam habent. Vna etenim & eadem multorum ratio est. uelut hominis. Socrates uero unus. ipsum uero quid erat esse primum non habet materiam, cum actus sit. unum ergo, tum ratione, tum numero primum mouens immobile ens est. & id igitur, quod semper, continuoque mouetur. unum ergo tantum cælum est.

Tradita autem sunt quædam a maioribus nostris, & admodum Antiquis, ac in fabulæ figura posterioribus relicta, quòd hi Dii sint, uniuersamque naturam diuinum contineat. Cætera uero fabuloſe ad multitudinis persuasionem, & ad legum, ac eius quod conferat oportunitatem, iam allata sunt. hominiformes nanque, ac aliorum animalium nonnullis similes eos dicunt, ac alia consequentia, & similia his, quæ dicta sunt. quorum ſiquis ipſum ſolum primum ſeparando accipiat, quod Deos arbitrabantur primas ſubſtantias esse, diuine profecto dictum putabit: & (ut uerisimile est) ſæpius quaque arte & Philoſophia, quo ad poſsibile fuit, inuenta, corruptaque rurſus, has illorum opiniones, quaſi quaſdam reliquias, nunc uſque ſaluatas eſſe. Paterna itaque, ac priorum opinio in tantum nobis manifeſta ſit.

est in præhabitis scilicet, quòd dij sunt quædam substantiæ immateriales, putabitur esse dictũ diuine, & ſecundũ veri similitudinẽ. Et hoc ideo est, quia quælibet ars, & etiã philoſophia, sæpe fuit inuẽta ſecundũ poſsibilitatẽ humanã, & iterũ fuit corrupta, vel propter bella impediẽtia ſtudiũ, vel propter inundationes, vel alia hmõi excidia. Et hoc neceſſariũ fuit ponere Ariſto.

Universidad de Biblioteca

posſit ſalnare æternitatem mundi. Manifeſtum enim erat, q̃ a quibusdam certo tempore inceperant homines philoſophari & artes adinuenire. Inconueniens autem videbatur quòd in fini to tempore fuiſſet abſque his humanum genus. Et ideo dicit, quòd philoſophiæ, & aliæ artes fuerunt multoties inuentæ, & corruptæ, & quòd opiniones illorum antiquorum quaſi reliquiæ ſalnantur vſque nunc. Et vltimo concludit quòd {prædicta opinio, } ideſt q̃ a Philoſophantibus habita eſt, poſt quos deſtructa fuit Philoſophia, ſolum ſic manifeſta ē, ſcilicet per modum fabulæ, vt ſupra dictum eſt.

part. prima

part. 2.

LECTIO. XI.

2 PRoſtquam Philoſophus determinauit d̄ ſubſtantia immateriali quantum ad eius perfectionem, & quantū ad eius vnitatem, nūc determinat quaſdā dubitationes pertinentes ad actionem eius. Oſtenſum eſt enim ſupra, quòd prima immaterialis ſubſtantia mouet ſicut intelligibile, & ſicut bonum deſiderabile. Et ideo diuidit hæc pars in duas. In prima determinat quędam dubia circa primam immaterialem ſubſtantiam, quantum ad hoc, quod eſt bonum intelligibile, & intellectus. In ſecūda quantum ad hoc, quod eſt bonum appetibile, ibi. { Perſcrutandum eſt autem qualiter habet &c. } Circa primum duo facit. Primo aſſignat rationem dubitationis circa intellectum primæ ſubſtantiæ. Secundo dubitationem mouet & determinat, ibi. { Nam ſi non intelligat. } Dicit ergo primo, quòd ea, quæ pertinent ad intellectum primæ ſubſtantiæ immaterialis, habent quaſdam dubitationes, & videntur oriri ex hoc. Oſtenderat.n. Philoſophus, quòd intellectus intelligens & appetēs primum mouens, quod mouet ſicut intelligibile & deſiderabile, habet aliquid ſe dignius, ſ. illud, quod intelligitur ab eo, & deſideratur. Oſtenderat etiam, quòd ipſum primum intelligibile eſt etiam intellectus. Vnde poſſet videri, quòd pari ratione haberet aliquid dignius & ſuperius, & quòd non eſſet ſupremum & optimum, quod eſt contra ea, quæ apparent de primo principio. Et ideo dicit hic, quòd videtur omnibus apparens, quòd principium ſit digniſſimum. Sed difficultates quædam emergunt, ſi quis velit aſſignare quomodo ſe habeat, ita { quòd ſit digniſſimum }, i. optimum & perfectiſſimum. Deinde cum dicit.

b ¶ Manifeſtat huiuſmodi difficultates, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationes. Secundo præmittit quædam, quæ ſunt præneceſſaria ad determinationem omnium quæſtionum motarum. ibi. { Palam ergo quòd diuiniſſimum &c. } Tertio ſoluit dubitationes. ibi. { Primum quidem. } Circa primū duo facit. Primo mouet quæſtiones principaliter intentas. Secundo mouet quandam quæſtionem incidentem, cuius ſolutio neceſſaria eſt ad præmiſſas quæſtiones. ibi. { Ergo vtrum differt. } Mouet autem primo duas quæſtiones. Prima eſt, quomodo intellectus primi mouentis ſe habet ad ſuum intelligere. Secunda, quomodo ſe habeat ad ſuum intelligibile. ibi. { Amplius autē ſiue intellectus. } Sciendum eſt ergo, quòd intellectus ad ſuum intelligere poteſt ſe habere tripliciter. Vno modo, quòd non cōueniat ei intelligere in actu, ſed in potentia tantum, vel in habitu. Alio modo, quòd conueniat ei in actu. Alio modo, quòd ſit ipſum ſuum intelligere ſiue ſua intelligentia, quod idem eſt. Dicit ergo, quòd ſi intellectus primi mouentis non intelligat in actu, ſed ſolum in potentia, vel in habitu non erit aliquid nobile. Bonum enim & nobilitas intellectus eſt in hoc, quòd actu intelligit. Intellectꝰ autem intelligens tm tum in potentia, vel in habitu ſe habet ſicut dormiens. Nam dormiens habet quidem potentias operum vitæ, ſed operā vitæ non operatur. Vnde ſomnus dicit eſſe dimidium vitę, & ſecundum ſomnū non differt felix ab infelice, virtuoſus a vitioſo. Si autem intellectus primi intellectus intelligat quidē actu, ſed principale eius bonum quod eſt operatio eius, ſit aliquid aliud ab ipſo, quia {eius intelligentia} ideſt operatio intellectualis ipſius nō eſt hoc quod ſua ſubſtantia, comparatur ad ipſum ſicut potentia ad actum & perfectibile ad perfectionem. Et ſic ſequitur, quòd primum intelligens, non ſit optima ſubſtantia. honorabilitas enim & nobilitas ineſt ei p ſuū intelligere. nihil autem quod eſt nobile ſecundum aliud, eſt nobiliſſimum. Sic igitur videtur ſequi, quòd ſubſtantia primi intelligentis non ſit optima, ſiue intelligat in potentia tantum, ſiue in actu, niſi ponatur cum hoc quòd ſua ſubſtantia ſit ſuum intelligere, vt poſt determinabit. Deinde cum dicit.

c ¶ Antequam ſoluat poſitam quæſtionem, mouet aliam de intelligibili. Vnde dicit quòd ſiue ſubſtantia primi mouentis ſit intellectus, quaſi quędam potentia intellectiua, ſiue { ſit intelligentia } ideſt actus intellectus, ideſt intelligere, quod prima quæſtio quærebat, quærendum reſtat quid intelligit? Aut enim intelligit ſeipſum, aut aliquid aliud: ſi intelligit aliquid aliud, aut intelligit ſemper idē, aut oportet, q̃ intelligat aliud & aliud, quandoq; ſcilicet hoc, quandoq; illud. Deinde cum dicit.

d ¶ Antequam ſoluat præmiſſas quæſtiones, interponit quādam quæſtionem, cuius ſolutio valet ad determinationem præmiſſarum. Et eſt quæſtio: vtrum ad nobilitatem vel perfectionem intellectus aliquid differat vel nihil, quod intelligatur aliquid bonum & nobile, aut quodcunque conuenit. Et quòd differat quodam ſigno oſtendit, quia inconueniens videretur & abſurdum, quòd aliquis meditetur, & operationem ſui intellectus occupet circa quędam vilia. Quod non eſſet, ſi non pertineret ad nobilitatem intellectus nobilitas intelligibilis, ſed in differens eſſet intelligere nobilia & vilia. hoc enim omnino eſt impoſſibile. Manifeſtum eſt enim, quòd operationes ſecundum propria obiecta ſpecificantur. Vnde oportet, quòd quanto nobilius eſt obiectū, tanto nobilior ſit operatio. Deinde cū dicit.

e ¶ Præmittit quædam neceſſaria ad ſolutionem principaliū quæſtionum. Et primo ponit duo, quorum primum concludit ex ſolutione interpoſitæ quæſtionis. Si enim differt ad nobilitatem intellectus intelligere bonum, aut quodcunq; cōtingēs, vt dictum eſt, manifeſtum eſt quòd cum primus intellectus ſit nobiliſſimus, quòd intelligit aliquid diuiniſſimum & honoratiſſimum. Secundum quod determinata eſt ſolutio vltimę partis ſecundæ quæſtionis principalis. Quærebatur enim, vtrum intellectus primi mutaretur de vno in aliud. Et patet, quòd non mutat de vno intellecto in aliud, qa eſt intelligat diuiniſſimum, ſi mutaretur in aliud intelligibile, eſſet cuius mutatio in aliquid indignius, quod non competit alicui niſi tendenti in defectionem, & corruptionem. Iterum hoc ipſum quod eſt trāſire de vno intellecto in aliud. eſt quidem motus. Vnde non poteſt cōpetere primo mouenti, cum ſit omnino īmobile.

f ¶ Soluit prius poſitas quæſtiones, & primo ponit veritatem primæ. Secundo veritatem ſecundę, ibi. { Deinde palam, &c. Veritatem autē primæ quæſtionis manifeſtat dicēs, quòd ſi {ſubſtantia} primi nō eſt intelligentia} ideſt ipſum ſuum intelligere, ſed eſt potentia quędam intellectiua {rationabile eſt, } ideſt probabiliter videtur ſequi, q̃ {continuatio intelligentię, } ideſt operationis intellectualis, ſit ei laboriosa. Qđ enim eſt in potentia ad aliquid, ſe habet ad hoc & ad eius oppoſitum, quia quod poteſt eſſe, poteſt nō eſſe. Vnde, ſi ſubſtantia primi comparatur ad intelligere ſicut potentia ad actū, quantum eſt de ratione ſuæ ſubſtātiæ, poterit intelligere, & non intelligere. Non ergo inerit ei ex ſua ſubſtantia, quòd continuæ intelligat. Vt autem non ſe habeat aliquando ſicut dormiens, neceſſe eſt, q̃ continuationē intelligētię adipiſcatur ex aliquo alio. Quòd autem aliquis adipiſcatur, & non habet hoc ex ſui natura, probabile eſt; quòd ſit ei cum labore, eo quòd ſic inuenitur in nobis. Nam incontinue operando laboramus. Non autem eſt neceſſarium, quia quod aliquid acquirit ab alio, non eſt laboriosum, niſi vel ipſum, vel aliquid aliud continuans ipſum, ſit contra naturam. Vnde licet continuitas motus cæli dependeat ab extrinſeco, non tamen cælum mouetur cum labore. Fuit igitur Ariſt. hic contentus inducere ab inconueniens quod probabiliter ſequitur, quia inconueniens, quod ex neceſſitate ſequitur eſt manifeſtum, ſcilicet q̃ bonum & perfectio primi mouentis dependeat ab aliquo ſuperiori. non enim eſſet primum & optimum. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit ſecundam quæſtionem. & circa hoc tria facit. Primo determinat veritatem ſecundæ quæſtionis. Secundo obiicit in contrarium, ibi. { Et eſt intelligentia, &c. } Tertio ſoluit. ibi. { Aut in quibuſdam. } Dicit ergo primo, quòd poſtquam oſtenſum eſt, quòd ſubſtantia primi non eſt potentia intellectiua, ſed in ipſa intelligentia, ex hoc palam eſt, quòd ſi primum nō intelligit ſeipſum, ſed aliquid aliud, ſequitur quòd aliquid aliud erit dignius quām primum. ideſt intellectum ab ipſo. Quod ſic probat. Ipſum intelligere in actu, quod eſt intelligentia, conuenit alicui etiam intelligenti quodcunque indigniſsimum. Vnde patet, quòd intelligere aliquod in actu, eſt fugiendum, quia dignius eſt, quòd quædam non videantur in actu, quām quòd videantur. non autem hoc eſſet, ſi intelligentia eſſet optimum. quia tunc nullum intelligere eſſet vitandum. Cum ergo aliquod intelligere ſit vitandum propter indignitatem intelligibilis, relinquitur, quòd nobilitas eius, quod eſt intelligere, dependeat ex nobilitate intelligibilis. Dignius eſt igitur ipſum intellectum quām ipſum intelligere. Cum igitur oſtenſum ſit, q̃ primum ſit ſuum intelligere, ſequitur, ſi intelligat aliud a ſe, quòd illud aliud erit eo nobilius. Cum igitur ipſum ſit nobiliſſimum, & potentiſsimum, neceſſe eſt. quòd intelligat ſeipſum, & quòd in eo ſit idem intellectus & intellectum. Conſiderandum eſt autem, quòd Philoſophus intendit oſtendere, quòd Deus non intelligit aliud, ſed ſeipſum, inquantum intellectum eſt perfectio intelligentis, & eius quod eſt intelligere. Manifeſtum eſt autem, quòd nihil aliud ſic poteſt intelligi a Deo, quòd ſit perfectio intellectus eius. Nec tamen ſequitur, quòd omnia alia a ſe ſint ei ignota. Nam intelligendo ſe, intelligit omnia alia. Quod ſic patet. Cum enim ipſe ſit ipſum ſuum intelligere: ipſum autem eſt digniſsimum, & potētiſsimū: neceſſe eſt quòd ſuum intelligere ſit perfectiſsimum. Perfectiſsimæ ergo intelligit ipſum Quanto autem aliquod principiū perfectius intelligitur, tanto magis intelligitur in eo effectus eius. nam principiata cōtinentur in virtute principii. Cum igitur a primo principio, quod eſt deus, dependeat cælum, & tota natura, vt dictū eſt, patet quòd Deus cognoſcendo ſeipſū, omnia cognoſcit. nec vilitas alicuius rei intellectæ derogat dignitati ipſius. Nō. n. intelligere actu aliquod indigniſsimū eſt fugiendum, niſi inquantum intellectus in eo fiſtit, & dū illud actu intelligit, retrahitur a dignioribus intelligendis, Si enim intelligendo aliquod digniſsimū, etiam vilia intelligā tur, vilitas intellectorum intelligentiæ nobilitatem non tollit. Deinde cum dicit.

h ¶ Obiicit contra veritatem determinatam dupliciter. Primo quidem ſic, primum intelligit ſeipſum: vt oſtenſum eſt, & iterum ſupra oſtenſum eſt, quòd primum eſt ſua intelligentia. Ergo intelligentia primi non eſt aliud quām intelligentia intelligentiæ. Sed hoc eſt contra id, quod videtur, quia actus ſenſus, & ſcientia, & opinio, & meditatio ſemper uidentur eſſe alterius. Et ſi aliquādo ſint ſuiipſius, ſicut cū aliquis ſentit ſe ſentire, vel ſcit ſe ſcire vel opinatur ſe opinari, vel meditatur ſe meditari, hoc ē quidē præter opus vel præter actū principalē. nā hic videtur principalis actio, vt aliquis intelligat intelligibile. Quòd autem aliquis intelligat ſe intelligere intelligibile, hoc videtur eſſe præter principalem actum quaſi acceſſoriorum quoddam. Vnde ſi intelligere primi non ſit niſi intelligentia intelligentiæ, videtur ſequi quòd ſuum intelligere non ſit principaliſsimum.

i ¶ Secundo obiicit alio modo. Manifeſtum eſt, quòd aliud eſt intelligere & intelligi. Et ſi contingat quòd idem ſubiecto ſit intellectus & ipſum intellectum, non tamen ſunt idem ratione. Si ergo primum eſt ſuū intelligere. & eſt ipſum quod intelligitur, quòd eſt optimum, videbitur dubium remanere, ſecundum qd inſit ei hoc quod eſt bene eſſe eius? vtrum, ſcilicet ſecundum hoc quòd eſt intelligentia, vel ſecundum quod eſt intellectum?

Deinde cum dicit.

K ¶ Soluit poſitas obiectiones dicens, quòd in quibuſdam res ſcita idem eſt quod ſcientia. Et hoc manifeſtat diuidendo ſcientiam. Nam ſcientia alia eſt factiua, & alia ſpeculatiua. In factiuis autem ſcientijs, res ſcita, ſine materia accepta, eſt ipſa ſcientia. Sicut patet, quòd domus ſine materia prout eſt in mente ædificatoris. eſt ipſa ars ædificatiua. Et ſimiliter ſanitas in mente Medici, eſt ars medicatiua Et ſic patet, quòd ars factiua nihil aliud eſt quām ſubſtantia rei factæ, & quodquideratēſſe eius. Omnis enim artifex procedit in opus ex eo quòd conſiderat quid eſt quod operari intendit. In ſpeculatiuis vero ſcientiis manifeſtū eſt, quòd ipſa ratio diffinitiua rei eſt res ſcita, & eſt ipſa ſcientia

LECTIO. XI.

AVero, quæ circa mentem ſunt, quaſdam dubitationes habent. Videtur enim eorum, quæ apparent, quid diuiniſſimum eſſe. quo vero modo ſe habent, talis erit, difficultates quaſdam habet.

Siue enim nihil intelligat, ſed ita ſe habeat, ut dormiens, quidnam præcellens erit? ſiue intelligat, huius uero aliud ſit principale (non enim id, quod eſt eius ſubſtantia, intellectio erit, ſed potentia) profectò non erit optima ſubſtantia. ſiquidem eo quod intelligit, ei honorabilitas ineſt.

Præterea, ſiue mens, ſiue intellectio eius ſubſtantia ſit, quid intelligit? aut .n. ipſa ſeipſam, aut aliquid aliud quòd ſi aliud, aut idem ſemper, aut aliud.

Vtrum autem differt aliquid, an nihil intelligere bonum, vel quodcunque? An uero de quibuſdā ipſam etiā & cogitare abſurdum eſt?

Manifeſtum itaque eſt, quòd illud intelligit, quod diuiniſſimum, honorabiliſſimumq; eſt. Neque mutatur. in deterius nanque mutatio fieret, ac motus, quod huiuſmodi iam eſſet.

f Primum quidem igitur ſi nō eſt intelligentia, ſed potentia, rōnabile eſt laboriosam eſſe ei continuationem intelligentiæ.

g Deinde palā, quia aliud aliquid erit dignius, q̃ intellectus, ſ. intellectum. Etenim intelligere & intelligentia inerit indigniſſimum intelligēti. quare fugiēdum hoc. Etenim nō videre quidem quędam, dignius q̃ videre. non ſi ſit optimum intelligentia. Seipſum ergo intelligit, ſi quidem eſt potentiſsimum.

h Et eſt intelligentia intelligētiæ, intelligentia. Videtur autē ſemper alius ſcientia, & ſenſus, & opinio, & meditatio. Ipſius autem in acceſſorio.

i Amplius ſi aliud eſt intellige re, & intelligi, ſecundum quid ei qdē ipſum bene ineſt? Nō. n. idē eſſe intelligētię, & ītellecto.

K An in quibuſdā ſcīa res? In factiuis quidē, ſine materia: ſubſtātie. n. & quodquiderat eē: in theoricis vero, ratio, res, & intelligentia. Nō altero igit exiſtēte eo qđ intelligitur & intellectu: quæcunq; nō materiā habent, idem erunt. Et intellectio eius, quod intelligitur, vna.

Primo igitur, ſi non eſt intellectio, ſed potentia, rationabile eſt laboriosam ei continuationem intelligendi eſſe.

Deinde dilucidum, quòd aliquid aliud bonorabilius eſſet quām mens, id ſcilicet, quod intelligitur. Et intelligere profecto, ac intellectio, & quòd poſſimum intelligenti inerit. Quare fugiendum hoc eſt. etenim quædam melius eſt non uidere quām uidere, alioqui non fuerit quod optimum intellectio. Seipſam ergo intelligit, ſi eſt quidem, quod optimum eſt.

Et eſt intellectio intellectionis intellectio. At uidetur ſemper alterius eſſe, tum ſcientia, tum ſenſus, & opinio, ac cogitatio: ſui uero ipſius præter neceſſitatem.

Si aliud præterea intelligere, aliud intelligi ſit, ſecundum quod horū ineſt ei bene eſſe: quando quidem non eſt idē intellectioni eſſe, & intellecto:

An in quibuſdam ſcientia eſt ipſa res? in effectiuis quidem abſque materia ſubſtantia, & ipſum quid erat eſſe, in ſpeculatiuis uero, ratio, res, & intellectio. Cum igitur non ſit diuerſum id quod intelligitur, & intellectus, quecunque non habent materiam, idē erunt, ac intellectio una eius, quod intelligitur.

Tex.cō.38

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria siue intelligẽtia. Per hoc enim est sciens intellectus, per quod habet rationem rei. Cum igitur intellectus in actu, & intellectum, non sit alterum, in his quæcunque materiam non habent manifestum est, quòd in substantia prima, quæ maxime remota est a materia, maxime idem est intelligere, & intellectum. Et sic vna est intelligentia intellecti tantum, & non est aliud intelligentia intellecti, & aliud intelligentia intelligentiæ. Deinde cum dicit.

l ¶ Mouet tertiam dubitationem præter duas prius determinatas. Cum enim ostensum sit, quòd primum intelligit se ipsum, aliquid autẽ intelligitur dupliciter. Vno modo, per modum simplicis intellectus, sicut intelligimus quodquid est. Alio modo, per modum compositi, sicut intelligimus enunciationem. Restat igitur quærendum, vtrum primum intelligat seipsum, per modum intellectus simplicis, aut compositi. Et hoc est quod dicit, quòd restat dubitatio, si qđ intelligitur a deo, est compositum. Ostendit autem quòd non sit compositum cum dicit: Trãsmutabitur enim, & hoc triplici ter. Primo quidẽ sic: In omni intellectu composito sunt plures partes, quæ seorsum intelligi possũt. Licet enim hoc intellectum compositum, quod est: Homo currit, prout est vnum intellectum compositum, simul intelligatur, tamen partes eius seorsum intelligi possunt. Potest enim intelligi hoc, quod est Homo per se, & hoc quod est Currit. Sic igitur quicunque intelligit aliquod intellectum compositum, potest transmutari intelligendo de vna parte in aliam. Si igitur intellectum primũ sit compositum, sequitur quòd potest transmutari intelligendo de parte in partem. Cuius contrarium supra ostensum est.

m ¶ Secundam rationem ponit, quæ talis est. Omne, quod nõ habet materiam, est simplex & indiuisibile: sed intellectum primum est immateriale. Ergo est simplex & indiuisibile. Ponit autem exemplum de humano intellectu. Quod quidem exemplum potest dupliciter intelligi. Vno modo secundũm similitudinem; vt intelligatur quòd humanus intellectus sit secundum suam essentiam indiuisibilis: quia est forma omnino immaterialis. Alio modo, & melius potest intelligi secundum dissimilitudinem, vt sit sensus, quòd humanus intellectus intelligit compositum, quia accipit sua intelligibilia a rebus materialibus, qđ non est de intellectu primi.

n ¶ Tertiam rationem ponit, quæ talis est. Intellectus, qui est intellegibilium compositorum, habet suam perfectionem, non semper, sed in aliquo tẽpore. Quod sic patet, quia non habet suũ bonum in hac parte, vel in illa, sed illud quod est optimum eius, est quoddam aliud, quod est in quodam toto. Vnde etiã verum, quod est bonum intellectus, non est in incomplexis, sed in complexo. Simplicia autem priora sunt generatione & tempore quam composita, vnde illud quod non habet suum bonũ in partibus, quæ seorsum accipi possunt, sed in toto, quod ex eis constituitur, habet suum bonum per aliquod tempus, & non semper. Sed intelligentia primi, quæ est suipsius, æternaliter, & eodem modo se habet, intellectum ergo primi, non est compositum.

LECTIO XII.

Adhuc aũt restat dubitatio, si cõpositũ est qđ itelligit. Trãsmutabitur. n. partibus totius.

m Aut idiuisibile omne, quod non habet materiã, vt humanus intellectus.

n Aut quod quidem compositorum habet in aliquo tẽpore. Nõ. n. habet ipsum bene in hoc aut in hoc, sed in toto quodam quod optimum, & ens aliquid aliud. Sic aũt habet ipsa suiipsius intelligentia toto æterno.

LECTIO XII.

Tex. cõ. 52.

a Erscrutandum autem est, qualiter habet totius natura bonum & optimum: vtrum separatũ quid & ipsum secundum se, aut secundum ordinem.

b Aut vtroque modo, sicut exercitus. etenim in ordine ipsum bene, & Dux exercitus, & magis iste. Non enim iste pp ordinẽ, sed ille propter hunc est.

c Omnia vero coordinata sunt aliqualiter, sed non similiter, & volatilia, & natatilia, & plantæ.

F

LECTIO. XII.

a Postquam Philosophus ostẽdit qualiter primum mouens est intelligens & intelligibile, hic intẽdit inquirere qualiter primum mouens sit bonum, & appetibile, & circa hoc duo facit. Primo, ostẽdit qualiter se habeat bonũ in universo, secundum opinionem propriam. Secundo, secundum opinionem aliorum, ibi. ¶ Quæcunque vero impossibilia. ¶ circa primum duo facit. Primo mouet quæstionem. Secundo soluit eam, ibi. ¶ Aut vtroque modo, &c. ¶ Oritur autem ista quæstio ex hoc, quod supra dictum est, q primum mouens mouet sicut bonum, & appetibile. Bonum enim secundũ quod est finis alicuius, est duplex. Est enim finis extrinsecus ab eo, quod est ad finẽ, sicut si dicimus locũ esse finem eius, quod mouetur ad locum. Est etiã finis intra, sicut forma finis generationis & alterationis, & forma iam adepta, est quoddam bonum intrinsecum eius, cuius est forma. Forma autem alicuius totius, quod est vnum per ordinationem quandam partium, est ordo ipsius. vnde relinquitur q sit bonum eius. Quærit ergo Philosophus, verum natura totius vniuersi, habeat bonum & optimum, ideſt finem proprium, quasi aliquid separatum a se. Vel habeat bonum & optimum in ordine suarum partium, per modum quo bonum alicuius rei naturalis est sua forma. Deinde cum dicit.

Item restat dubitatio, utrum compositũ sit, quod intelligitur. mutaretur etenim in partibus totius.

An omne non habens materiam, indiuisibile est? quemadmodum humanus intellectus.

An compositorum in aliquo tempore se habet. nam non bene esse habet in hoc aut in hoc, uerum in toto quodam, quod optimum est, aliud ab eo existens. sic autem ipsa sui ipsius intellectio per totum æternum se habet.

LECTIO. XII.

Erscrutandum autem etiam hoc, quonam modo natura uniuersi habeat ipsum bonum, & ipsum optimum: utrum separatum quiddam, & ipsum, an per se, an ipso ordine.

An utroque modo, quemadmodũ exercitus. etenim bene esse eius, in ordine, & dux ipse est, ac magis ipse. non enim ipse propter ordinem, uerum ordo propter ipsum est.

Cuncta autem coordinata quodam modo sunt, uerum non similiter & natantia, & uolatilia, & plantæ. nec ita

b ¶ Soluit propositam quæstionem, & circa hoc duo facit. Primo enim ostendit, quòd vniuersum habet bonum separatum, & bonum ordinis. Secundo ostendit qualiter partes vniuersi, se habent ad ordinem, ibi. ¶ Omnia vero ordinata. ¶ Dicit ergo primo, quòd vniuersum habet vtroque modo bonum & finem. Est enim aliquod bonum separatum, quod est primum mouens, ex quo dependet cælum, & tota natura, sicut ex fine & bono appetibili, vt ostensum est. Et quia omnia, quorum vnus est finis, oportet quòd in ordine ad finem conueniant, necesse est quòd in partibus vniuersi ordo aliquis inueniatur. Et sic vniuersum habet & bonum separatum, & bonum ordinis. Sicut videmus in exercitu. Nam bonum exercitus est, & in ipso ordine exercitus. & in Duce, qui exercitui præsidet. Sed magis est bonum exercitus in Duce quàm in ordine, quia finis potior est in bonitate his, quæ sunt ad finem. Ordo autem exercitus est propter bonum Ducis adimplendum, scilicet ducis voluntatem in victoriæ consecutionem. non autem econuerso, bonum ducis est propter bonum ordinis. Et quia ratio eorum, quæ sunt ad finem sumitur ex fine, ideo necesse est, quòd non solum ordo exercitus sit propter Ducem, sed etiam quòd a duce sit ordo exercitus, cum ordo exercitus sit propter Ducem: ita etiam bonum separatum quod est primum mouens, est melius bonum bono ordinis, quod est in vniuerso. Totus enim ordo vniuersi est propter primum mouentem, vt scilicet explicetur in vniuerso ordinato id, quod est in intellectu & voluntate primi mouentis. Et sic oportet. quòd a primo mouente sit tota ordinatio vniuersi. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 53.

c ¶ Ostendit qualiter partes vniuersi se habẽt ad ordinem, dicens, quòd omnia, quæ sunt in vniuerso, sunt aliquo modo ordinata,

dinata, sed non similiter omnia habent ordinẽ. s. animalia marina & volatilia, & plantæ. Et tamen licet non sint eodem modo ordinata, non ita se habent quòd vnũ eorum non pertineat ad alterum, sed est aliqua affinitas & ordo vnius ad alterum. Plantæ enim sunt propter animalia, & animalia sunt propter homines. Et quòd omnia sint ordinata adinuicem, patet ex hoc q omnia simul ordinantur ad vnum finem. Sed quòd omnia sic sint similiter ordinata, manifestatur per quoddam exemplũ. In aliqua enim domo, vel familia ordinata, inueniuntur diuersi grad⁹. Sicut sub patrefamilias est primus gradus filiorũ, alius autem gradus est seruorum, tertius vero gradus est bestiarum, quę seruiũt in domo, vt canes & huiusmodi animalia. Huiusmodi enim gradus diuersimode se habent ad ordinẽ domus, qui imponitur a patre familias gubernatore dom⁹. Filius enim non competit vt faciant aliqd casualiter & sine ordine, sed omnia aut plura eorum, quæ faciũt, ordinata sunt. Non autem ita est de seruis, aut bestiis, qa parum participant de ordine qui est ad commune. Sed multum inuenitur in eis de eo, quod contingit, & casualiter accidit. Et hoc ideo, quia paruam affinitatem habent cum rectore domus, qui intendit bonum domus commune. Sicut autem imponitur in familia ordo per legem & præceptum patrisfamilias, qui est principium vnicuiq; ordinatorum in domo, exequendi ea, quæ pertinent ad ordinem domus, ita natura in rebus naturalibus est principium exequẽdi vnicuiq; id, quod competit sibi de ordine vniuersi. Sicut. n. qui est in domo, per præceptum patrisfamilias ad aliquid inclinatur, ita aliqua res naturalis per naturam propriam. Et ipsa natura vnius cuiusque est quæda inclinatio indita ei a primo mouente ordinante ipsum in debitum finem. Et ex hoc patet, quòd res naturales agunt propter finem, licet finem non cognoscant, quia a primo intelligente assequuntur inclinationem in finẽ. sed tñ non similiter omnia ista sa habent ad istum finem. Est. n. aliquid cõe omnib⁹, quia necesse est, quòd omnia ad hoc perueniãt quòd discernantur. i. quòd habeant discretas & proprias operationes, & quòd etiam s̃m substantiam adinuicem discernantur. Et quantum ad hoc in nullo deficit ordo. Sed quæda sunt, quę non solum hoc habent, sed vlterius talia sunt quòd omnia, quę sunt in eis communicant ad totum. i. sunt ordinata ad bonũ cõe totius. Hoc autẽ inuenitur in illis, in quibus nihil est præter naturã, neque casualiter, sed omnia s̃m debitũ ordinẽ proceduntManifestũ est. n. quòd vnaqueque res naturalis, vt dictum est, ordinatur ad bonũ cõe s̃m suam actionẽ debitam naturalẽ. Vnde illa quæ nunq̃ deficiunt a sua actione debita & naturali, hnt omnia sua cõcantia ad totũ. Illa vero, quæ aliq̃n deficiunt ab actione debita & naturali, non hnt omnia sua cõcãtia ad totum, sicut hmõi corpora inferiora. Est ergo summa solutionis, quòd ordo duo requirit. s. ordinatorũ distinctionẽ, & cõcantia

Et non sic se habent, ut non sit alteri ad alterum nihil, sed est aliquid, ad vnũ quidẽ. n. omnia coordinata sunt. Sed quemadmodũ in domo, liberis nõ licet quod contingit facere, sed omnia, aut plurima ordinata sunt: seruis vero & bestiis parum, quod ad commune, multum vero, quod contingit. Tale nanque cuiusque principium ipsorũ natura est, dico aũt puta ad discerni, necesse quoque omnib⁹ venire. & alia sic sunt, quib⁹ communicant omnia ad totũ.

d Quæcunque vero enim impossibilia accidũt, aut absurda aliter dicentibus, & qualia gratiosius dicẽtes, & in quib⁹ minime dubõnes oportet nõ latere.

e Omnes. n. ex cõtraris faciũt omnia. Neque aũt quod oĩa, neque ex cõtraijs recte, nec iquibuscunque contraria sunt, quo ex contrariis erunt, non dicũt.

f Impasibilia nanque sunt cõtraria adinuicem, a nobis aũt soluitur hoc rõnabiliter, eo q tertiũ aliquid sit. Alii vero altertũ cõtrariorũ materiã faciunt, quẽadmodũ quidẽ est inequale æquali aut vni multa. Soluit autẽ & hoc eodẽ modo. Materia. n. quæ vna, nulli est contraria.

g Amplius autem omnia prauti participatione sunt extra vnum. Nam prauum ipsum alterum elementorum.

A distinctorũ ad totũ. Quantũ aũt ad primũ, indeficiẽter est ordo in oibus. Quantũ aũt ad s̃m est quida ordo indeficienter in aliquib⁹, quæ sunt suprema & proxima primo principio, sicut substantiæ separatæ & corpora cælestia, in quibus nihil casualiter accidit & præter natura. In aliquibus aũt deficit. s. corporibus, in quibus interdũ aliquid accidit casualiter præter naturã. & hoc propter remotionẽ a primo principio semper eodem modo se habentre. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinãt de bono & ordine vniuersi s̃m opinionem aliorum, & circa hoc duo facit. Primo manifestat de quo est intentio, dicens quod oportet dicere quæcũque impossibilia, aut absurda accidunt illis, qui aliter dicũt de bono & aliter ordine vniuersi, s. quia nos: fit oportet dicere etiã qualia dicunt illi, qui melius loquũtur, & in quorum dictis pauciores dubitationes apparent.

e ¶ Prosequitur suã intentionẽ, & circa hoc duo facit. Primo ponit opinionẽ illorum, qui posuerunt principia esse contraria. Secũdo eorũ, qui posuerunt principia esse naturas quasdã separatas, ibi. ¶ Amplius si no erũt &c. ¶ Circa primum duo facit. Primo proponit, in quo deficiant illi, qui dicunt principia esse contraria: dicens, quòd omnes antiqui Philosophi posuerunt omnia esse ex principiis contrariis. Et quantum ad tria non recte dixerunt. Neque. n. recte dixerunt in hoc, quòd posuerunt res

se habent, ut sit ullum alteri ad alterum, sed sunt ad quippiam, ad unum nanque coordinata sunt omnia. Verum, quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcunque facere, sed ea omnia, aut plurima, quæ ordinata sunt, mancipijs uero & bestijs parum, quod ad commune conferat, sed ut plurimum quodcunque contingit, tale nanque principium cuiusque eorum natura est. Dico autem pariformiter quòd necesse est omnia in discrimen uenire. & alia ita sunt, quibus omnia communicant ad uniuersum.

Quæcunque uero impossibilia, siue absurda aliter dicentibus accidunt, quæue dicunt elegantius dicentes, ac in quibus minime dubitationes sunt, non decet nos latere.

Omnes nanque ex contrarijs omnia faciunt. At non recte id, omnia neque id, ex contrarijs. quibus autem contraria insunt, quonam modo ex contrarijs erunt, non dicunt.

Quandoquidem contraria impassibilia sunt a se inuicem. A nobis autem rationi consentanee hoc soluitur, cum aliquid tertium sit. Quidam uero alterum contrariorum materiam faciunt, quemadmodum qui inæquale æquali, aut uni multa. Soluitur autem etiam hoc eodem modo. nam materia una nulli contrarium est.

Item cuncta participabunt malo præter ipsum unum: alterum nanque elementorum ipsum malum est.

esse ex contrariis, neque etiam in hoc, quòd dixerunt omnia ex contrariis. Et tertio defecerunt in hoc, quòd non dixerunt quo modo ex contrariis res producantur. Secundo ibi.

f ¶ Manifestat qũo in prædictis trib⁹ defecerũt, & primo qũo defecerũt in hoc, q posuerũt esse res ex cõtrariis. Sed o in hoc, q posuerunt oia esse ex cõtrariis, ibi. ¶ Amplius oia prima participationẽ. ¶ Tertio qũo defecerũt in hoc, q nõ dixerũt qũo ex contrariis res fiũt, ibi. ¶ Oẽs aũt cõtraria dicentes &c. ¶ Dicit ergo primo, q nõ recte dũt res esse ex cõtrariis, quia cõtraria s̃m se accepta, sunt impassibilia adinuicẽ non. n. albedo patiẽtia nigredine, neq; ecõuerso. Nõ aũt ex eis posset aliqđ vnũ cõstitui nisi adinuice paterent, vt sic reducantur ad aliqđ mediũ. Sed hæc dubitatio s̃m s̃niam Arist. de facili soluitur: quia Arist. posuit pter duo cõtraria esse tertiũ principiũ, qđ est materia. sic ergo vnũ contrariorũ põt pati a reliquo, inquantũ materia subiecta vni contrario, ab alio patitur. Sed alii posuerũt materiã esse alterũ contrariorũ, & nõ aliquid præter cõtraria. Sicut patet de illis, qui posuerunt ista contraria esse principia, inæquale & æquale, vnũ & multa. Attribuebãt. n. inæqualitatẽ & multitudini materiæ, æqualitatẽ & vnitatẽ formæ, sicut patet de opinione Platonis, licet Philosophi naturales posuerint contrariũ. Sed hoc eorum dictum soluitur eodem modo, quia materia, quæ vna est quasi cõe subiectum contrariorũ, nulli est contraria. Deinde cũ dicit.

g ¶ Manifestat Philosophus quomodo defecerunt dicendo oia esse ex contrariis, & circa hoc duo facit. Primo ostendit incõuc-

niens

Universidad de Deusto
Biblioteca

niens, quod ex hac positione sequitur. Manifestum est enim
prima contrariorum genera, sunt bonum & malum, quia scili-
cet alterum contrariorum est vt priuatio, & ita habet rationem
mali. Si ergo omnia sunt ex contrarijs, sequitur quòd omnia
participent malo præter vnum, scilicet bonum quod est princi-
pium. nam alterum
parte. 8. elementorum ponitur esse bonum. Om
nia vero alia ponun
tur esse ex his duo-
bus principiis. Hoc
parte. 9. autem non est verũ:
quia in corporibus
cœlestibus, & natura
substantiarum separa-
tarum, non inuenitur corruptio, & malũ. Secundo ibi.
h ¶ Ostendit quòd
positio ponentium
omnia ex contrarijs,
non conuenit positioni quorundã philosophorũ. Si enim
omnia sunt ex contrariis, sequitur, vt dictum est, quòd pri-
ma principia sint bo
num, & malum. Sed
parte. 11. quidam non posue-
runt bonum, & malũ
esse principia, sed id
qd̃ é bonũ, esse pricipiũ otbus. Tertio ibi.
i ¶ Ostendit quomo
do in ponendo bo-
num esse principiũ,
dececerunt etiam il-
li. Et hoc ostẽdit pri
mo in communi di-
parte. 12. cens, quòd quidam,
licet recte dicerent,
ponentes bonũ esse
principium omniũ,
tamen in hoc defece
runt, quia non deter
minauerunt quomo
do bonum esset prin
cipium, vtrum scili-
cet vt finis, aut vt for
ma, aut vt mouens,
parte. 13. hæc. n. tria habẽt ra-
tionẽ perfecti, & bo-
ni, nõ aũt materia, q̃
parte. 14. nõ pficitur nisi p forma. Vñ de ea mẽtio-
Lect. 9. nẽ nõ facit. Secõ ibi.
K ¶ Descẽdit ad spe
ciales opiniones, &
primo ad opinionẽ
Emped. dicẽs, q̃ incõ
uenienter Empe. po-
nit bonũ esse principiũ. Ponit. n. amorẽ principiũ, quasi bonũ.
Sed amore dicit esse principiũ dupliciter. Dicit. n. q̃ é vt mouẽs,
inquantũ habet vnire, & cõgregare: & iterũ ponit q̃ est pricipiũ
sicut materia. Ponebat n. amore esse partẽ mistorũ. Corpora. n.
ponebat esse mista ex quatuor elementis, & amicitia, & lite. Li-
cet autẽ cõtingat esse principiũ idẽ sicut materia & sicut mouẽs,
nõ tamẽ ẽm eandẽ rationẽ. Potest. n. ignis esse mouens secundũ
formam, & materiale principium secundum materiam, non aũt
secundum idem, quia mouens inquãtum huiusmodi est in actu.
Materia autẽ inquantũ hmõi, est in potentia. Restat igitur assi-
gnandũ secundũ quid amor sit materia, & secũdum quid est mo
uens, qd̃ ipse nõ assignat. Aliud autem inconueniens quod sequi
tur opinionẽ Emped. est q̃ posuit litem esse primum principiũ
incorruptibile. Quæ quidem secundum ipsum videtur esse ipsa
natura mali. Malum autẽ secundum recte opinantes, non ponit
tur principium esse, sed solum bonũ, vt dictum est. Tertio ibi.
l ¶ Descendit ad opinionẽ Anax. dicens, q̃ Anax. posuit bonũ
esse principiũ primũ quasi mouens. Dixit. n. q̃ intellectus mo-
uet oia, sed manifestũ est q̃ semper intellectus mouet gratia alí
cuius, i. p̃p finẽ. Quare oportet, q̃ ponat alterũ aliqd̃ principiũ,

h Alii aũt nec principia bonũ,
aut malum, quãuis in oibus ma
xime quod bonũ principium.

i Alii vero hoc quidẽ recte. qa
principiũ: sed quo qd̃ bonũ prin
cipiũ, nõ dicũt. vtrũ scilicet vt
finis, aut vt mouẽs, aut vt spẽs.

K Inconuenienter aũt & Em-
pedocles. Amicitiam. n. facit
bonum. Hoc aũt principiũ, &
vt mouens: congregat. n. Et vt
materia: pars. n. misturæ. Si ita G
que, & eidem accidit vt mate-
riam, & principium esse, & vt
mouens, sed esse, nõ idẽ. Vtrum
igitur amicitia: inconueniens
aũt, & incorruptibilem esse litẽ. Sed ipsũ aũt est mali natura.

l Anaxagoras aũt vt mouens q̃
bonum principium: Intellectus
enim mouet. sed gratia alicuius
mouet. quare alterum, excepto
vt nos dicimus Nã medicatiua
est quodammodo sanitas. inco
ueniens autem, & contrarium H
non facere bono, & intellectui.

m Oẽs aũt contraria dicentes
non vruntur contrariis, nisi figu
ret aliquis Et quare hæc qdem
corruptibilia, hæc vero incorru
ptibilia, nullus dicit: oĩa nanq;
entia faciũt ex etisdẽ principiis.
Amplius aũt alij qdẽ ex nõ ente
faciũt ẽtia. alii aũt ne ad hoc co
gantur, vnum omnia faciunt.

n Amplius propter quid semp
generatio, & quę est causa gene
rationis nullus dicit. I

o Et duo principia faciẽtibus,
aliquid necesse primũ esse, prin
cipalius. & his qui species, quia
aliud principalius. Propter qd
eũ participauit, aut participat,

pp qd̃ intellectus mouet. Nisi forte dicat sicut nos diximus, q̃
q̃ idem põt esse intellectus, & intellectũ, & q̃ intellect us mouet
pp seipsum, qd̃ aliquo mõ inuenitur in his quæ agunt per intel
lectũ ſm nos. Ars. n. Medicinæ agit pp sanitatem, & sanitas est, Tex. cõ. 51.
quodãmodo ipsa ars medicinę, vt supra dictum est. Aliud aũt in
conueniens sequi vẽ
cõtra opinionẽ Ana
xa. si sustinẽat cõis
opinio. f. q̃ contraria
sunt principia oium,
Sedm hoc. n. videbit
inconueniens, q̃ nõ
facit aliqd̃ principiũ
contrarium bono,
& intellectui. Deinde cum dicit.
m ¶ Oñdit tertiũ, qd̃
supra posuit, f. q̃ po-
nentes principia con
traria eẽ, non dicunt
qũo principiata sunt
ex cõtrariis. Et hoc ẽ
qd̃ dicit q̃ oẽs dicẽtes
principia esse contra
ria nõ vtũtur ad eau
sandũ eę, q̃ sunt appa
rentia in entib⁹. Nisi
{aliquis figuret}. i. ni
si aliquis velit fingę-
re vel figurabiliter
dicere. Et primo cũ
dicit. {Et quare hoc
quidẽ, &c.} ostendit, q̃
nõ pñt causare diffe
rentiã corruptibiliũ
vel incorruptibiliũ.
Dicit ergo, q̃ nullus
Antiquorũ Philoso-
phorũ assignat cam,
quare entia quædam
sunt corruptibilia, &
quædã incorruptibi-
lia. Ponunt. n. quidã
eorũ entia oia esse ex
eisdẽ principiis, t. cõ-
trarijs, & hæc est opi
nio antiquorum na-
turaliũ. Alii vero. f. Tex. cõ. 52.
Poetæ Theologi po-
suerunt oia ex nõ en
te. vnde supra dixit,
q̃ generãt mundum
ex non ente. & sic cũ
eande originẽ vtriq;
assignent oibus enti
bus, non pñt causare
distinctionẽ rerũ ẽm
corruptibile & incor
ruptibile. Et ideo alii
vt ad hoc non cogan
tur, q̃ scilicet ponant
oia esse ex non ente,
vel q̃ assignent causam distinctionis rerũ, posuerunt omnia esse
vnum, toraliter a rebus distinctionẽ tollentes. & hæc est opinio
Parmenidis & Melissi. Secundo ibi.
n ¶ Ostendit q̃ etiam in alio deficiunt, quia scilicet non posũt
assignare causam, quare generatio sit, sempiterna, nec possunt
assignare quũ sit vniuersalis causa generationis. Neutrum enim
contrariorum est vniuersalis generationis causa. Tertio ibi.
o ¶ Tertium ponit, in quo deficiunt ponẽtes principia esse con
traria. Necesse est. n. eis assignare, q̃ alterũ contrariorũ sit princi
palius principiũ. cũ semp alterũ sit vt priuatio. Vel intendit, q̃
necesse est ponere aliquod principiũ principalius vtroq; contra-
riorũ, ex quo nõ assignari possit, quare quæda attribuũtur vni cõ
trariorũ, sicut principio. & quæda alteri, vtpote, quare quodam
tpe moueat lis elementa ad separationẽ, & quodã tpe amicitia ad
congregationẽ. Et hoc ẽ accidit ponentibus esse spẽs. Necesse. n.
est eis ponere aliquod principium principalius speciebus, mani-
festum est enim quòd ea, quæ generantur & corrumpuntur, non
semper eodem modo, participant speciem. vnde oportet ponere
aliquod principium, ex quo assignetur ratio, quare hoc indi
uiduum prius participauit, aut modo participat speciem.
¶ p Ponit

Et aliũ neque principia bonum, & malum, quanquã in omnibus maxime ipsum principium, ipsum bonum sit.

Quidam autem hoc quidem recte, quod principium: quo uero modo ipsum bonum principium sit, utrum ut finis, an ut mouẽs, an ut forma, nõ dicũt.

Empedocles quoque absurde amicitiam facit bonum, cum hæc principiũ sit, & ut mouens, si quidem congregat, & ut materia, nam misti pars est. At si etiam eidem accidat, & ut materiæ principio esse, & ut mouenti, ipsum tamen esse non idem est. Secundum quod igitur horum amicitia est: Inconueniens item est contentionem, incorruptibilem esse. cum hæc ipsa mali natura sit.

Anaxagoras autem, bonum ponit principium, ut mouens, mens enim mouet. uerum alicuius gratia mouet. quare alterum, nisi sit, ut nos dicimus. ars enim medendi quodam modo sanitas est. Inconueniens etiam est, quòd non fecerit aliquid bono. mẽtiq; contrariũ.

Porro nulli eorum, qui ponunt contraria, utuntur contrariis, si quem inquirere non pigeat, & cur quædam corruptibilia, quædam incorruptibilia nemo dixit. omnia nanque entia ex eisdem principiis faciunt. Præterea, qui dam ex non ente faciunt entia. quidam ut hoc nõ cõgantur, unũ cũcta faciunt.

Cur item semper generatio erit, quidque generationis causa sit, dicit nemo. I

At tum illis, qui duo principia faciunt, aliud principalius principium necesse est esse: tum illis. qui formas, quia aliud principalius principiũ est, cur enim participauit, aut participat?

p Ponit quartum inconueniens, quod eis sequitur dicens, q̃
necesse est Philosophis ponentibus principia esse contraria, q̃
sapientiæ primę, & honoratissimæ scientiæ, sit aliquod contra
riũ, quia sapientia est de primo principio, vt in Primo ostensum
est. Vnde, si primo principio non est aliquid contrarium, quia
omnia contraria ha
In proœ. bent naturam, quæ
part. 16. est in potentia ad vr-
rũq; contrariorum:
Primum autem prin
cipium secundũ nos
est immateriale, vt
ex dictis patet: vnde
relinquitur, quòd pri
mo principio nõ sit
contrarium aliquid,
& quòd Primæ scien
tiæ non sit contraria
part. 17. aliqua scientia, sed so
lum ignorantia. De
inde cum dicit.
q ¶ Descẽdit ad o-
pinionem ponentiũ
subsũtias separatas,
& primo ostendit, q̃
part. 18. inconueniens sequi-
tur non ponentibus
eas, & dicit quòd si
non sint alia entia,
part. 19. prẽter sensibilia, non
erit primum princi-
pium, sicut ostensum
est, nec ordo rerum
qualis assignatus est,
nec generatio perpe
part. 20. tua, nec principia,
qualia supra posui-
mus, sed semper erit
principii principium
infinitum, vtpote q̃
Socrates generetur a
Platone, & ille ab il-
lo, & sic in infinitũ,
vt visum est omnib⁹
antiquis Philoso-
phis naturalibus. nõ
part. 21. enim ponebant ali-
quod principium v-
niuersale primũ, prę
ter ista principia par
ticularia & sẽsibilia.
r ¶ Ostendit quòd
inconueniens sequi-
part. 22. tur ponentibus natu
ras quasdam separa-
tas, & primo quantũ
ad eos, qui ponebant
in huiusmodi natu-
ris connexionẽ quã
dam originis. Secun
do quantum ad eos,
qui hoc non pone-
bant, ibi, {Dicentes
autem numerum. }
Circa primum ducit
ad quatuor inconue
nientia, quorum pri
mum est, quòd species & numeri, quæ ponebant quidam prẽter
sensibilia, nullius causæ videntur esse. Sed si sint aliquius causæ,
non videbitur aliquid esse causa motus, quia huiusmodi non
videntur habere rõnem principiorũ mouẽtium. Secundo ibi.
s ¶ Ducit ad aliud inconueniens. numeris enim non estimã
gnitudo. magnitudo autem non est nisi ex magnitudinibus, vn
de impossibile videtur assignare, quomodo magnitudo, & con
tinuum sunt ex numeris, qui non sunt continui. Non enim po
test dici, quòd numerus causet continuum, sicut principium
motuum & formale. Tertium ponit ibi.
t ¶ Dicens, quòd si species & numeri sunt prima principia, cum
in speciebus & numeris non inueniatur contrarietas, sequitur,
q̃ non erunt cõtraria principia prima, quia non ponuntur facti

p Et aliis quidẽ necesse Sapien
tiæ, & honoratissimæ Scientię
aliquid esse contrarium, nobis
aũt non. Non. n. est contrarium
primo quippiam. Nam oĩa con
traria habent materiam. & hęc
potẽtia est. Contraria aũt igno
rantia ad contrarium. Primo
vero contrarium nihil.

q Amplius si non erunt præter
sensibilia alia nõ erit principiũ
& ordo, & gñatio, & cælestia,
sed semper principij principiũ,
vt Theologis & physicis oĩbus.

r Si autem erunt species, aut nu
meri, nullius causæ. si autẽ, non
quidem motus.

s Adhuc quomodo erit ex non
magnitudinibus magnitudo, &
continuum? Non enim nume-
rus facit continuum, nec vt mo
uens, nec ut species.

t At uero nullum erit contra-
riorum & factiuum quod & mo
tiuum. quod cõtinget vtiq; nõ
esse: at vero posterius quidem
ipsum facere, potentia. Non er
go sempiterna sunt entia: sed
sunt: interimẽdũ igitur est ho
rum aliquid. & hoc dictum est.

u Adhuc quo numeri vnum, &
anima & corpus, & species tota
liter, & res, nihil dicet nullus:
nec contingit dicere. si non ut
nos dicat, quod mouens facit.

x Dicentes aũt numerum pri
mum mathematicũ, & semper
aliam habitam substantiam, &
principia cuiusliber, alii incon
nexã ipsius vniuersalis subam
faciũt. (Nihil. n. alia alii cõfert
aut ens, aut nõ ens.) Et pricipia
multa. Entia vero nolũt dispo-
ni male, nec bonum pluralitas
pricipatuũ: vnus ergo priceps.

ua & motiua. & sic continget non esse generationem & motum.
A Quia si prima principia non sunt mouentia, sed posterius cau
sentur ex primis principiis, sequetur, quòd sunt in potentia prio
rum principiorum. Quod autem potest esse, potest & non esse.
Vnde sequitur, quòd generatio & motus, non sunt sempiterna,
sed sunt sempiterna,
vt supra positum est. Lect. 6.
Interimẽdum est igi-
tur aliud præmissorũ,
scilicet quòd pone-
bantur prima princi
pia non esse mouẽtia. Et hoc dictũ est,
scilicet in Primo li-
bro, quomodo prima
principia sunt mouẽ-
tia. Quartum ponit
ibi.
u ¶ Dicens, quòd nul
lus istorum dicere po
test, quid faciat vnũ,
esse numerũ, aut ani-
mam & corpus, aut
vniuersaliter forma,
& id cuius est for-
ma, nisi dicat, quòd Tex. cõ. 12.
mouẽs hoc facit, sicut & inde
nos supradiximus in
octauo. Species autẽ
& numeri non habẽt
rationem causæ mo-
uentis. Deinde cum
dicit.
x ¶ Ostendit quod
inconueniens sequa-
tur secundum illos,
qui ponunt huiusmo
di naturas esse incon-
nexas, dicens, quòd
ponentes primum in
rebus esse numerum
mathematicum, vt
Pythagorici posue-
runt, & sic cõsequen-
ter semper {aliam na
turam habitam, }id-
est consequẽtem, vi-
delicet, quòd post nu
merum magnitudi-
nem: & post magni-
tudinem, sensibilia,
& dicẽtes cuiuslibet
naturæ esse alia, & a-
lia principia, sicut q̃
alia sunt principia,
numerorum, & alia
magnitudinum, &
alia sensibilium, isti,
inquam, sic dicen-
tes, faciunt substan-
tiam {vniuersi esse,
inconnexam, }idest
sine ordine, ita quòd
vna pars nihil confe
rat ad aliam, vel ad
alterã, siue sit, siue nõ
sit. & simiilter faciũt

Et aliis quidem necesse est Sapientiæ, ac nobilissimæ scientiæ aliquid contrarium ponere esse, nobis uero minime. nihil enim est primo contrarium, quandoquidem cuncta contraria materiam habent, & potentia hæc sunt. contraria uero ignorantia ad contrarium, primo autem nihil contrariũ est.

Præterea, si non erunt alia præter sensibilia, non erit principium, & ordo, & generatio, & ipsa cælestia. sed semper principij principium, ut Theologis, naturalibusque cunctis.

Si autem erunt formæ, aut numeri, nullius causæ erunt: si uero non, neque prorsus ipsius motus.

Quo nanque item modo ex non habentibus magnitudinem, magnitudo continuumque erit? numerus nanque non faciet continuum, neque ut mouens, neque ut forma.

Cæterum nihil contrariorum erit quod et factiuum et motiuum, alioqui contingere sane possit non esse. uerum enim uero & facere posterius quàm potentia est. Entia ergo non erunt sempiterna: attamen sunt: interimẽdum igitur aliquid horum est. hoc autem aliquo pacto dictum est.

Item, quomodo numeri sunt unum, aut anima, & corpus, & omnino forma & res, nemo aliquid dicit, nec dicere potest, nisi ut nos, dicat, quod ut mouens faciat.

Qui uero dicunt mathematicum numerum primum, & ita semper aliã attiguam substantiam, ac alia cuiusque principia, inconspirãtem uniuersi substantiam faciunt, nihil. n. altera alteri cõfert. siue sit, siue nõ sit, & principia multa. At entia nolunt male gubernari. non est bonum pluralitas principatuum, unus ergo princeps.

multa principia inconnexa. & hoc non potest esse, quia entia
non volunt male disponi. Dispositio enim entium naturaliũ
est qualis optima potest esse. Et hoc videmus in singulis, quòd
vnumquodque est optimæ dispositionis in sua natura. Vnde
multo magis oportet hoc existimare in toto vniuerso. Sed plu-
ralitas principatuum non est bonum. Sicut non esset bonum,
quòd essent diuersæ familiæ in vna domo, quæ inuicem non
communicarent. Vnde relinquitur, quòd totum vniuersum,
est sicut vnus principatus, & vnum regnum. Et ita oportet
quòd ordinetur ab vno gubernatore. Et hoc est, quod conclu-
dit, quòd est vnus princeps totius vniuersi, scilicet primum mo
uens, & primum intelligibile, & primum bonum, quod supra
dixit Deum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Commentariorum S. Thomæ Aquinatis super duodecim libros Metaphysicorum Aristotelis finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERIES CARTARVM

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Omnes sunt Quaterniones, præter X Ternionem.

ROMAE,
Apud hæredes Antonii Bladi, & Ioannem Osmarinum Liliotum socios.
M D L X X.

DIVI THOMAE AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI,

LIBER DE ENTE, ET ESSENTIA,

Cum commentariis

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS D. D. THOMAE DE VIO, CAIETANI,

Ordinis Prædicatorum S. R. E. tituli S. Xysti Presbyteri Cardinalis, artium, & sacræ Theologiæ Doctoris celeberrimi.

QVONIAM insigne in duas partes diuiditur principales, in proœmium scilicet, & tractatum incipientem ibi, Sciendum est &c. In proœmio autem Rhetoricæ seruando tria agit. Primo reddit auditores beneuolos, vtilitatem & necessitatem dicendorum ostendens tali ratione. Omnis errans circa principia omnium intelligibilium magis errabit circa aliaomnis errans circa:essentiã & ens errat circa principia omnium intelligibilium. ergo omnis errans circa essentiã & ens magis errabit circa alia. vtile igitur & necessarium est tradere notitiam de essentia & ente ad vitandos multiplices errores, qui ex eorum ignorantia accidunt. Huius rationis Maioris subintellectæ probatio ponitur in litera sumpta ex primo cæli, text. Comment. 33. Minor aũt probatur autoritate Auicen. primo suæ Meta. capite 5.

¶ Ad euidentiam Maioris & suæ probationis scito, quòd quia principium est patuũ in quantitate, ideo error in principio paruus appellatur: & quia principium est magnum in virtute, vtpote virtualiter continens omnia principiata, ideo error in principio paruus, in fine efficitur magnus. Crescit enim error, sicut & dilatatur principium in suis principiatis, vt manifeste patet in principio biuii, in quo modica deuiatio ad magnam distantiam deducit in processu.

PROOEMIVM S. THO.

VIA PARVVS error i principio, magnus est in fine, secundũ Philosophum primo Cœli & Mũdi, ens autem & essentia sunt, quæ primo in intellectu concipiuntur, vt dicit Auicenna in Metaphysica: ideo primo, ne ex eorum ignorantia errare contingat, ad horũ difficultatẽ aperiendã dicendũ est, quid nomine Essentiæ, & Entis significet, & quomodo in diuersis inueniãtur, & quomodo se habeant ad intentiones logicas, scilicet genera, species, & differentias.

QVAESTIO I.

ADEVIDENTIAM minoris occurrit dubitatio i hoc studio trita, An scilicet ens sit primo cognitum ordine originis ab intellectu nostro.

¶ In hac quæstione quinque agam. Primo declarabitur in quo stat difficultas quæstionis: secundo ponetur opinio Scoti cũ fundamentis suis: tertio ponetur opinio S. Tho. & impugnabitur simul opinio Scoti: quarto arguetur contra dicta Sancti Thomæ, & respondebitur: quinto satisfiet argumentis principalibus.

QVO ad primum notandum est, quòd vniuersale, quod tantum ab intellectu directe cognosci supponimus, duplicem habet totalitatem: est enim totum diffinibile, & est totum vniuersale. Differunt autem hæ totalitates tripliciter. Primo, quia totalitas diffinitiua fundatur supra actualitates rei: totalitas autem vniuersalis supra virtutem, seu potestatem. Secundo, quia illa est in ordine ad superiora, si habet ea: ista vero est in ordine ad inferiora. Tertio, quia illa naturaliter est ista prior. Et sicut habet duplicem totalitatem ipsum vniuersale, ita habet duplicem cognitionem, confusam, & duplicem distinctam. Prima cognitio confusa, est qua cognoscitur vt totum diffinibile, non resoluendo in partes diffinitiuas. Secunda cognitio confusa, est qua cognoscitur vt totum vniuersale, non componendo ipsum cum partibus subiectiuis. Prima distincta, est qua cognoscitur totum diffinitum, resoluẽdo ipsum in singulas partes diffinitionis, & hæc respondet primæ confusæ. Secunda distincta, est qua cognoscitur totum vniuersale, componẽdo ipsum cum suis partibus subiectiuis: & hæc respondet secundæ confusæ. Differunt aũt illæ duæ cognitiones cõfusæ inter se tripliciter. Primo, quia prima cognitio respicit obiectum, vt totum diffinibile. Secunda vero totũ vniuersale. Tertio, quia prima nullã notitiã distinctã eiusdẽ obiecti secum cõpatitur. Secũda vero compatitur secum notitiã distinctã eiusdẽ obiecti in eo quòd totũ diffinibile, vtpote nõ sibi oppositã. Similiter. n. ignoro animal in suis speciebus, & noui qd sit animal. Tertio, qa prima naturaliter est prior secunda: ex quibus pono verbalẽ differentiã. Et prima vocetur cognitio confusa actualis: secunda vero notitia virtualis cõfusa. Et merito, eo quòd prima cognitiõe cognoscitur cõfuse id, qđ actualiter in obiecto reperitur: secunda vero cognoscitur confuse id, quod virtualiter in obiecto includitur.

Cap. 5. in princip.

¶ Ille uero duę distinctę cognitiões differũt etiã tripliciter. Primo, qa prima cognitiõe penetratẽ res, vt totũ diffinibile: secunda vero, vt totũ vniuersale. Secũdo, qa prima cõpatitur secũ eiusdẽ obiecti aliquã cognitionẽ confusam vniuersalẽ. s. vepore sibi non oppositã: secunda vero nullã cõfusam secũ cõpatitur. Cũ notitia enim animalis cũ suis speciebus nõ stat ignorãtia animalis in se: & ex hac sequitur tertia differentia, quòd secũda distincta infert primã, & nõ econuerso. Ex quibus pono ẽt hic verbalẽ differentiã, & prima quidem vocetur notitia distincta actualis: secunda vero notitia distincta virtualis. & merito: quia prima penetratur res secundum id quod actualiter in ea inuenitur: secunda autẽ cognoscitur res secundum id, quod virtualiter in ea includitur.

EX HIS elicio primo diffinitiones istarum quatuor cognitionum: deinde coordinationes quatuor earundem. Et quia priuatio cognoscitur & diffinitur per suum habitum, ideo a distinctis incipiendo, dicitur quòd cognitio distincta actualis est, qua penetratur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio confusa actualis est, qua circa penetrationem cognoscitur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio distincta virtualis est, qua obiectũ penetratur secundũ id quod virtualiter in ipso includitur. Cognitio confusa virtualis est, qua obiectum secundum id quod virtualiter in ipso includitur, non perfectẽ cognoscitur.

COORDINATIONES Harum cognitionum sunt istæ. Prima est cognitionũ confusarũ actualiũ: secunda confusarum virtualium: tertia distinctarum actualiũ: quarta distinctarũ virtualiũ. In prima est cognitio, qua cognoscitur substantia in seipsa non penetrando tamen, & cognitio qua cognoscitur corpus ut corpus: & qua corpus animatũ vt sic, & qua animal vt sic, & qua homo vt sic, semp absque penetratiõe. i. absque hoc quòd habeatur ratio formalis clara & resoluta. In secũda sunt cognitiones oppositæ supradictis, scilicet qua substãtia, & qua corpus, & qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

animal, & qua homo quidditatiue cognoscuntur. In secunda sunt cognitiones, quibus substantia, corpus, corpus animatum & anima cognoscitur, non componendo cum inferioribus suis, In quarta sunt cognitiones his oppositæ, scilicet qua substantia iam cum suis inferioribus perfecta cognitione componitur totum vniuersale, scilicet cum suis partibus, & qua corpus similiter cum suis partibus subiectiuis penetratur: & sic de aliis. Cum autem, vt ex dictis patet, ordo cognitionum confusorum a actualium sit via originis prior cæteris, primum cognitum in ordine cognitionis confusæ actualis, erit primum cognitum simpliciter: & sic cum hic quæramus, quid sit primum cognitum simpliciter ab intellectu nostro uia originis, nihil aliud dubitamus, nisi quid sit primum cognitum in ordine cognitionis confusæ actualis. Stat ergo inter nos, & Scotum difficultas in hoc, an in ordine cognitionis confusę actualis via originis, primum cognitum sit ens, an species specialissima. Ex quo patet defectus Antonii Trombetæ, qui hanc quæstionem mouendo, adducit opinionem Sancii Thomæ ex prima parte, q. 85. artic. 3. etenim a Sancto Thoma nulla ibi facta est comparatio inter cognitiones confusas actuales, de quibus est hic tota quæstio: sed comparauit ibi cognitiones distinctas actuales inter se. comparauit quoque distinctam actualem superioris distinctæ virtuali eiusdem, comparauit & confusam virtualę superioris distinctæ virtuali eiusdem, comparauit & confusam actualem distinctæ actuali eiusdem obiecti, vt patet intuenti. Et hoc de primo.

supra. q. 85. artic. 3.

¶ Quo ad secundum Scotus primo sen. dist. 3. q. 2. ponit hãc conclusionem. Primum cognitum cognitione confusa actuali est species specialissima, cuius singulare efficacius primo mouet sensum. Et probat tribus rationibus.

¶ Prima est. Causæ naturales non impeditæ producunt primo perfectissimum effectum, quem possunt primo producere. patet ista, quia agunt secundum vltimum potentiæ suæ: sed agentia ad primum actum intellectus sunt causæ naturales non impeditæ. ergo producunt primo perfectissimum effectum, quem possunt primo producere. talis effectus non est nisi conceptus actualis confusus speciei specialissimæ. ergo &c. Probatur hoc vltimo assumptũ, quia si talis conceptus, scilicet perfectissimus, sit conceptus communioris, sequitur quòd nunquam illa agentia poterunt producere conceptum speciei specialissimæ. Tenet consequentia, quia nunquam aliqua potentia potest in effectum perfectiorem suo perfectissimo effectu: conceptus autem speciei specialissimæ est perfectior conceptu communiori, sicut totum sua parte. Et confirmatur. inquit Anto. Trombeta. Quandocunque sunt aliqua duo naturalia agentia æque approximata passo debite disposito, id quod est actualius, præuenit id quod est minus actuale in agendo erga passum: sed rationes obiectiuæ speciei specialissimæ, & cuiuscunque superioris sunt huiusmodi, scilicet quòd species specialissima est actualior. ergo species specialissima prius producit, effectũ suum, quàm genus.

ca. 3. circa medium.

¶ Secunda ratio est ista. Termini metaphysicales, vel vniuersalissimi sunt vltimo actualiter noti via doctrinæ. Patet ista ex Auicen. 1. Meta. c. 3. dicente, quòd Metaphysica est vltima ordine doctrinæ: sed termini illi sunt vniuersalissimi. ergo vniuersaliora non sunt prius nota actualiter. Et cõfirmatur, ait Anto. Trombeta, quia ordo scientiarum quo ad nos, attenditur penes ordinem cognoscibilium quo ad nos: si ergo Metaphysica est vltima a quo ad nos. ergo termini sui erunt etiam vltimo noti quo ad nos.

¶ Tertia ratio est ista. Si oporteret ante speciei conceptum concipere vniuersaliora, tunc suppposito sensu in actu & intellectu soluto, magnum temporis interuallum accideret, antequàm intellectus cognosceret speciem. Tenet consequentia, quia multa sunt prædicata media inter supremum & infimum.

¶ Quarto, ad idem arguit Anto. Trombeta sic. Id prius cognoscitur, quod est facilioris abstractionis: sed species specialissima est facillimæ abstractionis. ergo species specialissima prius cognoscitur. Probatur Maior, quia cum intellectus non intelligat nisi abstrahendo, sicut se habet ad abstrahendũ, ita se habet ad intelligendum. Minor patet, quia a similioribus facilior est abstractio, quàm a dissimilioribus: indiuidua autem vnius speciei, a quibus abstrahitur genus, seu quod uis superius.

Primo Topi.

¶ Quinto. Id vniuersale prius cognoscitur ab intellectu, cuius singulare fortius mouet sensum: sed singulare speciei specialissimæ fortius mouet sensum, quàm cuiuscunq; superioris singulare. ergo species specialissima primo cognoscitur ab intellectu. Maior patet: quia nostra cognitio intellectiua nascitur ex sensitiua. Minor probatur dupliciter. Primo, Sensus mouetur a singulari. ergo maxime mouetur a maxime singulari, per regulam Topicam, sicut simpliciter ad simpliciter: sed maxime singulare est singulare speciei specialissimæ, quia est determinatum non solum determinatione singularitatis, sed etiã

F naturæ determinatæ, non amplius determinabilis per aliam naturam, quod indiuiduis superiorum non connenit. ergo &c. Secundo probatur eadẽ Minor sic. Singulare actualius fortius mouet sensum; sed singulare speciei specialissimæ est actualius, cum sit perfectius, cum ad alia singularia addat. ergo singulare speciei specialissimæ fortius mouet.

¶ Sexto sic. Compositius est prius notum: species specialissima est compositior omnibus superioribus. ergo species specialissima est prius nota omnibus superioribus. Maior habetur a Commentatore primo Physic. comm. 3. Minor a Prophyrio dicente, quòd species abundat a genere. Et hoc de secundo.

c. 3. de differentia.

Quo ad Tertium, ponuntur duæ conclusiones. Prima est, Ens concretum quidditati sensibili est primum cognitum cognitione confusa actuali.

¶ Antequàm hæc conclusio probetur, duo præmittam. Primo declarabo quid nominis subiecti conclusionis, scilicet, quid sit dicere, Ens concretum quidditati sensibili. Secundo declarabitur quoddam, quod præsupponit ipsa conclusio.

G ¶ Circa primum scito, quòd ens sub triplici conditione potest terminare actum intellectus. Primo, vt habet conditionem istã, quæ est abstractio totalis, non dico a singularibus, sed a speciebus & a generibus. Secundo modo, vt habet conditionem istam quæ est abstractio formalis similiter a speciebus & generibus. Tertio modo, vt neutram istarum conditionum habens: abstractum tamen a singularibus. Primo modo, ens non est pertinens ad hanc quæstionem: quia ipsum vt sic, est totum vniuersale: nos autem loquimur de cognitione confusa actuali, non virtuali. Secundo modo, ens est terminus metaphysicalis: & forte adhuc viris doctissimis non innotuit. Tertio modo, ens est primum cognitum, & nuncupatum est ens concretum quidditati sensibili: quia non est separatum aliqua dictarum abstractionum a quidditate specifica, vel generica.

H ¶ Ad liorum pleniorem intelligentiam nota, quòd sicut est duplex compositio, scilicet, formæ cum materia, & totius cum partibus: ita duplex est abstractio per intellectum, scilicet qua formale abstrahitur a materiali, & qua totum vniuersale abstrahitur a partibus subiectiuis. secundum primam, quantitas abstrahitur a materia sensibili: iuxta secundam, animal abstrahitur a boue & leone. Primam voco abstractionem formalem, secundam vero voco abstractionem totalem, eo quia quod abstrahitur prima abstractione, est vt forma eius a quo abstrahitur: quod vero abstrahitur secunda abstractione, est vt totum vniuersale respectu eius, a quo abstrahitur.

I ¶ Differunt autem hæ duæ abstractiones quadrupliciter. Primo, quia in abstractione formali seorsum vterq; conceptus completus habetur, eius scilicet quod abstrahitur, & eius a quo abstrahitur, idest, formalis & materialis, ita quòd conceptus alter alterum non includit. Linea enim in eo quòd linea, habet complete suam diffinitionem non includentem materiam sensibilem: & econuerso, materia sensibilis lineæ habet complete suam diffinitionem non includentem aliquid lineæ, in eo quod linea: aliter diffinitiones naturales abstraherent a materia sensibili. In abstractione vero totali non remanet seorsum vterque conceptus completus, ita quòd alter alterum non includit, sed vnus tantum, eius scilicet quod abstrahitur. Quando enim abstraho animal ab homine, nõ præcedunt se inuicem conceptus hominis & animalis, sed tantum conceptus animalis non includit conceptum hominis. homo enim non est intelligibilis sine animali. Fundamentum huius differentiæ est, quòd illa abstractio sit per considerationem alicuius, quod est de ratione inferioris, & per remotionem, idest, non considerationem alicuius, quod est de ratione illiusmet inferioris. abstrahitur enim animal ab homine per hoc, quod intellectus considerat in homine animal & non rationale, quorum vtrunque

K est de ratione hominis. Illa autem abstractio non fit per considerationem alicuius quod sit de illius ratione materiæ, & per non considerationem alicuius, quod sit de illius ratione: sed potius fit per separationem eorum, quæ sunt de ratione formalis ab his, quæ sunt de ratione materialis, & econuerso, vt exemplum datum ostendit.

¶ Secundo differunt, quia per abstractionẽ formalẽ oritur in eo quòd abstrahit actualitas, distinctio, & intelligibilitas. In abstractione vero totali oritur in eo, qđ abstrahitur potentialitatis confusio, & minor intelligibilitas. Tertio differunt, qa in abstractiõe formali, quãto aliquid est abstractius, tanto est notius naturæ. In abstractione vero totali, quãto est abstractius, tãto est notius nobis. Fundamentũ harũ differentiarũ est, quia abstractio formalis fit per separationẽ a materialibus potẽcialibus, & huiusmodi. Abstractio aũt totalis fit per separationẽ a specificis actualitatibus, a quibus quãto aliquid est abstractius, tanto est potẽtialius, cũ genus potestate contineat inferiora: & tãto est minus intelligibile, cum actus secundũ se sit notior potentia, sexto Meta. tex. Comm. 2.

Comm. 2. Quarto differunt, quia penes diuersos modos ab- A stractionis formalis scientiæ speculatiuæ diuersificantur, vt patet sexto Metaph. in principio. Abstractio autem totalis communis est omni scientiæ. Propter quod metaphysicalia, vt sic, non comparantur ad naturalia per modum totius vniuersalis ad partes subiectiuas, sed vt formalia ad materialia, sicut & mathematicalia. Licet enim gradus metaphysicales sint vniuersaliores aliis, & comparari possint ad alia, vt ad partes subiectiuas, eo quòd eidem potest vtraque abstractio conuenire, tamen inquantum stant sub consideratione metaphysicali, non sunt vniuersalia respectu naturalium, sed formæ, & naturalia sunt earum materia: hoc est valde notandum. Patet ergo quomodo ens quandoque habet abstractionem formalem, quando scilicet cum præcisione cæterarum rationum genericarum & specificarum accipitur: & quomodo quandoque habet abstractionem totalem, quando scilicet vt totum vniuersale potestate in- B cludens cætera genera & species, consideratur. Patere etiam potest quod nunc intẽdimus, quomodo ens sit concretum quidditati sensibili, cum scilicet neutra illarum abstractionum sulcitur, sed in quidditate sensibili abstracta a singularibus absque aliqua separatione inspicitur, & sic est manifestum quid significetur nomine Entis concreti quidditati sensibili.

¶ Id vero quod præsupponit conclusio est, Ens posse cognosci cognitione actuali confusa, quod Scotistæ negant, tenentes ens non posse cognosci cognitione actuali confusa, sed distincta tantum: et probant sic. Id quod habet conceptum simpliciter simplicem, non potest cognosci cognitione confusa actuali: ens habet conceptum simplicem. ergo. Maior patet ex eo, quòd cognitio confusa actualis sit, cum intellectus fertur in obiectum secundum id quod actualiter in eo includitur, nesciendo resoluere in partes rationis illius obiecti. In id autem quod habet conceptum simpliciter simplicem, non contingit intelle- C ctum ferri secundum aliquid, & secundum aliquid non: aliter conceptus eius esset compositus. Minor patet, quia conceptus entis est irresolubilis. Vt autem videatur quòd conclusio non præsupponit aliquod falsum, & pateat insufficientia huius rationis, aduertas quòd sicut de ratione cognitionis distinctæ actualis non est, quòd obiectum cognoscatur per resolutionem in partes rationis, vt patet, cum distinctæ cognoscitur ens: sed eius ratio stat in hoc, quòd obiectum penetretur ab intellectu secundum omne quod actualiter in illo inuenitur, siue hoc fiat per resolutionem obiecti in partes rationis, siue fiat ex claro intuitu obiecti simplicis: ita non est de ratione cognitionis confusæ actualis, quòd intellectus intelligat obiectum secundum aliquid, & secundum aliquid ignoret, sed sufficit quòd intellectus referatur in obiectum ipsum actualiter, & non penetret eius actualitatem, ita quòd in hoc stat ratio cognitionis confusæ actualis, quòd intellectus feratur in obiectum secundum id D quod actualiter in eo est, non penetrando ipsum. Siue autem id contingat ex eo, quòd obiectum est resolubile in plures conceptus, siue ex alio per accidens, hoc se habet ad cognitionem confusam actualem: & sic ratio Scoti assumit maiorem falsam, & probationem peccantem, falsam consequentis ab inferiori ad suum superius negatiue, a negatiua vnius modi cognitionis confusæ ad negatiuam vnius modi.

¶ Et quòd ita sit, & quòd ens & quodlibet simpliciter simplex possit cognosci cognitione confusa actuali, probo sic. Quandocunq; intellectus fertur in ens, actualiter ipsum concipiendo, & nesciendo separare ens a subsantia & accidente, habet de ente cognitionem confusam actualem: sed multorum hominum intellectus est huiusmodi. ergo &c. Maior sic manifestatur, quia cum intellectus actualiter fertur in ens, & tamen nescit separare propriam eius rationem a rationibus propriis substantiæ & accidentis, aut habet cognitionem confusam, aut E distinctam. Non distinctam, quia effectus inseparabilis cognitionis distinctæ, est scire illius obiecti differentiam ab aliis. ergo confusam. & cum positum sit quòd sit cognitio actualis, sequitur quòd sit cognitio confusa actualis. Minorem experientia docet: videmus enim multos per plures annos exercitatos in studiis, adhuc nescire destinguere rationem propriam entis a substantia & accidente, quos nescire habere conceptum actualem entis fatuum est dicere, & contra sensum. considerant enim ens secundum id quod actualiter in se habet, & totum attingunt, sed quia non totaliter comprehendunt, ideo nesciunt ipsum ab aliis separare. restat igitur præsuppositum in nostra conclusione solidum, & falsum esse quòd ens sola cognitione actuali distincta cognoscatur. Nunc superest probare conclusionem, quam habes quo ad primam partem a San. Tho. & Auicen. dicentibus, quòd ens est id quod intellectui nostro primo imprimitur. probatur ergo sic conclusio. Conceptus imperfectissimus omnium est primus via originis: sed conceptus actualis confusus entis est conceptus imperfectissimus omnium. ergo est primus via originis. Maior patet, quia imperfectiora sunt priora uia generationis. 9. Meta. tex. com. 15. Minor etiã Text. cõ. 15. est de se euidens, quia omnis alius conceptus cum addat ad entis conceptum, est perfectior illo, sicut totum sua parte.

¶ Respondet Antonius Trombeta, quòd perfectio conceptus est duplex, perfectio obiectalis, & perfectio euidentiæ. Ille conceptus est perfectior obiectalis, qui habet obiectum perfectius positum: ille autem est perfectior euidenter, qui habet obiectum pauciora includens ex Arist. in proœ. Meta. unde si in argumento sit sermo de perfectione obiectali, maior est falsa, & minor vera: si de perfectione euidentiæ, maior est vera, & minor falsa.

¶ Contra, & probo quòd minor sit vera de perfectione euidentiæ loquendo, ita quòd conceptus actualis confusus entis sit imperfectissimus, quo ad euidentiam. Ille conceptus est omnium ineuidentissimus, sub quo intellectus positus magis remotus est a cognitione aliorũ oĩum, q̃ sub quocunq; alio conceptu: conceptus actualis confusus entis est huiusmodi, scilicet quòd intellectus habens ipsum, magis distat ab aliorum cognitione, quàm habens quemcunq; alium conceptum. ergo conceptus actualis confusus entis est ineuidentissimus omnium. Maior patet ex eo, quòd euidentia conceptus, cum sit propria perfectio intellectus, quanto maior est, tanto intellectum magis propinquum reddit ad aliorum cognitionem, præsertim cum intellectus ex euidentibus ad ineuidentia naturaliter procedat. Minor vero probatur sic. Quandocunq; sunt aliqui duo conceptus, quorum vnus actualiter alterum includit, & non econuerso, intellectus habens illum, qui actualiter includit alterum, est in proximiori dispositione ad cognoscendum reliquum, quàm econuerso modo conceptus entis ita se habet ad alios, quòd ipse alios non includit, alii vero actualiter ipsum includunt. ergo intellectus habens conceptum entis magis distat ab aliorum cognitione, quàm habens quemcunq; alium conceptum. Et confirmatur per Sco. dicentem, quòd pars rationis actualiter intellecte est satis proxima intellectui, adeo vt proximius esse non possit. Illud autem quod adducitur ex proœ. Metaph. quòd euidentia attenditur penes obiectum pauciora actu includens, ad propositum non est: quoniam certitudo illa est certitudo obiectalis, fermo autem noster est de euidentia se tenente ex parte intellectus. ex talibus enim euidentibus & certis procedit intellectus ad sibi ineuidentia & incerta.

¶ Secundo probatur eadem conclusio sic. Cognitio primorum principiorum est prima cognitio complexa. ergo cognitio entis est prima cognitio incomplexa. Antecedens patet ex eo quòd cognitio, quæ est a natura, debet præcedere eam, quæ est ex industria, & ex eo quòd in omnium sunt notitia etiam in pueritia, & ex eo quòd præsupponuntur ad quodlibet discere, vt habetur primo Poste. Consequentia vero probatur, quia cum Tex. com. 5 ens sit terminus ille, ex quo conficitur principium primum: si ens non esset primum cognitum, sed aliquid aliud, posset tunc fieri alia complexio ab intellectu, adhuc non habita notitia principii &c.

¶ Contra ipsam positionem Scoti arguitur. Species specialissima non est obiectum confusissimum simpliciter. ergo cognitio eius actualis confusa non est prima simpliciter, & consequenter ipsa non est primum cognitum. Consequentia tenet ex positione aduersa dicente, quòd ideo species specialissima est primum cognitum, quia est confusissima. Antecedens probatur sic. Genus est confusius specie. ergo ipsa non est confusissima. Consequentia iterum est nota. Antecedens probatur. Quod plura continet, est confusius: genus plura continet quàm species, animal enim continet plura, quàm homo. ergo &c.

¶ Respondet, quòd continentia est duplex, quædam actualis, quædam potentialis: & quòd id est confusius, quod plura continet actualiter, non potentialiter. modo genus continet plura in potentia: species autem in actu, & ideo species est confusior.

¶ Cõtra, Cõfusius est qđ cõtinet plura sine ordine, q̃ qđ cõtinet plura cũ ordine: sed cõtinens actualiter cõtinet plura ordinate. spẽs. n. ordinate cõtinet partes diffinitiuas: cõtinet aũt in potẽtia cõtinet plura sine ordine. ergo cõtinẽs plura potẽtialẽ ẽ cõfusius.

¶ Respondet Anto. Trombeta, quòd genus continet species ordinate, & non sine ordine, eo quòd non respicit eas nisi mediis differentiis, quæ sunt ualde ordinatæ.

c. de differẽtia.

¶ Cõtra, Genus cõtinet spẽs & dĩas non in actu, sed i potẽtia, vt dicit Porphirius. ergo cõtinet eas indistincte. Tenet cõsequẽtia: q a actẽ est q distinguit. 7. Met. tex. cõ. 49. tũc vltima cõtinet indistincte. ergo non ordinate. Tenet cõsequẽtia: q a ordo absq; distinctiõe nõ est imaginabilis, ẽt si fingẽdi deẽ licẽtia. Qđ aũt dixit, genus. s. nõ respicere species nisi mediis differentiis ordinatis, non iuuat, eo quòd non solum species, sed etiam differentias inter se ordinatas genus absq; ordine continet, vt probatum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Aduertas hic, quòd confusio non sequitur continentiam plurium, vt Scotistæ fingunt: sic enim vniuersum esset maxime confusum, sed continentiam plurium sine ordine. Vnde prouerbiū est, Vbi pluralitas sine ordine, ibi confusio &c.

¶ Secunda conclusio est ista. Inter conceptus actuales confusos prædicatorum quidditatiuorum nō est essentialis ordo originis. probatur sic. Quandocunque sunt aliqui conceptus essentialiter ordinati ordine originis, impossibile est extremos generari, non genitis intermedijs. Ista patet de se, alioquin non esset ordo essentialis originis inter illos: sed de facto habemus conceptus confusos actuales extremorum absque intermediorum conceptibus. ergo non est inter eos essentialis ordo originis. Minorem experientia declarat: experimur namque nos concipere hominem, & substantiam, & tamen intermedia ignoramus non solum distincte, sed confuse. caremus enim conceptibus propriis eorum, quibus actualiter in ipsa dirigatur intellectus acies: & nō solum ignoramus resoluere ipsa in partes diffinitiuas. et quia hæc ratio conuincit me, ideo solam aduco. Ex hoc patet defectus Scotistarum dicentium, quòd est ordo essentialis inter conceptus confusos: non enim possunt soluere hanc rationem.

¶ Sed immediate contra hæc obijcitur sic. Inter conceptus confusos actuales superioris & inferioris, non est ordo essentialis originis. ergo ita potest primo generari conceptus speciei specialissimæ, sicut entis: quod est contra primam conclusionem. Tenet consequentia: quia ordo non essentialis non est necessarius, & variari potest.

¶ Ad hoc dico negando consequentiam. Licet enim non sit ordo essentialis inter omnes conceptus confusos, est tamen talis ordo inter conceptus entis, & quemcunq; alium. Nec hoc est voluntarium, eo quòd conceptus entis est quædam forma generalissima ipsius intellectᵒ: sicut forma corporeitatis est forma generalissima ipsius materiæ. Vnde sicut inter formam corporeitatis & alias, est ordo essentialis, non autem inter alias formas inter se: ita inter conceptum entis & alios, non autem inter alios inter se: potest enim post conceptum entis quodcunq; aliud concipi, siue substantia, siue accidens, siue species, siue genus. Est etiam conceptus entis quasi naturalis ipsi intellectui, sicut & cognitio primi principij. statim enim præsentatum ens ab omnibus cognoscitur, & ideo ipsum oportet esse prius aliis essentialiter: sicut vniuersaliter actus naturalis præcedit cæteros, qui penitus ab extra sunt: non est autem similis ratio de aliis conceptibus inter se. Et hæc de tertio.

QVOAD Quartum, quia Anto. Trombeta impugnat quædam dicta S. Doc. in prima parte, quæst. 85. ar. 3. vbi tradit ordinem intellectualis cognitionis secundum viam peripateticam, ideo adduco eius impugnationes, & soluo. Quinque autem sunt dicta, contra quæ arguit. Primum est. Intellectus est vniuersalium, & prius magis vniuersalium. Secūdum. Intellectus noster procedit de potentia ad actum. Tertium. Notitia rerum in vniuersali est notitia incompleta. Quartum. Notitia in vniuersali est notitia secundum quid, & in potentia. Quintum. Sensus exiens de potentia ad actum prius cōmunius, quàm minus commune cognoscit.

¶ Contra primum arguit sic. S. Tho. tenet, quòd quicquid est in re & ex natura rei sit singulare. addo huic aliam propositionem, scilicet. Illud quod præcedit actū intelligendi est reale, tunc sic, Quicquid é in re est singulare: quicquid prima intellectione intelligitur, est in re. ergo quicquid prima intellectione intelligiē, est singulare. ergo non potest intelligere magis vniuersaliter. Maior est. S. Tho. Minor ex secundo supposito patet, quòd quadrupliciter probatur, Tum quia ens rationis est posterius actu collationis intellectus: Tum quia tale obiectū est causa entis realis. s. primi actus intelligendi: Tum quia talis primus actus refertur ad obiectum relatione reali, quæ non est nisi ad terminum realem: Tum quia talis primus actus dependet ab obiecto, vt a mensura, ens autem reale non dependet ab ente rationis.

¶ Ad hæc, responsio, quòd Maior potest habere duplicem sensum. Primus est, cp quicquid est in re, est singulare, idest, quicqd est in re est singularitas, & sic est falsa. est enim in Sorte non solū singularitas, sed humanitas & animalitas. Secundus sensus est, Quicquid est in re, est singulare, idest, quicquid est in re, habet el se singularizatū: & hoc modo est apud Peripateticos verissima, vnde argumentū, si debet esse tribus terminis, Maior est falsa in primo sensu. In secundo autem conceditur totū argumentū. Ens si quidem primo cognitum non habet esse reale nisi in singularibus. Quæ aūt addit, quantum veritatem habeant, infra patebit.

¶ Contra secūdum dictum, scilicet. Intellectus noster procedit de potentia ad actum, arguitur sic. Ista propositio assumitur a S. Tho. ad probandum illam conclusionem, scilicet. Magis vniuersale prius intelligitur: aut ista propositio concludit, nihil ad propositum: aut ipsa est simpliciter falsa. quia si intellectus prius intelligat aliquid in potentia, quàm ī actu, ipsa est vera, sed non ad propositum. Concedo enim quòd intellectus prius intelligit speciem specialissimā in potentia, quàm in actu: sed hoc non habetur, quòd prius genus quàm specie intelligat. Si autem intelligat, quòd intellectus procedit de potentia ad actum, idest, de notitia imperfecta ad perfectam, ipsa non est vniuersaliter vera, vt patet cum proceditur a notitia præmissarum ad conclusiones, & a notitia causæ ad effectus notitiam: & per hoc patet etiam illud esse falsum, scilicet quòd intellectus prius peruenit ad actum imperfectum, quàm perfectum. Nam aer illuminatus non prius imperfecte, deinde perfecte illuminatur a Sole: similiter intellectus prius recipit actum quàm habitum, & tamen actus est perfectior habitu. vnde ad hoc quòd propositio sit vera, oportet probare ordinem essentialem actus incompleti ad actum completum.

¶ Ad hoc respondeo, quòd Sanctus Thomas intelligit illā propositionem neutro illorum modorum præcise, sed hoc modo. Intellectus exiens de potentia ad actum vltimate perfectum transiturus per multos actus medios, prius peruenit ad actum imperfectum, quàm perfectum. & habetur ista propositio ex octauo Phy. tex. com. 58. & nono Meta. tex. comment. 15. & in libro secundo de Partibus animaliū, quòd priora, via generationis sunt imperfectiora. Sub illa ergo Maiore subiumatur Minor, scilicet, Intellectus noster est exiens de potentia ad actum vltimate perfectum, puta cognitionem distinctam speciei specialissimæ, transiturus per multos actus intermedios. ergo prius peruenit ad actum imperfectum, quàm perfectum. Minor est euidens, eo quòd cognitiones generum ab omnibus conceduntur actus intermedii: & sic ratio concludit cp prius magis vniuersale, quàm minus vniuersale distincte cognoscamus, quod intendebat beatus Thomas: sed ille deceptus est, quia credidit sanctum Thomā loqui de cognitionibus confusis actualibus, cum, sicut supra dictum est, loquatur de cognitione confusa virtuali ipsius speciei, & distincta eiusdem & generis. Cognitio enim distincta actualis generis appellatur ibi confusa ipsius generis & specierum, eo quòd cōfuse in illa species, & generis potestas cognoscantur. Ad id quod additur contra hanc propositionem, Intellectus procedit de notitia imperfecta ad perfectam, dico quòd hæc propositio est vera, vniuersalissime si intelligatur.

¶ Pro cuius intellectu, & omnium instantiarum solutione aduerte primo, quòd processus naturæ & intellectus est duplex, Alter secundum ordinem generationis tantum: alter secundum ordinem generationis & causalitatis effectiue, vel finalis. Primus processus est, quādo inter terminos & media non cadit nisi prioritas, & posterioritas secundum generationē. Secundus est, quando vltra istam prioritatem inuenitur in illo quod est prius, etiā prioritas causæ effectiuæ, vel finalis.

¶ Secundo aduerte, quòd aliud est perfectius altero dupliciter, scilicet simpliciter, vel secundum quid: Stat enim quòd aliquid sit simpliciter, idest, secundum suam naturam altero perfectius, quod tamen secundum aliquam conditionem est imperfectius illo: sicut substātia materialis est simpliciter perfectior accidente, quo tamen est imperfectior secundum quid, inquantū actuatur per illud. Dicit ergo, quòd tam natura, quàm intellectus in processu generationis tantum, semper procedit de imperfecto simpliciter ad perfectum simpliciter, eo quòd ordo generationis attenditur penes genus causæ materialis: sicut animal prius generatur quàm homo, vt dicitur in libro de animalibus. In processu autem secundo, proceditur de imperfecto non simpliciter, sed secundum quid, ad perfectius secundum quid: sicut substantia est prior generatione accidente, & vltra hoc est prior causalitate finali, eo quòd est finis eius, & quandoque agens. Constat autem ipsam esse secundum quid imperfectiorem accidente, inquantum est in potentia respectu eius, & causali: atem materialem participat.

¶ Ad primam igitur instantiarum dicitur, quòd præmissæ non sunt priores conclusione via generationis tantum, sed etiam ordine causalitatis effectiue, vt dicitur secundo Phy. tex. commen. 31. in alia litera, vt testatur ibi San. Tho. & colligi potest ex primo Posteriorum: & ideo sufficit quòd notitia earum sit imperfectior secundum quid: vnde etiam in genere causæ materialis collocantur, secundo Physi. ibidem, & quinto Metaph. tex. commen. 32. Idem dico ad secundam de processu notitiæ causæ ad effectum. De aere illuminato non est ad propositum, quia illuminatio non est successiua: conceptus vero generis & speciei sibi succedunt. Falsum quoque est, quòd actus præcedens habitum sit simpliciter habitu perfectior, licet hoc sit verum de actu elicito ab ipso habitu, vt habes primo Ethicorum, talis autem est posterior habitu. Ordo quoque essentialis conceptus generici ad specificum satis sufficienter notus in notitia distincta est ex dictis ibidem: vnde non oportebit aliter laborare.

¶ Contra

¶ Contra tertium, scilicet quòd notitia in vniuersali est notitia incompleta, arguit sic. Demonstratio vniuersalis est potior demōstratione particulari. ergo notitia in vniuersali, q acquirit per demonstrationē vniuersalem, est potior notitia particulari.

¶ Ad hæc dico, quòd argumentum peccat per fallaciam æquiuocationis illius termini, vniuersale. Aristot. enim vocat demonstrationem vniuersalem illam, qua passio de suo proprio subiecto scitur, & hoc tam in passionibus generis, quàm specificis: & vult dicere quòd potior est notitia illa, quam acquirimus per demonstrationem demonstrantem passionem de suo subiecto primo, quàm illa quæ fit per demonstrationem, qua illa passio demonstratur de parte subiecta primi subiecti. Nos autem dicimus, quòd cognoscere hominem in animali est cognoscere hominem imperfectius, quàm cognoscere hominem in seipso, & hanc vocamus cognitionem in vniuersali. Manifestum igitur est omnī habenti ingenium, quòd nostra dicta Arist. non repugnant. Aliud est enim dicere, A cognoscitur in vniuersali, &, A demonstratur demonstratione vniuersali. primo modo, A non cognoscitur in semetipso, sed in suo superiori: secundo modo, A in semetipso cognoscitur inesse suo primo subiecto.

¶ Contra quartum, scilicet notitia in vniuersali est notitia secundum quid & in potentia, propterea quòd in ipso vniuersali intelliguntur particularia sub quadam confusione, ex quo infertur. ergo notitia in vniuersali est notitia confusa.

¶ Contra, Illa probatio nulla est, quæ procedit secundum fallaciam æquiuocationis: ista est huiusmodi. ergo &c. Declaratur Minor, quia aliud est loqui de notitia actuali obiecti, & aliud de notitia virtuali eorum, quæ in ipso includuntur. Licet enim notitia virtualis particularium in vniuersali sit confusa, tamen notitia actualis ipsius vniuersalis est distincta: & quia ab his, quæ actualiter confunduntur in obiecto, attenditur confusio notitiæ, cū notitia specificetur ab obiecto, & his, quæ sunt intrinseca non debet dici notitia confusa, sed distincta.

¶ Ad hæc dico, quòd iste non intelligit. San. Tho. qui vult, quòd notitia distincta animalis, ut est totum diffinibile, sit notitia confusa animalis, ut est totum vniuersale, & consequenter notitia confusa specierum, & ideo non accidit æquiuocatio. Fatemur enim quòd notitia qua actualiter fertur intellectus in ipsum animal, vt vniuersale, & non in suas species, est notitia confusa animalis, ut totum vniuersale est, & non solum specierum eius, vt expresse dicit ibi San. Tho. vnde contingit animal simul esse notum distincte & confuse diuersimode, vt supra dictum est.

1 Post. 2. 3 Nec oportet quòd si istæ duæ notitiæ simul inueniantur, sint eædem cum etiam separentur, pura, cum & actualiter & virtualiter animal distincte cognoscitur. Quod autem addit, quòd talis notitia non debet dici confusa, falsum esse ostenditur ex eo, quòd minor est confusio actualis, quàm potentialis. Quod ultimo additur, qd notitia specificatur ab obiecto & eius intrinsecis, ad propositū nō est. cōfusio n. & distinctio nō sunt species cognitionū, alioquin cognitio cōfusa & distincta eiusdē obiecti non essent eiusde species, & sic notitia nō specificaretur ab obiecto: vnde assumptum eius implicat contradictionē in proposito.

¶ Contra quintum, scilicet quòd sensus exiens de potentia ad actum prius communius quàm minus commune cognoscit, arguitur sic. Sensus non cognoscit nisi singulare. ergo non prius cognoscit magis commune. Quod si dicas, sensum non cognoscere magis commune in se, sed præcognoscere singulare magis communius. cōtra. Aut cognoscit singulare magis communius, ita quòd singularitas est ratio cognoscendi: aut ita quòd natura communis sit ratio cognoscendi. primum non est dicendum, vt de se patet: nec secundum potest dici a Thomistis, quia hoc ideo esset, quia natura illa esset ratio mouendi sensum.

¶ Contra quod arguitur sic. Illud non est ratio mouendi, quod est idem re & ratione ei, cui repugnat ratio mouendi: sed natura communis est eadem re & ratione singularitati, cui repugnat ratio mouendi. ergo &c. Probatur minor, quia natura & singulare non distinguuntur realiter, non ex natura rei apud te, nec ratione: quod probo, quia distinctio rationis sequitur actum intellectus: in illo autem priori nullus actus est intellectus. Et confirmatur, quia actus realis non dependet ab ente rationis: sed sensatio est actus realis. ergo non dependet ab ente rationis: sed obiectum sensibile habens in se distinctionē rationis est ens rationis, vel aggregatum ex ente reali & rationis. ergo &c. Et confirmatur ratio principalis sic. Quæcunque sunt indistincta omnino secundum rem, si vnum terminat ad aliquam actionem realem, & reliquum terminabit eandem: sed natura magis communis & minus communis sunt hmōi. ergo &c. & hoc supposita debita approximatione ad sensum. Confirmatur secundo. Idem sensus primo cognoscit quod species sensibilis primo representat: sed species sensibilis primo representat singulare speciei specialissimæ posita debita distantia. ergo &c. Minor probatur, Species sensibilis primo representat obiectum sub ea ratione, qua imprimitur sensui: sed imprimitur ab obiecto sub ratione naturæ specificæ, tum quia est actualior & perfectior: tum quia species sensibilis est naturalis similitudo causata ab obiecto representans ipsam adæquate secundū rationem sibi essentialibus competentem. ergo magis repræsentat ipsum ratione, quæ sibi essentialius & perfectius competit, quàm sub ea ratione, quæ sibi remote & minus principaliter competit.

¶ Ad hæc respondetur, quòd respōnio ibi recitata est bona & recta. Ad impugnationem dico, quòd natura talis, puta, color, & non natura communis, idest, color, communis est ratio mouendi. Ad improbationem, negatur Minor pro vtraq; sui parte. nam apud S. Thom. in prima parte, quæstio 3. artic. 3 in rebus materialibus natura & singularitas distinguuntur realiter, & distinctio rationis, licet actualiter sit post sensationem, fundamentaliter tamen præuenit ipsam, & hoc sufficit. Ad confirmationem dicitur primo, quòd obiectum sensibile habens distinctionem rationis fundamentaliter, non est ens rationis, nec aggregatum ex ente reali & ente rationis. Distinctio enim rationis fundamentaliter nihil addit supra rem. Dicitur secundo, quòd sensatio non causatur a distinctione naturæ, sed a natura ipsa habente talem conditionem: & ideo dato quòd distinctio illa esset ens rationis, adhuc nihil concluditur non enim color inquantum distinctus a sua singularitate mouet, sed hic color inquantum color, de cuius ratione nec distinctio, nec adnatio est. Ad aliam confirmationem dicitur, quòd maior est falsa quo ad actiones nihil reale ponentes in suis terminis, quales sunt actiones immanentes: possum enim intelligere Dei sapientiam non intelligendo eius bonitatem. Ad alias confirmationes præmitto, quòd non dicit S. Tho. quòd semper sensus prius cognoscat magis commune, quàm minus commune, verba enim sua sunt ista. Et quia sensus exit de potentia ad actum, sicut & intellectus: idem etiam ordo cognitionis apparet in sensu. nam primo secundum sensum diiudicamus magis commune, quàm minus commune & secundum locum, & secundum tempus. Ex quibus uerbis non habetur nisi, quòd sensus primo secundum locum & tempus cognoscit singulare magis communis, & non habetur, quòd semper ita sit: vnde argumenta illa non sunt contra S. Tho. licet non concludant: fallum enim est, quòd species sensibilis primo repræsentet singulare speciei specialissimæ, & eius probatio falsa est, scilicet quòd species sensibilis sit primo impressa a natura specifica: nam species sensibilis primo imprimitur a per se primo obiecto sensus, nullius autē sensus obiectum primum est species specialissima, vt patet discurrendo, propterea species visibilis imprimitur primo a visibili in eo, qđ coloratum, & non ab ipso, in eo quod est album vel nigrum. Nec obstat, quòd albedo sit actualior colore, quia hoc non sufficit, sed requiritur quòd sit primum obiectum potentiæ. Nec est verum quod assumit, scilicet quòd essentialius insit sensibili natura specialissima, quàm natura generis: imo huic visibili, vt sic, essentialior est color, quàm albedo, siue nigredo, quod patet ex hoc, quòd sublata albedine, siue nigredine visibile remanet, non autem econuerso. Et hæc de quarto.

QVOAD quintum, respondetur ordinate argumentis factis, & ad primum negatur illud vltimo assumptum, scilicet cp perfectissimus effectus, quem possunt primo producere agentia ad intellectionem, sit conceptus specificus. Dico enim, quòd perfectissimus, quem pro tunc possunt, est conceptus entis, imo nullum alium possunt pro tunc. Et cum contra hoc arguitur, quia sic nunquam produceretur conceptus specificus, non valet consequentia. Ad cuius probationem dicitur, quòd nulla virtus potest in perfectiorem effectū suo effectu perfectissimo simpliciter: quælibet tñ virtus pōt in effectum perfectiorē suo perfectissimo effectu, in quem potest pro aliquo priori, quia ille non est perfectissimus, nisi secundum quid. exemplum. Virtus generatiua leonis non potest in perfectiorem effectum, quàm sit leo, quia huiusmodi est eius effectus perfectissim' simpliciter, potest tñ in effectū perfectiorē illo, qđ producit in principio actionis: quia tñ effectus fuit pfectissimus, qđ pro tūc posset producere. Ad confirmationē dicitur, cp Minor est falsa: nā intellectus existens in pura potentia non est æque dispositus ad conceptū specificum, sicut entis, non per positionem alicuius contrariæ dispositionis, sed propter ordinem conceptus generalissimi ad speciales, sicut materia prima omni contraria dispositione inconsiderata, non est æque disposita ad formas specificas, & ad formam corporeitatis: sed oportet primo recipi formā corporeitatis propter ordinem formæ generalis ad speciales: ppter qd consueuit dici, quod est indispositus priuatiue & non contrarie.

¶ Ad secundum patet responsio ex dictis: nam termini metaphysicales vt sic, non ponuntur a nobis primo cognosci. sunt enim termini metaphysicales abstracti abstractione formali: sed dicimus quòd significatum huius termini, ens concretum quidditatis sensibilis, est primo cognitum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad tertium dico, quòd non oportet in quacunq; formatione conceptus specifici semper singillatim præformare cõceptum cõfusum entis, sed sufficit ens primo omnium fuisse cognitum: in illo enim omnia uirtualiter cõcipiuntur. Vlterius dicitur, quòd cum apud nos non ponatur ordo essentialis inter istos conceptus confusos, non oportet tantum temporis interesse.

¶ Ad quartum dicitur, quòd species specialissima non est facilioris abstractiõis, quàm ens, loquendo de abstractione ad ꝓpositum requisita. licut. n. ad conceptum confusum speciei specialissimæ requiritꝫ, & sufficit duplex abstractio, altera per actũ intellectus agẽtis, scilicet separãdo a singularibus: altera per actũ intellectus posibilis, ſ. actualiter intueri speciẽ, & non actualiter intueri genꝰ: ita ad cõceptũ cõfusum actualẽ entis duplex abstractio ẽ necessaria.

Prima est a particularibus, quæ quidem fit, cum species quæcunq; abstrahitur ab intellectu agente: altera fit ab intellectu posibili per hoc, quòd in quidditate quacunq; sibi primo præsentata actualiter, primo concipit ens non concipiendo actualiter cætera quæ in illo sunt. unde tanta & tam facilis est abstractio illa entis, quàm facilis est abstractio speciei specialissimæ: imo abstractio ista entis est facilior, quia facilius est actualiter concipere prius sine posteriori, quàm econuerso, ex quo patet, quòd abstractio illa, de qua loquitur argumentum, non est necessaria ad cognitionem confusam.

¶ Ad quintum dico, quòd Minor est falsa: & ad eius probationem negatur consequentia, eo quòd sensus non mouetur a singulari, in eo quòd singulare. Ille enim modus arguendi secundum regulã Topicam non tenet, nisi cum prædicatum conuenit subiecto, secundum quòd ipsum, ut habes a S. Tho. in tertio contra Gentiles ca. 139. quod in proposito non reperitur. non enim hic color, inquantum hic, mouet uisum: sed inquantum color. Ad aliam probationem dicitur, quòd Maior assumpta non est uera uniuersaliter, eo quòd coloratum magis mouet uisum, quàm hoc nigrum, quia a remotioribus mouet. Apens nanque corporale quanto in remotius agit, tanto fortius uidetur. Secundo dicitur, quòd fortius mouet sensum multa singularia imperfecta, quàm unum actualius & perfectius. Et quia omnia singularia sunt singularia entis: ideo cogitatiua pueri, in quo noua cognitio oriri debet, magis mouetur a singularibus entis, quàm a singularibus huius speciei. & cum intellectus accipiat uniuersale ex multis singularibus, ut dicitur 2. Poste. & in proœmio Meta. ideo prius cognoscit ens, quàm species: & secundum hoc dicitur ad argumentum, quòd maior est uera cæteris paribus: non autẽ ubi aliqua imparitas, sicut in proposito accidit, præponderans inuenitur. Multo enim plura singularia entis præponderant paucioribus singularibus speciei, sicut plus trahunt mille homines non nimis fortes, quàm decem fortes.

¶ Ad sextum dicitur, quòd Maior simpliciter est falsa. Ad autoritatem Philosophi dicitur primo, quòd tex. Commentatoris est corruptus. debet enim legi confusa, & nõ composita. Dicitur secundo, ut saluemus Commentatorem, quòd compositum est notius suis componentibus, ut sic: non autem absolute. unde prius confuse cognosco hominem, quàm partes eius diffinitiuas ut sic: absolute tamen prius cognosco magis uniuersale. Ex his apparet ueritas Minoris autoritate Auicennæ approbatæ.

Deinde reddit auditores attentos, dicendorum difficultatem aperiens, tria proponendo, quid nomine Essentiæ & Entis significetur: & quomodo in diuersis diuersimode inueniatur, & quomodo se habeant ad intentiones logicas. Horũ enim difficultas non modica est, ut diuersitas opinionum circa ipsa testatur. sunt enim maxime uniuersalia, quæ sunt difficilima ad cognoscendum, ut dicitur primo Metaphysicorum.

Circa hanc particulã nota, quòd sicut quid rei est quidditas rei: ita quid nominis, est quidditatis nominis. Nomen autem cum essentialiter sit nota earum, quæ sunt obiectiue in anima passionum, ex primo Perihermenias, nõ habet aliam quidditatem nisi hanc, quòd est signum alicuius rei intellectæ, seu cogitatæ. signum autem ut sic, relatiuum est ad signatum: unde cognoscere quid nominis, nihil est aliud, quàm cognoscere ad quid tale nomen habet relationem, ut signum ad signatum. Talis autẽ cognitio potest acquiri per accidẽtalia illius signati, per cõmunia, per essentialia, per nutus, & qbusuis aliis modis: sicut a Græco quærentibus nobis, quid nominis anthropos, si digito ostendatur homo, iã percipimus quid nominis, & similiter de aliis. Interrogantibus uero quid rei, oportet assignare id quod conuenit rei significatæ in primo mõ perfectatis adæquatæ. Et hæc est essentialis differentia inter quid nominis, & quid rei, scilicet, q quid nominis est relatio nois ad signatũ: quid rei uero, est rei relatæ, seu significatæ essentia. & ex hac dfia sequuntur oẽs a liæ quæ dici solent, puta, q quid nominis sit non entium complexorum per accidentalia, per communia, per extranea: quid rei uero est entium incomplexorum per propria, & essentialia. Relatio enim nocis potest terminari ad nõ entia in rerum natura, & complexa, & declarari per accidentalia, & huiusmodi: essentia autem rei nõ nisi per propria essentialia habetur de entibus incomplexis.

b ¶ IN hac tertia parte proœmii reddit auditores dociles, ordinẽ dicendorum proponens tali conclusione. Ab ente ad essentiã procedendum est: quam probat duplici medio. Primo sic, Ex compositis ad simplicia procedendum est: sed ens est uelut compositum, & essentia uelut simplex. ergo ab ente ad essentiam procedendum est. Secundo sic, Ex posterioribus in priora procedendum est: sed ens est posterius essentia. ergo ab ente ad essentiam procedendum est. Maior utriusq; rationis probatur: quia ex facilioribus est inchoandum. composita autem & posteriora sunt faciliora nobis simplicibus

¶ Circa minorem primæ rationis nota, quòd ens, ut infra dicetur, significat id quod habet esse: id autem quod habet esse, comprehendit in se essentiam. essentia uero significat id quod importat diffinitio, ut dicetur, quæ nõ dicit esse, uel non esse, ex primo Posteriorum. Ens ergo ita se habet ad essentiam, q cõplectitur in se utrumque, essentiã scilicet & esse: essentia uero alterũ tantũ, & ideo ens appellatur compositum respectu essentiæ. cap. 1. in princ. cap. 1. q. 2. in fi.

¶ Circa maiorem secundæ rationis scito, quòd quando dicimus, Ex posterioribus procedendum est, intelligitur ex posterioribus secũdum naturam, prioribus quo ad nos. Innata enim est nobis uia ex notioribus nobis in ignotiora naturæ, ut dicitur primo Phyſ. tex. com. 2. Minor secundæ rationis probatur ex eo, quòd compositum est posterius componentibus: & ens, ut dictum est, compositum est respectu essentiæ.

a *Super Caput primum.*

Hic incipit tractatus diuisus in duas partes. In quarum prima declaratur quid nomine entis & essentiæ significetur. In secunda uero qũo essentia in diuersis diuersimode inuenitur. Pars prima unico abstoluitur capitulo: pars secunda sex, & sic totum integrant tractatum capitula septem. Quorum primum, quod præ manibus habemus, tres partes continet. In prima declaratur quid nomine entis significetur: in secunda quid nomine essentiæ: in tertia differẽtia nominum ipsius essentiæ designatur. Primum tali diuisione declaratur, Ens per se dupliciter dicitur: uno modo, ut diuiditur per decem genera: alio modo ut significat ueritatem propositionum, quemadmodum dicit Arist. 5. Me. tex. com. 14. Dixit ens per se ad differentiam entis per accidens aggregati ex rebus diuersorum generum, ut homo albus, de quo habes. 5. Meta. tex. com. 13. Et innuit, quòd tripliciter differunt ens primo modo, & ens secundo modo. Primo, quia ens primo modo prædicatur non nisi de rebus existentibus in decem generibus: ens autem secundo

cundo modo prædicatur de omni eo, quod potest esse subiectum propositionis affirmatiuæ. Secundo differunt, quia ens primo modo est illud compositum, de quo supra diximus, quod aliqua liter complectitur in se essentiam & esse: ens autem secundo modo non est huiusmodi, quoniam aliquid est hoc modo ens, puta negatio, aut chimera, quod non habet essentiã aliquã. Et ex hoc sequitur tertia differentia, q ab ente primo modo tanquam a composito notiori, essentiæ nomen sumitur, non autem secundo modo.

b Et quia, ut dictum est, ens hoc modo dicitur diuiditur per decem genera, oportet quòd essentia significet aliquod commune omnibus

Circa primam differentiam aduerte primo, quod ueritas propositionis, quæ est entis secundo modo significati, nihil aliud est quam compositio facta in secũda operatione intellectus obiecto conformis. uerbi gratia. Sortes est cæcus, ly est, non significat inhærentiam cæcitatis in Sorte, eo quòd cæcitas omni inhærentia caret, cum inhærere realium accidentium sit: sed significat compositionem factam ab intellectu adæquate seipsum per iliam obiecto, Sorti scilicet, carente uirtute uisiua. unde. 5. Meta. in alia litera dicitur, quòd ens significans ueritatem propositionis, significat quoniam propositio est uera. Prima autem significatio entis quid sit, infra uidebitur. ¶ Aduerte secundo, quòd licet nullo intellectu considerante Sortes sit cæcus, & per considerationem intellectus non fiat magis, uel minus ens: tamen cæcitas nullo intellectu considerante nullum habet esse in Sorte, stant enim ista duo simul. Quod sic declaratur, Sortem esse cæcum, ut sic, non est Sortem habere aliquod esse substantiale, ut patet: nec accidentale, quia Sortes sit cæcus sola absentia uisiuæ uirtutis, quæ nihil supra Sortem addit: unde cæcitas nullum esse omnino ponit in Sorte, ac per hoc quod absit omni consideratione intellectus uirtus uisiua Sorti non inest, oportet Sortem nullo intellectu considerante esse cæcum. Dubitatio autem in hac re accidit, quia non recte inspicitur q esse cæcum, non est esse aliquod, sed carere uirtute uisiua. exemplum. Nauis caret gubernatore nullo intellectu considerante: absentia ramen gubernantis nullum esse substantiale, aut accidentale ponit in nane. unde nauem esse sine gubernatore, extra animã, non est esse aliquod, sed nõ esse gubernatam. Acquirunt autẽ esse, & fiunt entia priuationes & negationes ex hoc, quòd intellectus intelligens priuationes per habitus, & negationes per affirmationes format in seipso rei carentis aliquo modo idolum quoddam. uerbi gratia. Cum intellectus format in se idolum quoddam nauis gubernatore carentis, quod est ista propositio mentalis. Nauis est sine gubernatore, non præsentia gubernatoris, quæ extra animam nihil ponit in anima, fit ens per hoc, quòd intellectus fecit ipsam propositionis terminum aliquem: & cum hoc esse sit in anima, & nullum aliud esse habeat, consequens est quòd negationes huiusmodi & priuationes nõ sint entia nisi in anima obiectiue, & sic earũ esse nihil aliud est, quam intelligi, quo modo tantum omnia entia rationis habent esse. ¶ Circa tertiam differentiam aduertendum est, quòd cum nomina sint signa conceptuum, secundum ordinem concipiendi est ordo nominandi: propterea sicut ab ente primo modo tanquã a composito nobis notiori, essentiæ notitiã sumpsimus: sic essentiæ nomen ab ente originem habet.

b ¶ IN HAC secunda particula declaratur quid nomine essentiæ importetur, tali conclusione. Essentia significat quoddam commune omnibus naturis omnium entium. Cuius talem declarationem infinuat: Sicut ens significat aliquod commune omnibus existentibus, ita essentia, cum ab illo sumatur, significat aliquod commune omnibus generibꝰ & speciebus: & sicut ens significat id quod est, quolibet genere, & qualibet specie, ita essentia oportet quòd significet id quo aliquid est in quocunq; genere, & quauis specie habent enim se ens & essentia, ut quod & quo. cum autem naturæ rerum sint illæ, quibus res reponuntur in generibus & speciebus, sequitur quòd essentia significat aliquod commune omnibus naturis rerum. Vnde quemadmodum ens prædicatur de homine, bone, & similibus, quæ sunt in generibus: ita essentia prædicatur de humanitate, & bonitate, quibus in generibus reponuntur. per nomen ergo essentiæ intelligitur natura rei, sicut per nomen entis, id quod habet naturam illam.

Quæstio II.

Circa hanc particulam insurgit dubitatio ualde difficilis, an ens & essentia significent immediate ipsa prædicamenta, seu naturas eorum, an mediate. In hac dubitatione tria agam. Primo declarabitur titulus quæstionis: secundo adducetur opinio Scoti, & impugnabitur: tertio ponetur opinio S. Tho.

A ¶ Pro primo scito, quòd significare mediate in proposito, est significare aliquid mediante aliquo superiori: sicut animal significat species suas mediate, mediante scilicet natura sensibili. non enim animal significat hominem, nisi quia homo est substantia animata sensibilis. Significare immediate, est significare aliquid non per aliquam naturis, per quas diuersa entia in diuersis generibus, & speciebus collocantur, sicut humanitas est essentia hominis: & sic de aliis. naturam, seu realitatẽ superiorẽ, sed per seipsam primo: sicut aial significat gradũ sensitiuum, seu realitatẽ sensitiuam immediate, ut patet. Vertitur ergo in dubium hoc, an ens significet aliquẽ gradum, seu aliquam realitatem abstrahibilem a naturis prædicamentalibus communem eis, sicut superius essentiale suis inferioribus: & sic immediate significet prædicamẽta, an immediate significet ipsas naturas prædicamentales. Hæc de primo.

Quo ad secundum, Scot. ut colligitur ex 1. sen. dist. 3. q. 1 & 3. & dist. 8. q. 2. opinatur q ens significet decẽ prædicamẽta mediate, imaginatur. n. q a quibuscũq; similibꝰ sit abstrahibilis una realitas obiectiua utriusq; cõmunis, & prior utroq; : & sic cũ substãtia & accidẽs habeãt similitudinẽ entis, ab eis est abstrahibilis una rõ obiectiua utriusq; cõmunis & prior ea substãtia, q ac cidẽte, q note entis significat. Q d ut melꝰ intelligaẽ, pono pcessum istarũ abstractionũ diffuse. Cũ. n. Sortes cõueniat cũ Platone humanitate, & nõ cũ Brunello, ab eis põt abstrahi humanitas cõis, & prior eis: & inde cum hõ cõueniat cũ Brunello in sensibilitate, & nõ cũ plãta, ab eis põt abstrahi animalitas cõmunis, & prior eis: & inde cũ animal cõueniat cũ plãta in uegetabilitate, & nõ cũ lapide, ab eis põt abstrahi uita cõis, & prior eis: inde cũ uiuũ conueniat cũ lapide in corporeitate, & non cum intelligentiis, ab eis põt abstrahi corporeitas communis, & prior eis: inde cum corpus conueniat intelligentiis in substantialitate, & non cum accidentibus, ab eis põt abstrahi substantialitas cõmunis, & prior eis: inde cum substantia conueniat cũ accidẽte in entitate reali, & nõ cũ entibus rationibus, ab eis est abstrahibilis entitas cõmunis, & prior eis. & cũ hic realitas ultimoabstrahibilis sit illa, quam significat ens immediate, oportet ꝙ prædicamentales realitates, seu naturæ mediate sub entis significatione claudant.

¶ Ad hãc positionẽ cõfirmandã multa possent adduci media, q ne digrediamur ad analogiã entis, & cõparationẽ transcẽdentiũ ad prædicamenta, an. ſ. sint eorũ prædicata quidditatiua uel nõ, omittemus pro nunc: quia infra speciales erunt de his qstiones.

¶ Cõtra hãc opinionẽ arguo dupliciter. Primo autoritate Arist. 8. Met. tex. cõ. 16. vbi solues qstionem, Quare quidditas sit una, dicit q in substãtiis separatis nõ est quærenda alia causa: quia in eis non est nisi forma, quæ statim seipsa est ens & vnũ: quèadmodũ ens statim seipso est substãtia, & quantitas, & cætera prædicamẽta, nõ expectans aliud faciens ipsum naturas prædicamẽtales. ex qua autoritate arguitur sic, Ens significat quandam realitatẽ priorẽ prædicamentis. ergo expectat aliquid contrahens ipsum ad prædicamenta. Cõsequentia nota. consequens autem est contra Arist. ergo a destructione consequẽtis ad destructionẽ antecedentis, ens non significat realitatem priorem prædicamentis. ca. 2. q. 3. c. 1. circa me. in quodam dubio. T. c. 16. com. 18.

¶ Secundo arguitur autoritate Cõment. 10. Met. com. 18. dicentis, quòd hoc nomen ens vnum significat id quod significat in prædicamento substantiæ, & quantitatis, & qualitatis, prima significatione sine medio, & non mediante aliqua communi. quid clarius? Ratione non arguo: quia oportet egredi limites.

Quo ad tertium pono opinionem S. Thomæ ex duabus conclusionibus eliciendam: quarum prima est ista. Ens significat vnum conceptum formalem communem in repræsentando substantiæ & accidenti, Deo & creaturæ.

Secunda est ista. Ens significat vt conceptũ obiectalẽ aliquã reale, inuentum in oĩbus generibus, distinctũ secundũ rationẽ a propriis conceptibus obiectalibus omniũ generũ, nullũ gradũ supra naturas genericas, specificas, & individuales eximens.

¶ Pro intelligentia terminorum nota, quòd conceptus est duplex, formalis & obiectalis. Cõceptus formalis est idolum quoddam, quod intellectus possibilis format in seipso repræsentatiuum obiectaliter rei intellectæ, quod a Philosophis vocatur intentio, seu conceptus: a Theologis uero verbũ. Conceptus autẽ obiectalis, est res per conceptum formalẽ repræsentata in illo terminans actũ intelligendi. uerbi gratia. Cõceptus formalis leonis, est imago illa, quam intellectus possibilis format de quidditate leonina, cũ vult ipsam intelligere: conceptus uero obiectalis eiusdem, est natura ipsa leonina repræsentata & intellecta. Nec putandũ est, cũ dicitur nomẽ significare conceptũ, q ꝙ significet alterũ tantũ significat. n. leonis nomẽ conceptũ virumq;, licet diuersimode. est namq; signum conceptus formalis, vt medii, seu quo: & est signum conceptus obiectalis, vt vltimi, seu quod. Vnde idem est loqui de cõceptu entis, & de significatione eius.

 ¶ Probo

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Probo ergo conclusionem primam tali medio. Omnia similia quacunque similitudine, etiam analoga, seu imitatiua secundum id in quo assimilantur, possunt per eandem imaginem repræsentari: sed Deus & creaturæ, substantia & accidens habent similitudinem inter se, saltem analogã. ergo secundum id in quo assimilãtur, possunt per eandem similitudinem repræsentaris sed assimilantur in esse. ergo eadem similitudine poterunt repræsentari, inquantum habent esse: similitudo illa est conceptus formalis entis. ergo &c. Processus clarus est, & propositiones ab omnibus sunt concessæ, cum maior fuerit dilucidata, quam sic ex notioribus suademus. Vbicunque inuenitur agens producere sui similitudinem in alio, si id aliud producat aliud simile sibi, secundum id, quo ipsum assimilatur primo, oportet tertium assimilari utriq; ea ratione: quia quicquid est simile alicui in eo, quòd illud est alteri simile, est simile utriq; sicut species Sortis in oculo meo producta ab imagine Sortis in speculo, est similitudo repræsentatiua utriusq;, & figuræ Sortis in speculo, a qua immediate é causata, & figuræ Sortis in seipso, a qua est mediate causata: sed ita est modo, quòd inter habẽtia analogam similitudinem, Deum & creaturam, substantiam & accidens, reperitur huiusmodi habitudo in ordine ad conceptum formalem. igitur &c. Fit autem hoc sic manifestum exemplariter. Sapientia diuina producit sapientiam humanam, quæ est quædam sui similitudo, imperfecta tamen: sapientia autem humana producit similitudinem sui in intellectu nostro, quæ nil aliud est, quàm sapientia in esse intentionali, sicut sapientia extra, est sapientia in esse naturali. Cum autem similitudo ista sapientiæ in intellectu repræsentet sapientiam humanam secundum id, quo illa assimilatur sapientiæ diuinæ, quia repræsentat eam secundum propriam rationem formalem, sequitur de necessitate, quòd hic unica similitudo repræsentat utranq;, humanam scilicet & diuinam, utpote quæ similis est utriq;, licet ab humana sit immediate exemplata, a diuina mediate. Ex hoc exemplo in terminis specialibus intuere propositum nostrum in terminis transcendentibus, qualis est ens. Cum enim esse creaturæ assimiletur esse diuino, a quo exemplatum est, & esse accidentale assimiletur esse substantiali, a quo emanat, similitudo producta in intellectu ab esse substantiali siue accidentali, inquantum assimilantur, erit omnium repræsentatiua imago. & cum conceptus non requiratur ad intellectionem, nisi ut obiectaliter repræsentet rem unico conceptu intellectus in Deum & creaturam, in eo qd ens feretur, & similiter in substantiam, & accidens. Nec oportet ponere plures conceptus, & multiplicare entia sine necessitate. Quòd autem hic sint non I solum secundum mentem S. Tho. dicta, sed etiam secundum expressam sententiam, patet in 1q. dedi. potentia Dei q.7.ar.5. in corpore, unde hanc rationem accepi: & in eadem q. ar.6. ubi circa finem corporis q. adducit exemplum de speculo, & dicit ex presse, quòd sic se habet conceptus noster ad Deum & creaturas, sicut species rei uisæ in speculo, ita quòd Deus se habet ut res producens similitudinem suam in speculo: creatura ut species in speculo, conceptus noster ut similitudo extracta a specie in speculo utriusque repræsentatiua. Vnde nullus mentis compos potest hoc negare in eius uia.

Conclvsio secunda habet tres partes. Quo ad primam declaratur sic. Conceptus obiectalis entis est id quod repræsentatur per eius conceptum formalem: sed eius conceptus formalis repræsentat id, in quo assimilantur omnia entia realia, quod oportet in eis esse. ergo conceptus obiectalis entis est aliquid reale inuentum in omnibus. Secũda propositio assumpta, licet patere possit ex dictis, tamen declaratur adhuc. Sicut conceptus formalis animalis repræsentat fundamentum similitudi- K nis genericæ, & conceptus formalis hominis repræsentat fundamentum similitudinis specificæ: & uniuersaliter quælibet imago communis pluribus in repræsentando, repræsentat fundamẽtum similitudinis inter illa plura, ut patet in exemplo supra, posito de specie in oculo causata a specie Sortis in speculo, quoniã illa repræsentat non similitudinem inter speciem in speculo, & Sortẽ, cum sit relatio: sed fund mentum illius similitudinis puta qualitates & lineamẽta q̃ sunt in utroq;: sic cõceptus entis formalis repræsentat fundamentũ analogicę similitudinis in esse inter oĩa entia realia existẽtia, qđ in oibus esse absque opere intellectus ex eo patet. unde qđ similia sunt extra animã, cũ hoc fundamentũ repræsentatum sit conceptus obiectalis entis, ut dictum est, patet conceptum obiectalem entis esse aliquid reale inuentum in omnibus, quod erat in prima parte conclusionis positũ.

¶ Secunda pars conclusionis sequitur ex ista. Si enim cõceptus obiectalis entis inuenitur in omnibus, & nullus conceptus obiectalis proprius substantiæ, aut accidentis inuenitur in omnibus, F consequens est quòd non omnino sint idem: & quòd saltem ratione distinguatur conceptus entis a propriis omnium conceptibus obiectalibus, quod erat secunda pars conclusionis.

¶ Tertia pars eiusdẽ sic declaratur. Si conceptus obiectalis entis est, quòd nomen Essentiæ a Philosophis in nomen quidditatis mutatur. Et hoc est quod Philosophus in septimo Metaphysicæ frequenter nominat, quod quid erat esse, ideſt, hoc per quod aliquid habet esse quid. Dicitur etiam forma, secundum quod per formam significatur perfectio, vel certitudo vniuscuiusque rei, sicut dicit Auic. in secundo Metaphysicę suæ. Hoc eriam alio nomine natura dicit', accipiendo naturam secũdum primum modum illorum quatuor modorum, quos Boetius de duabus naturis assignat, secundum scilicet quod natura dicitur esse illud, quod quocunq; modo intellectu capi potest. Nõ enim res intelligibilis est, nisi p suam diffinitionem & essentiam: et sic etiam dicit Philosophus in 5. Me

c Et quia illud, per quod res constituitur in proprio genere uel specie, est quod significamus per diffinitionem indicantem quid est res, inde est, quòd nomen Essentiæ a Philosophis in nomen quidditatis mutatur. Et hoc est quod Philosophus in septimo Metaphysicæ frequenter nominat, quod quid erat esse, ideſt, hoc per quod aliquid habet esse quid. Dicitur etiam forma, secundum quod per formam significatur perfectio, vel certitudo vniuscuiusque rei, sicut dicit Auic. in secundo Metaphysicę suæ. Hoc eriam alio nomine natura dicit', accipiendo naturam secũdum primum modum illorum quatuor modorum, quos Boetius de duabus naturis assignat, secundum scilicet quod natura dicitur esse illud, quod quocunq; modo intellectu capi potest. Nõ enim res intelligibilis est, nisi p suam diffinitionem & essentiam: et sic etiam dicit Philosophus in 5. Me

taphysicæ, quòd omnis substantia est natura. Nomen autem naturæ hoc modo sumptæ, uidetur significare essentiam rei, secundum quod habet ordinem uel ordinationẽ ad propriam operationem rei, cum nulla res propria destituatur operatione. Qualitatis uero nomen sumitur ex hoc, quod per diffinitionem significatur: sed essentia dicitur, secundum quod per eam, & in B ea res habet esse.

a CAPVT II.

Sed Quia ens absolute & primo dicitur de substantiis, & posterius, secundum quid de accidentibus uero non nisi relatiue ad substantiã: quod idem est quòd quærere, vtrum substantia in eo quòd ens, non includat accidens: accidens uero in eo quod ens, includat substantiam. & in hoc pendet tota quæstio inter nos & Scotũ: quoniam accidens in eo quòd accidens, includere substantiam ab omnibus conceditur, sed non accidens in eo quod ens. Hæc de primo.

QVO Ad secundum Scotus 1. sent. d. 3. q. 1. & 3. d. 8. q. 2. ponit hanc conclusionem. Ens est vniuocum substantiæ & accidenti, Deo & creaturæ: & probat eam sic. Omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de diuersis, habet conceptũ, de quo est certus, alium a conceptu de quo est dubius: intellectus quisq; potest esse certus de Deo, seu de propria passione, quòd sit ens, dubitando an sit ens finitum vel infinitum: siue an sit substantia vel accidens. ergo conceptus entis est alius a cõceptibus istis: & ita neutrum est ex se, sed in vtroque illorum includitur. igitur vniuocus. Prima propositio patet ex terminis: Minorem vero experientia docet.

¶ Secundo sic. Ens non est vniuocum. ergo Deus non est a nobis naturaliter cognoscibilis aliquo conceptu simplici: hoc est falsum. ergo a destructione consequentis &c. Consequentia pro D batur. Nullus conceptus est producibilis in intellectu nostro, qui non contineatur essentialiter, vel virtualiter in obiecto relucente in phantasmate: sed conceptus non vniuocus Deo, & obiecto relucenti in phantasmate est non contentus tam essentialiser quàm virtualiter in obiecto relucente in phantasmate. ergo nullus conceptus est producibilis in intellectu nostro, nisi sit vniuocus obiecto relucenti in phantasmate: hoc autem est creatura. ergo omnis conceptus simplex quem habemus de Deo, est vniuocus creaturæ, & consequenter conceptus entis. Maior patet: Minor declaratur, quia obiectum creatum continet essentialiter conceptum increatum, vt de se notum est: nec virtualiter: quia prius non includitur virtualiter in posteriori, sed econuerso.

¶ Tertio sic. Omnis inquisitio Metaphysicalis de Deo procedit considerando rationem formalem alicuius, & auferendo ab ea imperfectionem, quam habet in creaturis, & reseruando illam rationem formalem, & atribuendo sibi omnino sum- E mam perfectionem, & sic ponendo illam in Deo. ergo omnis inquisitio de Deo, supponit intellectum habere conceptum, eundem vniuocum, quem accipit ex creaturis.

¶ Quarto sic. Ens non est vniuocum substantiæ & accidenti. ergo substantia non est a nobis naturaliter cognoscibilis: hoc est falsum. ergo &c. Tenet consequentia, eo quòd cum substantia non immutet immediate intellectum nostrum ad aliquam intellectionem sui, sed tantum accidens sensibile, sequitur quod nullum conceptum quidditatiuum habere poterimus de ea, nisi aliquis talis possit abstrahi a conceptu accidentis, sed nullus talis quidditatiuus abstrahibilis est a conceptu accidentis, nisi ens vniuocum accidenti & substantiæ. Hoc autem quod in ista ratione assumit, scilicet quòd substantia non immutet intellectum nostrum ad aliquam sui intellectionem, probatur sic. Quicquid sua præsentia immutat intellectum, absentia illius potest naturaliter cognosci ab intellectu, quãdo nõ immutatur, sicut

¶ Nota tamen circa id quod de Boetio affertur, quòd Boetius A in libro de duabus naturis, & vna persona Christi, naturam quadrupliciter accipi dicit. Primo omne intelligibile: secundo omnis substantia: tertio principium intrinsecum motus. quarto specifica essentia, seu differentia: quos modos (si Boetium non habes) vide si placet in secundo sen. S. Tho. dist. 37. quæst. 1. articulo 1. primo modo accipit hic naturam S. Thom. quoniam sic communis est essentiis substãtialibus, & accidẽtalibus generieis & specificis.

a *Super Cap. 2.*

Expedito primo ppositorũ, exequens in hac secũda parte tractatus, quomodo essentia in diuersis diuersimode inueniatur, quod secundo loco propositũ erat, Primo declarat, quomodo essentia inueniatur in substantiis compositis, in tribus capitulis: secundo in substantiis separatis, duobus capitulis: tertio in accidentibus, vnico capitulo. Circa substantias compositas tria declarantur in illis tribus capitulis. In primo, quid sint entia substantiarum compositarum. In secundo, quomodo differant inter se essentiæ substantiarum compositarum. In tertio, quomodo se habeant ad intentiones logicas. Incipiens autem exequi in hoc cap. quomodo essentia in diuersis diuersimode inueniatur, Primo hoc declarat in communi, omnes essentias vniuersi adinuicem comparando duabus comparationibus. Secundo, quid sit essentia substantiarum compositarum tribus conclusionibus negatiuis, & quarta affirmatiua. Tertio, mouet dubitationem quandam circa conclusionem affirmatiuam, & soluit eam. Facit primo comparationem primam inter essentias substantiarum, & accidentium tali conclusione. Substantia vere & proprie habet essentiam, accidens autem secundum quid. quam sic probat: Vnumquodque sicut est ens, ita habet essentiam: sed substantia est ens simpliciter, accidens vero est ens secundum quid. ergo substantia habet essentiam simpliciter, accidens autem secundum quid. Maior ex dictis in præcedenti capitulo patet: Minor licet habeatur 7. Meta. in principio, tamen sic probatur in litera. Illud est ens simpliciter, de quo ens absolute & primo prædicatur: & illud est ens secundũ quid, de quo ens posterius, & secundum quid dicitur: sed de substantia ens dicitur absolute, & primo: de accidente autem posterius, & secundum quid. ergo substantia est ens simpliciter, accidens vero secundum quid.

Quæstio III.

Circa Hanc particulam dubitatur, an ens per prius dicatur de substantia, & posterius de accidente, an vniuoce de vtroque. In hac quæstione quinque agenda sunt. Primo declarabitur titulus: secundo ponetur opinio Scot. tertio arguetur contra illam: quarto ponetur opinio S. Thom. quinto respondebitur argumentis in oppositum.

¶ Quo ad primum sciendum est, quòd aliquid dupliciter contingit de aliquibus prædicari per prius & posterius. Vno modo secundum esse illius prædicati: alio modo secundum propriam rationẽ eiusdẽ. Illud dicitur prædicari analogice (secundũ esse) quod perfectius habet esse in vno q̃ in alio: & sic oẽ genus prædicatur per prius & posterius de suis speciebus, eo quòd perfectius esse necessario habet in vna specie, quàm in alia. Vnde com. 12. Met. com. 2. dicit quòd prioritas & posterioritas specierum nõ impedit vnitatem generis: & hoc modo non quærimus hic. per se enim notum est omnibus, quòd ens perfectiori modo est in substantia, quàm in accidentibus, & quòd hoc modo prædicatur per prius & posterius.

¶ Illud vero dicitur prædicari analogice, seu per prius & posterius secundum rationem propriam, quod de vno prædicatur sine respectu ad aliud: de altero vero nõ nisi in respectu ad aliud. Verbi gratia. Sanũ prædicatur de animali sine respectu ad dietam, medicinam, & vrinam: de istis uero prædicatur non nisi in respectu ad animal. dicitur enim animal sanum absque addi tione aliqua: vrina vero non dicitur sana, nisi quia est signum sanitatis existentis in animali: & dieta similiter non est sana, nisi quia est conseruatiua sanitatis, & sic de aliis. Cum enim diffinies sanum prædicatum de animali, non ponet in diffinitione eius respectum ad aliquid horum. Cum autem diffinies sanum prædicatum de vrina, in diffinitione eius ponetur respectus ad sanitatem animalis cum ipsa animalis sanitate. & similiter in diffinitione dietæ & medicinæ, in eo quòd sanæ sunt. dicees enim, vt iam dictum, quòd vrina est sana, in eo quòd signum est sanitatis: dieta, in eo q̃ conseruatiua: & medicina, in eo quòd causa est illius: & hoc modo vertitur hic in dubium, an ens prædicetur analogice: ita quòd absolute prædicet de substantia, de accidentibus vero non nisi relatiue ad substantiã: quod idem est quòd quærere, vtrum substantia in eo quòd ens, non includat accidens: accidens vero in eo quod ens, includat substantiam. & in hoc pendet tota quæstio inter nos & Scotũ: quoniam accidens in eo quòd accidens, includere substantiam ab omnibus conceditur, sed non accidens in eo quod ens. Hæc de primo.

QVO Ad secundum Scotus 1. sent. d. 3. q. 1. & 3. d. 8. q. 2. ponit hanc conclusionem. Ens est vniuocum substantiæ & accidenti, Deo & creaturæ: & probat eam sic. Omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de diuersis, habet conceptũ, de quo est certus, alium a conceptu de quo est dubius: intellectus quisq; potest esse certus de Deo, seu de propria passione, quòd sit ens, dubitando an sit ens finitum vel infinitum: siue an sit substantia vel accidens. ergo conceptus entis est alius a cõceptibus istis: & ita neutrum est ex se, sed in vtroque illorum includitur. igitur vniuocus. Prima propositio patet ex terminis: Minorem vero experientia docet.

¶ Secundo sic. Ens non est vniuocum. ergo Deus non est a nobis naturaliter cognoscibilis aliquo conceptu simplici: hoc est falsum. ergo a destructione consequentis &c. Consequentia probatur. Nullus conceptus est producibilis in intellectu nostro, qui non contineatur essentialiter, vel virtualiter in obiecto relucente in phantasmate: sed conceptus non vniuocus Deo, & obiecto relucenti in phantasmate est non contentus tam essentialiser quàm virtualiter in obiecto relucente in phantasmate. ergo nullus conceptus est producibilis in intellectu nostro, nisi sit vniuocus obiecto relucenti in phantasmate: hoc autem est creatura. ergo omnis conceptus simplex quem habemus de Deo, est vniuocus creaturæ, & consequenter conceptus entis. Maior patet: Minor declaratur, quia obiectum creatum continet essentialiter conceptum increatum, vt de se notum est: nec virtualiter: quia prius non includitur virtualiter in posteriori, sed econuerso.

¶ Tertio sic. Omnis inquisitio Metaphysicalis de Deo procedit considerando rationem formalem alicuius, & auferendo ab ea imperfectionem, quam habet in creaturis, & reseruando illam rationem formalem, & atribuendo sibi omnino summam perfectionem, & sic ponendo illam in Deo. ergo omnis inquisitio de Deo, supponit intellectum habere conceptum, eundem vniuocum, quem accipit ex creaturis.

¶ Quarto sic. Ens non est vniuocum substantiæ & accidenti. ergo substantia non est a nobis naturaliter cognoscibilis: hoc est falsum. ergo &c. Tenet consequentia, eo quòd cum substantia non immutet immediate intellectum nostrum ad aliquam intellectionem sui, sed tantum accidens sensibile, sequitur quod nullum conceptum quidditatiuum habere poterimus de ea, nisi aliquis talis possit abstrahi a conceptu accidentis, sed nullus talis quidditatiuus abstrahibilis est a conceptu accidentis, nisi ens vniuocum accidenti & substantiæ. Hoc autem quod in ista ratione assumit, scilicet quòd substantia non immutet intellectum nostrum ad aliquam sui intellectionem, probatur sic. Quicquid sua præsentia immutat intellectum, absentia illius potest naturaliter cognosci ab intellectu, quãdo nõ immutatur, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut apparet ex secundo de Anima, quòd uisus est tenebræ cognoscitiuus, quando lux non est præsens, eo quòd tunc uisus non immutatur. Igitur si intellectus naturaliter immutatur a substantia immediate ad actum circa ipsam, sequeretur quòd quando substantia non esset præsens, posset naturaliter cognosci nõ esse præsens,

& ita naturaliter cognosci posset in hostia consecrata non esse substantiam panis, quòd est manifeste falsum.

dum quid de accidentibus: inde est quòd essentia proprie & uere est in

¶ Quinto arguitur auctoritatibus secundi Metaphys. text. com. 4. Probans Aristoteles causam entitatis & ueritatis, maxime entia & uera, assumit hanc propositionem. Vnumquodque maxime ipsum aliorum dicitur, secundum quod aliis inest uniuocatio. ens ergo uniuocum dicitur apud Aristotelem de causa entitatis, scilicet Deo, & aliis, aliter processus Aristotelis nullus esset: arguit enim sic. Causa uniuoca entitatis & ueritatis est maxime ens: & uere Deus est huiusmodi. ergo. Auicenna quoque primo Metaphy. capit. secundo dicit. Substantia & quantitas non habent intentionem communem nisi entis, cuius quædam sunt quasi species, & quædam quasi accidentia propria. Et capitulo quinto facit argumentum, quod adductum est de conceptu certo, & dubio. Omnes, inquit, imaginantur certitudinem entis: dubitant autem utrum sit agens uel patiens. Algazel in Metaphysica sua tractatu primo habet, quòd quidam homines putauerunt, quòd ens non prædicat alium conceptum a suis inferioribus, dicentes quòd esse accidentis nihil aliud sit, quàm esse substantiæ. Multa alia argumenta adducuntur ad hoc: sed quia, ut patebit, non probant uniuocationem, sed alicitatem conceptus entis, omitto: & etiam quia ex dictis, cuilibet ingenioso patebit responsio ad omnia. Hæc de secundo.

Auic. c. 20. circa med.

Algazel.

Quo ad tertium Arguo primo sic. Nullum uniuocatum in ratione sui uniuoci habet aliquid plus, quàm reliquũ uniuocatorum: substantia & accidens sunt uniuocata per te in ente. ergo accidens non habet aliquid plus in ratione sui uniuoci, scilicet entis, quàm substantia. discursus bonus: conclusio uero est falsa. ergo altera præmissarum: non Maior, quia illa haberetur ex ante prædicamentis: ergo Minor, quæ est conclusio ad uersæ partis. Falsitas conclusionis habetur septimo Metaphys. textibus & commentis secundo & tertio, ubi dicitur quòd in ratione accidentis inquantum ens ponitur substantia, unde Cõment. dicit in commento tertio, quòd sedens & stans non dicuntur esse entia sine substantia. patet autem quòd in diffinitione substantiæ, inquantum ens, non ponitur accidens, nec substantia, eo quòd abstrahit apud eos ab illis. Patet secundo falsitas illius conclusionis ex dictis Anto. Trombetæ, qui in hac quæstione fatetur in diffinitione accidentis, inquantum ens, cadere substantiam. Vnde etsi ratio posset a Scoto secundum apparentiam solui, glossando Aristotelem, glosla destruente textum, nullo tamen pacto potest ab Anto. Trombeta solui, eo quod ab ipsa ueritate coactus, concessit in Quolibeto suo falsitatem conclusionis, quam Scotus negaret.

Prima ratio.

Vide ad hoc propositum comment. huius doct. secundo post. c. 6. circa me. & uideas consequentiam Aristot. 1. dist. 3. q. 3. cap. 3.

¶ Secundo arguitur sic. Ens est uniuocum prædicatum in quid de pluribus differentibus specie, in nulla differentia quidditatiue inclusum. ergo est genus. Tenet consequentia ex diffinitione generis, & conditione appolita a Scoto in primo sen. dist. 3. q. 3. ultimam enim particulam assumptam exigi dicit ad genus; & bene. & secundũ Arist. 4. Topic. Antecedens quo ad primam partem, & secundam Scoti ibidem est. Quo ad tertiam autem probatur sic. Si ens esset inclusum in aliqua differentia non ultima, sequeretur quòd addendo differentiam non ultimam generi, esset nugatio: hoc est falsum. ergo &c. Tenet consequentia, quia bis ens poneretur eodem modo, semel ratione generis, & semel ratione differentiæ. uerbi gratia. Si ens includitur quidditatiue in ratione animalis, & rationalis, dicendo animal rationale, erit nugatio. cum enim prima pars rationis animalis sit ens, erit ratio propria animalis ens, A, B, C, Similiter cum prima pars rationis rationalis sit ens, erit ratio rationalis ens, D, E, F. & sic dicendo animal rationale, dicea ens, A, B, C, ens, D, E, F, & cõsequenter ponea ens bis, & expresse nugationem committes.

2. dist. 3. q. 3. in solutione quinti contra uniuocatione entis.

Nec est opus impugnare responsionem Scoti ubi supra, ad hoc argumentum, quia non est ad propositum. Ait enim quòd sicut dicimus animal albũ absq; nugatione. eo quòd ens clausum in ratione albedinis denominat accidentaliter ens clausum in ratione animalis: ita in proposito, dicimus animal rationale, eo quòd ens clausum in rationali denominat essentialiter ens clausum in animali absq; nugatione. Hoc enim non est ad propositum. Aliud enim est loqui de ente in sua ratione communi, in qua indistincte uniuocantur supra dicta: & aliud est loqui de ente particulariter accepto. Licet enim palliari possit, quòd ens particulatum ad album & rationale, denominet ens particulatum ad animal, non tamen potest intelligi, quòd prima pars rationis alibi formaliter sumpti, denominet primam partem rationis animalis. Ea enim est ens eodem modo sumptum, cum uniuocum sit. remanet ergo, quòd nugatio est dicere apud Scotum, animal rationale: immo animal album, eodem modo arguendo, ut prius, utendo loco nominum, eorum rationibus quidditatiuis.

subsłantiis, sed in accidentibus est quodãmodo, & secũdum quid &c.

¶ Quòd si aliquis uim faciendo in uerbis Scoti, forte dixerit, ens non claudi in rationali quidditatiue, & albo, sed in rationalitate & albedine: tunc interim sequitur principale intentum nostrum, quòd scilicet ens in nulla differentia includatur quidditatiue: quia rationalitas non est differentia, sed differentiæ principiũ, secundum ueram Auicennæ doctrinam. differentia enim prædicatur de specie, rationalitas autem non. quare &c.

¶ Tertio arguitur sic. Ens est uniuocum substantiæ, & accidentis. ergo in ratione substantiæ expresse cadit ens. ergo in diffinitione hominis explicite cadit ens: hoc est inconueniens, & contra Aristotelem, & uiam communem. ergo &c. Prima consequentia probatur ex eo, quòd omne superius uniuocum explicite cadit in ratione sui essentialis inferioris: sicut animal cadit explicite in ratione hominis. Secunda consequentia probatur ex auctoritate Aristot. posita in secundo libro Topico. nisi scilicet, Quando aliquid ponitur in diffinitione alicuius, loco illius, si ponatur eius ratio, clarior erit intellectus. Cum ergo substantia ponatur in diffinitione hominis, & loco substantiæ liceat ponere eius rationem, in qua explicite cadit ens, ut clarior sit diffinitio, sequitur quòd ens debeat poni in diffinitione hominis explicite, ut clarior reddatur. Nec prohibet hoc communissimus ambitus ipsius entis, aut carentia differentiarum. Sicut nec ex his prohibetur ens, tanquam prædicatum uniuocum & quidditatiuum, cadere in ratione substantiæ. Et confirmatur hoc per Scotum, qui in. 1. sen. dist 3. ponit ens esse primum cognitum cognitione distincta, eo quòd ens cadat in conceptu quidditatiuo omnium, tanquam primum prædicatum quidditatiuũ. Hæc de tertio.

8. Meta. T. c. 16.

capit. 5.

1. di. 3. q. 1.

Quo ad quartum principale, prænoto differentiam inter uniuocum, & æquiuocum puru, & analogum. Vniuocata sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est eadem simpliciter. Puta æquiuocata sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est diuersa simpliciter. Analogata sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est aliquo modo eadem, & aliquo modo diuersa, seu secundum quid eadem, & secundum quid diuersa. uerbi gratia. Animal, & medicina sunt analogata sano: unde habent illud nomen commune. utrumque enim illorum dicimus sanum. diffinitio autem eorum inquantum sana sunt, est aliquo modo eadem, & aliquo modo diuersa. Animal enim, inquantum sanum, est habens sanitatem: medicina inquantum sana, est causa sanitatis. Sunt enim eædem aliquo modo istæ diffinitiones, quia in omnibus includitur sanitas: & sunt diuersæ aliquo modo, quia diuersis modis sanitatem respiciunt. unde analogum est medium inter purum æquiuocum, & uniuocum: sicut inter idem simpliciter, & diuersum simpliciter, cadit medium idem secundum quid, & diuersum secundum quid. & sicut medium sapit naturam utriusque extremi: dicit enim quodammodo plures rationes, & quodammodo unã: propter quod inuenitur quãdoque apud illustres Philosophos, quòd analogum dicit plures rationes, & quandoque quòd dicit unam rationem.

¶ Nota secundo, quòd duplicia sunt analogata, quædam secundum determinatam habitudinem unius ad alterum: quædam secundum proportionalitatem. exemplum. Substantia & accidens sunt analogata primo modo sub ente: Deus autem & creatura secundo modo, infinita enim est distantia inter Deum & creaturam. Differunt autem hæc plurimum: quoniam analogata primo modo ita se habent, quòd posterius secundum nomen analogum diffinitur per suum prius, puta, accidens inquantum ens per substantiam. Analogata uero secundo modo non. creatura enim inquantum ens, non diffinitur per Deum: unde analogata primo modo habent nomen commune, & rationem secundum illud nomen secundum quid eandem, & secundum quid diuersam per hoc, quòd analogum illud simpliciter, idest, sine additione aliqua de primo dicitur: de aliis uero non, nisi diuersimode respiciendo primum, quod cadit in eorum rationibus: sicut in exemplo de sano manifestum est. Analogata uero secundo modo, habent nomen commune, & rationem secundum illud nomen aliquo modo eandem, & aliquo modo diuersam, non propter hoc, quòd illud simpliciter dicatur de primo, & de aliis relatiue ad primum: sed habent rationem eandem secundum quid propter identitatem proportionis, quæ in eis inuenitur, & secundum quid diuersam, propter diuersitatem naturarum suppositarum illis proportionibus. Exemplum, Forma & materia substantialis, & forma, & materia accidentium sunt analogata quædam sub nominibus formæ & materiæ:

habent enim nomen commune, puta, formã & materiam, & rationem secundum nomen formæ, siue materiæ eandem, &

b Substantiarum uero q̃dã sunt simplices & q̃dã cõpositæ, & in utrisq; ẽ essentia: sed in simplicibus uerior & nobiliori modo. fm etiã

quod habent esse nobilius, sunt ẽt causa eorum, quæ composita sunt, ad minus substantia prima, & simplex, quæ Deus est.

generantur uermes & cineres, quàm ex non consecratis.

Vnde ad argumentum dico, quòd panis absens immutat, quoniam non est omnino absens: remanet enim ibi accidens panis, quod est uice panis: quare non est simile de usu respectu tenebræ. Nec est contra nos auctoritas Aristore. quoniam hæc omnia habent locum, ubi est simpliciter absentia obiecti, quam hic non concedimus quo ad operationes.

¶ Ad quintum dico, q̃ quia mediũ comparatũ uni extremorũ, ut oppositum, induit alterum extremũ, ut dicitur quinto Physi. text. comm. 6. ideo analogum comparatum æquinoco, quod diuersas rationes simpliciter sonat uniuocum, appellatum est ab Aristot. ibi, & merito, eo quòd utebatur analogo secundum id, quòd habet de unitate. oportet enim ad uerificandam illam maximam, quòd causa & effectus non in sola uoce conueniant, sed in ratione aliqua formali, eadem aliquo modo in illis: unde textus ille non est contra nos. ¶ Ad Auic. & Algazelem dico, quòd nihil contra nos dicunt: quia alietatem non uniuocationem conceptus entis insinuant.

b ¶ HIC ponitur secunda comparatio, qua substantias inter se comparat tali conclusione. Substantiæ simplices nobiliori & ueriori modo habent essentiam, quàm compositæ. quam probat dupliciter: primo sic, Quorum esse est nobilius, eorum essentia est nobilior: substantiarum simplicium esse, est nobilius quàm compositarum. ergo essentia substantiarum simplicium est nobilior. Secundo sic, Causa, scilicet, effectiua non uniuoca, habet nobiliorem essentiam suo effectu: substantia simplex saltẽ prima, est huiusmodi causa compositarum. ergo substantia simplex est perfectioris essentiæ, quam composita.

Ad euidentiam huius partis nota, quòd ut habet a San. Tho. quarto Sent. di. 11. q. 2. ar. 1. ad. primum. Simplicitas nec perfectionem simpliciter, nec imperfectionem sonat. res enim ex eo quod simplex, non habet perfectionem maiorem, sed ex eo quod taliter simplex, idest, simplicitatem subsistentem habet. Vnde materia prima est simplicissima, & formæ accidentales sunt simplices, & tamen non sunt perfectiores substantiis compositis. Et ideo cum dicimus substantias simplices esse perfectiores compositis, intelligas non de quibuscunque simplicibus substantiis, sed de simplicibus subsistentibus in sua simplicitate: quales sunt substantiæ separatæ oẽs. Propterea caueto hic opinionẽ Scoti in primo sen. dist. 8. quæst. 1. dicentis simplicitatem esse perfectionem simpliciter. Vt autem ueritatem tutari, ac falsum impugnare sciaș, norato quid sit perfectio simpliciter.

Sco. 1. d. 8. q. 1. ad primum quolibet. q. 5.

Perfectio simpliciter, apud Anselmum Monologion 15. est, quæ in unoquoq; melior est ipsa, quàm non ipsa. Glosla sic, In unoquoque, inquantum est indiuiduum entis, idest, hoc ens, non inquantum est indiuiduum huius, uel illius naturæ, puta, hic homo, aut hic angelus, melior est &c. quia comparatiuum includit suum positiuum: ideo melior est, idest, bonitatem, seu perfectionem meliorem ponit, quàm non ipsa, idest, quàm quodlibet sibi incompossibile: ita quòd, ly non ipsa, non teneatur cõ tradictorie, sed incompossibiliter. Vnde perfectio sim pliciter exigit duas conditiones. Primo, quòd dicat perfectionem, secundo, quòd illa pfectio in indiuiduo entis sit melior, quàm quodlibet sibi in eo incompossibile. Propter defectum enim primæ conditionis, tam relatio, quàm negatio a perfectionibus simpliciter excluditur. Propter uero defectum secundæ, ratiocinari, ridere, latrare, & huiusmodi, perfectiones simpliciter nõ sunt: quia ista etsi sint meliora in indiuiduo huius, uel illius naturæ, non tamen entis. Diximus quòd ly, non ipsa, tenetur incompossibiliter, & non contradictorie: quia aliter omne positiuum esset perfectio simpliciter: quia in indiuiduo entis melius est positiuum quodlibet, quolibet contradictorio formaliter sumpto. Nec superficietenus consideres primam conditionem, quoniam propter defectum eius simplicitas non dicit perfectionem simpliciter. Simplicitas enim nihil aliud est, quàm negatio compositionis: unde non est perfectio, sed negatio imperfectionis. Propterea & deficit talis modus arguẽdi. In indiuiduo entis quodlibet incompossibile simplicitati dicit imperfectionem. ergo ipsa simplicitas est melior in unoquoque, quàm non ipsa, & consequẽter perfectio simpliciter. Oportet. n. addere in antecedẽte, &

ipse

tiuntur totum, quod ageret & pateretur substantia, si esset. sicut enim acceperunt modũ essendi subitantiæ. s. absque subiecto: ita etiam agere & pati eius. & ideo ex multis hostiis sensatis generatur in intellectu species intelligibilis substantiæ panis, & eius quidditatiua cognitio: sicut & ad nutritionem agit, ac si esset ibi panis. Non enim minus ex illis accidentibus nutrimur, quàm ex aliis hostiis non consecratis: sicut non minus ex consecratis

Vnde ad argumentum dico, quòd panis absens immutat, quoniam non est omnino absens: remanet enim ibi accidens panis, quod est uice panis: quare non est simile de usu respectu tenebræ. Nec est contra nos auctoritas Aristore. quoniam hæc omnia habent locum, ubi est simpliciter absentia obiecti, quam hic non concedimus quo ad operationes.

¶ Ad quintum dico, q̃ quia mediũ comparatũ uni extremorũ, ut oppositum, induit alterum extremũ, ut dicitur quinto Physi. text. comm. 6. ideo analogum comparatum æquinoco, quod diuersas rationes simpliciter sonat uniuocum, appellatum est ab Aristot. ibi, & merito, eo quòd utebatur analogo secundum id, quòd habet de unitate. oportet enim ad uerificandam illam maximam, quòd causa & effectus non in sola uoce conueniant, sed in ratione aliqua formali, eadem aliquo modo in illis: unde textus ille non est contra nos. ¶ Ad Auic. & Algazelem dico, quòd nihil contra nos dicunt: quia alietatem non uniuocationem conceptus entis insinuant.

b ¶ HIC ponitur secunda comparatio, qua substantias inter se comparat tali conclusione. Substantiæ simplices nobiliori & ueriori modo habent essentiam, quàm compositæ. quam probat dupliciter: primo sic, Quorum esse est nobilius, eorum essentia est nobilior: substantiarum simplicium esse, est nobilius quàm compositarum. ergo essentia substantiarum simplicium est nobilior. Secundo sic, Causa, scilicet, effectiua non uniuoca, habet nobiliorem essentiam suo effectu: substantia simplex saltẽ prima, est huiusmodi causa compositarum. ergo substantia simplex est perfectioris essentiæ, quam composita.

Ad euidentiam huius partis nota, quòd ut habet a San. Tho. quarto Sent. di. 11. q. 2. ar. 1. ad. primum. Simplicitas nec perfectionem simpliciter, nec imperfectionem sonat. res enim ex eo quod simplex, non habet perfectionem maiorem, sed ex eo quod taliter simplex, idest, simplicitatem subsistentem habet. Vnde materia prima est simplicissima, & formæ accidentales sunt simplices, & tamen non sunt perfectiores substantiis compositis. Et ideo cum dicimus substantias simplices esse perfectiores compositis, intelligas non de quibuscunque simplicibus substantiis, sed de simplicibus subsistentibus in sua simplicitate: quales sunt substantiæ separatæ oẽs. Propterea caueto hic opinionẽ Scoti in primo sen. dist. 8. quæst. 1. dicentis simplicitatem esse perfectionem simpliciter. Vt autem ueritatem tutari, ac falsum impugnare sciaș, norato quid sit perfectio simpliciter.

Sco. 1. d. 8. q. 1. ad primum quolibet. q. 5.

Perfectio simpliciter, apud Anselmum Monologion 15. est, quæ in unoquoq; melior est ipsa, quàm non ipsa. Glosla sic, In unoquoque, inquantum est indiuiduum entis, idest, hoc ens, non inquantum est indiuiduum huius, uel illius naturæ, puta, hic homo, aut hic angelus, melior est &c. quia comparatiuum includit suum positiuum: ideo melior est, idest, bonitatem, seu perfectionem meliorem ponit, quàm non ipsa, idest, quàm quodlibet sibi incompossibile: ita quòd, ly non ipsa, non teneatur cõ tradictorie, sed incompossibiliter. Vnde perfectio sim pliciter exigit duas conditiones. Primo, quòd dicat perfectionem, secundo, quòd illa pfectio in indiuiduo entis sit melior, quàm quodlibet sibi in eo incompossibile. Propter defectum enim primæ conditionis, tam relatio, quàm negatio a perfectionibus simpliciter excluditur. Propter uero defectum secundæ, ratiocinari, ridere, latrare, & huiusmodi, perfectiones simpliciter nõ sunt: quia ista etsi sint meliora in indiuiduo huius, uel illius naturæ, non tamen entis. Diximus quòd ly, non ipsa, tenetur incompossibiliter, & non contradictorie: quia aliter omne positiuum esset perfectio simpliciter: quia in indiuiduo entis melius est positiuum quodlibet, quolibet contradictorio formaliter sumpto. Nec superficietenus consideres primam conditionem, quoniam propter defectum eius simplicitas non dicit perfectionem simpliciter. Simplicitas enim nihil aliud est, quàm negatio compositionis: unde non est perfectio, sed negatio imperfectionis. Propterea & deficit talis modus arguẽdi. In indiuiduo entis quodlibet incompossibile simplicitati dicit imperfectionem. ergo ipsa simplicitas est melior in unoquoque, quàm non ipsa, & consequẽter perfectio simpliciter. Oportet. n. addere in antecedẽte, &

ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa dicit perfectionem, quod falsum est: quia negatiuum prædicatum est.

¶ Potes autem contra Scoti positionem arguere sic. Nulla perfectio simpliciter saluatur in relatione, vt relatio est: simpliciter autem saluatur in relatione, vt relatio est: Ad, siquidem est simplicissimum, nullam enim compositionem includit: & vniuersaliter secundum Scotum, omnis differẽtia vltima relationis. ergo &c. Maior patet ex eo, quòd relatio, vt relatio, nec perfectionem, nec imperfectionem sonat apud nos & Scotum.

¶ Præt. Quod diuiditur per quantũ, & nõ quantum, nõ est perfectio simpliciter. Patet ista, quia implicat quòd aliquid sit non quantũ, & perfectio simpliciter: sed simplicitas diuiditur per quantum, & non quantum. ergo, &c. Patet minor, quia diuiditur in simplicitatem relatiuã & absolutam: simplicitas autem relatiua est non quanta.

¶ Si dicatur ad ista, quòd relatio forma liter sumpta nõ est simplex, sed simplicitas prædicatur de ea denominatiue: hoc non euadit argumenta, quia simplicitas relatiua est passio relationis secundum hoc, aut modus intrinsecus. Impossibile est autem quòd alterum horum sit perfectius eo, cuius est: vt arguat sic. Nulla passio est maioris entitatis subiecto suo: simplicitas denominãs relationem est eius passio, sicut vniuersaliter passio superioris est passio inferioris, licet non primo. ergo simplicitas relationem denominans non est maioris entitatis relatione: sed relatio non est quanta. ergo simplicitas relatiua non est quanta. ergo nec perfectio simpliciter. Stat ergo assumptum verum, scilicet quòd simplicitas diuiditur per quantum, & non quantum.

¶ Similiter arguere potes, si dicãt qđ simplicitas sit modus, qđ tamen minus consonũ veritati videtur. Substantiæ ergo immateriales, nõ ratione simplicitatis sunt perfectiores essentiis substantiarum compositarum, sed ratione simplicitatis subsistentis, & adunãtis in se tantam perfectionem ita indutisse, qua gaudent.

c ¶ In hac secunda parte capitenli, quid sit essentia in substantiis compositis declaraturus, quia a notioribus inchoandum est, conclusionem hanc negatiuam ponit. Materia sola non est essentia substantiæ compositæ: quam duplici rõne probat, Prima est talis. Illud quod est essentia substantiæ compositæ est principium cognoscendi illam: sed materia sola non est principium cognoscendi illam. ergo materia sola non est essentia substantiæ compositæ. Maior patet ex eo, quòd vnumquodq; per suã essentiam cognoscitur quidditatiue, vnde omnes aliæ cognitiones oriuntur. Minor habetur ex 9. Meta. tex. com. 20. vbi dicitur, quòd principium cognoscendi est actus, & non potentia.

¶ Secunda ratio est. Essentia substantiæ compositæ est id, quo res ponitur in genere & specie: sed materia sola non est id quo res ponitur in genere & specie. ergo materia sola, non est essentia substantiæ compositæ. Maior est euidens inducendo in singulis. Sortes enim per suam naturam in specie humana collocaur, similiter in genere animalis, & sic de aliis. Minor probatur: quia id, quo aliquid in specie reponitur, oportet quòd actuale sit, eo quòd est principium distinguendi ipsum ab aliis speciebus, & collocãdi ipsum in tali gradu vniuersi, materia autem sola actualitatem non includit.

Commentator. 7. Meta. te. 21. & com. 34.

d ¶ Hic ponitur secunda conclusio negatiua talis. Essentia substantiæ compositæ non est sola forma: quam vnica ratione probta sic. Illud est essentia substantiæ compositæ, quod per eius diffinitionem significatur: sed sola forma per eius diffinitionem non significatur. ergo sola forma non est essentia substãtiæ compositæ. Maior est de se nota. minor probatur: quia diffinitiones naturales per hoc differunt a Mathematicis, quia istæ significant solam formam, ideſt formam absque materia sensibili. naturales vero significant formam, & materiã sensibilem.

¶ Sed adhãc rationẽ potest dici, quòd cũ significari p diffinitionẽ cõtingat dupliciter. Vno modo, vt pars rei diffinitę: alio modo, vt subiectũ rei diffinitæ, seu vt deferẽs rẽ diffinitã, p diffinitionẽ naturalẽ significat sola forma vt res diffinita: & iõ quidditas est sola forma, materia aũt significat, vt quidditatẽ deferẽs.

¶ Contra hanc responsionem subiungitur in litera talis ratio. Illud quod est proprium accidentibus, ex imperfectione suæ essentiæ non conuenit specificis substantiis: sed recipere in diffinitione aliquid extra essentiam suam, est proprium accidentibus ex imperfectiõe suæ essentiæ. ergo hoc non conuenit substantiis specificis. Maior patet ex terminis: quod enim est proprium alicui ex sua imperfectione, non conuenit alteri habenti perfectionem oppositam illi imperfectioni. Minor habetur ex septimo Meta. tex. com. 14. 15. & 16.

¶ Circa maiorẽ nota, q̃ licet formæ partis, puta animæ, conueniat etiã diffiniri per aliquid extra essentiã eius, ac p hoc illud videatur esse non propriũ accidẽtibus, sed cõmune eis & formis partiũ: in rei tamẽ veritate propriũ est accidẽtiũ, eo q̃ diffinitio nõ est nisi rerũ existẽtiũ in recta linea p̃dicamẽtali habentiũ speciẽ completã, cũ diffinitio componatur ex genere, & differentia, sola aũtẽ accidẽtia inter entia, & specie cõpleta, sunt per additamentum diffinibilia: & ideo propriũ accidentibus dixit esse rẽdi modo diffiniri: vnde & anima diffinitur per aliud extra essentiam suã, pro quanto participat de accidentis natura esse in alio.

e ¶ Hic ponitur tertia cõclusio negatiua. Essentia substantiæ cõpositæ nõ est aliqua relatio inter materiã & formã, aut aliquid additũ composito ex materia, & forma: quàm p̃bat ex duabus rationibus. Primo sic. Omnis relatio media inter materiã & formã, & similiter omne additũ composito ex materia & forma est accidens extraneũ substantiæ: nulla essentia substantiæ compositæ est accidens extraneum. ergo. Minor est de se nota: Maior vero p̃batur. Omne adueniens enti simpliciter faciẽs formaliter ens tale, est accidẽs extraneæ naturæ a substantia: oĩs relatio media inter materiã & formã, & omne additũ composito aduenit enti simpliciter, & faciunt ens tale. ergo oĩa hmõi sunt accidentia extraneæ naturæ a substantia cõposita. Huius prosyllogismi Minor declaratur primo ex eo, quod forma substantialis aduenies materiæ facit esse simpliciter, & hoc aliquid, vt dicitur secundo de Anima tex. com. 2. Declaratur secundo ex eo, q̃ generatio terminata ad formã substantialẽ est generatio simpliciter: terminata vero ad formã accidentalẽ, est generatio ſm quid, vt dicitur 5. Phy. tex. c. 7. Cum enim materia Sortis acquirit formã substantialẽ, tunc sine additione dicitur Sortes fieri: acquisita autem forma substantiali, cum magnitudinem acquirit, non dicitur Sortes fieri simpliciter, & sine additione, sed fieri magnus.

¶ Secũda ratio est ista. Nullum additum vt relatio illa media, aut vt quomodolibet sequens compositum ex materia & forma, est proprium principiũ a priori perfectæ notitiæ substantiæ compositæ: essentia substantiæ compositæ est proprium principium a priori completæ notitiæ eius. ergo &c.

Relinqui-

f ¶ Hic ponitur quarta conclusio affirmatiua. Essentia in substantiis compositis significat compositum ex materia & forma, quam per locum a diuisione concludit ex autoritate Boetii, Auicennæ, & Commentatoris, septimo Meta. com. 27. & ratione tali probat. Id quo tanquàm principio completo denominante, substantia cõposita est ens, est compositum: sed essentia ipsius substantiæ compositę est id, quo tanquàm principio completo denominante, substantiæ cõpositæ est ens. ergo essentia ipsius substantiæ compositæ est composita. Minor de se est clara. dicitur enim, & est Sortes ens propter suam essentiã, quam habet: Maior vero declaratur sic. Quãdocunq; aliqua res ex pluribus principiis constituitur, nõ est talis ex altero eorum, vt cõpleto principio, sed ex complectente vtrũque: sed substantia composita est ens ex pluribus principiis constitutum, scilicet materia & forma. ergo non ex altero tanquàm completo principio, sed cõplectente vtrumq; est, & dicitur ens: sed id quod complectitur vtrunq; est compositum. ergo id quo substantia composita tanquàm completo principio denominante esse, oportet esse compositum: quod erat probandum. Maior huius prosyllogismi exemplariter in saporibus declaratur in litera tanquàm ex notioribus: & declaratio est manifesta per se. quod aute dicitur, q̃ sola forma, & causa essendi, infra patebit.

QVAESTIO IIII.

CIRCA prædicta dubitatur, an materia sit pars quidditatis naturalis. In hac dubitatione tria faciam. Primo ponã opinionem Commentatoris: secundo ponam opinionem S. Tho. tertio respondebitur argumentis oppositis.

QVO ad primum, Commentator 6. Met. com. 21. & 34. opinatur materiam non esse partem quidditatis naturalis, sed cadere in diffinitione rei naturalis, vt deferens illam quidditatem. adducit autem in 34. com. ad hoc rationem talem. Essentia rei est substantia declarans rem quidditatiue: materia non est substantia declarans quidditatem rei. ergo materia non pertinet ad essentiam rei. Minor colligitur ex primo Physico. tex. com. 69. vbi dicitur, quòd materia secundum se est ignota, & per consequens altertius declaratiua non est. Ex com. vero 21. potest elici talis ratio ad hoc. Si quidditas hominis esset homo compositus ex materia & forma, tũc quidditas hominis haberet quidditatem, & sic quidditatis esset quidditas: quod est falsum. Tenet consequentia: quia quæcunquesunt idem, quicquid habet vnum, habet reliquum. si ergo quidditas hominis, & homo cõpositus sunt idem, cum homo compositus habeat quiddita tem, sequitur quòd quidditas hominis habeat quidditatem. Hanc eandem positionem videtur docere Arist. 7. Meta. tex. com. 34. expresse dicens materiam non esse partem quidditatis: & secundo Phys. tex. com. 28. partes diffinitionis in genere causæ formalis collocans. Vnde & 10. Metaphysicæ, tex. commento. 25. dicit quòd mas, & femina non variant speciem, quia sunt differentiæ materiales.

¶ Idem etiam persuaderi potest ex consequentibus materiam. Materia enim est causa corruptionis distinctionis suppositi a natura sensibilitatis & similium, quorum oppolita conueniunt quidditatibus. sunt enim essentiæ rerum ingenerabiles, incorruptibiles, insensibiles, & huiusmodi. Hæc de primo.

Ratio 9.

QVO ad secundum, S. Tho. 71. Metaph. supra tex. com. 33. & prima parte quæst. 75. articulo 4. & hic, tenet materiam esse partem quidditatis substantiæ naturalis. Probat hanc cõclusionem tribus rationibus, quarum duæ in litera positæ sunt. Tertia vero est ista. Quicquid de essentia omnium individuorum contentorum sub specie vniuersaliter conceptum, est de essentia speciei. ista est vera pro tanto: quia aliter essentia specifica non prædicaret essentialiter totam essentiam individui: sed materia est de essentia omnium individuorum naturalium. ergo materia vniuersaliter accepta, est de essentia speciei, & sic non cadit in ipecie, vt deferens ipsam, sed vt pars essentialis.

¶ Ad primam rationem in litera factam dicunt aduersarii, quòd tantum formæ, nec tantum materiæ, sed ipsius compositi: essentia autem est secundum quam res dicitur esse. Vnde oportet ut essentia, qua res denominatur ens, non tantum sit forma, nec tantum materia, sed utrumque: quàmuis huiusmodi esse, siue essentiæ sola forma suo modo sit causa. Sicut enim in aliis uidemus, quæ ex pluribus principiis constituuntur, quòd res denominantur ex altero illorum principiorum tantum, sed ab eo quod utrumq; complectitur, ut patet in saporibus, quia ex actione calidi digerentis humidum causatur dulcedo: & quamuis hoc modo calor sit causa dulcedinis, non tamen denominatur corpus dulce a calore, sed a sapore, qui calidum & humidum complectitur.

¶ Confirmatur S. Tho. positio adhuc tripliciter, primo sic. In omni obiecto quidditatiue sumpto, cui conuenit aliqua passio adæquata, oportet inuenire intrinsece causam illius passionis: sed corpus contrarietati subiectum quidditatiue sumpti, est subiectum, cui conuenit corruptibilitas per modum passionis adæquatæ. ergo in corpore contrarietati subiecto quidditatiue sumpto, oportet intrinsece inuenire causam corruptibilitatis: & talis causa non est nisi materia. ergo &c. Maior est de se nota: quia passio fluit ab intrinsecis principiis quidditatis, aliter non conueniret ei secundum quod ipsa. Minor ex eo manifestatur, quòd corruptibilitas primo concluditur de corpore contrarietati subiecto. Quòd autem causa corruptibilitatis sit materia, clarum est, apud Comment. maxime.

¶ Secundo sic. Id quod est pars humanæ naturæ, est pars quidditatis humanæ, quia natura & quidditas sunt idem: sed materia est pars naturæ humanæ. ergo &c. probatur Minor ex eo, quòd materia est natura, secundo Phys. tex. com. 21. Et si non est pars, oportet quòd in Sorte sint duæ naturæ non partiales quia non sunt partes alicuius naturæ, quod est impossibile. Tertio declaratur hanc fuisse mentem Arist. primo ex octauo Meta. tex. com. 15. & 16. vbi assignat causam, quare diffinitio cõpositorum est vna: quia ex actu & potentia natum est fieri vnũ. Quidditates autem simplices seipsis, inquit, habent vnitatem statim, eo quòd formæ tantum sint: ex quibus habetur, quòd si essentia substantiæ compositæ esset sola forma, non oportet Arist. assignare causam propter quid sit vna. forma enim seipsa est vna: sed quia est composita, ideo dixit quòd vnitatem habet, ex eo quòd altera pars est actus, altera potentia. Similiter. 9. Metaphy. textu vltimorum commentorum dicit, quòd in quidditatibus compositorum accidit error, non autem in quidditatibus simplicium propter multitudinem partium, ex quibus sunt compositæ illæ quidditates, vnde ex earum compositione error accidere potest, qui in simplicibus, cum careant partibus, locum non habet: ex quibus apparet ipsum oppinari essentiam compositi esse compositam, & non simplicem: & quòd quidditas substantiæ materialis differt a quidditate separata ex eo, q̃ ista est essentialiter simplex: illa vero est essentialiter composita. Hæc de secundo.

Primo phy si. ca. 79. ii. 9. Metaphy si. com. 17. T. c. 7.

T. c. 22.

QVO AD Tertium, dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad quartum primum negatur Minor: licet enim materia secundum se, ideſt, solitarie sumpta sit ignota, adiuncta tamen & substrata tali formę specificę siue genericę, declaratiua est alterius.

¶ Ad secundum negatur consequentia: ad cuius probationem dicitur, quòd Maior illa potest intelligi dupliciter. Vno modo sic. Quæcunque sunt idem realiter, quicquid realiter coniungitur vni, est & realiter coniunctum alteri: & sic conceditur, sed non est contra nos. Alio modo sic. Quæcunque sunt idem realiter, quicquid predicat de vno, prædicatur de altero: & hoc

modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo est falsa. Aliquid enim conuenit vni, vt distincto secundum rationem ab altero, quod non conuenit alteri: sicut in proposito, habere quidditatem conuenit hominꝭ, vt distincto a sua quidditate secundum rationem: distinguitur enim ab illa, vt habens ab habito: & quia sic oportet distingui illam Maiorẽ in proposito, ideo argumentũ non procedit.

¶ Ad id quod addi- Tex. 34. 37.
tur ex Arist. dicitur, quòd septimo Metaphysicæ non remouet materiã a quidditate, sed materiã particularem & eas partes, quæ per accidens se habent ad speciei intellectum, vt manus & pedes, verbi gratia, ab hominis ratione: & has carnes & hęc ossa. Quòd autem partes definitionis in genere causę formalis collocentur, non est contra id quod dicimus. Memnisse enim oportet, quòd omne superius se habet vt formale respectu inferioris, vt ibidem ab Arist. habetur. Malculus quoque & femina etsi non differant specie in genere animalis, sicut album, & nigrum: differunt tamen specie in genere sexus, cuius differentiæ ad genus animalis per accidens se habent, & ex parte materiæ: & propterea in illo genere non causant diuersitatem specificam.

Secundo Physico. T. c. 128.

¶ Ad vltimam confirmationem de passionibus materiæ dicitur, quòd illa sequuntur materiam particulariter existentem: & non sequuntur materiam abstractam a singularibus, quæ est pars quidditatis specificæ: & ideo non oportet illa inesse quidditati, nec oportet materiam remoueri a quidditate propter hoc, quòd illorum opposita quidditati insunt.

g ¶ IN HAC tertia parte huius capituli obiicit contra quartam conclusionem. Id, quod comprehendit in se materiã intrinsece, est particulare: essentia substantiæ compositæ comprehendit in se materiam intrinsece. ergo essentia substantiæ est particularis. ergo non datur essentia substantiæ compositæ vniuersalis: quod est falsum. Et vlterius sequitur, quòd vniuersalia naturalia non sunt diffinibilia: quia rerum naturalium non nisi essentiæ sunt diffinibiles, eo quòd diffinitio significat essentiam rei: essentiæ autem naturalium, vt deductum est, particulares sunt. Maior probatur sic. Quod habet in se actu intrinsece principium indiuiduationis, est particulare: habens intrinsece materiam, habet in se principium indiuiduationis, quia materia est principium indiuiduationis. ergo &c. I

h ¶ HIC respondet obiectioni, destruendo Maiorem cum sua probatione, dicens, quòd materia dupliciter accipitur, signata scilicet & nõ signata. signata est principium indiuiduationis, nõ signata ponitur pars essentiæ specificæ. signata ponere& in diffinitione Socratis si diffiniretur: nõ signata ponitur in diffinitiõe vniuersaliũ. vnde & patet vniuersalia diffiniti, & tñ materiã includere, sed non signatam, quæ particularitatis est principium.

CIRCA Hanc partem dubitatur, an materia sit principiũ indiuiduationis. In hac quæstione sunt sex agenda. Primo declarabitur titulus: secundo ponetur opinio Scoti: tertio impugnabitur: quarto ponetur opinio San. Tho. quinto arguetur contra illam: sexto respondebitur argumentis in oppositum.

¶ QVO Ad primum nota, quòd cum de principio indiuiduationis agitur, cum indiuiduum duo dicat, scilicet indistinctum a se, & distinctum ab aliis: nihil aliud quęritur, nisi per quid primo natura specifica reddatur in communicabilis: ita quòd repugnet sibi communicari pluribus, vt superius inferioribus communicatur, atq; per quid hoc indiuiduum primo distinguitur realiter ab aliis eiusdem speciei. Duo ergo quæruntur concurrentia ad indiuiduationem, scilicet quo, primo, natura specifica reddatur incommunicabilis & quo, primo, realiter distinguatur ab aliis eiusdem speciei. Et aduertas bene singulas partes istuli, quas declarauimus, quoniam aliquos in hac parte errare inuenio. Agitur enim hic de incommunicabilitate, quæ opponitur communicationi reali, & non de incommunicabilitate, quæ opponitur communicationi formæ: hanc enim nullus dubitat primo conuenire materiæ. Et similiter agitur hic de distinctione reali indiuiduorum sub eadem specie, quæ non est nisi inter entia realia: & non de distinctione, qua Sortes viuus, & Plato mortuus distinguuntur. Aduertendo semper, quòd non loquimur nunc, nisi de indiuiduatione substantiarum materialium. Hæc de primo. K

¶ QVO ad secundum. Scotus secundo sent. d. 3. q. 6. opinatur, quòd natura specifica indiuiduatur per quoddam positiuũ per se contrahens illam, & faciens vnum cum illa: ita quòd illud positiuum nec est materia, nec forma, nec compositum: sed est modus omnium, seu vltima realitas materiæ, formæ, & compositi, eadem illis realiter: & sic apud eum de principio indiuiduationis ponitur talis conclusio. Principium indiuiduationis nõ est materia, nec forma, nec quantitas: sed proprietas idiuidualis, scilicet hecceitas.

¶ Huius conclusionis probatiões, quo ad tres primas partes, nũc omitto, post modum quantũ ad propositum spectat adducẽdas. Pro qua arguitur sic. Vnitas sequitur entitatem, proportionaliter loquendo: eodem enim modo res est ens & vna. igitur vnitas simpliciter vltima, scilicet numeralis, seu indiuidualis sequitur entitatem indiuiduale: sed clarum est, quòd entitas illa indiuidualis non est aliquod eorum, quę sunt actu in specie, nec aliquod accidens, cum omnia accidentia sint post. ergo est proprietas indiuidualis, indiuiduorum scilicet constitutiua: & arguitur sic. Illud ad quod primo sequitur vnitas numeralis, est principium indiuiduationis: proprietas illa, seu hecceitas est id, ad quod primo sequitur vnitas numeralis. ergo hecceitas est principium indiuiduationis. Maior patet: quia vnitas proportionaliter sequitur ens. Minor probatur: quia vnitas numeralis non sequitur quidditatem, vt patet: nec ad aliquod accidens, cum præcedat totum genus accidentium. H

¶ Secundo sic. Omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuersa, alioquin non esset status indifferentibus: sed indiuidua proprie differunt. ergo eorum differentia reducitur ad aliqua primo diuersa: hæc non sunt naturæ ipsorum, nec priuationes, nec accidentia aliqua. ergo sunt hecceitates. Probatio huius vltimi assumpti quo ad tertiam partem: quia si differentia indiuiduorum reducitur ad aliquod accidens, maxime reducitur ad quantitatem: sed hoc non. quod sic patet: Quæratur enim per quid hæc quantitas, & illa quantitas differant: non seipsis, sic enim specifice distinguerentur. ergo aliquo alio, puta sitibus. Sed hoc non potest esse, quia aut distinguuntur situ, qui est speciale prædicamentum: & hoc non, quia ille est posterior quantitate: aut situ, qui est differentia quantitatis: & hoc non, quia quæratur per quid illi situs distinguuntur: aut seipsis, & hoc non potest dici, quia seipsis non sunt hi: aut aliquo alio, & sic in infinitum. Et propterea cum situs qui est differentia quantitatis, integretur ex continuatione & permanentia partium, idem est dicere, Hæc quantitas differt ab illa propter alium situm, & quòd, Hæc quantitas differt ab illa quantitate seipsa. I

¶ Tertio sic. Id quod se toto primo constituit aliquod singulare in sua entitate singulari, & vnitate consequente talem entitatem, ei se toto primo repugnat diuidi diuisione opposita illi vnitati, & consequenter est principium indiuiduationis: sed forma partis indiuidualis, seu hecceitas est huiusmodi. ergo &c. Maior patet ex terminis. Minor eodem modo probatur, vt supra. Hæc de secundo. J

¶ QVO ad tertium arguitur contra opinionem Sco. qua dupliciter: Primo sic. Omnis actus singularis præexigit potentiã singularem, quam actuat: sed hecceitas est actus singularis. ergo præexigit potentiam singularem, quam actuat: sed illa potentia est natura, seu in natura ipsius indiuidui. ergo natura indiuidui est singularis ante aduentum hecceitatis: & sic hecceitas non est principium indiuiduationis. Propositiones assumptæ omnes sunt Scoti in hac materia, etiam maior: quæ tamen probatur ex doctrina Aristotelis. 2. Physi. tex. comm. 38. vbi docet comparationes causarum. vnde sicut forma particularis præexigit materiam particularem, sic actus potentiam. Si dicatur, quòd hoc est verum, vbi actus & potentia distinguuntur realiter, eo quòd tunc potentia realiter recipit actum: hoc non obstat, eo quòd secundum Scot. quando aliqua duo adunantur realiter, seundem ordinem ex natura rei retinent, quem haberẽt si essent distincta realiter. cũ ergo actus singularis si distinctus esset realiter, ex natura sua præexigeret potentiã singularẽ, oportet q; & nunc hoc idem exigat, cum ordo idem seruetur. L

¶ Secundo

¶ Secundo sic. Illa quæ sunt principia indiuiduationis, sunt seipsis primo diuersa: hecceitas Sortis & Platon. non sunt hutiusmodi. ergo. Maior est Scoti, Minor probatur. Id quod conuenit magis cum vno, quam cum alio, non est primo diuersum ab eo, cum quo magis conuenit: sed hecceitas Platonis magis conuenit cum hecceitate Sortis, quam cum hecceitate albedinis. ergo hecceitates Platonis & Sortis non sunt primo diuersæ. Maior prosyllogismi patet ex terminis: primo enim diuersum ab alio non conuenit cum illo. Minor probatur dupliciter. Primo, quia hecceitas Sortis & Platonis conuenit in specie: hecceitates Sortis & albedinis differunt genere. Secundo, quia illa magis conueniunt quæ magis assimilantur, magis autem assimilantur quæ sunt magis comparabilia: hecceitates autem Sortis & Platonis sunt comparabiles magis, quàm hecceitates Sortis & albedinis: sicut vniuersaliter res eiusdem prædicamenti sunt magis comparabiles, quàm res diuersorum prædicamentorum. A

¶ Tertio sic. Quod conuenit uni, & repugnat alteri indiuiduo eiusdẽ speciei, præexigit necessario ipsorum distinctionem: proprietas indiuidualis, puta, Sorteitas conuenit Sorti, & repugnat Platoni eiusdem speciei indiuiduo. ergo proprietas indiuidualis præexigit distinctionem Sortis a Plat. & sic proprietas indiuidualis non est id, quo primo Sortes distinguitur a Plat. Conclusio est falsa secundum Scot. processus est bonus. ergo altera præmissarum est falsa: vtraq; autem est sua. ergo omnino falsus conuincitur: & Maior quidem habetur a Scoto in quolibet, q. 2. Minor aũt est sua conclusio, quam nunc impugnamus. B

¶ Quarto, ostendo hanc positionem contradicere Peripateticis, Arist. & Com. Duodecimo. n. Meta. tex. cõ. 42. sit hæc cõsequentia, Primum cælum, ideſt, primum principium, est vnum specie & plura numero. ergo habet materiam. quæ consequentia nulla esset, si proprietas indiuidualis poneretur distinguere indiuidua eiusdem speciei. C

¶ Glosam autem Sco. intelligentis per materiam indiuidualem proprietatem, destructiuam esse textus apparet ex Commentatore ibi dicente, Omne quod est vnũ specie & plura in numero, habet materiam: sed iam declaratum est, quòd principium cæli non habet materiam. ex quibus verbis apparet, quòd de illa materia loquitur, quam declarauit non esse in primo principio. Apparet autem in tex. com. 30. expresse declarasse motorem cæli non habere materiam ad vbi & ad esse, & nullam fecisse mentionem de proprietate indiuiduali. Apparet quoque fictio illius glosę ex 3. Meta. tex. com. 10. vbi dicitur, quòd omnis multitudo, aut est rerum differentiũ secundum formam, aut secundum quantitatem, quod idem habes in Commentatore in primo Phyſi. com. 6.

¶ Nec admittenda est glos. Antonii Trombetæ, quòd intelligitur concomitanter. Eodem enim modo & vniformiter debet teneri, ly secundum, in primo membro & in secundo: in primo autem notat causalitatem. ergo & in reliquo. Deprehendi quoq; potest esse purã fictionem nouam hanc de hecceitatibus inuentionem, ex primo cæli tex. com. 92. & 93. vbi vnitatem & pluritatẽ indiuiduorum in eadem specie, in rebus materialibus non nisi ex materia assignant Aristot. & Comm. Hæc de tertio. D

Quo ad quartum, opinio San. Tho. posita ab eo hic, & in multis aliis locis, est quòd materia signata est principium indiuiduationis.

¶ Circa hanc conclusionem aduertendum est, quòd Thomistę inter se differunt, & conueniunt. Conueniunt in hoc omnes, quòd ad indiuiduationem duo concurrere debent, materia & quantitas. differunt autem, quia aliqui tenent quòd aggregatum ex materia & quantitate sit intrinsecum indiuiduationis principium, materia dante incommunicabilitatem, siue indistinctionem in se, quantitate dante distinctionem ab aliis: & tale aggregatum dicunt esse materiam signatam. Alii vero longe melius sentiunt dicentes, quòd principium intrinsecum indiuiduationis & quo ad incommunicabilitatem, & quo ad distinctionẽ ab aliis, est materia signata, nõ materia quanta, seu aggregatum ex materia & quantitate. Et cum hoc, iudicio meo, sit doctrina San. Tho. vera vt ostendetur, ideo hanc declarare volumus & tueri, declarando primo quid importet materia signata: secundo excludendo primam expositionem Thomistarum: tertio probando conclusionem intentam. E

¶ Materia signata nihil aliud est, quàm materia capax huius quantitatis, ita quòd non illius: hæc nanque materia est pars intrinseca Sortis de diffinitione eius, si diffineretur. Imaginandum est enim, quòd agens particulare, puta hoc semen, continuo appropriat materiam ad formã inducendam hoc modo, q̃ sicut semen humanum appropriat materiam ad animam humanam: ita hoc semen ad hanc animam. vnde cum in primo instantis generationis Sortis, quod est primum esse Sortis, & primum non esse formæ præcedentis & accidentium primo ordine naturæ fiat particulare compositum: deinde naturali ordine sequuntur omnia accidentia, in via nostra, in illo priori secundum naturam, quo compositum particulare terminat per se primo generationem: materia quæ est pars intrinseca eius, scilicet Sortis, ita est appropriata ipsi Sorti ab agente particulari, quòd non est capax alterius quantitatis, quàm eius quam Sortes sibi determinat. Omnium enim natura constantium determinata est ratio magnitudinis & augmenti, vt dicitur secundo de anima ex com. 41. & talis materia vocatur materia signata. Nihil ergo addit materia signata supra materiã, nisi capacitatẽ huius quantitatis, ita quòd non illius. Capacitas autem materiæ respectu huius quantitatis, nihil aliud est quàm potentia receptiua huius quantitatis, ita quòd non illius. potentia autem non receptiua nihil realiter distinctum in recto dicit, sed ad id aliquid reale distinctum secundum rationem tantum a materia. Sicut materia propria nihil addit supra materiam realiter distinctum ab ipsa: dicit tamen aliquid reale in materia, quod non explicat materia secundum se. Materia enim signata non est diffinibilis, nisi per hanc quantitatem, si diffiniretur: sicut propria potentia non nisi per proprium actum diffinitur, vt dicitur tertio Physicorum, tex. com. 10. Materia autem secundum se hanc quantitatem in sua diffinitione non exigit: vnde materia propria indiuidui, & materia assignata, & materia sub certis dimensionibus idem important. Et propterea S. Tho. non dixit materiam signatam, materiam cum certis dimensionibus, sed sub certis dimensionibus: & alibi dicit, quòd sicut materia in ordine ad formas generales, puta formam totalem & partialem, distinguit generice corpora cælestia ab inferioribus: ita materia in ordine ad hanc, vel illam quantitatem distinguit numeraliter in rebus materialibus. Materia igitur signata non dicit aggregatum ex materia & quantitate, sed materiam in recto significat, quantitatem vero in obliquo. sicut potentia materiæ significat materiam in recto, in obliquo vero actum quem respicit, eo quòd non nisi per actum est diffinibilis. Et sic manifestum est quid importet materia signata. F

¶ Quòd autem Thomistæ alii non conuenienter exponant, sic declaratur. Idem est principium distinctiuũ indiuidui a specie, & ab altero indiuiduo eiusdem speciei: sed materia non quanta, sed sic signata, modo præexposito est principiũ intrinsece distinctiuum indiuidui a specie. ergo non materia quanta, sed materia signata est principium intrinsecum distinctiuum indiuidui ab altero eiusdem speciei indiuiduo. Minor ab eis conceditur, & est San. Tho. expresse in tractatu, qui de principio indiuiduationis vocatur: qui secundum veritatem & antiquum titulum vocatur de Potẽtijs cognoscitiuis, vt habetur i Bibliotheca summi Pontificis, in qua sola Tractatum illum completum vidi: est enim truncatus ille qui communiter habetur. Maior vero non nisi voce a proteruis negari posse videtur: vniuersaliter namq; verum videmus, quòd quandocunq; aliquod commune diuiditur in plures partes subiectiuas, per idem differunt inferiora inter se, & a superiori: sicut per idem homo differt ab animali, & a leone, scilicet differentiã propriã. vnde & Porphyrius tres actus differentiæ dat, diuidere superius, constituere inferius, & distinguere constitutum a superiori, & aliis comparibus. Probatur ergo hæc conclusio modo præexposito, scilicet, Materia signata est intrinsecum indiuiduationis principium. Illud est intrinsecum principium indiuiduationis, cui primo repugnat communicari pluribus per modum, quo vniuersale communicatur particulari: sed materia signata est id, cui primo repugnat cõmunicari vt vniuersale particulari. ergo &c. Maior ab oibus conceditur. Minor vero probatur: sed nota quòd Minor duo includit in se, scilicet quòd materiæ signatæ repugnat communicari pluribus: & quod primo ei repugnat. primum horum ex seipsa est: materiam enim capacem huius quantitatis tantum, impossibile est plurificari. Secundum autem probatur. Illud competit primo materiæ signatæ, quod circumscripto quocunq; alio sibi conuenit, & ipsa circumscripta nulli alteri conuenit, ex primo posteriorum: sed non communicari pluribus, vt vniuersale particulari circumscripto quocunq; alio existente in substantia sensibili, conuenit materiæ signatæ, & ipsa circumscripta nulli alteri cõuenit. ergo nõ cõmunicari pluribus primo conuenit materiæ signatæ inter omnia, quæ in substantia sensibili inueniuntur. Probatur Minor quo ad vtranque sui partem: quo ad primam sic. Id quod materia signata præcise sumpta sibi vendicat, ita quòd sub eius opposito nõ est intelligibilis, conuenit sibi circumscripto quocunque alio. patet ista ex terminis: sed incommunicabilitas conuenit materiæ signatæ præcise vt sic acceptæ, ita qd sub eius opposito materia signata nõ est intelligibilis. nõ enim potest intelligi materia propria indiuidui communicabilis. ergo incommunicabilitas conuenit materiæ signatæ circumscripto quocunque alio. Secunda pars minoris patet exemplariter: quia circumscripta Sortis materia signata, seu materia propria, T.c.41. T.c.30. c. de differentia. T.ca.14.

Universidad de Deusto Biblioteca

pria, quod idem est, certum est quòd non remanet hic, neque forma eius remanebit hic, neque ipsa materia. si enim materiam propriam non habet, per quid exit ordinem communium? Secundo probatur eadem conclusio sic. Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, & æque bene: sed absque quibusq; aliis ex materia signata sufficienter saluatur indiuiduatio substãtiæ compositæ. ergo frustra adduntur quæcunque. Minor ex dicendis apparebit, vbi solutis aduersariorum rationibus, stabilis ac firma remanebit positio nostra. Et confirmatur, quia cum in substantia composita non sint nisi materia & forma, & compositum ex his, & accidentia quæcunque indiuiduo accidunt, nullam aliam intrinsecam causam habent, nisi aliquid horũ, & sic ad inuestigandam indiuiduationis causam non oportet extra hoc vagari. Probatur tertio eadem conclusio authoritatibus Arist. & Cõ. supra inductis, quas non opus est repetere. Apparet quidem apud eos euidenter omnem distinctionem aut ex formis, aut a quantitate oriri. Est igitur materia signata intrinsecũ indiuiduationis principium, quo intrinsece, licet particulariter, Sortes est hic. Dico autem particulariter, quia non arbitror materiam signatam esse ipsam indiuidualem proprietatem, seu differentiam: sed potius differentiæ indiuidualis essentiale principium. Opinor enim q̃ proportio materiæ signatæ ad proprietatem, seu differentiam indiuidualem, sit sicut proportio animæ humanæ ad differentiam hominis constitutiuam. Sicut enim anima intellectiua non est ipsa differentia, puta rationale, sed id vnde sumitur: ita materia signata non est ipsa differentia indiuidualis, sed id vnde sumitur, & quod causat ipsam intrinsece. Et sicut hõ est hõ, & per rationale tanquàm per principium formale totale, & per animam intellectiuam tanquàm per principium partiale intrinsecum formale, a quo rationale mendicat & causatur: ita Sortes est hic p differentiam indiuidualem, tanquàm per totale, quoddam denominans, quod nihil aliud est, quàm gradus indiuidualis: sicut differentia specifica est gradus specificus, & per materiam signatam tanquàm per priorem causam intrinsecam, a qua ipsa indiuidualis differentia mendicat. Vt sic inter nos & Scot. in hoc stet diuersitas, quòd ipsi differentias indiuiduales absque essentiali dependentia a materia signata multiplicant: nos autem sicut animal contrahere nesciremus ad hominem & bouem sine formis partium, a quibus differentiæ contrahentes animal causantur: sic speciem, puta hominem, contrahere ad indiuiduum, non nouimus sine materia signata, quæ est causa indiuidualium differentiarum, & cõsequenter primo principium indiuiduationis intrinsecum. Moueor ad hoc dicendum, quoniam teneo Sortem substantialiter sumptum, in recta scilicet linea prædicamentali sub specie, esse vnum uumero, non vnitate de prædicamẽto quantitatis, sed substantiali, quam necesse est anteced, cum sit entis passio ab indiuiduali gradu, quem ipsa indiuidualis differentia importat. Et hoc an sit de mente S. Doct. non censeat quisquam, priusquàm legerit ipsum & in compendio Theologiæ, ca. 157. vbi vult Sortem eũdem numero esse post resurrectionem eiº quantitate numerata: & in tractatu supradicto.

Cap. 157.

¶ Qvo ad quintum arguitur contra conclusionem, & dicta in ea a Sco. vbi supra. Primo sic. Impossibile est aliquid dependens a posteriori naturaliter, esse idem priori naturaliter, quia tunc esset prius, & non prius: sed substantia est prior naturaliter quantitate. igitur nihil causatum a quantitate, siue qualitercunque præexigens naturam quantitatis potest esse idem substãtiæ. non igitur signatio ista a quantitate causata est eadem substantię. probatio Maioris, Vbi est vera & realis identitas, licet non sit forma iis, ibi impossibile est hoc esse, & illud non esse: quia tunc idẽ realiter esset, & non esset: sed possibile est prius naturaliter esse sine posteriori naturaliter. ergo multo magis absque eo quòd derelictum est, vel causatum a posteriori naturaliter.

De principio indiuiduationis, & d. 3. q. 7.

¶ Præt. Id quod est necessaria conditio causæ in causando, non potest habere esse a causato: quia tunc causa, inquantũ sufficiens ad causandum, esset causata a causato, & illud causatũ esset causa suipsius: sed singularitas, siue signatio substantiæ est necessaria conditio in substantia ad causandam quantitatem, quia causatum singulare requirit causam singularem. ergo impossibile est istam signationem, seu singularitatem esse a quantitate.

¶ Præt. Quæro, quid est quantitatem causare, vel derelinquere talem modum, seu significationẽ in substãtia. Si nihil ex hoc est, nisi quòd præfuit quantitati, tunc nullo modo signatio est per quantitatem: quia tunc signatio substantiæ naturaliter præcedit ipsam quãtitatem. Si autem aliquid aliud, quæro quomodo causetur a quantitate, & in quo genere causæ.

¶ Præt. Quare quantitas potius relinquit talem modum in substantia, q̃ qualitas, non videtur ratio: quia sicut qualitas seipsa informat superficiẽ nihil relinquẽdo in ea, ita quantitas informat substantiam seipsa, & nõ per aliam formam derelictam.

¶ Præt. Quantitas ista, quæ ad indiuiduationem concurrit, aut est quantitas terminata, aut interminata. non terminata, quia illa sequitur formam in materia, & per consequens singularitatem substantiæ: quia sicut substantia est causa eius vt est terminata, ita hæc substantia est causa eius vt est hic terminata. Et confirmatur hoc, quia cum quantitas terminata varietur sola rarefactione, idem indiuiduum erit multis singularitatibus idem: quod est impossibile. Si autem interminata. contra illa manet eadem in genito, & corrupto.

¶ Præt. Si quantitas concurrit ad indiuiduationem, vt primo distinguens, oportet quòd in seipsa sit primo distincta numeraliter ab alia: sed tunc tua propositio non est vera, illa scilicet, Omnis differentia formalis est specifica: quantitas enim hæc & illa cum sint formę, differrent specifice. Quòd si quantitatem excipias ab illa proportione fundamentali ædificii ruinosi, vnde probabitur quòd differentia formalis sit specifica? quæcunque enim ratio fuerit adducta de forma, habebit locum in quantitate, cum quantitas forma sit.

¶ Præt. Tota latitudo prædicamenti substantiæ est prior cęteris prædicamentis. ergo cum indiuiduum substantiæ claudatur in ista latitudine, oportet quòd sit intrinsece completum absque dependentia a quantitate, quæ est posterior. Et cõfirmatur, quia nihil reponitur in aliquo genere per aliquid, quod sit extra illud genus. Multa alia argumenta fiunt a Scoto & aliis: sed quia concludunt materiam solam, vel quãtitatem solam, vel aggregatum ex materia & quãtitate non esse principium indiuiduationis, omissis nihil n. contra nos. Omisi præterea quæ indirecte contra positionem nostram essent, breuitati studens. Hęc de quinto.

¶ Qvo ad sextum, respondendum est argumentis factis nũc deinde aliis pro opinione contraria inductis.

¶ Ad primum igitur istorum dicitur, quòd falsa est Maior. Ad cuius euidentiam est notandum, quòd proportio materiæ signatæ ad hanc quantitatẽ, est proportio potentiæ ad proprium actũ: vnde sicut potẽtia materiæ est eadem realiter ipsi materiæ, & tamen dependet a forma: ita potentia, seu capacitas materiæ respectu huius quantitatis, quæ vocatur eius signatio, dependet a quantitate, & tamen est eadem materia. Et quia potentia est prior, & posterior, & naturaliter actu prior est i genere causę materialis, posterior i ordine causæ formalis, ideo signatio materiæ est prior quãtitate in ordine causæ materialis, posterior aũt in ordine causæ formalis. vnde vtroque modo Maior est falsa tam si intelligatur de priori & posteriori secundũ genus causæ materialis, q̃ si intelligat de priori & posteriori in ordine causæ formalis. Aliqd enim dependens a forma est idem realiter materiæ: & aliquid dependens a materia est idem realiter formæ, vt patet. Ad probationem primam qua dicitur, Quia tunc esset prius & non prius: dico, quòd non est inconueniens in diuersis generibus causarum. Ad aliam probationem, qua dicitur, Vbi est vera & realis identitas &c. negatur secunda propositio assumpta, non enim omne prius potest esse sine posteriori, vt alias ostenderetur.

¶ Ad secũdum negatur. Maior, cum causatum est causa suæ causæ in alio genere causæ, sicut in proposito accidit. Materia enim signata est causa quãtitatis in genere causæ materialis: quãtitas est causa materiæ signatæ in genere causę formalis, vt actus potentiæ. Et patet falsitas Maioris in exemplo supra posito. Potentia enim materiæ est necessaria conditio materiæ ad causandam formam, & tamen dependet a forma in genere causæ formalis. Ad probationem dicitur, quòd causa materialis secundum causalitatem suam dependet a suo effectu, scilicet forma, sed non in quantum est effectus eius, sed in eo quod est causa materiæ. Causæ enim sunt sibi inuicẽ causæ, vt dicitur secundo Phy. tex. com. 30. non ergo inconuenit causam in causando dependere a causato, non vt causato, sed vt causa est secundum aliud genus.

In c. 5. q. 5. secundum.

¶ Ad tertium dicitur, quòd quantitatem causare talem significationem in materia, nihil aliud est quàm materiam esse ab hoc agente factam capacem adeo huius quantitatis, quòd non illius: & sic quantitas concurrit ad signationem materiæ vt actus, propter quem talis capacitas fit: agens vero vt efficiens illã. & talis signatio, seu capacitas præest ipsi quantitati in genere causæ materialis, & non potest ex hoc inferri. ergo non fit per quantitatẽ, eo quòd fit quantitate in genere causæ formalis, quæ sicut & finis inter causas posteriores inesse numeratur.

¶ Ad quartum dicitur, quòd nõ solũ quantitas tali modo signat materiam, sed etiam qualitates propriæ. Materia enim Sortis ita est capax harum qualitatum, quòd non aliarum: sed quia sola quantitas immediate recipitur in substantia, & ex sola quantitate oritur radicaliter distinctio materialis: ideo ad propositũ, materiam signatam, materiam sub certis dimensionibus, & non sub certis qualitatibus dicimus.

¶ Ad quintum dicitur, quòd quantitas illa quæ ad indiuiduationem vt originalem non intrinsecum indiuiduationis principium concurrit, est quantitas terminata. Nec obstat, quòd sequatur formam, quia etiam forma sequitur potẽtiam materię, a qua tamen causatur, & concedimus hanc substãtiam esse causam materialem

terialem huius quantitatis: sed econuerso in genere causæ formalis hanc quantitatem esse causam huius signationis materiæ, modo præexposito. Ad confirmationem Antonii Tromberæ dicitur, quòd quantitas terminata ad indiuiduationem concurrens, nõ stat in indiuisibili, sed latitudinẽ habet. sicut enim quælibet species naturalis determinat sibi quantitatem maximam & minimam infra quandam latitudinẽ: ita & quodlibet indiuiduum determinat sibi hãc q̃titatẽ infra tales limites, & non indiuisibili. vnde potest fieri rare factio sine eius, vt in diuiduatiua est, variatione. non enim hic accipitur quantitas terminata punctualiter, sed cum certa latitudine.

Com. 10. Essentia. Generis. Speciei & individui distinguuntur absolute, cõsideratę per signatũ, & non signatum.

¶ Ad sextũ dicitur, concedendo consequentiam primam, sed negãdo quòd ex hoc sequatur falsitas illius propositionis fundamentalis firmissimi ædificii. Peccauit enim arguens peccato maximo, non distinguens inter differentiam formalem, & formarum. Omnis enim differentia formalis est specifica, nõ autem omnis differentia formarum, vt dicit S. Tho. secundo contra Gentiles. c. 81. alioquin forma huius ignis, & forma illius ignis distinguerẽtur specifice, cum sint formæ, & differant. vnde linea mathematica diuisa in partes, habet duo individua. quælibet enim pars lineæ est linea, & illa individua sunt formæ, & differunt, sed non differentia formali. Appellatur autem differentia formalis illa, quæ est per principia quiddi tatiua. hæc enim semper oritur a forma in eo quòd forma, qualis non est inter hanc lineam & illam, cum sit eadem vtriusque quiddi tas. verum arguentis error est valde puerilis, Sicut formæ, & differunt. ergo differunt formaliter. Est monachus, & est albus. ergo est monachus albus.

¶ Ad vltimum negatur consequentia. licet n. id quod est in prædicamento substantiæ sit prius simpliciter quolibet alio prædicamẽto: tamen aliqua conditio, siue qua individuum vt sic, non est in prędicamento, potest esse posterior in genere causæ formalis, & alterius prædicamenti, eo quod causa formalis est posterior in esse.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd quodlibet prædicamentum completur per res sui generis, si loquamur de his quæ ponuntur in prædicamentis, & de ratione reponendi ea in illis: non autem si loquamur de conditione rei repositæ in prædicamẽto. Sortes enim non est nisi substantia, & ratio ponens ipsum in prædicamento est substantia: conditio autem indiuiduationis, sine qua non est ratio reponẽdi ipsum in prædicamento, non inconuenit quòd coexigat aliquod accidens, puta quantitatem.

¶ Ad primum vero eorum, quæ pro opposita conclusione adducta sunt, dicitur quòd Minor est falsa: ad materiam nanque signatam primo sequitur vnitas numeralis.

¶ Ad secundum dicitur, quòd differentia indiuiduorum reducitur ad quantitates: quantitates autẽ differunt sitibus proprijs, qui sunt differentiæ quantitatis. situs autem non solum integratur ex illis duobus, scilicet permanentia, & continuatione partium, sed ex his duobus cum tertio ordine, scilicet partium in toto, vt docet Alberic. in Prędicamentis, ca. de Quantitate. per hoc enim differt a Situ speciali prædicamento, qui dicit ordinem partium in loco: vnde Situs in proposito distinguũtur suis ordinibus partium in toto, qui sunt de eorum ratione: ordines autem seipsis. In diffinitione enim ordinis cadit distinctio: & sic patet, quòd non est æque dubium de his, ad quæ facimus reductionem, & de quantitatibus, & quod non oportet quantitates propter hoc distingui formaliter: talis enim ordo partiũ in toto, vt materiale quid, est in ipsa quantitate quod in nulla alia forma inuenitur.

Cap. tertiũ

¶ Ad tertium Antonij Trombetæ dicitur, quòd Minor est falsa: materia enim signata, vt probatum est, est id cui prima repugnat diuidi, vt vniuersale in particularia: ratione. n. repugnat eccheitati.

a *Super Caput tertium.*

POSTQVAM determinatum est quid sit essentia substantiarum compositarum in communi, in hoc tertio capite intendẽs agere de differentia essentiarũ compositarũ inter se, cũ essentiæ cõpositæ sint tres, scilicet generica, specifica, & indiuidualis, quinq; facit. Primo loquitur de differentia earum absolute: secundo determinatus de differẽtia earũ, vt subsunt primis intẽtionibus, & illarũ nominibus, ostendit quomodo essentia generica differat a specifica: tertio genus, species, differẽtia, diffinitio, qualiter inter se differãt, declarat: quarto excludit quandã dubitationẽ: quinto assignat differentiam inter essentiam specificam, & indiuidualem.

CAPVT III.

a

DATET ergo, quòd essentia hominis & Socratis nõ differunt, nisi secundum signatum, & non signatum. Vnde Com. dicit super 8. Meta. quod Socrates nõ aliud est, quàm animalitas & rõnalitas, quæ sunt quiddi- B tas eius. Sicut etiam essentia generis, & essentia speciei, secũdum signatum & non signatum differunt, quàmuis alius modus designationis sit vtrobiq; : quia designatio indiuidui respectu speciei est per materiã determinatam dimensionibus: designatio autem speciei respectu generis, est per differentiam constitutiuam, quæ ex forma rei sequitur.

b Hæc autem determinatio, vel designatio, quæ est in specie respectu gñis, nõ est p aliqd in essentia speciei existens, qđ nullo modo in essentia gñis sit: immo quicqd est in specie, essentiã in gñe, vt non determinatum. Si n. animal nõ esset totũ quod est homo, sed pars eius, nõ p̃dicaretur de eo, cũ nulla pars integralis prædicetur de suo toto.

mine, humanitas; & hoc nomẽ, homo, & similibus. contingit & tertio loqui de ipsa, vt stat sub hoc nomine species. S. Tho ergo in prima huius ca. parte loquitur de essentiis rerum primo modo: in toto vero residuo loquitur de eis secũdo modo sumptis. in sequẽti autem cap. de eis tertio modo acceptis sermonem facit. & hoc, si non vis decipi, in hoc ca. diligentissime notato. Ponit igitur assignando differentiam inter essentiam genericam, specificam, & in diuidualem secundum se sumptas, hanc cõclusionem: Essentiæ prędictæ non differunt, nisi secundum signatum, & non signatum: hoc sic declaratur. Animalis, hominis, & Sortis essentiæ proprie nõ differũt, nisi per hoc, quia in ratione animalis cadit substãtia animata sensibilis absq; determinatione eius per rationale: in ratione autẽ hominis ponitur substantia animata sensibilis rationalis, & sic addit in ea designatio per differentiã: ratio vero Sor ponit substantiã animatam sensibilem rationalem, in istis carnibus, & istis ossibus: & sic in ea additur designatio materiæ, quæ non ponebatur in ratione hominis. vnde absolute loquẽdo, & ẽm suas rationes ꝓprias apparet has essentias non nisi ẽm signatũ, & non signatũ differre. i. ẽm explicitã inclusionẽ alicuius designationis, siue determinationis, & non implicitã inclusionẽ illius: licet talis designatio nõ vniformiter sit in natura specifica, & in natura indiuidui. Determinatio. n. quam addit natura specifica supra genericam, est formalis et sentialiter, diuersificãs genus vtpote a forma, in eo q̃ forma sumpta. Determinatio autẽ, quam natura indiuidualis supra specificã addit, est materialis, non formaliter, sed materialiter tantũ diuersitatẽ in specie faciens, vtpote sumpta a materialis conditionibus rei. Ex his habes quòd hõ & humanitas, animal & animalitas secundum se, i. naturas significatas, nullo modo differunt. eadem omnino est ratio naturæ significatæ per hominem, & humanitatem, ita quòd nulla designatione differunt: sed, vt post dicetur, differũt vt subsunt nominibus primæ intentionis. Quia vero distinctio per signatum & non signatum, non est distinctio realis, ideo dicit cõ- Com. 10.
men. 7. Meta. com. 10. quòd Sortes substantialiter sumptus, nil aliud est quàm animalitas & rationalitas, quæ sunt quiddi tas eius: Sorteitas enim, quæ naturam Sortis nominat, eadem realiter est animalitati, & rationalitati.

b ¶ IN HAC secunda parte capituli determinatur, quomodo essentia generica differat a specifica, secũdum quod ambæ stãt E sub nominibus primæ intentionis, puta, quomodo differant essentia hominis, & essentia animalis sub his nominibus, homo, & animal: & intendit quòd essentia significata per nomen genericum, puta animal, & essentia significata per nomen specificum, puta homo, non differunt per hoc, quòd essentia significata per nomẽ specificũ includat aliquã determinationẽ, q̃ oĩno sit extra rẽ significatã per nomẽ genericũ, sed p hoc, q̃ essentia p spẽi nomẽ importata, includit actu designationẽ specificã, quæ sit p̃ differẽtia eiº constitutiuã: sicut homo actu includit rationale, ponitur namq; in eius diffinitiõe. Essentia vero nomine generico signata, cõfuse & indeterminate importat designationẽ illã: sicut animal in potẽtia in In cap. de
cludit rationale, vt dicit Porphyrius. vnde animal, & vniuersaliter differentia
omnis essentia generico nomine importat ut sic, totũ includit qđ includit species, licet non eodẽ modo. Et propterea ad positæ differentiæ declarationem ponit talem conclusionem, Genus dicit totũ esse spẽi, quam sic probat. Omne prædicatũ dicit totũ esse eius, de quo prædicatur: genus p̃dicatur de ipsa specie. ergo natura generica, puta animal, dicit totũ esse speciei. Maiorẽ probat per hoc,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia nulla pars prædicatur de suo toto. Vbi aduertendum est, quòd hic termo uerus est de prædicatione in recto & directo, siue essentiali, siue denominatiua, & de parte, in eo q̃ pars, & nõ de parte vt significatur per modũ totius. põt.n. pars uerobiq; modo significari, sicut materia significatur, vt pars rei, per ly materia: significatur autẽ uerotũ, per ly materiale. huiusmodi ficata cõditionib⁹ pro posito illa, scilicet, Nulla pars prædicat de suo toto, nullã patitur instantiã. Cũ.n. dico, Homo est alb⁹, ly albus, cõfundit in se totũ qđ est in homine & similiter cũ dico, Homo est materialis, ly materialis cõprehẽdit in se implicite totũ qđ ẽ homo: & sic cũ dicitur, Homo est animal, ly animal, continet implicite totũ quod est homo, modo qui infra declarabitur: & sic probandũ est, q̃ essentia generico nomine importata includit designationẽ specificã: extra totũ enim nihil est.

c ¶ QVONIAM declaratũ est, genus cõparari ad speciẽ non vt eius partẽ, sed vt totũ, aperire intendit hic, qũodo res per generictũ nomẽ significata possit vtroque modo accipi, vt pars scilicet & totũ. & primo in corpore tanquã notiori: deinde in animali, dicens q̃ ex quo nõ põt esse modo sumpta res, esse pars rei & genus eiusdẽ, vt ostensum est, scire debes, quòd hoc nomẽ, Corpus, accipitur dupliciter: est.n. a quibusdam ad corpus quod est res prædicamẽti Substãtiæ, & ad corpus qđ est res prædicamenti Quantitatis. Corpus vt significat rem prædicamẽti Substãtiæ, importat naturã, ex qua nata est fluere trina dimensio. Corpus vero, vt significat rem prædicamenti Quantitatis, importat ipsam trinam dimensionem. K

¶ Item, Corpus quod significat rem prædicamenti Substantiæ, de quo nunc est sermo, accipitur dupliciter. Vno modo, vt significat naturam illam, ex qua nata est fluere trina dimensio cũ precisione omnis substantialis perfectionis vlteriorꝰ. Alio modo, vt significat illammet naturã absque præcisione vlteriorꝰ perfectionis substantialis. Causam huius, & similium distinctionum assignat in litera, ex eo quòd res habens aliquam perfectionem substantialem, non excludit a se aliquam aliam vlteriorem substantialem perfectionem: sicut homo ex eo quòd habet perfectionem sensitiuam, non excludit a se perfectionem intellectiuam: & similiter corpus ex eo quòd habet perfectionem corpoream, non excludit a se perfectionem vitalem, & sic de aliis. Cum enim prior perfectio substantialis non excludat secundam, & tertiam, & manifestũ sit etiã q̃ nõ excludit eas in actu, põt prior perfectio cõcipi & significari & cũ precisione, seu exclusione aliarũ, & cũ exclusione cõfusa earũ. Ex eo nanque, q̃ formaliter nõ includit alias, põt præcise cõcipi & significari: ex eo vero q̃ coniunctionẽ cũ aliis nõ excludit, quia nulla pars prædicatur de suo toto. Vbi aduertendum est, quòd hic termo uerus est de prædicatione in recto & directo, siue essentiali, siue denominatiua, & de parte, in eo q̃ pars, & nõ de parte vt significatur per modũ totius. põt.n. pars uerobiq; modo significari, sicut materia significatur, vt pars rei, per ly materia: significatur autẽ uerotũ, per ly materiale. huiusmodi ficata cõditionib⁹ pro posito illa, scilicet, Nulla pars prædicat de suo toto, nullã patitur instantiã. Cũ.n. dico, Homo est alb⁹, ly albus, cõfundit in se totũ qđ est in homine & similiter cũ dico, Homo est materialis, ly materialis cõprehẽdit in se implicite totũ qđ ẽ homo: & sic cũ dicitur, Homo est animal, ly animal, continet implicite totũ quod est homo, modo qui infra declarabitur: & sic probandũ est, q̃ essentia generico nomine importata includit designationẽ specificã: extra totũ enim nihil est.

c ¶ QVONIAM declaratũ est, genus cõparari ad speciẽ non vt eius partẽ, sed vt totũ, aperire intendit hic, qũodo res per generictũ nomẽ significata possit vtroque modo accipi, vt pars scilicet & totũ. & primo in corpore tanquã notiori: deinde in animali, dicens q̃ ex quo nõ põt esse modo sumpta res, esse pars rei & genus eiusdẽ, vt ostensum est, scire debes, quòd hoc nomẽ, Corpus, accipitur dupliciter: est.n. a quibusdam ad corpus quod est res prædicamẽti Substãtiæ, & ad corpus qđ est res prædicamenti Quantitatis. Corpus vt significat rem prædicamẽti Substãtiæ, importat naturã, ex qua nata est fluere trina dimensio. Corpus vero, vt significat rem prædicamenti Quantitatis, importat ipsam trinam dimensionem. K

¶ Item, Corpus quod significat rem prædicamenti Substantiæ, de quo nunc est sermo, accipitur dupliciter. Vno modo, vt significat naturam illam, ex qua nata est fluere trina dimensio cũ precisione omnis substantialis perfectionis vlteriorꝰ. Alio modo, vt significat illammet naturã absque præcisione vlteriorꝰ perfectionis substantialis. Causam huius, & similium distinctionum assignat in litera, ex eo quòd res habens aliquam perfectionem substantialem, non excludit a se aliquam aliam vlteriorem substantialem perfectionem: sicut homo ex eo quòd habet perfectionem sensitiuam, non excludit a se perfectionem intellectiuam: & similiter corpus ex eo quòd habet perfectionem corpoream, non excludit a se perfectionem vitalem, & sic de aliis. Cum enim prior perfectio substantialis non excludat secundam, & tertiam, & manifestũ sit etiã q̃ nõ excludit eas in actu, põt prior perfectio cõcipi & significari & cũ precisione, seu exclusione aliarũ, & cũ exclusione cõfusa earũ. Ex eo nanque, q̃ formaliter nõ includit alias, põt præcise cõcipi & significari: ex eo vero q̃ coniunctionẽ cũ aliis nõ excludit, poterit cũ aliarũ cõfusa & potẽtiali inclusione cõcipi & significari vñ natura significata p hoc nomẽ, Corpus, qa nõ formaliter includit precisionẽ vtalẽ, nec sensitiua, nec intellectiuã põt cũ precisione omniũ horũ cõcipi & significari & quia nõ excludit a dictionem essentialem sui cum illis: ideo potest absque eorũ precisione concipi & significari, vt cõmune & determinate includẽs omnia illa. Colligitur ãcex textu triplex differẽtia ister hęc. Differũt enim primo in hoc, quia corpus primo modo dicit corporeitatẽ solã, ex qua nata est fluere trina dimẽsio, & nulla vlterior precisio: corpus vero secundo modo dicit formã quamcũque, a qua sit corporeitas, ex qua nata est fluere trina dimẽsio cũ quacũque alia precisione. Secundo differunt, quia corpus primo nõ ẽ pars speciei, eo q̃ significatum formale speciei ẽ præter, & extra significata eius; sicut anima rationalis est extra corporeitatẽ. Sunt.n. in hominem duo, perfectio .s. corpalis, quã præcise acceptam patet non includere aliquo mõ intellectualitatẽ & perfectio intellectualis, quæ est altera pars corpus vero secundo modo est totũ respectu speciei, eo quia perfectio, seu forma formaliter importata per speciem includit in significato corporis sic accepti significat.n. quacunque formã, a qua sit pfectio corporea: & sic anima intellectiua includitur in ly, quæcũq;. Tertio differunt, quia corpus primo modo non est in recta linea prædicamẽtali, sicut nec q̃cunque pars: corpꝰ vero secundo mõ, est directe in prædicamento substantiæ, sicut & qđlibet aliud genus.

d ¶ DECLARAT hoc quoque in hoc genere, qđ est animal. Põt.n animal accipi vt significat formã, ex qua potẽtie oriantur sensus & motus, quibus animal a nõ animali discerni ut, vt dicitur primo de Anima, tex.cõ. 19. Põt etiã accipi animal vt dicit formã quãcunque, ex qua oriantur sensus & motus non præcise: & sic est genus. Primo aũt modo est pars speciei vñ homo est cõpositus ex animali & intellectiuo principio tanq̃ ex suis partibus essentialib⁹, accipiendo animal primo modo sic.n extra significatum eius est intellectiua natura. animal vero secũdo modo est totũ respectu hominis implicite includens specificas perfectiones. cum.n. sic dico, Animal, dico habens naturam sensitiuã indeterminate, relinquendo per quam formam habeat sensitiuam naturam, & sic implicite includuntur omnes formæ specificæ. habetur. n. natura sensitiua non nisi per formam hominis, leonis, vel bouis &c. Ex his patet differentia inter essentiam generícam, & specificam, vt subsunt nominibus generico & specifico primæ intentionis: quia scilicet differunt sicut includens implicite, & includens explicite illamet.

e ¶ IN HAC tertia parte capituli, comparat genus, speciem, differentiam, & diffinitionem inter se quo ad conuenientiã & differentiam.

rẽtia. Cõuenire ait hæc omnia in hoc quòd quolibet eorũ significat totũ qđ est in specie, quod ex prædictis immediate sequitur. Si.n. genus significat totũ, quia vere & proprie pdicatur de specie, & cõfundit in se omnia ad quæ se extendit: pari rõne differentia cũ vere & proprie prædicetur de specie, & confundit in se oia ad quæ se extendit, vt prædicabile, totũ significabit. Differentiam autem duplicem ponit inter ea. Differunt primo quo ad formalia significata eorũ, qa formale significatũ generis est perfectio materialis: formale autem significatum differentiæ est perfectio formalis: formale vero significatum speciei est aggregatũ ex vtraque perfectione, non distinguendo eas: formale autẽ significatum diffinitionis est similiter aggregatum ex vtraque perfectione. sed diuidendo in singulas. v.g. formale significatum animalis est natura sensitiua, quæ se habet vt materialis ad perfectionẽ intellectualem, quę formaliter importatur per rationale: & consequenter perfectio intellectualis se habet vt formalis. similiter formale significatum hominis, & animalis rationale, est aggregatum ex natura sensitiua & intellectiua: sed animal rationale separatim explicat vtrunq;, homo vero non.

¶ Pro intellectu horum nota, quòd significatum formale nominis ad p̃sens est perfectio, seu forma determinate, & primo explicata p illud nomẽ. Materiale vero est illud qđ sub nominis significatione cadit nõ primo: vñ cõsiderato omni eo qđ tam formaliter, q̃ materialiter importatur p genus, speciem, differentiã, & diffinitionẽ, dicit qđ idẽ significat, & qđ cõueniunt: cõsideratis autẽ formalibus eorũ significatis, dicimus, q̃ differũt, & q̃ nõ significant idẽ. Sed ne vageris quærẽdo differentiã inter significatũ formale speciei, & diffinitionis, quoniã nulla est: sed in modo tantũ exprimẽdi idẽ formale significatũ differunt. species.n. indistinctẽ, actu tñ, explicat totũ: diffinitio vero diuidit in singula, vt dicit. 1. Phy. tex. cõ. 5. Genericũ ergo nomẽ, puta animal, formaliter & determinate explicat materialẽ hominis perfectionem. s. sensitiuã: & ideo genus sumitur a materia. 8. Met. tex. cõ. 9. Differentiæ vero nomẽ, puta, rõnale, formaliter & determinate explicat formalẽ rei perfectionẽ. ideo dicitur ibidẽ sumi a forma. Et sicut in formali significato generis nõ cadit pfectio per differentiã importata, quia indeterminate in illo includitur: ita in formali cõceptu differẽtiæ nõ cadit genus eadẽ ratione, quia. s. perfectio generica indeterminate cadit in nomine differentiæ. Sicut.n. ex eo q̃ animal significat habẽs naturã sensitiuã, duo significat, naturã sensitiuã formaliter & primo, & q̃ habet illã indeterminate: nõ. n. explicat, an id sit homo, vel bos: sic rõnale, ex eo q̃ significat habens rationalitatẽ, duo significat. s. rationalitatẽ formaliter & primo, & habens illã secundario & indeterminate. non.n. determinat quid sit id habens, an homo, vel animal: & ideo dicit Auic. q̃ genus nõ est in differentia, sicut pars essentiæ eius. i. sicut pars sui formalis significati, sed est extra formale significatũ eius: sicut subiectum est extra formale significatũ suæ passionis. Albũ enim purã qualitatẽ significat, vt dicitur in Prædicamẽtis. Et licet genus nõ sit de intellectu differentiæ tali modo. s. vt formaliter significatũ per illam, est tñ de intellectu eius alio modo, vt subiectũ. s. est de intellectu passionis. Dupliciter. n. vt supra dictum est, aliquid cadit in ratione alicuius. Vno modo vt pars quidditatis: alio modo vt subiectum eius, quomodo subiectũ intrat diffinitionem passionis, vt habes. 7. Meta. tex. com. 19. & ideo dicit Arist. 3. Meta. tex. com. 10 & 4. Topic. c. 3. quòd genus per se nõ pdicatur de differentia, nisi forte sicut subiectũ pdicatur de passione. Ratio primi dicti est, quia genus in nullo modo dicẽdi per se prædicatur de differentia: non quidem in quarto, quia differentia nõ explicat causam generis nec in secundo, quia differẽtia nõ ponitur in generis diffinitione: nec etiã in primo proprie, quia prædicata primi modi in recto, quæ proprie prædicãtur, sunt ex quæ intrinsece in ratione cadunt, & nõ ea quæ per additamentũ in ea sunt. Homo. n. nõ prædicatur proprie de risibili i primo modo, quod patet ex eo q̃ ista. Risibile est homo, est per accidẽs, vt dicitur. 1. Poste. ca. 18. Ratio secundi est, quia si genus est de intellectu differentiæ, sicut subiectũ est de intellectu passionis, cõsequẽs est quòd genus prædicetur de differẽtia, sicut subiectũ de passiõe. Quod dicit, Forte, nõ dubitãtis est, sed nõ determinãtis. cõsueuit enim apud ipsum res nõ decisa sub dubia verborũ forma poni.

¶ Aduerte quòd licet intellectu differentiæ, cadat genus determinate, nomen tñ differẽtiæ, genus illud nõ explicat determinate. rationale enim non explicat animal cum rationalitate, sed habens rationalitatẽ, sicut & in diffinitione risibilis cadit homo, & tamẽ hoc nomen, risibile, si explicat hominẽ determinate: significat enim habens risibilitatem. Vide Auicen. 5. met. c. 5.

f ¶ COROLARIE concludit secundam differentiã inter genus, & speciem, & differẽtiam: quia. s. genus proportionaliter se habet ad materiam, quæ est pars compositi, & non significat ipsam. Differẽtia proportionaliter se habet ad formã, & nõ significat ipsam. Species proportionaliter se habet ad compositũ ex materia & forma, & vt sic non significat compositũ ex materia & forma, sed aliquid complectens genus & differentiã. In assignatione huius differentiæ secundum quodlibet membrum ponuntur duæ particulæ, puta, in primo membro, prima particula est, q̃ genus proportionaliter se habet ad materiam: secunda vero est, q̃ genus non significat materiam, similiter in secundo & tertio membris. Prima particula omnium sequitur ex supradictis. Si.n. perfectio generica, quæ formaliter importatur per genus, est materialis respectu perfectionis differentialis, quæ formaliter importatur per differentiã, oportet q̃ sicut se habet materia respectu formæ in cõposito naturali, puta, Sorte: ita genus respectu differentiæ in composito rationali. s. specie: vt sicut materia est potentialis, & perficitur ac specificatur per formã: sic generica perfectio est potẽtialis perfectibilis & specificabilis per differentiã. Secunda vero particula, licet sequatur etiã ex supradictis, quia ex eo q̃ genus, differentia, & species significãt totũ, sequitur immediate, q̃ genus nõ significet materiã, quia materia nõ est totũ. & q̃ differentia nõ significet formã, quia forma nõ est totum: & q̃ species vt sic, nõ dicat cõpositũ ex materia & forma, eo q̃ partes eius vt sic, nõ sunt materia & forma, sed genus, & differẽtia. Attamẽ S. Tho. ibat eã tali rõne. Materia & forma sunt partes sui totius, sicut duæ res tertiæ rei: genus & differentia nõ sunt partes sui totius. s. speciei, vt duæ res tertiæ rei. ergo genus & differẽtia nõ sunt materia & forma speciei. Maior patet ex se, homo. n. est alia res a materia sua, & alia a sua forma. Nec est curæ modo, verũ sit res distincta realiter, vel sm rationẽ ab illis duabus coniunctis: sufficit. n. nobis, q̃ sit tertia res realiter distincta a qualibet parte. Minor vero declaratur hoc modo. Si genus & differẽtia componerent speciem, vt duæ res tertiã, tunc homo esset cõpositus ex animali & rationali: hoc est falsum. ergo a destructione consequentis, genus & differentia nõ componunt speciem, vt duæ res tertiam, quod erat probandum. Consequentia patet ex se: falsitas vero cõsequentis probatur ex eo, quòd nulla pars præ dicatur de suo toto, vt supra dictũ est, & habetur quarto Topic. cap. 11. Animal antẽ prædicatur de homine, similiter rationale: dicimus enim quòd homo est animal, & quod est rationalis.

¶ Aduertendum est quòd S. Tho. in textu explanando Maiorẽ, exemplariter dicit, quòd homo dicitur esse ex anima & corpore, sicut ex duabus rebus tertia res. Circa quæ verba dubitatur, quo modo hoc sit verum, eius doctrinam sustinendo, ponentis vnicã formam substantialem in composito. quæcunque enim sunt idẽ realiter, nõ constituunt aliquod, vt duæ res tertiam: perfectio autem corporea, & anima sunt idẽ realiter, si vnica forma ponitur. quomodo ergo constituent hominem, vt duæ res tertiam?

¶ Hãc dubitationẽ, pp eius magnã difficultatẽ, diuersi diuersimode soluunt. Quidã dicũt qđ corpus & anima nõ sunt secũdũ rem partes hominis, sed secundum rationem tãtum. licet enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

anima sit vere pars, corpus autem secundum rē est totum. dicit enim compositum ex materia & forma quæ est anima: ideo nō est cōpositus ex anima & corpore tanquam ex duab⁹ partibus se cundum rem, sed secundum rationem: sed bene est compositus ex eis tanquam ex duabus rebus, eo modo quo totum & pars sunt duæ res, vt tertia res ſm rationem distinctā ab altera. ſ. corpore, & secundū rē ab altera. ſ. anima.

¶ Alii dicunt, & in idem redit, quòd homo est compositū ex anima & corpore, ſicut ex causis formali, & eo cuius est causa formalis. Diuersę enim res sunt secundū Auic. causa formalis, & id cuius est causa formalis: sicut lucidum est compositum ex luce & lucido. vnde & illi dicūt, ꝙ est cōpositus homo ex duabus rebus, ſcilicet ex toto, & ex parte, ſed non ex duabus partibus secundum rem.

¶ Alii dicūt, quòd locutio ista est intelligēda per ſy necdochen, Homo est cōpositus ex anima & corpore ratione suæ partis, ſcilicet materiæ. Mihi autē pro nunc videtur dicendum, ꝙ homo est cōpositus ex anima & corpore non ſolum tanquam ex duabus rebus tertia res, ſed tanquam ex duabus partibus ſecundū rē totū, accipiendo corpus nō vt ē genus, ſed vt ſignificat partē: & accipiendo animam præciſe, vt diffinitur ſecūdo de Anima. Significat autē corpus ſic acceptum, compositum ex materia & perfectione corporea præciſe: anima vero perfectionē vitalē præciſe. Probatur intentū ſic. Corpus differt realiter ab anima, & non vt totū a parte. ergo vt pars a parte. probatur media: quia totū confuſe ſaltē includit partem. corpus autē ſic acceptū excludit animā: vnde in diffinitione animæ ponitur corpus, vt ſubiectū deſerens animam, vt ibi dicit S. Tho. Prima propoſitio est ex ſe euidens, & ab omnibus conceſſa. Conſequentia autē ex ſufficiēti diuiſione robur trahit. Oportet n. vel vt totū a parte, vel vt pars a parte, corpus realiter differre ab anima: ſi realiter differūt. homo igitur est cōpoſitus ex corpore & anima tanquam ex partib⁹ realiter diſtinctis, quod erat intentū. Et aduerte quòd corpus pars, cum importat corporeitatē præciſe extra ipſum, est idētitas perfectionis corporeæ ad animā, ſeu perfectionē vitalē. accidit. n. accidente extraneo corpori præciſe, quòd eius perfectio ſit idē cum anima: per ſe. n. præſcindit animam: & ideo per ſe loquēdo, ſubtiliter dictū est, hominē componi realiter ex anima & corpore.

Vnde ſecundum hoc, ad obiectionem deductam dic, quòd licet perfectio corporea, ſeu forma corporeitatis ſit eadē realiter aīæ, corpus tn aliud est realiter ab anima, & ipſa perfectio corporea, per ſe loquēdo, nō est eadē realiter ipſi animæ, immo ipſam excludit præciſe accepta: & ideo corpus & animā cum præciſione, per ſe loquēdo, realiter partes ipſius hominis concedīt eſſe. Huic reſponſioni fauēt verba text. vbi aſſignatur pro cauſa dicti, præciſio animæ a ſignificato corporis. Quod dicimus de corpore est anima reſpectu animalis, dicere poteris de animali & aīa intellectiua, reſpectu hominis: de corpore & forma lapidis, reſpectu lapidis, & ſic de aliis, ſemper accipiendo terminos præciſe pro partibus, licet nō cōſuetū ſit dici inanimata cōponi ex corpore & forma ſpecifica, ſicut animata ex aīa & corpore, pp latentē differentiā inter corporeitatē & formā inanimatorū: & ēt qa forma animatorū eleuat cōpoſitum ad hoc, ꝙ moueat ſeipſum, oportuit in ipſo diſtinguere partē mouentem, & partē motā, animam. ſ. & corpus: quod non inuenitur in formis inanimatorum.

¶ Aduerte ſecundo, ꝙ S. Tho. ad clarificandū minorem dicit, quòd homo non est ex animali & rationali, ſicut ex duabus rebus tertia res, ſed ſicut intellectus tertius ex duobus intellectib⁹. Vbi ſciendū ꝙ genus, ſpecies, & differentia poſſunt accipi tripliciter. Primo modo, ꝑ re ſignificata per nomē genericū, ſpecificū, & differētiale primæ intentionis. Secūdo modo, pro cōceptu formali taliū nominū. Tertio modo, pro re ſignificata per eorū nomina ſecundæ intentionis. v.g. Animal, homo, & rationale poſſunt accipi primo, pro re ſignificata p hæc nomina: ſecundo, pro conceptibus eorum formalibus: tertio, pro relationibus generis, ſpeciei, & differētiæ. Primo modo nec ſpecies, nec diffinitio ē cōpoſita ex genere & differentia, eo ꝙ res ſignificata per ſpeciē & illis, quia neq; genus est materia: ſed ſumitur a materia vt ſignificās totum: nec differentia est forma, ſed ſumitur a forma vt ſignificans totum. vnde dicimus hominem eſſe animal rationale, & non ex animali & rationali, ſicut dicimus eū eſſe ex corpore & anima. Ex corpore. n. & anima dicit eſſe homo, ſicut ex duabus rebus quædam tertia res conſtituta, quæ neutra illarū est. homo enim, nec est anima, neq; corpus: ſed ſi homo aliquo modo ex animali & rationali dicatur eſſe, non erit ſicut res tertia ex duab⁹ reb⁹, ſed ſicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. Intellectus enim animalis est ſine determinatione formæ ſpecialis naturam exprimens rei ex eo quòd est materiale reſpectu vltimæ perfectionis. Intellectus autem huius differentiæ rationalis, conſiſtit in determinatione formæ ſpecialis: exquibus duobus intellectibus cō ſtituitur intellectus ſpeciei, vel diffinitionis. & ideo ſicut res conſtituta ex aliquibus, nō recipit prędicationem earum rerum, ex quibus conſtituitur: ita nec intellectus recipit prædicationem corū intellectuum, ex quibus conſtituitur. Non enim dicimus, quòd diffinitio ſit genus, vel differentia.

¶ Secundo vero modo tam ſpecies, quàm diffinitio, est compoſita ex genere & differentia: conceptus enim formalis ſpeciei integratur ex conceptu formali generis, & cōceptu formali differētiæ, tanquàm ex duabus partibus. v.g. Conceptus formalis hominis, est aggregatum quid ex conceptu formali animalis, & conceptu formali rationalis. Quod ex ſupradictis ſic deducitur: ex eo enim quòd oſtendimus genus, & differentiam, & ſpeciem differre in ſignificato formali liquet, quòd conceptus formalis animalis est conceptus perfectionis ſenſitiuæ, & conceptus formalis rationalis est conceptus perfectionis intellectiuæ, & conceptus formalis hominis est conceptus vtranq; perfectionem complectens ex illis, tanquàm conceptus tertius illorum adunatione formatus: & ſic homo est ex animali & rationali, tanquàm intellectus tertius ex duobus intellectibus. i. tanquàm conceptus tertius ex duobus conceptibus, & non tanquàm res ex duabus rebus: & quia nulla pars vt pars, prædicatur in recto de ſuo toto, ideo intellectus, ſiue conceptus formalis animalis, nō prædicatur in recto de intellectu. i. conceptu formali hois. Iſta. n. est falſa. Conceptus formalis hois est conceptus formalis animalis: q̄ cōceptus formalis hominis, aggregat totū ex intellectiua & ſenſitiua ꝓfectionis coniunctū: conceptus vero formalis animalis, non niſi partē. ſ. perfectionē ſenſitiuā dicit, licet vt ſupra dictū est, ſm cōceptū ſeu ſignificatū materiale & formale, ſimul totū dicat. homo ergo ſecūdū ſuū formalē intellectū, ſeu conceptum acceptus non est animal, neque rationale, ſed ex animali & rationali. Et ſicut dictū est de homine, qui est ſpecies: ita dicito de animali, quod est diffinitio. Animal enim rationale ſecundum ſuum formalem conceptum, non est animal, neque rationale, ſed ex animali & rationali. differt, nāque formalis conceptus animalis rationalis a cōceptu formali animalis, & a conceptu rationalis, ſicut totum a partibus.

¶ Hoc autem quod dictum est, conceptum formalem. ſ. ſpeciei & diffinitionis componi ex conceptibus formalibus generis & differentiæ, poteſt dupliciter intelligi. vno modo de cōceptu mētali. alio modo de conceptu obiectali formaliter ſumpto. Si primo modo, adhuc dupliciter intelligi poteſt. Vno modo de conceptu mentali ſecundum eſſe ſubiectiuū, ſeu ſm id quod est. Alio modo de illo ſm eſſe repræſentatiuū. conceptus mētalis ſpeciei, ſecundum id quod est, non est compoſitus ex conceptibus mentalibus generis & differentię, ſm id quod ſunt, eo quòd omnes ſunt qualitates ſimplices, nec poſſunt diſtingui in plures partes componentes. Nō enim est imaginandū, cum intellectus formet conceptum diffinitionis hois. ſ. animal rationale, ꝙ formet plures cōceptus, ſed vnū tantū, qui est quædam ſimplex qualitas, diſtincte ſingulas repræſentātē, ſicut & in re extra, res diffinita est habens rē gnis & differentiæ abſq; cōpoſitione realiter. vnde hoc primo modo dictū noſtrū non est verū. conceptus vero mētalis ſpeciei ſecūdū eē repræſentatiuū formaliter acceptus, est cōpoſitus ex cōceptibus mētalibus generis & differētiæ ſm eſſe repræſentatiuū formaliter acceptis: ſicut idolū repræſentans totū ex idolis partiū. Homo. n. in mēte repræſentat aggregatū ex perfectione ſenſitiua & intellectiua: animal vero in mente formaliter nō repræſentat niſi perfectionē ſenſitiuā: rationale autē nō niſi intellectiuam. vnde hoc modo verificatur dictū noſtrū. Conceptus aūt obiectalis ſpecici formaliter ſumptus, cū nihil aliud ſit, quā

ſignificatū formale cōceptus mētalis eiuſdē, est cōpoſitus ſm rationē ex cōceptibus obiectalibus generis & differētiæ formaliter acceptis: ſicut ſignificatū formale ſpeciei est cōpoſitū ſm rōnem ex ſignificatis formalibus gnis & differētię, vt ſupra oſtēſum est. Vnde homo acceptus vt est obiectus cōceptui mētali ſuo. ſ. ſpecifico non est animal, neq; rationale, ſed ex aiali & rōnali, accipiēdo ēt animal & rationale, ſm ꝙ obiecta ſunt ſuis mētalibus cōceptibus, vt oſtēdit falſitas huius ꝓpoſitiōis, Obiectū formale ſpecificū est obiectū formale genericū, ſiue differetiale: dicit. n. homo vt ſic, aggregatū ex ꝓfectione ſenſitiua & intellectiua: animal vero vt ſic, nō niſi vnā partē aggregati. ſ. ſenſitiuam naturā: & rationale vt ſic, non niſi alterā partē. ſ. intellectiuā perfectionē. Manifeſtum est aūt ꝙ aggregatū nō est aliquod aggregatorum: vñ & hoc modo dictum noſtrū veritatē continet, & est maxime ad propoſitum. Et ſic animal quo ad rem importatā nec est pars, nec totū reſpectu hois & animalis rationalis: quo ad ſignificatū vero materiale & formale ſimul est totum: quo ad ſignificatū formale aūt est pars tam obiectaliter, quàm repræſentatiue ſumptum. Vnde cum dico, Homo est animal rationale, ſi res ipſa ſolū attendatur, nec partis, nec totius rō ſaluabitur. ſi vero res ipſa ſic ſignificata. ſ. implicite includens inferiora inſpiciatur, totius rationem habet. ſi autem res ipſa ſic ſignificata attendatur ſecundum id, quod explicite includit vt ſic, ꝑtis rationem ſortitur. propter quod animal ponitur in diffinitione hois, vt res: res enim de re prædicatur vt totum, quia prædicatur in recto, & vt pars, quia additur differentia, quæ aliud explicat &c.

¶ Quòd ſupra dicim⁹ de ſpecie, dicito de diffinitiōe, ſeruato ſm per eo qđ dicitur. 1. Phy ſ. tex. com. 5. ſ. ꝙ diffinitio diuidit in ſingula, non autē ſpecies. Nec fallaris, noſtra dicta in hac materia legens, & ſupra quoniam ſupra per conceptum formalem, conceptum mentalē diſtinctum contra obiectalē accepimus: in hac materia vero per intellectū, ſeu conceptū formalē, tam mentalē conceptū q̄ obiectalem formaliter ſumptum intelligi volumus.

g ¶ In hac quarta parte capituli hui⁹ itēdit excludere talē obiectionē. Quæcūque habēt vnū genus, habēt vnā eſſentiā: diuerſæ ſpecies habēt vnū gen⁹. ergo diuerſæ ſpecies habēt vnā eſſentiā: qđ est falſum, quia ſpecies differunt eſſentialiter. Maior ꝓbatur ex eo, ꝙ genus ſecundū prædicta dicit totā eſſentiā ſpecierū. Et licet iſta obiectio faciliter ſolui poſſet dicēdo, ꝙ ſpecies habent eandē eſſentiā generice, non tn ſpecifice: quia tn argumentū altioré difficultatē petit, ex altiori principio reſpondere oportuit. Inducta est. n. hæc obiectio ad concludendū diuerſas ſpecies habere eandē eſſentiā ſimpliciter, & non generice, vt patet ex medio aſſumpto ſic arguendo. Ea quorum tota eſſentia est vna, habent eandem eſſentiam ſimpliciter: diuerſarum ſpecierum eiuſdem generis tota eſſentia est vna. ergo diuerſæ ſpecies eiuſdem generis habent eandē eſſentiam ſimpliciter. Minor patet ex eo, quod genus dicit totam eſſentiam ſpecierum, & est vnum in eis.

¶ Ad huius obiectiōis excluſionē declarat qūo genus est vnū, & innuit talē diſtinctionē. Aliquid ſignificat vnū dupliciter, vno modo ꝑ poſitionē vnius determinatæ rei ſignificatæ: alio modo per indifferentiā, ſeu indeterminationē pluriū rerū importatarū. Primo modo genus non ſignificat vnum, ſed ſecundo modo. Illud. n. primo modo ſignificat vnum, cuius ſignificatū ſecundū ſe acceptum est vna aliqua natura & determinata: ſicut homo ſignificat humanitatem, quæ est certa & determinata natura. ſ. humana. Illud autem ꝙ ſignificat vnū ſecundo modo, habet ſignificatum, non aliquam determinatam naturam, ſed plures naturas indeterminate: ſicut animal ſignificans perfectionē, ſeu naturā ſenſitiuā, non ſignificat aliquā certā & determinatā naturā ſiue formā. Nulla. n. est in vniuerſo forma, quæ ſit anima ſenſitiua, ſed quælibet est vel bouina, vel humana &c. vnde dicitur 7. Phy. tex. com. 31. ꝙ iuxta genus latēt multa. & 10. Meta. tex. com. 24. ꝙ natura generis diuerſa est in ſpeciebus. & primo de Anima. tex. com. ꝙ ratio animalis ſm vniuoquodq; animal est altera. Est igitur genus vnū ſecundo modo: vnde ad formā rōnis dicit ſm ꝑmiſſam diſtinctionē, ꝙ quorū est tota eſſentia una primo mō, eorū est eſſētia eadē ſimpliciter: nō aūt quorū tota eſſētia est vna ſecūdo modo, ſicut est in ꝓpoſito. ſpecierū. n. totā eſſentiam nō adunat genus, niſi vnitate indeterminationis.

¶ Aduertendum aūt est in litera appoſitā fuiſſe differentiā inter vnitatē generis, & vnitatē materię primæ, ad maiorē prædictorū euidentiam: quàm etiā differentiā ponit Cō. 12. Meta. Com. 14. vbi nota ꝙ de materia contingit loqui dupliciter. Vno modo, vt est quoddam totum vniuerſale reſpiciens hanc materiā vel illam, vt partes ſubiectiuas: & ſic de ipſa modo nō est ſermo: idem. n. eſt iudiciū de ei⁹ vnitate, & de vnitate cuiuſque vniuerſalis. Alio modo contingit loqui de ea ſolitarie ſumpta ſecundū ſe, non prout est vniuerſalis, aut particularis: neque prout est i hac ſpecie, vel illa. & ſic de ea loquitur Com. ibi, & S. Tho. hic. Differūt ergo vnitas materiæ ſic accepta, & vnitas generis in hoc, ꝙ vnitas materiæ est vnitas numeralis fundata ſuper determinatā rem: vnitas vero generica est vnitas non numeralis, ſed indeterminationis fundata ſupra diuerſas naturas indeterminate. Cum autem audis vnitatem materiæ primæ eſſe vnitatem numeralem, intellige negatiue, nō poſitiue Dicitur. n. aliquod unū numero dupliciter, poſitiue. ſ. & negatiue. Illud est numero poſitiue, quod est unum per poſitionem proprietatis, ſeu differentiæ numeralis, ſicut Sor. & hoc modo materia prima ſecundum ſe non est uno numero, quia nullam proprietatem indiuidualem includit. Illud est unum numero negatiue, quod uniuerſale cū non ſit, est non plura numero. hoc autem est illud, quod nullū diſtinctiuum includit in ſe, unde pluralitatem & numerum habere queat: & hoc modo materia prima ſecundum ſe est una numero: & talis unitas numeralis fundatur ſupra determinatam entitatem, illam ſ. quæ est materia, quæ nullum diſtinctiuū includit, cum ab omni denudata ſit actu, cuius est diſtinguere. & ideo dicit Com. quòd materia eſt una per remotionem omnium formarum: quia unitatem ſuam negatiue habet ex hoc, quòd nō habet diſtinctiuas formas. Genus autem non eſſe unum numero neq; poſitiue, neque negatiue proprie loquendo, ex eo patet, quia unitas numeralis tam poſitiue, quàm negatiue fundatur ſupra certā & determinatā rem, qđ in genere nō inuenitur. dicit. n. genus plures naturas & res, ex quibus numerari pōt. Sed & ꝙ genus ſit unum unitate indeterminationis ex eo patet, ꝙ naturæ plures per genus importatæ non adunantur in eius ſignificatione, niſi ꝓpter hoc, quòd indeterminate ſignificat eas. Animal enim ideo adunat in ſe equum, bouem, leonem &c. quia nō determinate explicat quis eorum ſit habens perfectionē ſenſitiuā. & ideo dicit Com. ibi, ꝙ genus est unū per cōmunitatem formæ ſignatæ, id est, ex eo quod communiter & non determinate formas ſignificat. Vnde & patet quomodo propoſito S. Tho. deſeruit inducta authoritas. Si enim materia & genus in hoc differūt, quòd materiæ unitas est per negationem formarum ſuper entitate determinata fundata, & genus non est unū niſi propter hoc, quòd ſignificat communiter plura, conſequens est quòd genus non ſit unum niſi ex indeterminatione: quod erat propoſitum.

h ¶ IN HAC quinta & ultima parte huius capituli comparat eſſentiam ſpectheam ad indiuiduum ſecundum totalitatē, partialitatem, prædicabilitatem, & formalitatem.

¶ Ad quorū euidentiā aduertendū est, ꝙ ſicut ſupra de eſſentia generica dictum eſt, ꝙ poteſt ſignificari per modū totius, & per modum partis: ita nūc dicitur, quòd eſſentia ſpecifica poteſt accipi ut ſignificata nomine primæ intentionis per modum totius, & per modum partis. Per modum quidem totius, ſicut eſſentia humana ſignificatur per ly homo: per modum uero partis, ſicut illamet ſignificatur per ly humanitas. Differt aūt ipſa a ſe altero modo ſignificata in hoc, quòd ſignificata per modum totius implicite includit indiuidua: ſignificata vero per modum partis excludit illa a ſui ſignificatione. Quod ſic declaratur exempliter. Homo cum ſignificet habens naturam humanam, implicite includit ſub ly habēs, omnia indiuidua humana. Habens. n. naturā humanā est quodcūq; indiuiduū humanū: humanitas aūt eē cū ſignificet quo homo eſt homo, oē aliud ab humanite excludit a ly quo: nullū. n. aliud ab humanitate eſt, quo homo eſt homo. & ideo cum principia indiuiduantia ſint aliud ab humani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate, vt supra dictū est, sequitur cp humanitas excludit principia indiuiduātia a sui significatione: & consequenter indiuidua quæ sine indiuiduatione intelligibilia nō sunt: sicut nec species abstr; differentia intelligi pōt. & cū pars vt pars non prædicetur de suo toto, oē autē prædicatū i recto habet rōnem totius, ideo est genus, prout prędicatur de specie implicite in sua significatione, quāmuis indistincte, totū id quod determinate est in specie: ita id qđ est species secundum quod prædicatur de indiuiduo, oportet quòd significet totum quod essentialiter est in indiuiduo licet indistincte: & hoc modo essentia speciei significatur nomine hominis, vnde homo de Sorte prædicatur. Si autem significatur natura speciei cum prę cisione materiæ signatæ, q̄ est principium indiuiduationis, sic se habebit per modū partis: & hoc modo significat nomen humanitatis. humanitas enim significat id vnde homo est homo. Materia autem signata non est illud, vnde homo est homo: & ita nullo modo continetur inter illa, ex quibus homo habet quòd sit homo. Cum igitur humanitas in suo intellectu includat tantum ea, ex quibus homo habet quòd sit homo, patet quòd a significatione eius excluditur, vel præceditur materia determinata, vel signata. Et quia pars non prædicatur de toto, inde est quòd humanitas nec de homine, nec de Sorte prædicatur. vnde dicit Auicen. quòd quidditas compositi non est ipsum compositum, cuius est quidditas, quāmuis etiā ipsa quidditas sit cōposita: sicut humanitas, licet sit cōposita, non tamen est homo, immo oportet quòd sit recepta i aliquo, quod est materia signata. Sed quia, vt dictum est, designatio speciei respectu generis est per formas, designatio autem indiuidui respectu speciei est per materiam: ideo oportet vt nomen significans id, vnde natura generis sumitur cum precisione formæ determinatæ pficiētis spēm, significet partē materialē totius: sicut corpus est pars materialis hominis. nomen autem significans id, vnde sumitur natura speciei cum precisione materiæ designatæ, Significat partem formalē: & ideo humanitas significatur vt forma quædam. Et dicitur quòd

¶ Ad euidentiam horum uerborum est notandum, quòd forma totius, & forma partis, ut in secundo ea. usum fuit, differunt realiter: non sicut una forma differt ab alia forma, puta albedo a dulcedine, sed sicut totum & pars. & ideo dicitur hic, quòd forma totius non est quasi superaddita partibus, ideſt nō est forma addita materiæ & formæ, sicut forma domus est forma addita lignis, lapidibus, cæmento, & cæteris partibus: sed magis est forma quæ est totum, ideſt ipsum compositum resultans ex partibus. Quod cum per modum partis formalis significatur, forma totius appellatur, eo quia totius est complete certificatiuum & distinctiuum, & determinatiuum: hæ enim sunt conditiones formæ. Et residuum sermonis epilogus per se patens est.

a *Super caput quartum.*

IN hoc quarto cap. intendēs determinare, quō essentia substantiarū compositarum se habeat ad intentiones logicas. s. genus, specie, differentiā, q̄tuor facit. Primo sex conclusionibus determinat intentum: secundo excludit quædā Auer. errorem: tertio excludit quandam aliā obiectionem: quarto respondet cuidam tacitæ obiectioni.

¶ Pro intellectu primæ partis notandæ sunt duæ distinctiones. Prima est ista, Natura, seu essentia substantiæ cōpositæ pt tripliciter accipi, primo ut significata per modū partis: secundo vt per se existens separata a singularibus: tertio, ut significata per modū totius. Secūda distinctio, quæ est subdiuiso tertii membri est ista. Natura substantiæ compositæ significata per modū totius, potest accipi tripliciter. primo secundū se: secundo ſm esse quod habet in singularibus: tertio, ſm esse quod habet in intellectu.

¶ His prælibatis, scias quòd secundū singula membra harum diuisionum ponit singulas conclusiones: secundum prima quidem duo membra utriusq; diuisionis ponit quatuor negatiuas: secūdū uero ultima utriusq; ponit duas affirmatiuas, ita quòd secundum quamlibet diuisionē primo ponit duas negatiuas, deinde tertiam affirmatiuam: & sic fiūt sex conclusiones.

¶ Prima ergo conclusio negatiua est. Essentia substantiæ compositæ significata per modū partis, sicut animalitas, humanitas, rationalitas, non est genus, neq; species, neq; differentia. Quam probat sic. Tam genus quàm species, quàm differētia pdicaī in recto de hoc particulari suppposito, puta Sorte: essentia substātiæ cōpositæ significata p modū partis nō pdicatur i recto de hoc particulari suppposito. ergo essētia taliter significata nō est genus, nec spēs, nec differētia. Oēs ppositiones patēt ex pcedenti ca. & iō dicit Auic. cp rōnalitas, q̄ significat p modū partis, non est differentia, sed principium differentiæ: & similiter animalitas non est genus, sed generis principium: & humanitas non est species, sed speciei principium, sicut albedo est principium albi, & pars est principium eius cuius est pars.

b ¶ HIC ponitur secunda conclusio negatiua. Essentia substantię

CAPVT IIII.

VIso quid significetur nomine Essentiæ in substantiis compositis, videndū est qūo se habeat ad rōnē generis, speciei, & differētię. Quia āt cui cōuenit ratio generis, speciei, vel differētiæ, prædicat de hoc singulari signato, impossibile est quòd ratio generis, vel speciei, vel differentiæ conueniat essentiæ, secundū quod per modum partis significatur, vt nomine humanitatis, vel animalitatis. & ideo dicit Auicen. quòd rationalitas nō est differētia, sed differentiæ principium: & eadem ratione humanitas non est species, nec animalitas genus.

b Similiter etiam non potest dici quòd ratio generis, speciei, differētia pdicaī in recto de hoc particulari suppposito, puta Sorte: essentia substātiæ cōpositæ significata p modū partis nō pdicatur i recto de hoc particulari suppposito. ergo essētia taliter significata nō est genus, nec spēs, nec differētia. Oēs ppositiones patēt ex pcedenti ca. & iō dicit Auic. cp rōnalitas, q̄ significat p modū partis, non est differentia, sed principium differentiæ: & similiter animalitas non est genus, sed generis principium: & humanitas non est species, sed speciei principium, sicut albedo est principium albi, & pars est principium eius cuius est pars.

b ¶ HIC ponitur secunda conclusio negatiua. Essentia substantię

stantiæ cōpositæ per se non in singularibus existens, non est species, siue genus. Et probat eā duplici ratione, primo sic. Genus, seu species prædicatur de hoc particulari: essentia per se subsistens non in singularibus, non prædicatur de hoc particulari. ergo essentia p se subsistens, non in singularibus, non est genus, seu species. Maior patet: Minor probatur sic. Subiectum est id quod in recto de eo prædicatur: Sortes nō est homo separatus. ergo Sortes non est subiectū respectu hominis separati. ergo homo separatus nō prædicatur de Sorte: qđ erat assumptum i Minore. Secūdo sic. Genus, seu species est id, quo indiuidua cognoscuntur. essentia per se subsistens non in singularibus, non est id quo indiuidua cognoscuntur. ergo essentia per se subsistens non est genus, neque species. Maior patet ex eo quòd vnūquodque per suum genus, speciem, differentiam cognoscitur. Minor vero ex eo, quòd vnumquoq; cognoscitur quidditative per id quod est in eo, & non per id quod non est in eo.

c ¶ HIC ponitur tertia conclusio affirmatiua. Essentia substantiæ compositę significata per modum totius est species, genus, vel differentia &c. probatur sic. Genus, species, seu differentia substantialiter continet & implicite totum, quod est in indiuiduis: essentia substantiæ compositæ nō nisi significata per modum totius continet implicite totum esse indiuiduorum. ergo essentia substantiæ compositæ significata per modum totius est genus, vel species, vel differentia. Propositiones omnes ex præcedenti ca patēt, vbi dicimus genus, speciem, differentiam, conuenire in hoc, quòd significant totum quod est in inferioribus, & sua abstracta excludere ea quæ sunt in inferioribus. est igitur animal genus, homo species, rationale differentia.

d ¶ HIC antequàm ponatur quarta conclusio, incohatur secunda diuisio supra posita, cuius terminos oportet prædeclarari ad intellectum conclusionum. Natura per modum totius significata, secundum naturam, seu rationem propriam, vel secundum se, idem sonat quod natura considerata secundum eas conditiones, siue ea prædicata, quæ conueniunt sibi ex sua diffinitione, seu in primo modo dicendi per se. Natura vero secundum esse in singularibus, idem sonat quod natura considerata secundum eas conditiones, siue secundum ea prædicata, quæ conueniunt sibi ex hoc, quòd in singulari, vel in singularibus esse habet. Natura autem secundum esse in intellectu, idem sonat quod natura considerata secundum eas conditiones, siue illa prædicata, quæ conueniunt sibi ex hoc, quod habet esse in intellectu. Differunt autem quadrupliciter, vt ex textu colligitur, conditiones conuenientes naturæ secundum has diuersas acceptiones, eo quòd conditiones debitæ naturæ secundum se sumptæ sunt prædicata essentialia. Homo enim secūdū se nō est nisi animal rationale: conditiones vero debitæ naturæ reliquis duobus modis sunt prædicata denominatiua. Homo enim nō est res illa, quæ conuenit ei ex esse in singularibus, sed ab ea denominatur: non enim homo est albedo quæ conuenit ei ex hoc, quòd est in Sorte, sed ab ea denominatur albus. Similiter homo non est res illa, quæ conuenit ei esse in intellectu, puta, relatio vniuersalitatis, aut speciei, sed nominatur ab ea vniuersalis, & species. Et licet hæc duo vltima membra in hoc conueniant, quòd attendunt or penes prædicata denominatiua: differunt tamen, quia prædicata denominatiua, quæ conueniunt naturę secundum esse in singularibus, aliquid ponunt reale supra ipsam, sicut albū addit supra hominem naturam albedinis quæ est ens reale: prædicata uera denominatiua quæ cōueniūt rei secundū esse in intellectu, nihil ponunt reale supra naturam ipsam, sed denominationem negatiuam, aut relatiuam secundum aliquam relationē rationis. Cum enim dico, Homo est species, ly species, nihil reale addit supra hominem, sed solam relationem rationis, qua respicit suum genus: species enim generis est species.

¶ Secundo, differunt istius diuisionis positæ mēbra in hoc, cp natura absolute sumpta nec est vna numero, nec plures numero. Si enim esset una numero, non posset reperiri in pluribus numero: qđ patet esse falsum, eo qđ natura humana est in Sorte & Platone. Cōsequentia ꝓbatur sic. Natura ſm se est vna numero. ergo nō pōt esse diffincta numero. ergo nō pōt reperiri i pluribus numero, qđ erat intentū. Prima cōsequētia harū ex eo est clara: qa impossibile est alicui conuenire oppositū eius quod conuenit ei ſm se: sicut impossibile est homini cōuenire irrationale. Distinctio autem numeralis est oppositа vnitati numerali, & ideo si natura ſm se habet vnitatē numeralē, nunquā habere pōt distinctionē numeralē. Similiter ꝓbatur, cp natura ſm se nō sit plures numero. sequeretur. n. naturā humanā non esse in Sorte, qa nō posset hēre vnitatem numeralem, ex quo vendicat sibi secundum se distinctionē numeralem. Natura aūt ſm esse in singularibus vnitatem & distinctionē numeralē sortitur. Propterea nāque homo est vnus numero, quia Sortes est vnus numero: & propterea homo est distinctus numero i pluribus, quia Sortes & plato sunt distincti numero.

¶ Tertio differunt in hoc, quia natura ſm se sumpta nullū esse sibi vēdicat. s. nec eē in singulari aut singularibus, nec esse i intellectu: nec etiā vendicat sibi non esse in singulari & singularibus, aut nō esse in intellectu, quod patet ex eisdē fundamentis. Si. n. esse in singulari esset de ratione sua, nūquā extra illud inueniretur, cū nihil inueniaī extra id qđ est de eius rōne. Similiter si esse in singularibus, esset de eius ratione, modo posset in vno inueniri: quia in vno natura existens non est in pluribus. Similiter si esse in intellectu esset de ratione eius, nunquām posset extra intellectum reperiri: eodem modo, si nō esse in singularibus, aut singulari esset de eius ratione. nunquā posset habere esse in aliquo singulari: & si non esse in intellectu esset de eius ratione, nunquā posset habere esse in intellectu ex illo fundamēto, Nulli potest conuenire oppositū, quod est de ratione suiūde natura absolute sumpta ab omni esse & non esse, abstrahit sine præcisione, ideſt, nec includit, nec excludit aliquod huiusmodi esse, vel nō esse. Natura autem tam secundo, quàm tertio modo accepta, alterū illorū esse includit, & alterū excludit, vt de se patet. Homo. n, secundum quod est in singularibus, nō est in intellectu: & econtra, secundum quòd est in intellectu, non est in singularibus.

¶ Quarto differūt, quia natura per modū totius significata ſm se sumpta, est ea, q̄ prędicaī de indiuiduis, cū dicit, Sortes est homo. Natura aūt sumpta, tam put est in singularibus, q̄ prout in intellectu, nó prędicatur de indiuiduis: qđ declaratur sic. Id prędicatur de indiuiduis, qđ attribuitur illis in propositione: sed natura absolute accepta, & non ſm esse in singularibus, neque secūdum esse in intellectu, attribuitur indiuiduis in ꝓpone. ergo natura absolute sumpta, & nō secundū esse singulari, vel i in intellectu pdicatur de indiuiduis. Maior est nota ex terminis: Minor declaratur exemplariter, cū dico, Sortes est hō, sensus ꝓpositionis est, Sortes est animal rationale: ita cp in ista propositione nihil attribuitur Sorti nisi esse animal rationale, quæ sunt conditiones naturæ humanæ absolute acceptæ, vt patet. Nō. n. cū dico, Sortes est homo, attribuo Sorti aliquod debitū naturæ humanæ ex esse in singularibus, aut ex esse in intellectu: neq; attribuo Sorti habere naturam humanam cum aliquo addito, sed tantum attribuo Sorti habere naturam humanam, seu esse animal rationale, quæ sunt, vt dictum est, cōditiones naturæ humanæ secundū se acceptæ. Natura igitur primo modo sumpta, est quæ prædicatur de indiuiduis, & non natura secundo & tertio modo.

¶ In hoc loco antequàm vlterius ꝓcedatur, dubia qdam examinada sunt. Circa ꝓdicta dubiū est, Primo circa primā differentiā assignatā in eo qđ dictū est, cp naturæ ſm se sumptæ nō insunt nisi prædicata quidditatiua. hoc. n. patitur difficultatē tum propter trāscendētia, tū ꝓpter quædā prædicata negatiua. Si. n. trāscendentia, quæ sunt, ens, res, vnum, aliquid, verum, & bonum, conuenire asserantur naturæ absolute sumptæ, erunt prædicata quidditatiua. & si sic, ponētur in diffinitione. Nulla enim diffinitio est completa, nisi omnia prædicata quidditatiua includat: transcendentia autem in diffinitione poni omnes negant.

¶ Cōfirmatur cōsequētia ex dictis S. Tho. in litera, vbi habetur, cp quæ insunt natura absolutę, sunt de diffinitiōe illius. Si āt trāscendētia dicātur nō cōuenire naturæ absolute, tūc homo ſm se sumptus nō est aliquid, nec res, nec vnū qđ: quod oino negatur.

¶ De prædicatis vero negatiuis occurrit difficultas talis: quia negationes naturarum disparatarum si conueniunt naturæ absolute, erunt prædicata quidditatiua: & sic negatio erit de diffinitione substantiæ. Si autem conueniunt naturæ secundū esse in singularibus, vel in intellectu, tunc accipiendo hominem absolute, ista erit falsa, Homo non est leo: quod videtur irrationabile.

 ¶ Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad horum diſſolutionem conſiderandum eſt primo, quomodo tranſcendentia ſe habeant ad naturas rerum ſupra quas cadunt. vt autem ſupra in quæſtione de ſignificatione entis tactum fuit, nullum tranſcendentium importat alium gradum, ſeu aliã naturam a gradibus, ſeu naturis eorum, quibus apponuntur: cum enim dico, ens homo, vnus homo, res homo, verus homo, bonus homo, aliquid homo, nullum alium gradum ab humanitate ſignifico, ſed ipſam humanitatem diuerſis modis. ly enim ens ſignificat humanitatem, prout habet eſſe: ly vnus, illam, prout non eſt diuiſa formaliter: ly res, illam prout latitudinem habet, vtpote non ex intellectu fabricata: ly bonũ ipſam prout perfectiua eſt appetitus: ly verum, ipſam vt perfectiua eſt intellectus: ly aliquid, ipſam vt aliud quid eſt ab aliis. Simili modo eſt dicendum accepto quocunque gradu generico, vt faciliter exemplo manifeſtari poteſt.

c.1.q.3.

¶ Conſiderandum eſt ſecundo, quòd cum primum inter tranſcendentia ſit ens, eo quòd eius ratio cæterorum rationes præuenit, & omnia conuertantur cum ente, tanquam eius paſſiones, cum declaratum fuerit quomodo ens conueniat naturis rerum, planum erit de cæteris. Scotus ergo primo Sent. diſtin. 3. quæſt. 3, opinatur ens eſſe vniuocũ & prædicari, in quid, de omnibus inferioribus, exceptis vltimis differentiis. Et primum quidem horum tanquam per ſe notum ſupponens, ſecundi duplicem rationem reddit.

Sco. 1.d. 3. q. 3. fol. q. 3 q. 3. vt ſul. dictũ eſt. et 2. q. 3. prima ratio.

¶ Primo, quia ſi differentiæ includan ens vniuoce dictum de eis, & non ſunt omnino idem, oportet quòd ſint diuerſa aliquid idem entia: & conſequenter ſequitur, quòd differentiæ vltimæ ſint proprie differentes, & ſic habent alias differentias, & non ſunt vltimæ.

¶ Secundo, quia ſicut ens compoſitum in re eſt compoſitum ex actu & potentia: ita conceptus compoſitus per ſe vnus eſt compoſitus ex conceptu actuali, & potentiali determinabili & determinãte. Sicut ergo reſolutio compoſiti in re ſtat ad ſimpliciter ſimplicia, ſcilicet actum vltimum & potentiam vltimam, ita quòd actus nihil potentiæ, & potentia nihil actus includat: ita reſolutio conceptus, debet ſtare ad conceptus ſimpliciter ſimplices actualem & potentiam determinabilem tantum, ita quòd nihil determinantis includat, & determinantem tantum, quòd nihil determinabilis includat, tales ſunt conceptus entis & vltimę differẽtiæ. ergo vltima differẽtia nõ includit formaliter ens. I

¶ Contra primum arguitur, quia ſequeretur, quòd ens poneretur in diffinitione, contra Ariſt. 8. Meta. tex. com. 16.

1.c.16.

¶ Præterea ſequitur, quòd eſſet nugatio in diffinitione, vt ſupra in quæſtio. de vniuocatione entis deduximus.

¶ Contra ſecundum dictum arguo ſic, Omne id, de quo formaliter ſumpto prædicantur in ſecũdo modo paſſiones entis, includit in ſe formaliter ens: ſed de vltima differentia formaliter ſumpta prædicantur in ſecundo modo paſſiones entis. ergo vltima differẽtia includit in ſe formaliter ens. Minor patet, quia vltima differentia eſt per ſe vna & intelligibilis. Maior probatur ſic, Omne formaliter includens medium proprium a priori, per quod demõſtrãtur paſſiones entis, includit in ſe formaliter ens. patet iſta: quia entis conceptus eſt illud medium: ſed omne id, de quo formaliter ſumpto prædicantur in ſecundo modo paſſiones entis, includit in ſe formaliter medium, per quod tales paſſiones de eo ſunt demonſtrabiles. ergo omne tale includit forma liter ens. Patet iſta Minor, quia implicat oppoſitum. Si enim A formaliter nõ includit propriũ medium concludendi B, quo modo de A formaliter ſumpto erit a priori demonſtrabile B? Secundo arguo, & in idem redit. Omnis paſſio conueniens pluribus formaliter ſumptis, conuenit eis ratione alicuius communis in eis formaliter inclusi, cui illa paſſio primo conuenit: ſed vnitas uel intelligibilitas eſt paſſio conueniens omnibus vltimis differentiis formaliter ſumptis. ergo conuenit eis ratione alicuius communis formaliter inclusi in eis, cui primo conuenit, tale autem eſt ens. ergo omnes differentiæ vltimæ includunt ens. Minor eſt per ſe nota. Maior eſt Ariſtot. 1. Poſte. Nec poteſt dici ad Maiorẽ, quòd ſuffcit ſubiectũ denominatiue includi in eis, quibus formaliter ſumptis conuenit paſſio illius ſubiecti: quia cum tota ratio quare paſſio alicuius inſit alteri, ſit participatio illius ſubiecti primi, ſi alicui formaliter ſumpto ineſt paſſio, eidem formaliter ſumpto ineſt & ſubiectum: & ſi formaliter ſumptum ſubiecti expers eſt, quomodo formaliter ſumptum illius

c.2.q.3.ratione. 2.

1.cap. 12.

passionem habere poteſt? Vt arguatur ſic. Id quod formaliter ſumptum a ſe ſubiectum excludit, etiam a ſe paſſionem excludit: ſed vltimæ differentiæ formaliter ſumptæ non excludunt a ſe paſſiones entis in ſecundo modo. ergo nec excludunt ens in primo modo. Nec patiantur aures tuæ audire reſponſionem Franciſci de Mayronis dicentis, regulam adductam poſterioriſticam Ariſt. non tenere in tranſcendentibus, Voluntaria enim & deſtructiua totius Metaphyſicæ gloſa eſt.

F

¶ Ad rationes autẽ Scoti dicitur, quòd cũ tam prima, quàm ſecunda ſupponant ens habere conceptum obiectiuum vnum ſimpliciter, nihil concludit. Dicitur ſecundo ad ſecundam, quòd argumentum a ſimili claudicat. licet enim ſit ſimilitudo quo ad aliquid inter compoſitum naturale & intellectuale: diſſimilitudo tamen eſt magna in propoſito, quia partes compoſiti naturalis mutuo ſe excludunt: quia quædam res ſpeciales ſunt, partes autem compoſiti intellectualis non poſſunt mutuo ſe excludere, quia altera, puta ens, eſt adeo vniuerſalis, ut nihil poſſit eam ſubterfugere.

Primo ſen. q.6. quæritur utrũ a ſimpliciter ſimplicibus poſſit abſtrahi aliqs conceptus cõmunis in fine.

Cap.9. Cap.3. Cap.8. Circa T. com.3. Circa T. Cap.8.

Avicenna autem Alpharabius, & Algazel, ut teſtatur Albertus in Poſtprædicamentis, cap. 9. opinantur, quòd ens non conueniat naturæ abſolute ſumptæ. Vnde dicunt hanc conſequentiam non valere. Homo eſt ſubſtantia. ergo homo eſt ens: eo quòd ens ſignificat aliquid additum eſſentiæ rei, quod non eſt de eius ratione: quod expreſſe etiam de Auicenna refert Cõmentator. 4. Metaph. Com. 3. & 10. Meta. com. 8.

Sanctvs autem, cuius eſt opus, quod exponendum ſuſcepimus ſuper 4. Met. lectu. 2. ſuper tex. Com. 3. & ſuper 10. lect. 2. ſupra tex. Comm. 8. expreſſe in hoc reprehendit Auicennã. unde ſententia eius non eſt cenſenda eadem opinione Auicennæ. licet difficile ſit uidere, in quo differat ab ea, cum ipſe teneat nullum aliud a Deo eſſe ens per ſuam eſſentiam, ſed per aliquid ad ditum ſuæ eſſentiæ, & expreſſe dicat in quolibeto 2. q. 2. art. 1. ens non eſſe prædicatũ eſſentiale, & in primo contra Gen. ca. 26. dicat, ens non cadere in conceptu ſubſtantiæ, quod eſt genus generaliſſimum.

Quolib. 2. q. 2. ar. 1. cõtra Gen. cap. 26.

¶ Propter quod a quibuſdam dicitur, quòd ens dupliciter ſumitur, ſcilicet nominaliter, & participaliter. Et quòd ens nominaliter quidditatiue & intrinſece de omnibus prædicatur: ſic nunquodq; eſt ens per eſſentiam ſuam. Ens uero participaliter, cum idem ſonet quod exiſtens, non eſt prædicatum quidditatiuum: ſic enim nihil aliud a Deo eſt ens per eſſentiam ſuã. unde ſecundum iſtos, ens nominaliter cõuenit naturæ abſolute, non autem ens participaliter. Addunt quoque, quod ens nominaliter eſt diuiſum in decem prædicamenta, & eſt tranſcendens conuerſum cum aliis, proprie loquendo, non ens ſecundo modo: & ideo reprehenſibilis erat Auicenna, qui hanc diſtinctionem prætermiſit.

Prima parte. q. 3. ar. 5 ar. 1. ad primum de ueritã. q. 21. c. 7. uide contra huius doctrin. & poſter. cap. 6. in princip. & circa medium.

¶ Mihi autem aliter dicendum occurrit. Dico enim quòd ens participaliter eſt id quod eſt tranſcendens, diuiſum in decẽ prædicamenta. Quod ex eo patere poteſt, quòd S. Thomas prima parte q. 5. & 6. & in quæſtione de Veritate, quæſtione uigeſimaprima oſtendit bonum, quod etiam diuiditur in decem prædicamenta, ut dicitur 1. Ethico. conuertit cum ente participaliter, nõ nominaliter ut clare patet ex duobus.

¶ Primo ex eo quod dicit, quòd cum bonum & ens conuertantur, ſicut res eſt ens, ita bonum? ſed non eſt ens per eſſentiam ſuam. ergo nec bona. In quo proceſſu, ut fallacia æquiuocationis uitetur, non niſi de ente participaliter eſt ſermo. Secundo, ex eo quod dicit. id quo, res formaliter eſt bona, non eſſe ens: quod dictum de ente nominaliter, falſum eſt: quia eſſe actualis exiſtentiæ, quo res eſt ens & bona, eſt ens nominaliter. Ens igitur quod conuertitur cum bono, quod eſt tranſcendens, diuiſum in decem prædicamenta, eſt ens participaliter.

¶ Sed in Entis nomine duo aſpici poſſunt, ſcilicet id a quo nomen Entis ſumitur: ſcilicet ipſum eſſe, quo res eſt. Et id ad quod nomen Entis impoſitum eſt, ſcilicet id quod eſt. Supra enim in principio operis dictum eſt, ens ſignificare id quod eſt in quolibet prædicamento: & in hoc differre ab eſſentia, quæ ſignificat id, quo res in prædicamento reponitur. Vnde primo Phyſicorum, textu comment. decimitertii. Ariſtot. loco ly ens, ponit ly quod eſt. Auicen. ergo attendens ad id, quo res eſt, unde nomẽ entis ſumptum eſt, dixit ſimpliciter ens eſſe prædicatum extra eſſentiam rei: ſanctus Thomas uero intuens id quod eſt, ad quod nomen entis impoſitum eſt Auicen. non adhæſit. Nanque ipſum

Duo includuntur in prædicamẽto Entis ea. 1. in pri. T. c. 13.

ipſum quod eſt, non prædicat aliquid extra eſſentiam rei. Inſuper ad ſentens, quòd ipſum quo res eſt, ſcilicet actualis exiſtentia, non eſt extraneę naturæ ab ipſo qđ eſt: ſed per principia propria ipſius, quod eſt, conſtituitur inter prædicata accidẽtalia, ens annumerare noluit: hoc enim poteſt aſſeri de quocunq; alio extra eſſentiam rei.

A

Nihil enim extra eſſentiam rei per propria principia ipſius rei conſtituitur, niſi rei exiſtẽtia. Quodcũq; n. aliud p principia ꝓpria alterius generis conſtituit. ſ. genus proprium, & differentiã ꝓpriã & vniuerſaliter propria illius prædicamenti principia. Ipſum autem exiſtere, non niſi per genus & differentiã & principia ipſius quod eſt, conſtituitur. Et hæc eſt ratio, qua S. Tho. arguit Auicen. quarto Metaphyſi. vbi ſupra, vnde eus prædicatum de aliquo, puta homine, cũ non trahat hominẽ extra propriũ genus & propriã diſiam, nec rõne ipſius quod eſt, nec rõne ipſius qđ eſt ſubſtantiale, prædicatũ eſſe relinquitur cũ Ariſtotele & Commentatore, vbi ſupra, licet non ſit omnino eodem modo ſubſtantiale, quo ſunt prædicata illa, q̃ in diffinitione cadunt. His præmiſſis, ad dubium dico quòd tranſcendentia non ſunt prædicata propria naturæ ſecundum ſuam abſolutam conſideritionem, neque ſecundum eſſe in ſingularibus, neque ſecundum eſſe in intellectu: ſed ſunt prædicata communia naturæ quomodolibet acceptæ, conuenientia non ſolum concomitatiue, ſed & cauſaliter. Sit de natura quidem tam ſecundo, quàm tertio modo accepta, patet: ex hoc enim quòd homo i ſingularibus inuenitur entis, vnius rei & reliquorum rationem habet. Similiter ex hoc q̃ habet eſſe i intellectu, eius eſt aliquo modo indiuiſum &c. debetur enim ſic ſibi aliquod eſſe, licet rationis. De natura autem primo modo ſumpta, ex dictis patere poteſt, & ex eo quòd in quocũq; inuenitur poſterius tranſcendẽs, inuenitur & prius. Manifeſtum eſt autem de poſterioribus tranſcendentibus, quæ ſunt vnum, res, aliquid &c. quòd conueniunt naturæ abſolute. Vnde de homine abſolute loquendo, iſta eſt vera. Homo eſt ens. Vnde & S. Tho. dicit ſuper 10. Meta. vbi ſupra, quòd ens prædicat naturas decem generum, ſecundum quod ſunt actu, vel potentia, & non tantum ſecundum quod ſunt actu.

B

C

¶ Ad rationem in dubio tactam, qua dicebatur. Si ſic, ergo tranſcendentia eſſent ponenda in diffinitione, dicitur primo, quòd non oportet omnia prædicata eſſentialia poni in diffinitione, ſed ea tantum quæ explicant alium gradum eſſentialem diffiniti: qualia non ſunt tranſcendentia, de quibus dictum eſt, quòd eundem gradum prædicant, quem genus, vel differentia importat. Vnde. 8. Meta. tex. com. 19. dicit Ariſt. quòd ideo, nec ens ponitur in diffinitionibus, nec vnum: quia ens ſtatim eſt vnumquodque. diffinitio enim completa tunc eſt, cum omnes rei gradus explicantur a prima potentia vſque ad vltimum actum intrinſecum, quod ſine tranſcendentibus, quæ nullum gradum addunt, ſit. Dicitur ſecundo de ente, quòd quia ens importat aliquo modo ipſum eſſe, quod pertinet ad quæſtionem, An eſt: & non ad quæſtionem, Quid eſt: ideo a prædicatis quidditatiuis aliqualiter declinat.

D

¶ Ad dictum S. Tho. dicitur, quòd tranſcendentia duo habẽt, & quòd i nulla diffinitione ponũtur ratio dicta, & quòd in quolibet conceptu includantur, vt dicitur de ente. 3. Metaph. tex. Com. 10. quòd ſecundum, ideo dictum arbitror: quia tranſcendentia quemlibet gradum comitantur, & ideo conceptui nulli deſunt. Et ſic dico, quòd ea quæ naturæ abſolute conueniunt, in cuius ratione cadunt conueniunt rei, in eo quòd talis. homo enim in eo ꝓ homo, eſt ens, res, aliquid &c. Ex his diligens lector, habes vnde diuerſa dicta S. Tho. ſane intelligere debeas.

E

¶ Quo ad prædicata negatiua vero dicitur breuiter, quòd negationes illæ poſſunt dupliciter accipi, formaliter ſcilicet, & fundamentaliter. Si formaliter falſum eſt, quòd conueniant naturæ abſolute: per opus enim intellectus attribuuntur ei, cum negationes entia rationis ſint. Si fundamentaliter, cum negatio ſuper affirmatione fundetur, conceditur eſſe prædicata quidditatiua, ſed ſic ſumptæ nihil aliud ſunt, quàm genus & differentia propria. Fundamentum enim negationem naturarum diſparatarũ de homine nihil aliud eſt, q̃ natura hominis: ex hoc namque quòd homo eſt animal rationale, non eſt leo, neque bos &c.

Qvæstio vi.

Dvbivm Secundo eſt circa dictum San. Thomæ in litera in aſſignatione ſecundæ differentiæ, quod dicitur, quòd natura abſolute ſumpta, nec vnitatem, nec pluralitatem habet.

¶ Videtur enim hoc eſſe impoſſibile, cum id quòd vnũ non eſt diffinibile non ſit, vt dicitur 7. Met. tex. com. 13. immo nec intelligibile, vt habetur quarto Meta. com. 10. Etſi vnitatem naturæ abſolute habere concedatur: qualis ſit illa vnitas non eſt facile aſſignare, cum nõ numeralis ſit, ut declaratum eſt, nec ſpecifica, nec generica, cum hæ ex intellectu fiãt, nec ana logica, ut de ſe patet: homo enim non eſt vnũ anologice. Nec etiã facile quiſquam dicet, an vnitas illa ſit realis, an non.

T.c.13. T.c.10.

B

¶ Ad euidentiam huius dubitationis quinq; facienda ſunt. primo videndum eſt quid ſit vnitas quælibet. Secundo, unde habeat vnitas realitatem. Tertio, quomodo unitas quælibet ſit extra animam. Quarto, reſpondendum eſt dubitationi motæ. Quinto, quædam obiectiones excludendæ ſunt.

Qvo ad primum ſciendum eſt, quòd cum unum nihil addat ſupra ens, niſi priuationem diuiſionis: ita quòd unum nihil aliud eſt, quàm ens indiuiſum, ut dicitur 4. Meta. tex. com. 3. Vnitas quælibet nihil aliud eſt, quàm rei indiuiſio. Et quia quælibet priuatio per ſuum habitum cognoſcitur, ideo vnitas quæ indiuiſionem ſonat, ex natura diuiſionis quam priuat, cognoſci debet: & ſecundum diuiſionis multiplicitatem, multiplicitatem vnitatis accipere oportet.

T.c.3.

¶ Conſiderandum eſt igitur, quòd diuiſio eſt duplex, quædam eſt materialis per principia induiduationis cauſata, quædam eſt formalis, q̃ p eſſentialia principia fit. Et hæc habet latitudinẽ, quia quædam eſt per eſſentialia principia propria: quædam uero per principia eſſentialia communia. & hoc iterum habet latitudinem, ſecundum quod principia eſſentialia communia ſunt magis & minus communia, v.g. Inter Sortem & Platonem eſt diuiſio numeralis & non formalis: quia non eaudatur diſtinctio eorum ex eſſentialibus, ſed indiuidualibus principiis. Inter Sortem vero & hunc leonem, dato quòd leo & homo eſſent ſub eodem genere proximo, eſt diuiſio formalis per eſſentialia principia propria, vltimas, ſcilicet differentias tantum. Inter Sortem uero, & hanc plantam eſt maior diuiſio formalis per principia, ſcilicet eſſentialia communia Sorti, & multis aliis ſpeciebus, ſcilicet ſenſibile & inſenſibile. Inter Sortem vero & hunc lapidem, eſt diuiſio formal s adhuc maior per cõmuniora principia, ſcilicet per animatum & inanimatum. Et ſic ſemper aſcendo intenditur diuiſio formalis: adeo quòd inter Sortem, & hanc albedinem eſt maxima diuiſio formalis: vtpote per propria & communiſſima principia eſſentialia, ſcilicet ſubſtantiuum & diſpoſitiuum modos entis prædicamentorum conſtitutiuos.

C

¶ Similiter per omnia de vnitate dicendum eſt. Vnitas enim eſt duplex. Quædam numeralis, & quædam formalis. Vnitas numeralis attenditur penes priuationẽ diuiſionis numeralis. Vnitas autem formalis attenditur penes priuationem diuiſionis formalis: & hęc habet latitudinem. Quædam enim priuat diuiſione formali omnino cauſabili p principia propria & cõmunia & hæc eſt vnitas formalis ſimpliciter. Quædam vero priuat diuiſione formali non ſimpliciter, ſed taliter cauſabili, ſcilicet per principia communia: & hæc eſt vnitas formalis ſecũdum quid, & habet latitudinem ſecundum quod diuiſio priuata cauſabilis eſt a magis & minus communibus principiis eſſentialibus: v.g. Sortes eſt vnus numero: quia non eſt per materiales differentias in ſe diſtinctus. Homo eſt ſimpliciter vnus formaliter: quia nõ compatitur ſecum diuiſionem formalem quamcunque. Animal vero eſt vnum formaliter, inquantum non compatitur ſecum diuiſionem per ſenſibile & inſenſibile: non tamen habet vnitatẽ ſimpliciter, quia compatitur ſecum diuiſionem per rationale & irrationale. Corpus vero eſt minus vnum formaliter: eſt enim vnum, quia non eſt in ſe diuiſum per corporeum & incorporeũ: eſt autem minus vnum, quia compatitur ſecum diuiſionem formalem maiorem, ſcilicet per animatum & inanimatum. Ens autem minime eſt vnum: vnum quidem eſt, pro quanto non eſt in ſe diuiſum proportionaliter: minime vero pro quanto tantam diuerſitatem formalem cum ſua vnitate compatitur. Ex his patet primum, quid ſcilicet ſit vnitas quælibet: quia ſcilicet vnitas eſt indiuiſio, & talis vnitas eſt talis indiuiſio, ideſt diuiſionis priuatio: ita quòd nihil aliud eſt dicere, Sortes eſt vnus numero, niſi Sortes eſt ens carens diuiſione numerali. Homo eſt vnus formaliter, ideſt homo eſt ens carens diuiſione formali. Hæc de primo.

Qvo ad ſecundum eſt ſciendum, quòd ens reale dupliciter accipitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipitur. Vno modo vt diſtinguitur contra ens ab intellectu fabricatum. Alio modo vt diſtinguitur contra non exiſtens actu. Primo modo omnis res prædicamentalis eſt ens reale, ſiue ſit, ſiue non. Secundo modo id tantum quòd realiter exiſtit extra cauſas ſuas, eſt ens reale. Et quia hoc proprie eſt ens reale apud ſanctum Thomam dicentem in quæſtionibus de potentia Dei, quæſtione. 5. artic. 5. ad ſecundũ, quòd res antequam exiſtat, eſt nihil, & eſt ſententia hæc conformis Ariſtoteli in prædicamentis dicenti, q̃ deſtructis primis ſubſtantiis, impoſſibile eſt aliquid remanere: ideo vnitas, ſicut & cætera, realitatem, hęc proprie loquendo, pro quãto ipſa exiſtit actu extra animã & cauſas ſuas. Hæc de ſecũdo.

Potentiã q. 3. art. 5.

In prędicamento ſubſtantiæ.

Qvo ad tertium propono tres propoſitiones. Prima eſt. Quælibet vnitas ſupradicta tam ſcilicet numeralis, quàm formalis exiſtit extra animam. Secunda eſt. Nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exiſtit in rerum natura. Tertia eſt. Omnis vnitas formalis exiſtens extra animam multiplicatur realiter ad multiplicationem ipſarum rerum. Prima propoſitio eſt adeo manifeſta, quòd nullus ſanæ mentis poteſt eam negare. In Sorte enim præter omnem intellectus operationem apparet vtraque vnitas. Caret enim in ſeipſo diuiſione numerali & formali cauſabili per principia propria & communia: & ſic in diuiſionem numeralem & formalem habet. Vnde in Sorte non eſt ſola vnitas numeralis, ſed formalis, multiplex ſecundum multitudinem prædicatorum quidditatiuorum: & ſicut non ſola indiuidualitas Sortis eſt extra animam, ſed quodlibet eius prędicatum quidditatiuum: ita non ſola vnitas numeralis, ſed quælibet eius vnitas formalis extra animam dicenda eſt eſſe.

¶ Ad intelligentiam vero ſecundæ eſt notandum, quòd res poteſt intelligi communis extra animam dupliciter. Vno modo poſitiue: alio modo negatiue. Illa res eſt communis poſitiue, quæ indiuiſa manens in pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis inuenitur. Illa vero eſt communis negatiue, quæ nulli ſuppoſito eſt propria. Primo modo tem communem nullam recolo aſſerentem dari extra animam, niſi eſſentiam diuinam ſecundum fidẽ Chriſtianam. Secundo modo videtur a quibuſdam poni res extra animam communis, de quibus ſermo erit infra: & quia hoc alienum a veritate mihi videtur, ideo de tali communitate intelligendo, ſecundam propoſitionem probo dupliciter.

¶ Primo ſic. Nulla res exigens quidditatem ſolitarie inueniri extra animam, exiſtit in rerum natura: ſed vnitas communis extra animam, negatiue pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis eſt res exigens quidditatem ſolitarie inueniri extra animam. ergo nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exiſtit in rerum natura. Maior ſic probatur. Nullum exigens ad ſuũ exiſtere aliquod impoſſibile inuenitur: ſed quidditatem extra animam ſolitarie inueniri eſt impoſſibile, oportet enim ipſam eſſe in aliquo ſuppoſito. ergo id quod exigit ipſam ſolitarie inueniri, nunquàm exiſtit in rerum natura. Minor autem probatur ſic. Id quod exigit quidditatem non propriam alicui ſuppoſito extra animam, exigit ipſam ſolitarie exiſtentem: ſed vnitas cõmunis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exigit quidditatem non propriam alicui ſuppoſito. ergo vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exigit quidditatem ſolitarie inueniri in rerum natura. Huius præallegati præmiſſæ notæ ſunt ex terminis. Maior quidem, quia quidditas non proprie alicui ſuppoſito neceſſario eſt ſolitarie. ſi enim non eſt ſolitarie, eſt in aliquo ſuppoſito: & ſi eſt in aliquo ſuppoſito, eſt propria illi. Minor vero patet, quia commune & proprium ſunt oppoſita: commune enim includit negationẽ proprii, & econuerſo. Statim enim vt res appropriata eſt alicui communis negatiue, eſſe deſinit, eo quòd negatione appropriationis caret. & ſtatim vt communis negatiua eſt appropriata alicui, non eſt: eo quòd negationem appropriationis habet. Oppoſitum ergo prædicati infert oppoſitum ſubiecti in vtraque præmiſſa.

In hac quæſtio.

¶ Præterea ſecundo probo ſic. Omnis res exiſtens in rerum natura, eſt res particularis: nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis eſt res particularis. ergo nulla talis vnitas eſt in rerum natura. Maior eſt nota ex communi Peripateticorum ſententia. Minor probatur ſic. Omnis res particularis eſt alicui vni ſuppoſito propria, aliter non eſſet particularis: nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis eſt alicui vni ſuppoſito propria, hoc patet ex terminis. ergo nulla talis vnitas eſt particularis.

¶ Tertia propoſitio probatur ſic. Quotieſcunq; aliqua duo ſunt conuertibiliter idem realiter, multiplicato realiter vno, multiplicatur & reliquum: ſed res vna & vnum ſunt conuertibiliter idem realiter. ergo multiplicata realiter, multiplicabitur realiter & eius vnitas. Sed pluralitas numeralis eſt realis. ergo pluriſicata re numeraliter, pluriſicabitur & ei⁹ vnitas. vnde in Sorte & Platone ſicut ſunt duæ corporeitates, animalitates, & humanitates: ita ſunt duæ vnitates formales ſequentes corporeitates, & duæ ſequentes animalitates, & duæ ſequentes humanitates.

Oportet enim ſecundum numerum prędicatorum eſſentialium eſſe numerum vnitatũ formalium in quolibet indiuiduo. Sicut enim quodlibet prædicatum quidditatiuum dat aliquid eſſe: ita dare oportet aliquam vnitatem. vnum enim & ens idem ſunt, vt dicitur quarto Met. tex. com. 3.

Tex. cõ. 3.

¶ Ex his patet tertium, quomodo ſcilicet vnitates habeant eſſe extra animam: quia ſunt non communes, ſed particulatæ & multiplicatiuæ numeraliter iuxta numerum indiuiduorum, quorum ſunt. Hæc de tertio.

Qvo ad quartum dico, quòd natura abſolute ſumpta habet vnitatem quandam, vt efficaciter concludit ratio adducta, quæ eſt Sancti Thomæ in tractatu de natura generis.

¶ Et quando quæritur, aut illa vnitas eſt numeralis, aut ſpecifica, dico quòd eſt vnitas formalis, quæ alia eſt a numerali ſicut diuiſio formalis alia eſt a materiali. Nec illa vnitas formalis eſt ſpecifica, aut generica formaliter, ſed eſt fundamentum vnitatis ſpecificæ, & vnitatis genericæ. Hæ enim vnitates formaliter ab intellectu ſiunt: illa vero omnem actum intellectus præuenit. Quod autem in litera dicitur, quòd natura abſolute ſumpta nec eſt vna, nec eſt plures, intelligendum eſt de vnitate & pluralitate numerali.

¶ Ad id vero quod dubitationi additur, an iſta vnitas ſit realis, aut non: dico quòd ſecundum ſe eſt realis primo illorum modorum, quos ſupra poſuimus, accipiendo ens reale ſicut & natura ipſa abſolute ſumpta: & ſicut natura ſecundum eſſe in ſingularibus eſt ens reale ſecundo modo, ita vnitas illa quæ ſemper naturam comitatur in particularibus poſita, eſt realis vere & proprie. Idem enim eſt iudicium de natura, & eius vnitate. Hæc de quarto.

Qvo ad quintum duo dubia propria occurrunt. Primum eſt circa ſecundã propoſitionem, in qua dictum eſt, quòd nulla eſt vnitas communis extra animam. Secundum eſt circa id quod nunc dictum eſt, qua ſcilicet alietate ſit alia vnitas formalis a numerali in Sorte.

¶ Contra primum enim inſtatur ſic. Quæcunque ſuppoſitaliter diſtincta, iunt vnum formaliter extra animam, habent aliquam vnitatem communem eis extra animam: Sortes & Plato ſunt vnum formaliter extra animam. ergo Sortes & Plato habent aliquam vnitatem ſibi communem extra animam. Maior ex eo videtur manifeſta, quòd ſi aliqua ſuppoſitaliter diſtincta ſunt vnum, in eo in quo ſunt vnum non diſtinguuntur: & ſic illud vnum eſt commune vtrique extra animam, ex quo ſic ſunt vnum.

¶ Præterea, Humanitas quæ eſt in Sorte, quantum eſt ex ſe, nõ eſt determinata ad Sortem vel Platonem. ergo vnitas formalis humanitatis, quæ eſt in Sorte, quantum eſt ex ſe, eſt communis negatiue Sorti & Platoni. Conſequentia eſt nota: quia etiam vnitas formalis non eſt determinata quantum eſt ex ſe, ad Sortẽ & Platonem. Antecedens autem de ſe eſt manifeſtum. datur ergo extra animam aliqua vnitas communis negatiue pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis.

¶ Circa ſecundum dubium, videtur quòd inter vnitatem formalem, & unitatem numeralem in Sorte exiſtentem, ſit alietas realis: quia quarumcunque priuationum habitus diſtinguuntur realiter, ipſæ quoque diſtinguuntur: ſicut quia uiſus & auditus diſtinguuntur realiter, cæcitas etiam & ſurditas realiter differunt: ſed unitatis formalis & numeralis habitus diſtinguuntur realiter. ergo &c. Patet iſta: quia diuiſio formalis, & diuiſio numeralis adeo diſtinguuntur, quòd in rebus ſeparatis a materia formalis ſine numerali inueniatur: & in iſtis inferioribus indiuidua eiuſdem ſpeciei numeralem diuiſionem abſque formali habeant.

In hac quæſtio.

¶ Ad oppoſita uero reſpicienti apparebit, quòd ſit alietas rationis tantum: quia ſicut ſe habet natura formalis ad naturam indiuidualem, ita unitas formalis ad ſunitatem numeralem: ſed natura formaliter ſumpta eſt eadem naturæ numeraliter ſumptæ, & non niſi ratione ab ea diſtinguitur. ergo vnitas formalis eſt eadem realiter vnitati numerali, & non niſi ratione ab illa eſt alia.

Pro diſſolutione primi dubii nota, quòd aliqua duo ſuppoſitaliter diſtincta, eſſe vnum formaliter cõtingit dupliciter. Vno modo per hoc, quòd illa duo adunentur in aliquo extra animam cõmuni vtrique indiuiſo i vtroque illorũ. Alio modo per hoc, quòd illa duo habet mutuã negationem inter ſe diuiſionis formalis. Exemplũ primi nõ inuenio in rerum natura niſi, vt dictũ eſt, ſecundũ fidem Chriſtianam in Trinitate. Exemplum ſecundi inuenitur in omnibus indiuiduis eiuſdem ſpeciei. Sortes enim nullo intellectu conſiderante, habet hanc negationem, ſcilicet quòd non eſt diuiſus a Platone formaliter, & Plato ſimiliter non eſt diuiſus a Sorte formaliter. Et quia ad eos eſſe vnum formaliter, nihil aliud requiritur, quàm eſſe indiſtinctos formaliter: ideo ſimpliciter verum eſt Sortem & Platonẽ eſſe vnum formaliter extra animã. Committur ergo fallacia conſequentis in argumento a ſuperiori ad ſuum inferius affirmatiue. Eſſe enim vnũ formaliter, eſt ſuperius ad habentia aliquod commune indiuiſum in eis extra animam, & ad habentia duas naturas cum mutua negatione diuiſionis formalis. Non enim eſt imaginandum Sortem & Platonem eſſe vnum formaliter, quia conueniant in aliquo, in quo non diſtinguuntur extra animam: ſed ideo, quia vterq; negatione diuiſionis formalis ab altero gaudet. Vnum n. formaliter nihil aliud eſt, quàm non diuiſum formaliter. Et quod dicimus de vnitate formali ſimpliciter inter Sortẽ & Platonẽ, intelige de vnitate formali ſecundum quid inter Sortem, & hũc leonem, & hunc lapidem, & hanc intelligentiam &c. Sicut enim quia Sortes & Plato habent duas naturas, inter quas non cadit diuiſio formalis, ideo ſunt indiſtincti formaliter ſimpliciter extra animam: ita quia inter Sortis & huius leonis naturas non cadit diuiſio formalis talis qualis nata ẽ cauſari per ſenſibile & inſenſibile, ideo Sortes & hic leo ſunt indiſtincti formaliter ſecundũ quid. Ita etiam quia inter Sortem & hunc lapidem non eſt diuiſio formalis per corporeum & incorporeum: ideo Sortes & hic lapis ſunt indiſtincti formaliter ſecundum quid: ita quoq; quia inter Sortem & Gabrielem non eſt diuiſio formalis, quia nata eſt cauſari per modos entis, ſcilicet per ſe & in alio: ideo Sortes & Gabriel ſunt indiſtincti formaliter ſecundum quid, & conſequenter ſunt vnum formaliter abſq; omni opere intellectus. iam enim pluries dictum eſt, vnũ idem ſonare quod ens indiuiſum.

¶ Ad ſecundum dico, quòd aliud eſt dicere, Natura humana exiſtens extra animam ſecundum ſe, eſt communis pluribus negatiue, ſeu indifferens negatiue: & aliud eſt dicere, Natura humana exiſtens extra animam eſt communis pluribus, ſeu indifferens negatiue. prima enim eſt vera, ſecunda vero eſt falſa. Et veritas primæ patet ex ſupradictis, vbi diximus quòd natura, quæ eſt extra animam, puta natura Sortis ſecundum ſe, ideſt ſolitarie ſumpta, non eſt determinata, neqs appropriata alicui, & conſequenter eſt indifferens, ſeu communis negatiue. Falſitas autem ſecundæ patet ex eo, quòd omnis propoſitio eſt ſimpliciter falſa, in qua prædicatum repugnet ſubiecto ratione conditionis explicitæ importatæ in illo: ſicut iſta eſt ſimpliciter falſa. Ignis non approximatus combuſtibili comburit, quia combutere repugnat igni non approximato paſſo. Sed illa propoſitio ſecunda, ſcilicet, Natura exiſtens extra animam eſt cõmunis pluribus negatiue, eſt huiuſmodi. ergo iſta eſt falſa.

hac 90.

¶ Ad euidentiam minoris ſcito, quòd cũ dico, Natura ſecundũ ſe, ſeu natura abſolute, dico duo, ſcilicet naturam & ſolitudinẽ, & eius conditionem. Similiter cum dico, natura exiſtens extra animam, dico duo, ſcilicet, naturam, & particularem exiſtentiam ſibi coniunctam, & eius conditionem. Vnde aliquid conuenit, ſiue repugnat naturæ abſolute ratione naturæ, & aliquid ratione ſolitudinis. Similiter aliquid conuenit, ſiue repugnat naturæ exiſtenti extra, ratione naturæ: & aliquid ratione aſſociationis eius ad particulare. Cum igitur communitas negatiue, quæ eſt prædicatum in propoſitione noſtra, non conueniat naturæ abſolute ratione ſui, ſcilicet naturæ, quia non eſt eius prædicatum quidditatiuum, ſed conueniat ei ratione explicitæ conditionis per ly, ſecundum ſe, ſeu ly, abſolute, quæ eſt ſolitudo: ex hoc enim natura eſt communis negatiue, quia ſolitarie accipitur abſq; determinatione ad hoc, vel illud, oportet quòd repugnet naturæ ſub oppoſita conditione ſumpta ratione illius oppoſitæ conditionis. Explicat autem conditionem oppoſitam ſolitudini natura exiſtens extra, eo quòd explicat coniunctionẽ eius ad particularem exiſtentiam, quæ ſolitudinem illius tollit. Et ideo communitas negatiue repugnat naturæ exiſtenti extra, non ratione naturæ, ſed ratione conditionis explicitæ per ly, exiſtenti extra animam: & conſequenter propoſitio illa, in qua ſubiectũ erat, Natura exiſtẽs extra, & prædicatũ erat, Cõmunitas negatiue, eſt ſimpliciter falſa. Statim enim, ut natura perdit ſolitudinem, communitatem quoque perdere cogitur: amittit autem ſolitudinem, quãmprimum in alio eſt.

¶ Vnde apparet reſponſio ad argumentum, quòd licet tam natura quàm vnitas formalis, quantum eſt ex ſe, ideſt ſolitarie, ſit communis negatiue: ipſa tamen exiſtens extra, non eſt communis, ſicut ipſa quantum eſt ex ſe, non eſt cum alio, ipſa tamen exiſtens extra neceſſario eſt cum alio: & ſic non licet inferre, Ipſa quantum eſt ex ſe non eſt cum alio. ergo ipſa exiſtens extra non eſt cum alio: ita non licet inferre, Ipſa quantum eſt ex ſe, eſt communis negatiue. ergo ipſa exiſtens extra, eſt communis negatiue. Vtrobique enim idem peccatum accidit, & eſt ſecundum fallaciam accidentis. Et ſi hoc intuitus fueris, videbis in quo differt poſitio Scoti in ſecundo ſent. d. 3. q. 1. a poſitione noſtra, & vnde in ralem opinionem incidit. Dicit enim ipſe naturam ſpecificam, puta humanitatẽ, ratione ſui ſequi hæc duo, ſcilicet vnitatem formalem, & communitatem negatiuam, ſeu indifferentiam ad plura numero. Dicit namq; in fine illius quæſtionis, quòd non oportet quærere cauſam, quare natura ſit cõmunis: quia natura ipſa eſt cauſa ſufficiens ſuæ communitatis, ſed bene oportet quærere cauſam, quare ſit ſingularis, quia non ex ſe eſt ſingularis: & ideo ſicut extra animam inuenitur natura vna formaliter, ita inuenitur natura communis pluribus. Nos autem in primo non diſſentimus, ſed in ſecundo. Dicimus enim naturam ratione ſui ſequi vnitatem formalem, ſed communitatem negatiuam fatemur non ſequi eam ratione ſui, ſed ratione ſolitudinis ſuæ: ſicut ſingularitatem ſequi eam diximus ratione aſſociationis eius ad exiſtentiam. Et quia conditio ſolitudinis non conuenit naturę ratione ſui, nec ratione ipſius eſſe, quod habet extra animam, ſed ratione intellectus, qui natus eſt adunata diuidere: ideo ante omnem actum intellectus, nulla communitas in natura inuenitur. Et ſicut quærenda eſt cauſa, vnde habeat natura eſſe ſolitarium, & eſſe extra, quia de ſe neutrum habet: ita quærenda eſt cauſa, vnde habeat natura communitatem, & ſingularitatem: de ſe enim neutrum habet.

Sco. 2. dif. 3. quæſt. 1.

¶ Cauſa autem vnde falſitas in hac Scotica proceſſit opinione, videtur duplex. Prima eſt æquiuocatio illi⁹ termini, ex ſe, ſeu de ſe. Poteſt enim vtrunque eorum accipi dupliciter. Vno modo poſitiue: & ſic dicit aliquam habitudinem cauſæ. Alio modo negatiue: & ſic dicit ſolitudinem, ideſt, non cum alio, & primo modo intellexit naturam eſſe communem ex ſe, ita quòd ipſa eſt ſibi ſufficiens cauſa ſuæ communitatis, vt ex verbis eius ibi patet, cum tamẽ debuiſſet intelligere ſecundo modo. Natura enim ex ſe, ideſt non cum alio, eſt indifferens & communis: ſicut quando dicitur, natura ex ſe eſt ſola, ly ex ſe, non dicit aliquam cauſalitatem, ſed tantum negationem coniunctionis cum alio.

¶ Secunda cauſa eſt diſtantia inter propoſitionem negatiuam & affirmatiuam de prædicato infinito, reduplicatione addita. Licet enim ex affirmatiua de prędicato infinito, ſequatur negatiua, & econuerſo, vt dicitur in ſecundo Perihermenias, quando non ſunt replicatiuæ cum reduplicatione: tamen licet ex affirmatiua de prædicato infinito, ſequatur negatiua de prædicato finito, non tamen econtra. Hanc enim, Homo in eo quòd homo, non eſt albus, non ſequitur iſta, Homo in eo quòd homo, eſt non albus. Si enim homo in eo quòd homo eſſet non albus, nunquàm homini coniungi poſſet albedo: quia quod conuenit alicui, ſecundum quòd ipſum conuenit ei ſemper neceſſario & per ſe. Apparet autem in hoc defeciſſe manifeſte proceſſum Scoticum: cum enim commune negatiue idem ſonet quod non prorium, argumentatus eſt ſic. Natura, puta humanitas, inquantum talis non eſt propria alicui. ergo humanitas inquantum humanitas, eſt non propria: vbi expreſſe patet defectus prædictus. Et quòd ſic proceſſerit, patet ex ſuo proceſſu. Concluſio enim ſua eſt affirmatiua de prædicato infinito, cum concludat. ergo natura ex ſe eſt communis, ideſt, non propria. Antecedens vero eſt negatiuum, ſcilicet, natura non eſt de ſe hic, ideſt, propria alicui. Similiter patet ex alio proceſſu, quem ibi induxit, ſcilicet humanitati Sortis ratione ſui non repugnat eſſe in alio. ergo

Cap. 1. Lect. 3.

humant-

Universidad de Deusto
Biblioteca

humanitas Sortis ex se est cõmunis: vbi aperte patet prædictus defectus. Reduplicationem enim in primo processu sonat ly, ex se, seu de se, in secundo ly, ratione sui &c. Et hoc est ualde notandum in hac materia, & in materia de vniuersalibus, eo quòd hinc omnia pendent. Attentum ergo oportet esse, quòd hæc propositio, Natura ex se est communis, si debet esse vera, oportet quòd tã ly ex se, quàm ly communis, teneatur negatiue secundũ viã nostrã, & veritatẽ: & tunc idem est ac si dicatur, Natura non cum alio sumpta, est non propria alicui: quod patet esse verum. Secundum vero Sco. ly ex se, tenetur positiue, & male: & sensus est, Natura ratione sui, siue inquantum talis, est non propria alicui: quod est manifeste falsum.

¶ Attentior adhuc sis, quòd aliud est dicere, Natura, puta humanitas inquantum huiusmodi, non est propria alicui. & aliud est dicere, Humanitas, inquantum huiusmodi, est non propria, seu communis, quod idem sonat in proposito. Prima enim est vera: quia humanitati in eo quòd humanitas, non conuenit quòd sit appropriata alicui. Secundum verò patet esse falsum ex eadem radice: quia humanitati in eo quòd humanitas, non conuenit quòd sit non appropriata alicui. Abstrahit enim ab vtroque, scilicet ab esse proprio, & ab esse non proprio. Si enim humanitas in eo quòd humanitas, esset non appropriata, nunquàm humanitas esset appropriata alicui: quia, vt dictũ est ex 1. Poste. quod conuenit alicui secundum quodipsum præ- H
T.Cap.12. supponit de omni, necessarium, & per se. Quòd autem naturæ ratione sui non conueniat illa communitas, licet supra indirecte probatum fuerit, vbi duabus rationibus deducta est falsitas istius propositionis, Vnitas existens extra animam, est communis pluribus suppositaliter distinctis. ad falsitatem enim huius sequitur falsitas illius: quia quod non conuenit rei extra animam, non conuenit ei ratione sui: directe tamen nunc probo sic. Omne quod sequitur aliquam naturam ratione sui, præ
In hac qõ. dicatur simpliciter, ideſt, sine aliqua additione de supposito illius naturæ: sed communitas sequitur naturam humanam per te ratione sui. ergo communitas prædicatur simpliciter, id est, sine aliqua additione de supposito naturæ humanæ. Processus bonus in tertio primæ: conclusio autem est falsa. ergo altera præmissarum: non Maior, vt declarabitur. ergo Minor, quæ est positio tua. Falsitas conclusionis patet: quia illa est simpliciter falsa, Sortes est communis pluribus: & si addatur ly ex se, ad- I
huc est falsum dicere, Sortes ex se est communis pluribus. Veritas Maioris declaratur sic. Quod sequitur naturam ratione sui aut est passio, aut modus, aut prædicabile per se, aut per accidẽs, aut separabile, aut inseparabile. Modo omnia ista, si comitantur naturam ratione sui, ita se habent, quòd sicut natura prædicatur essentialiter de indiuiduo, puta homo de Sorte: ita ista prædicantur denominatiue in suo ordine de ipsomet indiuiduo, vt patet discurrendo.

¶ Et confirmatur hoc, quia in proposito nostro naturam humanam sequuntur vnitas formalis & cõmunitas ratione sui secundum te. Vnde neutrius est alia causa quærenda, nisi natura ipsa. ergo sicut vnitas formalis prædicatur simpliciter de Sorte, ista enim est simpliciter vera, Sortes est vnus formaliter: ita communitas prædicabitur de Sorte simpliciter dicendo, Sortes est communis. Hoc est fallum. ergo &c. Quænam est maior ratio de vnitate, quàm de communitate? & quare eorum quæ sequuntur naturam ratione sui, alia prædicentur de indiuiduis, K
alia non? Non enim erit facile fingere rationes Scoti, quas ibi facit: quia non concludunt communitatem dari extra animam, sed vnitatem: ideo superfluum iudicaui adducere. Si quæ autem ex eis, aut expositis ab eodem in septimo Meta. ad communitatem probandam adducerentur, non erit difficile sumere responsionem ex dictis ad duas illarum hic inductas.

¶ Ad secundi dubii euidentiã sciendũ, ꝙ vnũ cũ dicat ens 'indiuisum, importat aliqd positiuũ, & aliquid priuatiuũ. Si loquamur de vnitate formali, & vnitate numerali substantiali', quo ad propositũ quod important, sic sunt idẽ realiter, & distinguuntur sola ratione. Sic idem realiter sunt Sortes & homo: & rõne distinguũtur, eo ꝙ eadẽ res est quæ est vna formaliter, & numeraliter. Si aũt loquamur de his vnitatibus, quo ad priuationes diuisionũ importatas, sic dico ꝙ distinguũtur realiter, dũmodo nõ fiat vis in hoc, ꝙ distinctio realis sit passio entis realis, eo ꝙ alia priuatio est priuatio diuisionis formalis, & alia est priuatio diuisionis numeralis: sicut alia est diuisio formalis, & alia est diuisio F
numeralis. Nec incõuenit i uno esse plures unitates substãtiales realiter distinctas, quo ad priuatiões importatas. esset ãt impossibile i uno esse plures unitates substãtiales realiter distinctas quo ad res positiuas, quas iportãt. Vñ utriusq; rõnis adductę cõclusio cõcedẽda est diuersimode loquẽdo, nec aliter ridere est opus.

e Non tamen potest dici, quòd ratio vniuersalis conueniat naturæ sic acceptę, quia de rõne vniuersalis est vnitas, & cõmunitas. Naturæ aũt humanæ neutrũ eorum conuenit secundum suam absolutam considerationem. Si enim communitas esset de intellectu hominis, tunc in quocunq; inueniretur humanitas, inuenitur communitas. & hoc falsum est: quia in Sorte non inuenitur communitas aliqua, sed quicquid est in eo indiuiduatum est.

QVAESTIO.

DVBIVM est tertio circa assignationẽ quartæ differentiæ. Non enim videtur verũ, quòd natura absolute sit illa quæ prædicatur de indiuiduis: quia natura absolute sũ- G
pta, non est vniuersalis, neque communis. In huiusmodi autem propositionibus, Sortes est homo, & Sortes est animal, & similibus prædicatur vniuersale, & superius de particulari & inferiori. Similiter etiam cum quæritur, an ista prædicatio, Sortes est homo, sit æqualis de æquali, vel inferioris de inferiori, non videtur posse responderi, tenendo quòd natura absolute prædicatur cum illa, nec æqualis, nec superior sit.

¶ Ad hoc dicendum est, quòd sicut in natura extra est considerare ipsam rationem agendi, & est considerare conditionem eius sine qua non operatur. v.g. in colore consideratur natura eius, ex qua est visibilis: & consideratur particularitas quæ est conditio, sine qua non est visibilis: ita in natura prędicabili est considerare duo, scilicet id quod prædicatur & attribuitur subiecto, & conditionem sine qua attribuitur illi. Sicut in hac propo- H
sitione, Sortes est homo, id quod attribuitur subiecto, est ipsa natura humana, & nihil aliud. Conditio vero sine qua ly homo, non prædicatur de Sorte, est esse vniuersale superius commune, vel aliud huiusmodi. vt .n. infra patebit, & habetur ab Arist. 7. Met. tex. com. 46. Nulla res prædicatur, nisi vt habet esse in intellectu, eo quòd prædicatio ab intellectu dependet. Vnde ad du- In fine huius capit. T. cap. 46.
bium dico, quòd natura secundum suam rationem est id quod prædicatur de ipso indiuiduo. est enim prędicatio rei de re. Superioritas tñ, & vniuersalitas, & cętera huiusmodi, sunt cõditiones eius. Et ideo ad interrogationem, an in illis prædicationibus sit prædicatio æqualis vel superioris, dico quòd est prędicatio superioris.

¶ Nec obstat, quòd superioritas non insit naturæ absolute quæ prædicatur: quoniam non dicit S. Tho. quòd naturæ absolute, prout abstrahit ab omni esse, conueniat hæc conditio, scilicet prædicatio de indiuiduis: sed dicit quòd res cui conuenit illa cõ- I
ditio, est natura absolute, & non aggregatum ex natura & esse in intellectu, seu in singulari. Non enim cum dico, Sortes est homo, est sensus, Sortes est homo ſm esse in intellectu, aut ſ singulari, aut superiori, aut æquali, sed, Sortes est habẽs humanitatẽ.

¶ Vnde ualde attendenda est distinctio inter id quod prædicatur, & conditionem prædicati, qua non attenta forte decepti sunt dicentes absolute ex hoc textu haberi, quòd ista, Homo est animal, nec est prædicatio superioris, nec inferioris, nec æqualis. Sensus ergo literæ est. Natura absolute quæ est, prædicatur, ideſt, natura secundum conditiones sibi debitas ratione ſui, est id quod attribuitur singularibus, & non secundum conditiones sibi debitas ex esse in intellectu, uel singulari. cũ quo stat, quòd esse in intellectu uniuersalitas, & superioritas sint conditiones, sine quibus natura ipsa non prædicatur de singularibus.

e ¶ HIC iam ponitur quarta conclusio negatiua, Essentia substantiæ compositæ absolute sumpta non est uniuersalis, ut species &c. Probatur sic. Vniuersale est unum commune multis: essentia substantiæ compositæ secundum se non est una communis multis. ergo essentia substantiæ compositæ secundum se non est uniuersalis &c. Maior est Arist. secundo Posteriorum. Minor uero probatur ex eo, quòd si secundum se essentia substantiæ compositæ esset una & communis, in quocunque inueniretur illa essentia, esset una & communis multis, quod est impossibile. Consequentia patet ex eo, quòd omne quod conuenit T.cap.27.
alicui secundum se, conuenit ei in quocunque ponatur, ut ex primo Posteriorũ apparet. Impossibilitas autem consequentis adeo est manifesta, ut Auicen. dicat secundo suæ Metaphysicæ, quòd T.cap.11.
nullus sanæ mentis potest oppositum illius opinari. Quis enim est adeò fatuus, qui dicat essentiam Sortis sibi communem esse & Platoni?

SED hic occurrit dubiũ circa ꝓpositionem illã, supra quam fundatur totus processus, scilicet. Omne quod conuenit alicui secundum se, conuenit ei in quocunque ponatur: uidetur enim multas habere instantias. Motus enim secundum se est uelocitabilis in infinitum, ex sexto Physicorum tex. Com. 35. Motus autem in cælo positus, nequaquam, sed est uelocitas ut dicitur secundo
p.17.

secundo Cæli, tex. Com. 28. Similiter continuum secundum se A
est diuisibile in infinitum, ex sexto Physicorum text. Com. 3. Continuum autem in re naturali positum non, cum omnium natura constantium determinata sit ratio magnitudinis, vt dicitur secundo de Anima tex. Com. 41. Similiter motus secundum se habet contrarium,
ex. 5. Physic. tex. Com. 8. & 14. Motus autem in cælo positus caret cõtrario, primo Cęli, tex. Comm. 20.
f. 15.
f. 28.
f. 3.
f. 41.
f. 8. & 14
f. 20.

¶ Ad hęc, & similia dicitur prænotãdo, quòd aliud est dicere, A conuenit aliquid secundum se: & aliud est dicere, A non B
repugnat aliquid secundum se. Ad veritatem enim primi exigitur, quòd A vendicet sibi illud in primo, vel secundo, vel quarto modo perfeitatis. Ad veritatem secundi sufficit quòd ipsi A vt sic, non repugnat illud. Ad veritatem quoque primi, sequitur illud conuenire sibi in quocunque ponatur, ad veritatem secundi, non. Multa enim sunt quæ non repugnãt animali in eo quòd animal, quæ tamen non inueniuntur in quolibet animali. Quicquid autem conuenit animali in primo, vel secundo, vel quarto modo dicendi per se, inuenitur in omni animali. Vnde in proposito dico, quòd nulla instantiarum adductarum est contra propositionem assumptam, eo ꝙ omnia quę in illis dicuntur, intelligenda sunt per non repugnantiã & ꝙ conuenientiam. Cũ enim dicitur, motum esse velocitabilem in infinitum, intelligimus motui vt sic, non repugnare velocitatem in infinitum. Similiter cum dicitur, continuum esse diuisibile in infinitum, intelligitur continuo vt sic, non repugnare diuisibilitatem in in- C
finitum. Similiter cum dicitur, motum habere contrarium, intelligimus motui vt sic, non repugnare habere contrarium.

¶ Quod si hoc non placet, dicito, quòd aliud est dicere, A in eo quod A, conuenit aliquid: & aliud est dicere, A in eo quòd A, non conuenit aliquid, vt patet. Et quòd quicquid conuenit A in eo quòd A, conuenit omni A: quicquid autem non conuenit A in eo quod A, non oportet negari ab omni A. Risibile enim non conuenit animali in eo quod animal, & tamen non negatur ab omni animali: conuenit enim animali in homine. Et subiungito, quòd omnes propositiones in instantiis adductæ sunt intelligendæ negatiue, vt sit sensus. Motus est velocitabilis in infinitũ, ideſt, motus vt sic, nõ est determinatæ velocitatis. Similiter continuum est diuisibile in infinitum, ideſt, continuũ vt sic, non est determinatæ diuisionis. Similiter motus habet cõtrarium, ideſt, motus vt sic, non determinat sibi esse absque contrario: & sic secundum vtrunque modum respondendi rema- D
net propositio assumpta vniuersaliter vera.

¶ Posset tamen & aliter dici ad has instantias: sed quia magis ad formam propositionis attendo, quàm ad materiam, ideo impræsentiarum pertranseo.

f ¶ HIC ponitur quinta conclusio negatiua, scilicet, Essentia substantiæ compositæ secundum esse quod habet in singularibus, non est vniuersalis. probat sic. Vniuersale est vnũ in multis: essentia substantiæ compositæ secundum esse quòd habet in indiuiduis, non est vna in multis, sed diuersa in multis. ergo essentia substantiæ compositæ, secundum esse quod habet in indiuiduis, non est vniuersalis: & consequenter nec species, nec genus, nec differentia, quæ vniuersalitatem supponunt.

g ¶ HIC per locum a diuisione concluditur sexta conclusio affirmatiua determinatiua quæsitę difficultatis, scilicet, Essentia secundum esse in intellectu est vniuersalis, genus, species, differentia &c. probatur sic. Vnum in multis & de multis est E
vniuersale: natura secundum esse in intellectu est vna in multis, & de multis. ergo est vniuersale. Probatio Minoris. Vniformiter se habens ad multa, vt essentialis eorum imago, est vnum in multis, & de multis: natura secundum esse in intellectu est huiusmodi, quia habet esse abstractum ab omni difformitate individuorum, essentialiter eorum cognitionem gignens. ergo &c.

¶ AD euidentiam huius conclusionis & rationis: quia termini multipliciter dicti, secundum Arist. doctrinam, distinguendi sunt. Nota primo distinctiones terminorum in conclusione positorum: Esse in intellectu cõtingit dupliciter subiectiue, & obiectiue. Esse in intellectu subiectiue, est inhærere ipsi, sicut accidens suo subiecto, vt albedo superficiei. Esse in intellectu obiectiue, est terminare actum intellectus. Intellectus est duplex in nobis, agens & possibilis, vt dicitur tertio de Anima tex. Cõ. 17. Intellectus agens est ille, qui abstrahit speciem intelligibilem a phãtasmatibus. Intellectus possibilis est ille, qui intellectionẽ recipit in se. Vniuersale est duplex, in repræsentando, & in prędicando. Vniuersale in repræsentando in proposito est, quod re-

præsentat rem, non repræsentando conditiones eius indiuiduales. Vniuersale in prædicando est illud, quod prædicatur de multis differentibus secundum esse.

¶ His visis scito conclusionem illam, scilicet, Natura secũdum esse in intellectu est vniuersalis, trifariam verificari. Primo sic, vt sit vnum quid conueniens cuilibet, qđ ratio vniuersalis exigit.

g Relinquitur ergo quòd ratio speciei accidat naturæ humanæ secundum illud esse, quod habet in intellectu. Ipsa enim natura ha-

Natura secundũ esse obiectiuum in intellectu agẽte, est vniuersalis in prædicando. Secundo sic. Natura secundum esse subiectiuum in intellectu possibili, est vniuersalis in repræsentando. Tertio sic.

B Natura secundum esse obiectiuum in intellectu possibili, est vniuersalis in prædicando.

¶ Sciendum est secundo, quòd res extra, secundum quòd est actu intelligibilis, est obiectiue in intellectu agente: sic enim terminat eius actionem, quia ad hoc positus est ab Aristot. intellectus agens, vt faciat rem intelligibilem in potentia, intelligibilem in actu, vt Com. dicit tertio de Anima. Com. 18. Fit autẽ actu intelligibilis res extra ab intellectu agente non per hoc, Com. 18.
quod recipiat, aut perdat aliquid secundum esse per illius actionem, sed ex hoc quod eius species intelligibilis producitur ab intellectu agente. Per hoc enim res extra repræsentatur, non re præsentatis conditionibus individualibus, cum quibus in potentia intelligibilis erat, non in actu. Vnde ipsa productio speciei intelligibilis, est factio rei extra, intelligibilis in actu. Habet .n. ratio illa duos terminos. Vnum intra animam, scilicet speciem intelligibilem, quæ realiter producitur de nouo in intellectu possibili: & alium extra, scilicet, rem cuius est illa species quæ nihil reale ex hoc acquirit, sed tantum denominationem extrinsecam, scilicet quòd est abstracta ab hoc, & nunc, quod est actu intelligibilis &c.

¶ Natura autem extra, secundum quod est actu intellecta, est obiectiue in intellectu possibili: sic enim terminat eius actionẽ, quæ est intelligere. Fit autem & est actu intellecta res extra, nõ per hoc quòd aliquid accipiat, aut amittat per actionem intellectus possibilis: sed ex hoc quòd conceptus eius formatur ab intellectu passibili. tunc enim res intelligitur, quando eius conceptum formamus. Vnde ipsa conceptus formatio est factio rei extra actu intellectæ: habet enim & hæc actio duos terminos. Vnum intra animam, scilicet conceptum, qui realiter fit, qui nihil aliud est quàm expressa similitudo rei, rem præsentem obietaliter faciens intellectui possibili: & alterum extra, scilicet rem quæ ex producto conceptu extrinsece, denominatur actu intellecta.

¶ Et ex his patet quæ sit differẽtia, & quæ sit cõuenientia inter rem obiectiue in intellectu agente, & intellectu possibili. Differentia siquidẽ est, quia ex hoc quòd obiectiue in intellectu agente fit, & est actu intelligibilis, non autem actu intellecta. Ex hoc vero quòd est obiectiue in intellectu possibili, quæ iam erat actu intelligibilis, fit actu intellecta. Conuenientia autem est, quia tam ex hoc quòd est obiectiue in intellectu agente, quàm ex hoc quòd est obiectiue in intellectu possibili, habet quòd sit repræsentata absque indiuidualibus, conditionibus: & consequenter quòd sit abstracta ab hoc, & nunc &c.

¶ Sciendum est tertio ex Auic. 5. Metaph. c. 1. quòd vniuersale in prædicando, est id quod in intellectu non est impossibile prædicari de multis. & hoc tripliciter potest se habere. Cap. 1.

¶ Primo, quòd illa multa sint actu in rerum natura: sicut homo obiect' intellectui est vniuersale respectu Sortis & Platonis.

¶ Secundo, quòd illa multa non sint, possint tamen esse: sicut domus heptangula obiecta intellectui, est vniuersale respectu plurium heptrangularum quæ non sunt, possunt tamen esse.

¶ Tertio, ꝙ illa multa, nec sint nec possint esse: sicut luna obiecta intellectui est vniuersale respectu plurũ lunarũ, quas impossibile est esse. Et Gabriel obiectus intellectui est vniuersale respectu plurium Gabrielium, quos implicat contradictionem esse. Vniuersale primo modo, vocatur a S. Th. prima parte quę. 13. 1. per. q. 13.
vniuersale secundum rem, & secundum rationem: quia res illa artic. 9. c.
realiter est in pluribus, & non solum vt obiecta intellectui. Vniuersale tertio modo, vocatur ibidem, vniuersale, seu commune secundum rationem tantum: quia res illa non inuenitur realiter in pluribus, sed vt obiecta intellectui tantum. Vniuersale secundo mõ, ibi õn distinguitur contra vniuersale primo modo: posset tamen nomine proprio dici, vniuersale secundum rationem, & secundum rem, in potentia tamen. Nec solum nomina ibi imponuntur a S. Tho. sed & dictorum ratio assignatur valde subtilis, quæ super quatuor propositiones fundatur. In hoc cap.

¶ Prima est, Vniuersalitas & prædicabilitas non conueniunt rei

Universidad de Deusto
Biblioteca

rei secundum se, nec secundum esse quod habent extra animam F
pater illa ex dictis.

¶ Secunda est, Res materialis, quæ sola per propriam speciem cognoscitur a nobis, secundum quod est in intellectu nostro, obiectiue repræsentatur absq; conditionibus indiuidualibus, patet illa etiã ex dictis.

¶ Tertia est, Res immaterialis etiã Deus ipse secundum quod est in intellectu nostro, obiectiue repræsentatur per modũ rerum materialium, scilicet nõ repræsentatis proprietatibus indiuidualibus. Patet illa, quia res illæ non cognoscuntur a nobis secundum quòd in seipsis sunt, sed per modum rerum materialiũ: nec per proprias species, sed per species rerũ materialiũ.

bet esse in intellectu abstractum ab omnibus indiuiduantibus, & habet rationem vniformem ad omnia indiuidua, quæ sunt extra

¶ Quarta est, Res omnis vt repræsentata absque conditionibus G
indiuidualibus, non magis respicit vnum quàm plura indiuidua. Patet illa: quia vt abstracta est, æqualiter ad vnum & multa se habet. Nihil enim fingi potest, vnde abstractum, vt abstractum, vnum magis respiciat, quàm plura, vel econtra. Vnde & notanter Auic. apposuit in diffinitione vniuersalis illam particulam, Secundum quod est in intellectu. Multa enim sunt vniuersalia, quibus tam secundum esse extra, quàm secundum propriam rationem repugnat prædicari de pluribus, vt de intelligentiis dicetur. Nulli autem vniuersali, secundum quod est in intellectu repræsentatum absq; propria & particulari existentia, seu proprietate & hypostatica repugnat prdicari de pluribus. Ex quibus formatur talis ratio. Res quælibet & sola æqualiter se habẽs ad vnũ & plura indiuidua, est vniuersalis in actu in prę dicandoites quælibet sola, vt repræsentata intellectui nostro, est æqualiter se habẽs ad vnum & plura inferiora. ergo res quælibet & sola, vt repræsentata intellectui nostro, est vniuersalis H
in actu in prædicando. Maior patet ex diffinitione vniuersalis assignata ab Arist. 1. Periherm. Minor vero quo ad secundã partem patet ex prima propositione: quo ad primam autem partem ex reliquis tribus.

¶ Ex his corollarie elicio, quòd ad hoc quòdj aliquid sit vniuersale in actu in prædicando, non exigitur actualis relatio naturæ obiectæ ad particularia: sed sufficit quòd res ipsa sit in ea dispositione, secundum quam intellectus ad libitum possit illã relationẽ sibi vere attribuere, nihil addendo præter ipsam actualem relationem.

¶ Istis prælibatis, iam patere potest conclusio intenta secundum omnes tres sensus assignatos.

¶ Et pro primo quidem sensu, argui potest sic. Id quod in intellectu non est impossibile prædicari de multis, seu, vt Aristot. verbis vtar, aptum natum est prædicari de multis, est vniuersale in prædicando: sed res secundum esse obiectiuũ in intellectu agente est huiusmodi. ergo res secundum esse obiectiuum in intellectu agente est vniuersalis in prædicando. Maior patet ex Auic. & Arist. Minor vero probatur sic. Res abstracta a conditionibus indiuidualibus vt sic, est apta nata prædicari de pluribus: res secundum esse obiectiuum in intellectu agente, est abstracta a conditionibus indiuidualibus. ergo &c. Præmissæ omnes ex dictis sunt manifestæ. 2.dist.3.q.1

¶ Ex his habes q̃ male dixerit Sco. 2. sent. dist. 3. q. 1. in responsione ad primum, dicendo, quòd natura ante actum intellectus possibilis nihil habet, nisi quod conuenit sibi extra animam. Patet enim iam quòd secundum sententiam Arist. est actu intelligibilis abstracta ab hoc, & nunc: & consequenter vniuersal's in actu ante actum intellectus possibilis.

¶ Pro tertio sensu arguere aliter non est opus, eo quòd eodem modo procedendum esset.

¶ Secundus autem sensus intelligentibus terminos, ex rationi K
bus terminorum clarus est. Natura nanq; secundum esse subiectiuum in intellectu possibili, nihil aliud est quàm similitudo immaterialis sui repræsentatiua in illo existens. Similitudo autem immaterialis a singularibus abstracta, rem vniuersaliter necesse est repræsentet, eo ipso quòd abstracta est. Si enim rem vniuersaliter non repræsenter, sed particularibus conditionibus immistam, & non a materialibus conditionibus abstractam, non esset vniuersalis. ergo in repræsentãdo ipsam est vniuersalis res, secundum quod est subiectiua in intellectu possibili, ideſt species, seu similitudo ipsius naturæ pro quanto repræsentat naturam ipsam non repræsentatis conditionibus indiuidualibus.

¶ Et nota, quòd quia natura ipsa habet duas similitudines in anima, scilicet speciem intelligibilem & conceptus, siue speciem impressam & speciem expressam: ideo secundum vtranq; speciẽ est vniuersalis in repræsentando. Quare autem oporteat duas species ponere, & quomodo, si Deus concesserit nobis vitam, alibi dicetur. Quãmuis autem conclusio secunda possit omnibus modis dictis verificari: attamen primus, & tertius sunt ad propositum literæ. Intendimus enim hic de vniuersali in prædicando, quod intentionem logicam sonat: & non de vniuersali in repræsentãdo, quòd nulla intentione secunda logica dicitur vniuersale, sed ex esse proprio, quod secundum rem sortitur.

¶ Literam sic glossare potes. Ipsa enim natura habet esse in intellectu agẽte vel possibili, tam obiectiue, quàm subiectiue, abstractam ab omnibus indiuidualibus conditionibus. Et habet rationem vniformem obiectiue in prædicando, subiectiue in repræsentando, ad omnia indiuidua quæ sunt extra, prout essentialiter est similitudo omnium obiectiue in essendo: subiectiue in repræsentando, inducens in cognitionem eius, inquantum sunt homines, quia vt sic assimilantur. Et ex hoc quòd talem relationem, scilicet vniformitatis & similitudinis essentialis, vel repræsentatiuæ habet natura ad omnia indiuidua, intellectus adinuenit rationem speciei, ideſt secundam intentionem, quæ est species, & attribuit ipsi naturę vniformiter se habenti ad indiuidua ex hoc, quòd repræsentatur absque omni indiuiduantium differentia.

animam, prout essentialiter est imago omnium, & inducens in cognitionem omnium, inquantũ sunt homines, & ex hoc, quòd

QVAESTIO VII.

CIRCA dicta est quæstio non modica, An vniuersalia in actu, sint extra animam, an fiãt per opus intellectus, quemadmodum dictum est. In hac quæstione primo declarabitur titulus: secundo ponetur opinio Scoti: tertio ponetur opinio S. Tho. quarto respondebitur ad argumenta in oppositum.

QVO ad primum, quia hæc quæstio diuersimode intellecta, diuersis modis a philosophis determinata est, impræsentiarum peripatheticam sententiam supponendo, scilicet quòd vniuersalia non subsistant extra singularia, declaranda est quomodo intelligatur.

¶ In nomine, Vniuersalis, tria intelligimus. Primo vniuersalitatem, quæ est relatio rationis. Secundo rem, quæ denominatur vniuersalis ab illa vniuersalitate. Tertio, aptitudinem ad essendum in multis, quæ est quid medium inter illa duo, & est fundamentum proximum, quare res suscipiat illam relatiuam denominationem. Ideo enim rei intellectus attribuit relationem vniuersalitatis, quia res illa apta nata est esse in pluribus, nõ uertitur in dubium, an illa relatio, quę uocatur vniuersale, formaliter sit extra animam: eam enim omnes ab intellectu ueri dicunt. Nec quæritur, An illa res quæ denominatur vniuersalis, quæ uocatur vniuersale obiectiue in potentia, sit extra animam. Communis enim sententia est, quòd quandoq; res illa est extra animã, quandoq; non. Si enim res illa est res realis, puta homo, bos, & huiusmodi ponitur extra animam. Si autem res illa sit ens rationis, non ponitur extra ut subiectum, prædicatum, propositio, syllogismus, & similia. Sed dubitatio est, An aptitudo ad essendum in multis sit extra animam: ita quòd ab̃q; omni tempore intellectus inueniatur res apta nata esse in multis, quæ uocatur uniuersale in actu obiectiue, an solum extra animam sit res. Aptitudo autem ad essendum in multis insit rei per opus intellectus. Et quia aptitudo illa compleꝛ rationem vniuersalis in actu, obiectiue sumendo uniuersale, licet non formaliter: ideo quærere an extra animam inueniatur totum hoc, scilicet res apta nata esse in pluribus, est quærere, an sit extra animam uniuersale in actu obiectiue.

¶ Et debes scire ad euidentiam terminorum, quòd sicut album accipitur dupliciter, scilicet formaliter & subiectiue: ita uniuersale accipitur dupliciter, scilicet formaliter, & subiectiue. Subiectiue enim accipi non potest, eo quòd vniuersalitas in nullo est subiectiue, cum sit ens rationis. Vniuersale formaliter est ipsa vniuersalitas, quæ relationis est. Vniuersale obiectiue subdiuiditur in vniuersale obiectiue in actu, & vniuersale obiectiue in potentia. Vniuersale obiectiue in actu, est totum hoc; scilicet, res una apta nata esse in pluribus. Vniuersale obiectiue in potentia, est res ipsa una formaliter, non adiungendo sibi aptitudinem ad essendum in pluribus. Ex his patet, in quo stat difficultas: & patet in quo quid nominis terminorũ in titulo quæstionis positorum. Intendimus enim non de uniuersali formaliter, nec de uniuersali obiectiue in potentia, quia in his conuenimus: sed de uniuersali obiectiue in actu. Propterea cum loquimur de uniuersali in actu absque additione intelligi uolumus, ne in æquiuoco laboremus. Hæc de primo.

QVO ad secundum Sco. supra 7. Met. q. 16. sequendo fundamenta sua, quòd scilicet naturam extra animam sequantur unitas formalis, & communitas, opinatur rem unam aptam natam esse in pluribus dari extra animam: ar p hoc dicit vniuersale in Sco 7. met. q. 16. & 2. dist. 3. q. 1.

actu

actu esse in rerum natura absque omni opere intellectus. Adducit A
quoq; ad hoc multas rationes, quas in medium afferre, esset limites intentionis nostræ excedere: propterea eas asseram, ex quarum solutione reliquarum debilitas innotescit.

¶ Arguit primo per locum a diffinitione ad diffinitum sic. Circunscripto quocunque actu intellectus, res est apta nata esse in pluribus. ergo datur vniuersale ī actu extra animam. Tenet cõsequentia, qa

talem relationem habet ad omnia indiuidua, intellectus adinuenit rationem speciei: & attribuit sibi vnde dicit Com. primo de Anima,

quòd intellectus est, qui facit vniuersalitatem in rebus: hoc etiam Auicen. in suæ Metaphysicæ octauo dicit.

pugnantia ad essendum in pluribus, arguit sic, Naturæ, puta humanitati, inquantum humanitas, non repugnat esse in pluribus, ergo humanitati, inquantum humanitas, conuenit aptitudo, seu non repugnantia ad essendum in pluribus: & consequenter humanitas est vniuersalis absque opere intellectus. Apparet autem manifesta peccatum in hoc processu, cum ex negatiua infertur affirmatiua de prædicato in finito, reduplicatione addita. Prima enim propositio quæ est

vniuersale obiectiue in actu, vt distinguitur contra singulare & prædicabile diffinitur primo Perihermenias. Vniuersale est quod aptum natum est esse in pluribus. Antecedens probatur: quia si non. ergo aptitudo ad essendum in pluribus repugnat sibi, nec conferri sibi posset saltem ab intellectu: quia tunc pari ratione posset B
dari Sorti talem aptitudinem.

¶ Præt. Vniuersale in actu est proprium obiectum intellectus: igitur præcedit actum intellectus. Tenet consequentia ex secundo de anima, vbi dicitur quòd obiectum est prius actu.

¶ Præt. Obiectum scientiæ realis est ens extra animam: vniuersale in actu est obiectum scientiæ realis. igitur vniuersale in actu est ens extra animam.

¶ Præt. Relatio mensuræ est realis, quinto Met. sed illa fundatur in aliquo vniuersali. Probatur, quia oportet esse aliquod vnum mensuram aliarum specierum: sed non vnum numero secundum Arist. ergo vniuersale.

¶ Præt. Operatio, seu passio realis, primo, & adæquate inest vniuersali, vt intelligere homini ex primo Posteriorum. igitur datur vniuersale extra animam.

¶ Præt. Contrarietas est oppositio realis, & eius extrema sunt vniuersalia, non singularia. ergo dantur vniuersalia extra animam. C

¶ Præt. Si vniuersale fit ab intellectu, quomodo res prædicatur de re? & quomodo vniuersale ẽ vbique, & semper, incorruptibile & æternum? & quomodo materia & forma pertinent ad quidditatem vniuersalis Physici? & quomodo vniuersalium tantum est diffinitio? & quomodo genera & species, & vniuersaliter prædicamenta sunt entia extra animam?

¶ Præt. Si nihil esset in re nisi singulare, nulla esset vnitas realis, nisi numeralis, quæ est propria singulari: consequens est falsum. ergo &c. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium scito, nos sequentes S. Tho. ac per hoc communem Peripateticorum doctrinam, oppositam in hac re proferre sententiam. Dicimus nanque, quòd illorum trium, quæ in Vniuersalis nomine intelliguntur, vnum tantum quandoq; est extra animam, scilicet res ipsa vna formaliter, reliquis duobus opus intellectus consequentibus: quod & probatur simili modo arguendo, quo supra argutum est. Quicquid sequitur naturam ratione D
sui, simpliciter prædicatur de indiuiduo illius naturæ: sed aptitudo ad essendum in pluribus per se sequitur naturam, puta humanitatem ratione sui. ergo aptitudo ad essendum in pluribus prædicatur simpliciter de indiuiduo humanæ naturæ. igitur ista erit vera. Sortes est aptus natus esse in pluribus: qđ est impossibile. Maior manifesta fuit supra, ex eo quòd omnia quæ comitantur naturam ratione sui, non separantur ab ea posita in indiuiduo: & consequenter prædicantur de eo, quia esse, in fundat dici, de.

¶ Præt. Omnis aptitudo fluens ab aliqua natura, inuenitur in qualibet singulari natura inferiori ad illam: sed aptitudo ista, scilicet ad essendum in pluribus, fluit ab aliqua natura, puta, ab humanitate. ergo aptitudo ad essendum in pluribus inuenitur in qualibet natura humana. processus bonus, & conclusio falsa. ergo altera præmissarum. non Maior, quæ ex terminis patet. ergo Minor, quæ est conclusio aduersariorum. Falsitas conclusionis probatur sic, Illa aptitudo attribuenda non est cuilibet humanitati, quæ in qua- E
libet humanitate impossibilis est reduci ad actum. Patet illa, quia aliter otiose data esset talis aptitudo. Aptitudo enim est propter actum: sed aptitudo ad essendum in pluribus est huiusmodi, scilicet quòd in qualibet humanitate posita impossibilis est reduci ad actum: quia impossibile est, vt humanitas Sortis actu sit in Sorte & Platone, aut migret de Sorte in Platone. ergo aptitudo ad essendum in pluribus, non est attribuenda cuilibet singulariter humanitati. Dicamus igitur rem vnam esse extra animam. Aptitudinem autem ad essendum in pluribus conuenire rei secundum esse, quod habet in intellectu: quia conuenit ei sub solitudinis conditione positæ. Solitarie enim accepta, natura apta nata est in multis, saltem secundum rationem esse. Solitudo autem cum importet separationem naturæ a proprietatibus indiuidualibus, non conuenit rei nisi in intellectu agente, vel possibili obiectæ.

¶ Et aduertas ad maiorem nostræ positionis euidentiam, quòd hic accidit similis defectus Scoto illi, qui positus est supra. Cum enim aptitudo ad essendum in pluribus sit idem, quod non repu-

¶ Quod si aliquis finxerit vniuersale in actu constitui per negationem repugnantiæ ad essendum in pluribus, & non exigere affirmationem non repugnantiæ, aduertat se errare propter tria.

¶ Primo propter hoc, quòd in diffinitione vniuersalis affirmatiuæ, cadit ipsa aptitudo, seu nõ repugnãtia ad essendũ in pluribus.

¶ Secundo, quia si ad vniuersalem sufficit negatio repugnantiæ ad essendum in pluribus, ad singulare quoq; sufficiet negatio repugnantiæ ad essendum in vno solo. Sicut enim vniuersale se habet ad multa, ita singulare ad vnum tantum: & si sic est, tunc humanitas, inquantum humanitas, erit vniuersalis & singularis: de ea enim vt sic, negatur vtraque repugnantia.

¶ Tertio, quia cum vniuersale in actu distinguatur contra singulare, sicut singulari repugnat esse in pluribus, ita vniuersali in vno tantum: humanitati autem, de qua negatur repugnantia ad essendum in pluribus, non repugnat esse in vno tantum. ergo negatio talis repugnantiæ non sufficit ad constituendũ vniuersale in actu. Et potest hæc ratio formari contra principale sic. Vniuersale in actu repugnat esse in vno tantum: humanitati inquantum humanitas non repugnat esse in vno tantum, alter non posset saluari in vnico tantum indiuiduo. ergo humanitas vt sic, non est vniuersalis in actu. Similiter dicas de quacunque alia natura. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartum, respondendum est argumentis in oppositũ, Et primi quidem negatur antecedens: ad cuius probationem dicitur negando consequentiam. Non enim valet, Res circunscripto actu intellectus, non est genus. ergo sibi repugnat esse genus. Stat enim quod abstrahat ab vtroque: sic autem est in proposito. Natura enim ipsa circunscripto actu intellectus abstrahit ab aptitudine ad essendum in pluribus, & a repugnantia ad essendũ in pluribus, vt ex dictis patet.

¶ Ad secundum dupliciter respondetur, & vtroque modo bene. Primo negatur consequentia, si sermo sit de intellectu agente: quia potentia actiua non præsupponit obiectum suum, sed facit illud. Si autem sermo sit de intellectu possibili, concessa consequentia prima, nõ sequetur: ergo vniuersale in actu est extra animam, quia fit per actum intellectus agentis. Secundo dicitur, quòd cum vniuersale in actu nominet duo, scilicet rem, & aptitudinem &c. res ipsa est obiectum: aptitudo autem est modus obiecti, seu conditio, sine qua res non est obiecta. Sufficit autem quod res ipsa, quæ est obiectum, præcedat actum intellectus, & non oportet quòd modus eius præcedat. Obiectum enim, ait Aristote. est prius actu, non modus obiecti. Vnde ad formam argumenti negetur consequentia, quia & si posteriori tati antecedentis non obstet aptitudinem esse medium obiecti: ob hoc tamen illationi consequentis

ex eo

In hoc co. capit.

2.dist.artic. tex.cõ.33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex coprioritas n. modi, nõ potest inferri ex posterioritate obiecti. F
¶ Per hoc idem respondetur ad tertium, quòd scilicet res obiecta scientiæ reali est extra animam, non modus rei obiectæ: vniuersale autem in actu nominat vtrunque, scilicet rem, & modum: & ideo vniuersale in actu non sequitur esse extra animam, ex eo quòd res, de qua est

Hoc q 5. scientia, est extra.

¶ Ad formam argumenti dicitur, quòd vera existente Maiore, committitur fallacia figuræ dictionis: mutatur. n. res obiecta, in modũ rei, seu in rem cum modo.

Comm. 5. SED CONTRA Istas responsiones instat Sco. ibi. & primo contra primam sic.

a. d. 3. q. 1. in quinta via contra ad. Quicquid est per intellectum agentẽ, est prima intentio. ergo nullum vniuersale est in genere substantiæ, consequenter nulla est prædicatio in quid superiorum de inferioribus.

¶ Præt. Vniuersale præcedit sensum, vt alias probatum est. ergo præcedit intellectum agentem.

¶ Præt. Intellectus agens & possibilis sunt vna potentia, alias quilibet homo haberet duos itellectus: sed vnius potentiæ est vnũ obiectum. quare si præcedit actum vnius, præcedit actum alterius.

¶ Præt. Secundum hoc, non esset generatio vniuoca sine actione intellectus agentis. Dicetur forte, quòd non habeat aliquam vnitatem realem generans & genitum, sed similitudinem. Contra, quia proximũ fundamentũ similitudinis est vnum, quinto Metaphysicæ: sed non generans, neque genitum. ergo aliquid commune vtrique. H

T. c. 20. ¶ Contra secundam vero responsionem arguit: quia nullo intellectu considerante non erit vniuersale in actu: & ita scientia habitualis non esset obiecti vniuersalis in actu.

¶ Præt. Obiectum, inquantum est prius actu, non intelligitur sub hoc modo. ergo vel sub nullo, vel sub opposito modo: sed non sub nullo. ergo &c.

¶ Præt. Aut ille modus est factus ab intellectu, aut non: si non, habetur intentum: si sic. ergo non est necessarius in obiecto: quia prius obiectum est intellectum, sine illo modo causato per intellectionem obiecti.

¶ Ad has instantias respondetur, præsupponendo sæpe iam dictum, quòd vniuersale duo dicit, tem, & aptitudinem, seu vniuersalitatem. Vniuersale pro re posita in prædicamento est prædicabile, scibile est obiectum intellectus, diffinibile, & huiusmodi. I Vniuersale autem pro aptitudine est modus, seu conditio rei prædicamentalis prædicabilis, scibilis, diffinibilis &c. neq; intellectus agens, aut possibilis facit rem, sed modum tantum.

¶ Ad primam ergo conceditur, quòd vniuersale pro eo quod fit ab intellectu agente, non est in prædicamento substantiæ, vlterior autem consequentia nullam habet apparentiam.

¶ Ad secundam negatur antecedẽs. Visus enim etsi sit coloris vniuersaliter, vt habes a S. Tho. Prima Secundæ, q. 26. ar. 6. non tamen est coloris vniuersalis.

¶ Ad tertiam similiter negatur antecedens. necessarium enim est vt dicitur, 3. de Anima, tex. Com. 17 in anima nostra esse duos intellectus, scilicet agentem, & possibilem, qui non possunt esse eadem potentia, cum potentia actiua, & potentia, passiua, non sint eadem apud Aristotelem.

¶ Ad quartam negatur consequentia, & dicitur quòd responsio illa ibi data, est optima sane intellecta. Ad improbationem eius dicitur, quòd similitudo fundatur supra res ipsas, puta, duas albedines, vel humanitates, tanquam fundamentum, & quòd vnitas non est fundamentum similitudinis, sed conditio fundamenti. fundatur enim similitudo proprie dicta supra duas res habentes illã conditionem, scilicet mutuam negationem distinctionis formalis. puta, duas albedines: & hoc modo intelligendus est Arist. 5. Meta. sit dato quòd vnitas esset fundamentum, adhuc non sequeretur dari aliquid commune vnum vtriq;. dicam enim quòd similitudo non fundatur supra vnum, quod est generans: neq; supra vnum, quòd est genitum, sed supra vnum, quod sunt generans & genitum. Iam autem declaratum est supra, committi fallaciam consequentis, si sic procedatur. Generans & genitum sunt vnum formaliter. ergo habent aliquid vnum commune vtrique.

T. c. 20.

In hoc cap. q. 5. ¶ AD primum eorum, quæ contra secundam responsionem adducuntur, dicitur quòd præcise loquendo, de intellectu possibili secatur vniuersale, quemadmodum scientia, ita quòd scientia in actu, est vniuersalis in actu: scientia in potentia, est vniuersalis in potentia: & scientia in habitu, est vniuersalis in habitu, quod tũc accidit, quando cum volumus, ipsum in actu facimus. Egredien do autem ad intellectum agentem, dicitur quòd nullo intellectu considerante, dummodo producta sit species intelligibilis, datur vniuersale in actu: eo quòd Philosopho dormiente, rosa, cuius species intelligibilis in illius intellectu cõseruatur, denominatur repræsentata absq; hoc, & nunc, actu intelligibilis &c.

h Et quãmuis hæc natura intellecta habeat rationem vniuersalis, secundum quòd comparatur ad res, quæ sunt extra animam, quia est vna similitudo omnium: tamẽ secundum quòd habet esse in hoc intellectu, vel in illo, est species quædam intellecta particularis. Et ideo patet defectus Commentatoris in tertio de Anima, qui voluit ex vniuersitate formæ intellectæ, vnitatem intellectus concludere: quia nõ est vniuersalitas illius formæ secundũ hoc esse, quòd habet intellectum, sed secundum quòd ad res refertur, vt similitudo rerum. Sicut etiam, si esset vna statua corporea repræsentans multos hoies, cõstat q illa imago, vel spẽs statuæ haberet esse singulare & ꝓpriũ, secundum qd esset in hac materia: sed haberet rõnem cõmunitatis, secundum q esset commune repræsentatiuum plurium. G

¶ Ad secũdũ dicitur, q obiectum vt prius actu nullum sibi vendicat modum: abstrahit enim ab omni esse & mõ quidditas.

¶ Ad tertiũ dicitur, quòd modus ille fit ab intellectu agente, & cum infertur. ergo non est necessarium, negatur consequentia: quia potentia actiua nõ præsupponit conditionem sui obiecti, sed facit. Dicitur secundo, quod dato quòd nõ fieret ab intellectu agente, fit ab intellectu possibili: & similiter negatur illa consequentia. Ad probationem dicitur, quòd falsum assumit, scilicet, quòd prius intellectus intelligit rem, deinde facit eius modum. simul enim vtrunq; fit. Intellectus enim formando conceptum rem absq; hoc, & nunc, apud se facit, neq; potest imaginari, quòd prius faciat rem, deinde absq; hoc, & nunc: sicut Sortes simul generat hominem hunc, & non prius hominem, deinde hunc.

¶ Ad quartum negatur, quòd relatio mensuratæ fundetur in aliquo vniuersali. fundatur enim neque in vniuersali, neq; in singulari, vt sic, sed in natura vna formaliter, quæ in singulari reperitur: & tic non est vnum numero vt sic, mensura aliorũ, sed vnũ formaliter.

¶ Ad quintum dicitur, quòd nihil aliud concludit, nisi quòd vniuersale pro re est extra animam. sic enim accepto vniuersali inest primo passio, seu realis operatio. Homo enim est, cui primo conuenit ridere, non homo vniuersalis, alioquin risibile non inueniretur in homine non vniuersali, puta Sorte.

¶ Ad sextum dicitur similiter, quòd extrema contrarietatis sunt res ipsæ, non res particulares vt sic, neq; vniuersales: aliter res non vniuersales, scilicet hæc albedo, & hæc nigredo, non essent contrariæ.

¶ Ad septimum dicitur, quòd stant ista duo simul. Vniuersale prædicatur de rebus, & vniuersale fit ab intellectu, eo quòd vniuersale pro re, est id quod prædicatur, & quo ad hoc non fit ab intellectu. Vniuersale autem pro aptitudine est conditio rei quæ prædicatur, & talis fit ab intellectu. prædicatio enim non debetur rebus, nisi habentibus conditionem aliquam intentionalem. Vnde & Aristot. 7. Meta. tex. Commen. 46. ait, quòd substantia non dicitur de subiecto, quia loquebatur de ea secundum suam naturam. In Prædicamentis vero, vbi de substantia induta accidentia intentionalia loquebatur, dixit substantiam dici de subiecto.

¶ Ad id vero quòd ibi additur, dicitur quòd omnia illa verificantur de vniuersali pro re, sed exponenda est affirmatiua propositio negatiue, vt sit sensus. Vniuersalia sunt vbiq; &c. idest, naturæ ipsæ denominatæ vniuersales, non terminant sibi locum, neq; tempus. Similiter dicitur ad id quod subiungitur, quòd forma & materia pertinent ad quantitatem vniuersalis, idest rei physicæ, quæ denominatur vniuersalis. Similiter vniuersalium tantum est diffinitio, idest, rerum quæ denominatæ sunt vniuersales. Similiter res denominatæ genera, species, & differentiæ sunt extra animam: conditiones autem earum sunt per opus intellectus. K

¶ Ad octauum dicitur, quòd per ly, singulare, duo intelligere possumus, quandoq; intelligitur ipsa singularitas, quandoq; totum, scilicet res singularis. Primo modo accipiendo singulare, concedit consequentia, sed antecedens non est verum. Secundo modo antecedens Peripateticum est, sed consequentia nihil valet. supra enim iam diximus, in singulari multas vnitates existere, & non tantum numeralem.

h ¶ IN HAC secunda parte capituli huius, Auer. errorem removere intendit, qui in 3. de Anima, com. 5. ex vniuersalitate formæ intellectæ, voluit declarare vnitatem intellectus hoc modo. Quod est vniuersale, suam vniuersalitatem retinens est indistinctum numero: forma intellecta, idest, natura secundum esse in intellectu subiectiue est vniuersalis suam vniuersalitatem retinens. ergo est indistincta numero. igitur subiectum eius quod est intellectus possibilis non est distinctum numero: & sic vnus intellectus in omnibus hominibus concluditur. Maior videtur ex se nota, quia vniuersalitati opponitur distinctio numeralis. Minor vero ex eo patet

eo patet, quòd spẽcies intelligibilis repræsentat vniuersale. Hæc ratio eth alterius, principium exigat pro sui dissolutione, & pro sui probatione: attamen quantum præsentis intentionis est, ex dictis hic destruitur. Vniuersale est aliquod duplex, scilicet in essendo, & in repræsentando. Vniuersale in essendo esset, si daretur natura hõis separata, vt idea Platõis: & de tali vniuersali vera ẽ Maior, sed falsa Minor. Vera quidẽ Maior, qa tali vniuersali cũ ꝓprio esse vniuersalitatẽ sortiatur, ꝓprio ee quoq; repugnabit distinctio numeralis: vnde ipsibile ẽ imaginari plures homines vniuersales. Falsa aũt est Minor, qa species intelligibilis nõ est vniuersalis in essendo, cum sic in singulari subiecto. scilicet intellectu possibili, qui individuum quoddã est, licet immateriale. Vniuersale vero in repte semãdo, vt dictũ fuit, est, qđ rẽ vniuersalẽ repræsentat: & de tali vniuersali falsa ẽ Maior, licet Minor sit vera. & Maioris quidẽ falsitas ex eo cognoscitur, ꝓ tale vniuersale uniuersalitatẽ nõ habet ꝓprio suũ esse, quo respicit subiectũ, unde unitas, uel pluralitas numeralis in accidentibus oritur: sed hãt uniuersalitatẽ ꝓprio repræsentationẽ, quæ respicit obiectũ. vnde non repræsentat obiecta distincta numero, sed unũ & idẽ obiectũ omniũ repræsentãt oẽs species cuiuscũ rei, puta, species humanitatis in te, & in me: sicut eadẽ Sortis facies à pluribus ꝓ plures species idẽ omnino repræsentantes videtur. Minoris autẽ sic intellectæ veritas ex supradictis liquet: species enim intelligibilis repræsentat naturam non repræsentando conditiones particulares eius, ut dictum est. Hæc est sententia literæ in hac parte.

i ¶ In hac parte tertia capituli huius talem obiectionẽ ex supradictis excludere intendit: quia quod prædicatur de prædicato, prædicatur & de subiecto: sed species prædicatur de homine, quod est prædicatũ respectu Sortis. ergo species prædicatur de Sorte, & sic Sortes erit species. Cõclusio est falsa. Maior uera ex Antepræd icamentis habetur. Huius obiectionis peccatũ unde oriatur ex supra posita distinctione, eorũ quæ cõueniunt naturæ, manifestat, simul ex hoc insinuans, quãm cõueniens tradita fuerit doctrina, cũ ex ea difficultates accidentales dissoluũtur. Cum. n. dictũ sit, ꝓ triplicia sunt quæ de natura prædicantur, quædã. scilicet absolute, & quædã secũdũ esse in intellectu, & quædã secundũ esse in singulari, ea quę cõueniũt naturæ ꝓm esse in intellectu, nõ cõueniunt ei absolute, neque ꝓm esse in singulari, cũ opposita sint. & ideo in prædicto processu error accidit: quia denominatio specifica homini ꝓm esse in intellectu cõuenit, & cõcluditur de homine secundum esse in singulari, dum infertur. ergo Sortes est species. Vt autem ad formam argumenti dici possit, innuit talem distinctionem. Prædicari de prædicato contingit dupliciter. Vno modo vt prædicato, i. secũdũ id, ꝓm quod illud prædicatur de altero, sicut animal prædicatur de prædicato Sortis, scilicet hominẽ, secundum id, secundum quod homo prædicatur de Sorte. secundum idem enim homo recipit prædicationem animalis, & prædicatur de Sorte secundum suã naturã. & hoc mõ Maior est uera, Minor aũt falsa. Alio mõ contingit ꝑdicari de prædicato, non ut ꝑdicato. i. non ꝓm illã rõnem, qua illud prædicatũ de suo subiecto prædicatur, sicut in ꝓposito, species non prædicaẽ de homine inquantũ hõ est prædicatũ Sortis. i. non prædicatur de hominẽ ꝓm illud esse, quo hõ prædicatur de Sorte, eo ꝓ homo prędicatur de Sorte ꝓm suũ esse quiditativum absolute: species aut prædicatur de homine nõ ꝓm eius esse quiditativum, sed ꝓm esse quod in intellectu hãt. & hoc modo Maior est falsa: Minor aũt uera semper, ergo altera præmissarũ est falsa. Et hoc est quod in litera dicitur, quòd ratio speciei non conuenit homini ꝓm suam absolutam considerationem, ꝓm quã conuenit sibi prædicari de Sorte: quia sic oporteret etiã conuenire Sorti, vt supra dictum fuit, sed conuenit ei secũdum esse in intellectu, secundum quod esse prædicatur de Sorte.

k ¶ In hac quarta parte capituli huius respondere intendit cuidam tacitæ obiectioni, quæ talis est. Quod per se prædicatur de speciebus, conuenit ipsis speciebꝫ: sed ly genus per se prædicatur de speciebus, puta, homine & boue. ergo ly genus, conuenit ipsis speciebus, & sic homo erit genus, & similiter bos. Maior est ex terminis nota, implicat. n. quòd aliquid per se prædicetur de aliquo in quocunq; modo perfectus, & non conueniat illi. Minor probatur sic. Illud, in cuius diffinitione ponitur prædicari de speciebus, ꝑ se prædicatur de illis: sed ly genus est i cuius diffinitione ponitur prædicari de speciebꝫ. ergo genus per se prædicatur de speciebus. Maior syllogismi huius patet ex eo, ꝙ quilibet pars diffinitionis i re cto in primo modo perfectus conuenit diffinito. Minor autẽ ex Porphyrio patet sic dicẽte. Genus est ꝑdicabile de pluribꝰ specie differẽtibꝰ. ¶ Similiter omnino potest argui de specie respectu individui, cũ etiam in diffinitione specici ponatur prædicari de individuis: & sic videt ꝙ male dictum sit, Sortem non esse speciẽ.

In hoc cap. q. 5. fin.

Huius obiectionis in litera motivum tñ tangitur, cũ dicitur. Et tamẽ prædicari ꝑ se cõuenit generi, cum in eius diffinitione ponat.

¶ Responsio autem in rẽduo ponitur, in quo ad plenam materiæ huius difficultionem duas distinctiones innuit. Prima est. Prædicari dupliciter capitur, scilicet formaliter, & fundamentaliter, seu materialiter. Secunda est. Genus dupliciter accipitur, scilicet formaliter, & fundamentaliter, seu materialiter. Et debes scire, ut terminos intelligas, ꝙ in hac propositione. Homo est animal, sunt tria. scilicet ly homo, ly ẽ, & ly animal, quæ extra animã nihil aliud sunt, quam natura humana importata per ly homo, & natura sensitiva importata ꝑ ly animal, & unitas, seu coniunctio earũ inter se importata per ly est. hæc. n. tria intellectus apprehẽdens in secũda sua operatione format hãc propositionẽ. Homo est animal, qua formata reflectẽdo se super illa tria, ut terminãt actũ sui cõponentis, adinuenit & attribuit eis quasdã relationes, & ly hõ, attribuit relationẽ subiecti, & ly animal, relationẽ prædicati, & ly ẽ, relationẽ prædicationis. Vnde prædicatio formaliter est illa relatio adinuẽta ab intellectu: fundamẽtaliter uero, seu materialiter est cõiunctio rei prædicatę cũ re subiecta. Similiter cũ intellectus apprehẽdit naturã sensitiuã, & reflexerit se super illã, vt stat sub actu eius, videritq; eã ut sic indifferẽter se hꝺ ad species, in quibus primo in spexerat naturã illam saluari, attribuit naturę sensitiuæ, seu animali objecto relationem generis, & sic genus formaliter est illa relatio: genus autem fundamẽtaliter, seu materialiter est natura ipsa, puta, sensitiua, & sic patent termini distinctionum. Capitulo de genere.

EX HIS tria deducuntur. Primum est, quòd cum genus fundamentaliter, puta animal, non includat in diffinitione sua prædicationem fundamentalẽ, quia in diffinitione animalis nõ ponitur cõiunctio eius cum homine, vel bouemque prædicationẽ formalẽ, quia in diffinitione rei non ponitur res secundę intentionis, conseE quẽs est, ꝙ genus formaliter sumatur, qñ diffinitur a Porphyrio.

SECUNDUM est, ꝙ cũ in diffinitione generis formaliter nõ cadat prædicatio fundamẽtalis de specie, puta, homine, quia relatio generica nõ est cõiuncta realiter rei, qua denominat species, cõsequẽs est, ꝙ prædicari de pluribus ponitũ in diffinitione generis, sit accipiendũ formaliter. scilicet pro relatione prædicationis. Vna. n. relatio põt cadere in diffinitione alterius, ita ut conceptus relationis, quæ est prædicatio de pluribus &c. cadat in conceptu relationis, quæ est genus. Et hinc habes, quãm conformiter S. Thomæ dicant asserentes genus & speciem diffiniti pro secundis intentionibus in concreto.

TERTIUM deducendum est, quòd aliquid dicitur prædicari de specie dupliciter. Vno modo, ut res denominata prædicabilis de speciebus, & sic animal prædicat de hoie & boue. Alio modo, ut id, quo res denominatur prædicabilis de speciebus. & sic genus, in cuius diffinitione ponit prædicari de speciebus, prædicatur de ipsis speciebus. Sicut aliquid dicitur diligregatiuũ uiius dupliciter. Vno modo ut res denominata diligregatiua uiius: hoc enim modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

nix dicitur disgregatiua visus. Alio modo, vt id, quo res denominatur disgregatiua visus, quemadmodu albedo dicitur disgregatiua visus, cum in diffinitione eius ponatur disgregare visum. Et sicut stant ista duo simul, scilicet, quòd res diffinita per disgregare visum, est albedo, & non nix: res autem denominata disgregatiua visus est nix, & non albedo. Ita præcise i proposito stant ista duo simul, scilicet, quòd res diffinita per prædicari de speciebus, est relatio generica: res autem denominata prædicabilis de speciebus est natura, quæ subest illi relationi, puta, animal, ita quòd res diffinita per prædicari &c. est genus formaliter, nó materialiter: res autem denominata prædicabilis est genus materialiter, non formaliter. Vnde in litera dicitur, quòd ratio prædicabilitatis claudit in hac intentione, quæ est genus. id tamen, cui intellectus intentionem prædicabilitatis attribuit, non est ipsa intentio generis, sed res, cui tã ipsa intentio generi attribuitur.

¶ Ex quibus patet responsio ad obiectionem: quia sequendo deo, quod per se prædicatur de ipsebus, vt res denominata prædicari, vera est Maior, sed falsa Minor. Loquendo autem de eo quod per se prædicatur, vt ratio denominandi, falsa est Maior, licet Minor sit vera. Vnde cum semper altera præmissarum sit falsa, nihil concluditur. Hac distinctione nunc assignata in terminis simplicibus sic vti poteris. Prædicabile de speciebus dupliciter, formaliter, & denominatiue: quod prædicatur de homine & bone denominatiue, est animal: quod aute prædicatur formaliter de homine & boue, est genus. de prædicabili denominatiue falsa est Minor: de prædicabili formaliter, falsa est Maior. Hæc dicta cum applicaueris ad speciem respectu individuorum ad differentiam, proprium, & accidens, & reliqua huiusmodi, solues multos obiectones, & illucescet tibi veritas multarum propositionum, quæ obscuræ apparent. Residuum capituli est epilogus. Per ie patent &c.

a *Super Caput quintum.*

Hic incipit tractatus secundus huius operis, intendens in duobus capitulis tradere notitiam de essentijs substantiarũ simplicium, quemadmodum tradita est de essentijs substantiarum compositarum. Facit autem sex in præsenti capitulo. Primo, declarat quòd essentia in simplicibus non significat compositum quid ex materia & forma, sed formam tantum. Secundo, comparat illas essentias essentijs substantiarum compositarum. Tertio, ostendit tales substantias esse compositas ex esse, & essentia. Quarto, declarat intelligentias habere esse effectiue a Deo. Quinto, ostendit eas esse compositas ex actu, & potentia. Sexto de multitudine eorum agit. Præmissa igitur primo concordi sententia philosophorum de simplicitate omnimoda primæ causæ, & quibusdam dissentientibus circa immaterialitatem intelligentiarum adductis, contra hos talem conclusionem ponit. Omnis substantia intellectualis est immaterialis, ideſt, incõposita ex materia & forma, & independens a materia quá sic probat. Omne patiens, vel agens, vel recipiens, vel habens in se intelligibile in actu, est immateriale; omnis substantia intellectualis est patiens, vel agens, vel recipiens, vel habens in se intelligibile in

a CAPVT V.

VNC restat videre secũdum quem modum essentia sit in substantijs separatis, scilicet in anima, intelligentijs, & causa prima. Quãuis autem causæ primę simplicitatem omnes philosophi concedãt, tamẽ compositionem materię, & formę in intelligentijs, & animabus quidam nituntur ponere, cuius positionis fuisse dicitur Auicebron author libri Fontis vitæ. Hoc autem dictis philosophorum reperitur esse contrarium, quia eas substantias a materia separatas nominant, & absque omni materia esse probant, cuius demonstratio potissima est ex virtute intelligendi, quæ in eis est. Videmus enim formas non esse intelligibiles in actu, nisi secundum quod separantur a materia, & a conditionibus eius: nec efficiuntur intelligibiles in actu, nisi per virtutem substantiæ intelligentis, secundum quod recipiũtur in ea, & secundum quòd aguntur per eam. Vnde oportet quod in quaeliber substantia intelligẽte sit omnimoda immunitas a materia, ita

c nec habeat materiã partem sui, neq; ẽt sit sicut forma impressa materię, vt est de formis materialib⁹.

b Nec potest dicere aliquis, q intelligibilitaté non impediat materia quęlibet, sed materia corporalis tantum. Si enim hoc esset ratione materiæ corporalis tantum, cum materia non dicatur corporalis, nisi secundũ quòd stat sub forma corporea, tunc oporteret quòd hoc haberet materia a forma corporali, scilicet impedire intelligibilitatem. Et hoc non potest esse, quia & ipsa forma corporalis actu intelligibilis est, sicut & aliæ formæ, scilicet q a materia abstrahuntur. Vnde in anima intellectiua, & intelligentia nullo modo est cõpositio ex materia & forma, vt hoc modo accipiatur materia in eis, sicut in substantijs corporalibus, sed est ibi compositio formæ & esse. Vnde in commento nonæ propositionis libri de Causis dicitur, quòd intelligentia est habens formam, & esse, & accipitur ibi forma pro ipsa quidditate, vel essentia simplici.

c Et quomodo hoc sit, planum est videre. Quæcunque enim ita se habent adinuicem, quòd vnũ

bilius suo effectu, vt dicitur 3. de Anima text. Com. 18. & text. Com. 40 recipere quoque immateriale non potest res immaterialis, vt patet 3. de Anima, Commen. 5. Vnumquodq; recipitur p modum recipientis, & per idem innotescit: quòd habere non potest res immaterialis immateriale cognoscibile í seipsa. Minor autem ab omnibus concedi tur. Frustra enim esset substantia intellectualis, nisi aliquid intelligeret, cũ vnũquodque sit propter suam operationem, vt dicitur a. Cæli text. Cõmenta. 17.

b ¶ Quia posset aliquis credere ratione factã recipere reſpõsionem: ideo intendit hic excludere responsionem, quę posset imaginari sufficiens. Ad hoc posset aliquis distinguere de materia corporali, & materia simpliciter, & dicere quòd maior est vera de materia corporali, non autem de materia simpliciter: &

consequenter concedere, quòd omnis substantia intellectualis est immunis a materia corporali, non autem a materia, quia nõ materia, sed materia corporalis impedit intelligibilitatẽ in actu.

¶ Contra hanc fugam initatur ratione ducente ad impossibile sic. Materia corporalis impedit intelligibilitatem per te. ergo forma corporalis est id, vnde materia habet, quòd impediat intelligibilitatem. hoc est impossibile. ergo a destructione consequentis &c. Consequentia est nota ex terminis. Cum enim materia corporalis duo dicat, scilicet ly materia, & ly corporalis: & ex ly materia, secundum aduersarium, non impeditur intelligibilitas in actu, restat quòd hoc impedimentum sit ex ly corporalis: sed ly corporalis, nihil addit supra materiam, nisi formam corpoream. ergo ex forma corporali, seu corporea oritur, quòd materia impediat intelligibilitatẽ in actu. Falsitas autem consequentis probatur sic. Omnis forma non concepta cum materia est actu intelligibilis: patet ista ex 3. de Anima, text. Com. 11. Forma corporea est forma secundum se non concepta cum materia: accipitur. n. distincta contra materiam. ergo forma corporea sm se, est actu intelligibilis. Tunc vltra. Nihil secundum se actu intelligibile, ex se impedimentum præstat intelligibilitati: forma corporea est hmõi. ergo forma corporalis nõ est id, vnde materia impedimentũ intelligibilitatis sumat, quod erat probandũ. Est igitur tam anima intellectiua, quàm intelligentia quælibet, nõ composita ex materia & forma. Si accipiamus compositionem ex materia & forma vniuoce, prout scilicet materia & forma nominant partes essentiales rei, quemadmodum dictum est, substantias aliquas esse compositas in præcedentibus, sed est in eis aliud genus cõpositionis, s. ex forma esse, de quo infra erit sermo, & hic habetur prima pars intenti, scilicet, q essentia in substantijs intellectualibus non significat compositum quid ex materia & forma. Remanet ergo modo declarandum, quomodo significet formam tantum propterea subiungit.

c ¶ Intendens in his verbis declarare, quomõ essentia in substãtijs simplicibus significet formã tm, tali ratione hoc probat. Quæcunque ita se habent, q vnum est causa esse alterius, & non conuerso;

uerso, illud quod habet rationem causæ, potest esse sine altero: sed forma & materia ita se habent, quòd forma causat esse materię, & non econuerso. ergo forma potest esse sine materia, & materia non sine forma. Tunc vltra. Essentia intelligentiarum non est composita ex materia & forma, & non potest esse materia tantum. ergo est forma tantum.

Et nota Quòd maior propositio potest dupliciter intelligi. Vno modo sic, quòd id quod est causa alterius &c. idem numero possit esse sine altero: & sic non assumitur a nobis, quia est falsa, & extra propositum. Falsa quidem, quia subiectum causat esse propriæ passionis, & non econtra: & tamen subiectum non potest esse sine propria passione. Extra propositum vero, quia nobis in conclusione, quòd forma, quæ est in materia, sit sine materia: sed quòd aliqua forma non exigit materiã. Alio modo intelligitur Maior sic, quòd id quod habet rationem causæ secundum suum ordinem, potest esse sine altero, ideſt, secundum aliquod sui ordinis potest reperiri sine altero: & sic est vera, & ad propositum. Vera liquidem, quia causa cum independens sit a causato, consequens est, vt aliquod pertinens ad suum ordinẽ possit habere esse extra illud causatum. Ad propositum vero, quia intendimus concludere, quòd forma secundum suum genus non dependet a materia, ita quòd aliqua forma possit inueniri separata. Vnde & in Minori notanter non assumitur forma materialis, seu habens esse in materia: sed forma sine additione aliqua, ad infinuandum quòd loquimur de forma, vt forma est, non vt talis, vel talis. Patet autem Minor illa ex 9. Metaphy. tex. com. 13. & 15 vbi habetur, quòd actus est prior potentia simpliciter, & independens ab ea. Ex eo enim quòd forma essentialiter est actus, materia autem essentialiter potentia, si actus secundum totam suam latitudinem nõ dependet a potentia, consequens est, quòd forma secundum totum suum ordinem non dependeat a materia. Materia autem, cum essentialiter sit potentia, necesse est dependere a forma, sine qua actualitas non inuenitur: & sic patet Minor, quia forma absolute in eo quòd forma, dependet a materia in suo esse, sicut potentia ab actu, & non econuerso. Quòd vero aliqui actui conueniat, quòd non inueniatur nisi receptus in aliqua potentia, hoc est ex eius imperfectione, & non habet hoc in eo quòd actus: & similiter q aliquæ formæ non sint nisi in materia, hoc habent ex sua imperfectione, quæ attenditur penes distantiam a primo principio Deo glorioso, & propinquitatem ad primam materiam: vnde tales formæ non solum causant esse materiæ, sed & ipsæ causatæ sunt quodammodo a materia. Causæ enim sunt sibinuicem causæ, vt dicitur 2. Physicorum text. Comment. 30. Essentia igitur substantiarum intellectualium est immateria lis, & forma tantum.

T. cap. 13. & 15.

T. ca. 30.

Qvæstio viii.

CIRCA hanc partem occurrit quæstio, & hæc est octaua, An materia possit esse sine forma. In hac quæstione tria facienda sunt, primo ponetur Scoti opinio: secundo ponetur opinio S. Tho. tertio respondebitur rationibus rationibus in oppositum.

Sco. 2. dist. 12. q. 2.

Quo ad primum Scotus in 2. senten. distinc. 12. quæstio. 2. opinatur posse materiam esse sine forma, arguitque ad hoc probandum multiplicíter.

¶ Primo sic. Non minus dependet accidens a substantia, quàm materia a forma: sed accidens potest esse sine substantia, vt patet in Sacramento altaris. Ergo materia potest esse sine forma.

¶ Præt. Absolute distinctũ, & prius alio absoluto, potest esse sine illo absque contradictione: materia respectu formæ est huiusmodi. ergo potest esse sine forma. Minor est euidens. Maior probatur: quia prius in eo quòd prius, non dependet a posteriori, & accipitur hoc ex 5. Metaphy. tex. Commen. 16. Priora sunt, quæ possunt esse sine aliis, alia non sine ipsis.

¶ Præt. Quicquid absolutum facit Deus in creaturis mediante causa secunda, quæ non est de essentia causati, potest facere sine illa: sed materiam Deus facit mediante forma, quæ non est de essentia eius. ergo potest facere sine illa.

¶ Præt. Quicquid Deus immediate creat, immediate conseruat, vel conseruare potest: sed materiam Deus immediate creat. ergo immediate conseruare potest. ergo sine omni forma.

¶ Præt. Cum nihil Deus extra se necessario velit, ex hoc quòd vult materiam esse, non est necesse quòd velit materiam esse, nisi propter necessariam connexionem vtriusque: sed inter materiã & formam non est talis necessaria connexio. ergo &c. Quòd autem non sit talis necessaria connexio inter materiam & formam, pro

A batur: quia tunc sequeretur, quòd materia determinaret sibi necessario aliquam determinatam formam. Probatio consequentiæ. Quod determinat sibi genus formæ, determinat sibi aliquam speciem in genere illo: & quod determinat sibi speciem, determinat sibi esse in aliquo individuo illius speciei. omne enim quod de necessitate est homo, necessario hic, vel ille homo, consequens autem est falsum: materia enim nullam sibi determinat formam. ergo relinquitur, quòd materia non determinat sibi genus formæ ad hoc quòd sit. Confirmatur. Quicquid contingenter se habet ad quodlibet generis absoluti, contingenter se habet ad id genus absolutum: sed materia contingenter se habet ad quamlibet formam. ergo materia contingenter se habet ad genus formæ. Probatur tenor, quòd si materia sibi determinat de necessitate genus formæ, quòd etiam de necessitate determinat sibi vnum individuum solum illius generis: quia vnum essentiale, & vnum singulare est impossibile dependere a pluribus essentialiter eiusdem generis: materia autem est vna essentialis & singularis. ergo impossibile est quòd dependeat a pluribus formis eiusdem generis: & sic si necessario determinat sibi genus formæ, necessario quoque determinabit sibi aliquam vnam formam, quod falsum est. Hæc de primo.

Quo ad secundum San. Thom. in prima parte, quæst. 66. articulo primo, & in quæstionibus de potentia Dei, quæstione 4. articulo primo. & in quolib. quæstione 3. articulo 1. confirmat id quod hic dicit, scilicet materiam non posse esse sine forma, duabus rationibus.

B ¶ Prima est ducens ad impossibile sic. Si materia existeret absque omni forma, materia simul esset, & non esset: hoc implicat contradictionem. ergo. Probatur consequentia quo ad secundam partem: quia quo ad primam, ab aduersarijs conceditur. Impossibile est effectum formalem separari a forma: sed existere est effectus formalis formæ, sic enim diffinitur: Forma est quæ dat esse rei. ergo impossibile est ponere existentiã sine forma. Sicut enim impossibile est esse albũ sine albedine, ita esse in actu sine actu: actus autem primus, cuius est dare esse, idem est quod forma. Ex illa ergo propositione, Materia existit absque omni forma, sequuntur duo contradictoria simul vera. ex eo enim quòd materia existit, sequitur quòd sit in actu: ex eo autem quòd est absque omni forma, sequitur quòd non sit in actu. Huic rationi dat Scot. quandam responsionem, quæ quia non nisi chimerica, & tanquã indigna, de qua verba fiant, omittatur. Quolibet enim proferente contraria solicitum esse, illudum est, ait Arist. a quo didicimus in libro 9. Metaphy quid sit actus, & quotuplex. 1. Topicor. cap. 9. T. c. 11.

C ¶ Secunda ratio San. Tho. ad hoc idem est illa. Omne indiuiduum determinatum ad genus completum, vel incompletum in rerum natura per se existens, est in aliqua certa specie per se, vel reductiue: materia sola neque per se, neque reductiue est in aliqua certa specie. ergo materia sola non potest esse individuum quodcunque in rerum natura. Minor est ex se clara: non enim facile esset fingere, in qua determinata specie esset materia sola. Maior probatur ex eo, quòd individuum omne tam completũ, quàm incompletum, si per se existit in rerum natura separatum (quòd dico propter individuum generis, vt hæc substantia, hoc animal &c.) non continetur sub genere per se, nec reductiue immediate, sed mediante specie. inter genera enim, & individua mediat species: & inter principia generis, & principia individui mediant principia speciei pariformiter. Insuper hæc Maior potest probari ad hominem, assumendo dicta Scot. 5. argu. ibi enim ipse expresse assumit, quòd quicquid determinat sibi genus aliquod, determinat sibi aliquam certam speciem illius generis. Et potes etiam ex dictis Sco. ibi arguere ad hominem, & probare oppositum intenti sui sic. Quicquid determinat aliquod genus, determinat sibi aliquam certam speciem illius generis: materia sola determinat sibi genus substantiæ. ergo determinat sibi aliquam certam speciem substantiæ, saltem reductiue. ergo materia sola esset in aliqua certa specie substantię: hoc est falsum. Minor est omnium, & processus bonus ergo &c. 2. di. 3. q.

D ¶ Hanc veritatẽ approbat Arist. vt ipse Sco cõfitetur loco allegato. Sed quia dicit ex falso fundamento Arist. hanc conclusionẽ tenuisse, scilicet ex hoc, quòd Deus non potest agere sine causis secundis, ostẽdo in hoc Scotum errare ex dictis Commen. Secũdo enim Physicor. Comment. 12. Auer. ex eodẽ præcise fundamẽto quod San. Tho. adduxit in prima ratione, tenet istam conclusionem, vbi nullã fieri mentionẽ de connexione causalitatis primæ causæ apparet, sed tantum de actu & potentia: ita quòd ex natura actu, & natura primæ materiæ, quæ est pura potentia, concludit

Universidad de Deusto Biblioteca

Com.12.1. Phy. c.56. & 70.

Auer. quòd duo contradictoria essent simul vera, vt deductum est &c. Auicenna quoque in 2. Metaphylicæ suæ, capitulo tertio, tenet conclusionem Scoti esse impossibilem, & tamen posuit expresse materiam esse creatam. Vnde hæc tanquam destructiua Metaphysicalium principiorum vitanda est. Hæc de secundo.

QVOAD tertium respondeo. Ad primum negatur antecedens: plus enim dependet potētia pura ab actu, quàm actus imperfectus ab actu perfecto.

¶ Sed cōtra hoc instat Antonius Trombeta sic. Magis dependet posterius a priori, quàm prius a posteriori: sed accidens est posterius substantia, materia autem est prior forma. ergo magis dependet accidens a subiecto, quàm materia a forma. Forte dicetur, ait, quòd materia non est prior, sed posterior forma. Contra. Nam licet materia sit posterior forma ordine perfectionis, est tamen prior ordine generationis, & consequenter prior simpliciter, vt arguatur sic. Quandocunque sunt aliqui duo ordines, quorum vnus simpliciter est prior altero, quicquid est in ordine prior, est simpliciter prius quocunque existente in ordine posteriore: sed ordo originis, & ordo perfectionis ita se habent, quòd ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis, & hoc in natura limitata. ergo quicquid est prius origine, est prius simpliciter quocūque priore ordine perfectionis sed ita est quòd materia est prior origine forma, licet forma sit prior perfectione. ergo materia est simpliciter prior forma. Processus bonus: & Maior probatur, quòd scilicet ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis. Nam priora generatione sunt posteriora perfectione: natura. n. semper procedit de imperfecto ad perfectum. ergo quicquid est imperfectius, est simpliciter prius quocunque perfectiori: sed materia prima est imperfectior forma. ergo materia prima est simpliciter prior forma. Tunc vltra. Est simpliciter prior forma, & omne prius in suo priori potest esse sine posteriori. ergo &c.

¶ Ad hoc respondetur triplici responsione, ad inuinuandum argumenti multiplicem defectum.

¶ Primo dicitur, quòd forma licet sit posterior materia ordine generationis, est tamen prior eisdem ordine generationis materia existente. Magni enim refert dicere materiam, & materiam existentem, sicut superficies est prior albedine, albedo tamen est prior superficie habente esse albū. vnde in proposito cum sermo sit de materia existente si (enim poneretur materia sola in rerum natura, oportet ipsam existere) patet falsum assumi.

¶ Secundo dicitur, quòd aliud falsum ibi assumitur, scilicet quòd ordo generationis sit simpliciter prior ordine perfectionis, stando infra limites naturæ finitæ. cum enim actus sit prior potentia simpliciter, tam si ponatur Deus finitus, quàm infinitus, vt patet ex nono Metaph. tex. Com. 15. & 12. & tex. Com. 30. & prioritas actus sit prioritas perfectionis, consequens est quòd secundum Aristo & veritatem, ordo perfectionis sit simpliciter prior ordine generationis. Amplius. Id quod est prius natura ratione & tempore, est simpliciter prius: ordo perfectionis est prior natura ratione & tempore, ordine imperfectionis, qualis est ordo generationis, qui se tenet ex parte causæ materialis. ordo igitur perfectionis est prior simpliciter. Media quoque propositio est Aristotel. octauo Physic. text. Com. 75 vbi expresse loquitur in natura finita ad probandum, scilicet motum circularem esse primum. Vnde ad probationem, concesso quòd priora generatione sunt imperfectiora, & quòd natura procedit de imperfecto ad perfectū, negat consequētia. ergo ordo generationis est simpliciter prior. licet. n. agens naturale prius attingat imperfectū q̄ imperfectū, oportet tamen prius agens in se perfectum esse, vt dicitur in 12. Metaph. tex. Com. 40. Hic aduerte tu, quòd oportet mendacem esse memorem: in quæstione de primo cognito. Anto. Trombeta, quas impugnat propositiones, has nunc assumit &c.

¶ Tertio dicitur, quòd dato toto processu, vltima consequentia nihil valet. Falsum est enim quòd omne prius possit secundum rē absolutā a posteriori quolibet, vt ad secundum dicetur.

T. c. 15. T. c. 30.

T. con. 75.

T. c. 40. q. 1. vide.

¶ Sed contra primam responsionem, quæ ponit materiam non habere propriam existentiam, sed tam mendicare a forma, instatur sic. Cuicunque conuenit actu caulare pro aliquo signo, conuenit & existere pro eodem signo: sed materiæ primæ in primo signo, quo recipit formam, conuenit causare. ergo pro tunc sibi conuenit existere: sed pro illo signo nō habet existentiam formæ. ergo propriam. Et confirmatur, quia materia aut causat compositum, & recipit formam q̄n exitit, aut quando non exitit: non quādo nō exisfit. ergo quando exitit. ergo pro tunc conuenit sibi propria existentia: quia existentia formæ sequitur totum compositum. Et confirmatur secundo, quia causa non mendicat a suo effectu: materia autem causat existentiam compositi & formæ. ergo non mendicat existentiam ab eis &c.

¶ Ad hæc dicitur, quòd sufficit causæ pro quolibet instanti temporis, quo actu causat, habere existentiam: nec apparet necessarium, quòd q̄ quolibet signo naturæ insit existētia sibi, quo inest causalitas. Ordo. n. naturæ talis est in eodē instanti temporis, q̄ scilicet materia recipit formā, ex quibus resultat compositū, cuius esse actualis existentiæ aduenit, quo ipsū compositum primo, forma secundo, & materia tertio existunt. Ad forma autem primæ instantiæ negatur Maior. Ad primā confirmationē dicitur, quòd materia causat, q̄n exitit: quia pro omni instanti quo causat, exitit. Qū enim, est terminus tēporalis. Ad secundam confirmationem dicitur, quòd licet causa vt cā, non mendicet a suo effectu, tamen causa materialis mendicat a suo effectu, qui est eius causa in alterō genere causæ, eo quòd causæ sunt sibiinuicē causæ, 5. Metaph. tex. cō 2. Oportet autem has responsiones a Scotistis admitti: quia cum Sco ponat secundo sen. distin. 3. quæst. 3. existentiam esse vltimum actum posteriorem tota coordinatione prædicamentali, liuet non distinctum realiter a re, cuius ē, oportet essentiam materiæ ex natura rei habere habitudinem ad suam existentiam, vt potentiam ad actum: et tunc potest argui sic. Essentia materiæ, vt distincta contra suam existentiam, causat ex natura rei in genere causæ materialis suam existentiam recipiendo eam. ergo sibi pro illo signo conuenit existentia, & sic habet existentiam antequàm recipiat eam: similiter stando in illo signo, aut essentia materiæ recipit ex natura rei suam existentiam quando est, aut quando non est &c.

T. c. 6.

¶ Ad secundū principale negatur Maior. Ad eius probationē dicitur, quòd non sola dependentia, sed necessaria connexio aliquotū potest esse causa inseparabilitatis eorum. Ad id quod adducitur ex 5. Metaph. dicitur, quòd vniuersalia affirmatiua non conuertuntur simpliciter: ista enim est vera. Quæcunque possunt esse sine aliis, & alia non sine ipsis, sunt priora: sed non conuertitur. Quæcunque sunt priora, possunt esse sine aliis, & alia sine ipsis.

¶ Et nota quòd maxima ille Scotica. Omne prius absolutū &c nō potest saluari, etiam sequendo viā Scot. quod pro nunc ex duobus manifestatur. Primo ex eo quòd partes essentiales simul sumptæ sunt priores toto, & tamen apud Scot. non possunt esse sine toto.

¶ Secundo ex eo, quòd prædicamentum quantitatis est absolutū prius prædicamento qualitatis, præsertim quo ad quartam speciem eius, & tamen nō potest fieri quantitas continua sine figura. Si enim quantitas sine figura fieri dicatur aut finita, aut infinita: nō infinita, quia illa non dabilis, & si forte imaginetur dari adhuc, cum oporteat esse lineatam: aut ergo linea recta, aut curua, & sic esset figura. si finita, ergo figurata. figura enim est quæ termino, vel terminis clauditur: & similiter aut habet lineas rectas, aut curuas, aut circulares &c.

¶ Ad tertium, quicquid sit de Maiori, negatur Minor. Forma enim etsi non sit de essentia materiæ, est tamen de essentia materiæ existentis.

¶ Ad quartum dicitur, quòd cum medium sit duplex, esse & iuū & formale, quicquid immediate Deus causat effectiue, potest absque media causa effectiua cō seruare, non autē absque media causa formali, quale medium est forma respectu materiæ.

¶ Ad quintum negatur, quòd inter materiam & formam non sit necessaria connexio. Ad cuius probationem negatur consequentia, cuius probationis falsa est Maior. Per id autem quod additur, scilicet secundum quòd necessario est homo, necessario est hic, vel ille homo, nihil aliud habetur, nisi quòd quia materia necessario determinat sibi genus formæ, ideo materia non potest esse sine hac, vel illa forma: quod est intentum nostrum. Non enim valet consequentia. A, necessario est homo, ergo A necessario est hic, vel ille determinate, sed vage. & sic conceditur. Materia necessario determinat sibi formam. ergo necessario determinat sibi hanc, vel illam formam non determinate, sed vage.

¶ Ad confirmationem, cum dicitur. Quicquid contingenter se habet ad quodlibet generis absoluti, contingenter se habet ad genus ipsum: eodem modo respondetur, distinguendo contingenter se habere ad quodlibet determinate, vel vage. Primo enim modo falsa est Maior: secundo vero falsa est Minor. Materia. n. non contingenter, sed necessario se habet ad quamlibet formam indeterminate, & vage.

¶ Ad aliam probationem dicitur, q̄ vnum essentialiter vnum & singulare negatiue, sicut est materia prima, potest essentialiter dependere in esse a pluribus ejusdem generis indeterminate & vage, secundum quod illa plura habent unam rationem communē, sicut in proposito omnes formæ conueniunt in hoc, quòd dant esse actuale. Reflecte hoc argumentum contra Sco. de quantitate & figura, & forte per suadenis infirmitatē eius. Quantitas enim cōtinua determinat sibi genus figuræ, nullam tamen sibi figuram uēdicat. Hęc de quarto.

d ¶ IN HAC secunda parte capituli, cōparat essentias substantiarum simpliciū essentiis substantiarū compositarum, triplicem differentiam inter eas assignando. Prima differentia est, quòd essentia substantiæ simplicis significat formam tantum: essentia autem compositæ substantiæ significat compositum quid ex materia & forma. utraque pars differentiæ patet ex supra dictis. Secunda differentia est, quòd essentia substantiæ compositę potest significari vt totum & pars, non autem essentia substantiæ simplicis. Vnde oritur, quòd quia prædicatum non debet habere rationem partis, quòd essentia substantiæ compositæ quandoque prædicatur de ea, & quandoque non, cum scilicet significatur vt pars. Essentia autem substantiæ simplicis, quia vt pars denotabilis non est, semper prædicatur de eo, cuius est.

1 Met. ca. 5 post medium

T.c.2. de 3.q.3.

¶ Ad euidentiam huius differentiæ notandum, quia primo aspectu apparet falsa ex eo quòd patet, quòd in pluribus nominibus substantiis separatis, possunt significari earum essentiæ in abstracto & in concreto, & consequenter vt totum & pars. possum enim dicere Gabriel & Gabrielitas, Deus & Deitas &c. Sed licet ita appareat, diligenter tamen inspicienti oppositum illucescit. Considerandum enim, quòd loquimur de essentiis rerum & conditionibus earum, quæ eas sequuntur, & non de illis quæ ex solo opere intellectus fiunt. Essentiæ enim substantiarum compositarū ex eo quòd duas partes realiter habent, seu ex eo quòd sunt formæ in materia, ex ie habent vnde intellectus fundet in eis significationem per modum partis, & per modum totius. Cum enim significat formam illam in habente, seu deferente, significatur ut totum & concretum, vt homo: cum autem significat illam non ut in habente, seu deferente, sed per se significat in abstracto & per modum partis, vt humanitas. Essentiæ autem substantiarum immaterialium, quia dicunt formas non receptas in materia, ideo ex se non habent quòd significentur in concreto & in abstracto, vt totum, & pars, & cætera. non enim est ibi deferens, nec delatum. Sed quia intellectus noster intelligit res simplices & altissimas per modum rerum compositarum, ideo, vt dicunt Commentat. 12. Metaphy. com. 39. & S. Tho. prima parte. q. 13. fuit necesse, ut in illis formaret abstractum & concretum, & intelligeret eas per modum totius & partis. Differentia ergo posita hic, est cum additione intelligenda sic, quòd essentia substantiarum compositarum ex ie habet, quòd significabilis sit per modum totius & partis: essentia autem simplicium ex se non habet quòd significetur per modum totius & partis, sed ab intellectu tantum: & ideo diuersitas, quæ inter abstractum & concretum in substantiis compositis est ex parte rei, & reducitur ad distinctionem, quæ est inter subiectum deferens, & formam delatam. Diuersitas autem quæ est inter abstractum & concretum in substantiis separatis, nō est id ex parte intellectus, ut Comm. ibi dicit. Et propter hoc dicit Auicen. quòd quidditas simplicis est ipsum simplex: & quidditas compositi non est ipsum compositum.

T. 39. 1. meta. 5.

T. 2. 1. com. 20. 21.

Com. 9.

9 ar. 3.

¶ Circa hanc particulam est unum dubium, An uerum sit, quòd in substantiis separatis idem sit quidditas, & id cuius est, idest, natura & suppositum. Est autem ratio dubitandi, quia S. Tho. in quol. 2. q. 2. art. 2. dicit, quòd cum apud Aristt. 7. Meta. tex. com. 20 & 21. in his, quibus admiscetur aliquod accidens, natura & suppositum distinguantur, & in intelligentiis alius a prima aliquod accidens sit in omnibus excepta prima, natura & suppositum distinguuntur, siue quidditas, & id cuius est. Ex alia parte. 3. de Anima Com. 9. dicit in separatis a materia idem est, quòd quid est, & id cuius est. Et in prima parte S. Tho. q. 3. arti. 3. expresse hoc dicit, quod & apparet hic authoritate Auicennæ.

¶ Ad intellectum huius difficultatis est notandum, quòd cum nomine Naturæ intelligatur id quod per diffinitionem significatur: A nomine autem suppositi indiuiduum habens illam quidditatem secundum triplicem gradum substantiarum, in uniuerso tripliciter inuenitur differentia suppositi a natura.

¶ In substantiis siquidem materialibus, suppositum differt a natura dupliciter, secundum rē, & ultra hoc secundum rationem. Differt primo modo intrinsece, qa aliquod reale suppositum sibi intrinsecum includit, quod non includit natura, scilicet principia indiuiduationis. Si enim Sortes diffiniretur, in eius diffinitione poneretur hęc materia, quę non ponitur in diffinitione naturæ humanæ. Differt secūdo extrinsece, quia aliquid reale extrinsecū sibi includit suppositum, scilicet esse actuale existentiæ, quod nō includit natura. Existentia enim primo est actus suppositi, cuius est fieri, quæ tamen caderet in diffinitione Sortis, si diffiniretur. Differt tertio secundum rationem, vt patet.

5. Mea. c 5 post medium

¶ In substantijs autem separatis aliis a prima, suppositum differt a natura duobus modis tantum, scilicet extrinsece secundum rem, & secundum rationem. Nihil enim reale intrinsecum sibi includit suppositum in eis, quod non includat natura, quia non indiuiduatur per aliquod positiuum contrahens naturam specificam, quod sit uelut differentia individualis supposito intrinseca, sicut est in substantijs materialibus. Sed quia in eis, ut patebit, existentia differt realiter a natura, quæ primo ut dictum est, est actus suppositi, ideo suppositum in eis differt extrinsece a natura: addit enim extrinsece realitatem existentiæ. Differt secunda secundum rationem, ut patet. In Deo uero glorioso suppositum uno modo tantum differt, scilicet secundum rationem, quia nec natura diuina indiuiduatur per additum, nec existentia sua distincta est realiter ab eius essentia. unde patet, quod utraque pars dubii est uera aliquo modo, & quòd in substantijs separatis differunt secundum rem quod quid est, & id cuius est, quia extrinseca differentia differunt secundum rem: & quòd sint idem, quia non differunt per aliquam intrinsecam differentiam realem. hanc autem esse mentem S Tho. diligenter intuenti dicta eius in locis allegatis facile innotescere potest.

In eo. cap.

e HIC ponitur tertia differentia in ordine uocata, secunda inter eas quæ oriuntur ex prima, & dicitur quòd differunt etiam in hoc essentia substantiæ compositæ, & essentia substātiæ simplicis, quòd essentia substantiæ compositæ est plurificabilis numero in eadem specie, sicut essentia humana distinguitur numero in Socrate, & Platone. Essentia autem substantiæ simplicis, idest, separatæ a materia, non est plurificabilis in plura individua eiusdē speciei, sed quodlibet individuum constituit vnam speciem, & distinguitur specifice ab alio. Et fundamentum eius est in duabus propositionibus, quarum prima est. Cum actus sit, quod diuidit & separat. 7. Meta. tex. com. 46. omnis diuisio aut est formalis, aut quantitatiua, ut Aristot. inquit 3. Meta. tex. Com. 11. & Commentator primo Physicorum. com. 6. Secunda est, Formæ specificæ sunt indiuisibiles formaliter. Ex his enim deducitur quòd formæ specificæ, quę recipiuntur in materia, diuiduntur ad diuisionem materiæ per quantitatem, & sic fiunt multa individua eiusdem speciei. Forma autem specifica non recepta in materia omni diuisione caret, & formali quidem ex eo quòd species specialissima est, quantitatiua autem ex eo quod non est recepta in materia quam sequitur quantitas, & ideo non potest esse multa individua in eadem specie. Multitudo enim diuisionem sequitur.

Cap. 49. T. cap. 11. Cō. 6.

Scoti. 3. di. q. 7. prima.

QVAESTIO IX.

CIRCA hanc partem occurrit quæstio, An quælibet species substantiarum separatarum unum tantum habeat individuū. In hac quæstione tria sunt facienda. Primo ponetur opinio Scoti cum fundamentis: secundo ponetur ueritas peripatetica: tertio respondebitur argumentis in oppositum.

¶ Quo ad primum Scotus secundo sententiarum dist. 3. q. 7. opinatur plures esse intelligentias eiusdem speciei talibus mediis.

¶ Primo sic, Omnis quidditas quantum est de se, est communicabilis: intelligentia est aliqua quidditas. ergo quidditas intelligentiæ est de se communicabilis. ergo potest inueniri in pluribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maior probatur, quia si quidditas omnis non esset communicabilis, vel communicabilitas, repugnaret ei ratione perfectionis quidditatiuæ, aut imperfectionis. non ratione perfectionis: quia communicabilitas secundum fidem catholicam, conuenit quidditati diuinæ quæ summe perfecta est. nec ratione imperfectionis: quia communicabilitas cõuenit quditatibus subsistantiarum compositarum, quæ sunt iperfectiæ, Cum ergo ratione neutrius repugnet sibi, restat Maior vera.

¶ Præ Omnis quidditas intelligibilis sub rõne vniuersalis, absque cõtradictione est plurificabilis numero: quidditas separata est intelligibilis sub ratione vniuersalis absque contradictione. ergo est plurificabilis numero. Maior probatur ex eo q̃ implicat, intelligi sub ratione vniuersalis, & esse de se hoc. est enim vniuersalitas opposita hecceitati, sicut implicat, intelligere essentiam diuinã sub ratione vniuersalis, quia est de se hoc.

¶ Præt. Deus potest hũc angelum in hac specie annichilare: isto annihilato. Deus potest speciem hanc reparare in aliquo alio individuo, non in eodem secundum istam opinionem, quia secundum istos homo non posset resurgere idem numero, nisi anima intellectiua remanente eadem numero. ergo in eadem specie erunt plura individua, saltem successiue.

¶ Præt. Animæ intellectiuæ distinguuntur numero in eadem specie, & tamen sunt immateriales. ergo &c.

¶ Præt. August. in Enchir. c. 29 dicit, quòd quia tota natura, seu species humana ruerat, ideo misertus Deus ad eam saluandam venit: non autem venit ad saluandam naturam angelicam, quia tota non ruit. Ecce quòd August. dicit totam naturam angelicam non lapsam esse per peccatũ, q̃d nõ potest esse verũ, si tot sunt species, quot sunt individuatiue n. multæ naturæ angelicæ lapsæ totaliter essent, humana autem tantũ vna, cum humana nõ sit nisi vna.

¶ Præt. Damasc. in Elementario, c. 12. dicit, quòd secundum vnamquanque speciem fecit Deus angelos.

¶ Præt. Arguit ad idem in quolibet. q. 2. quòd prędicta opinio est damnata Parisiis in pluribus artic. Primus est, Si quis dixerit Deũ non posse multiplicare formas sine materia, error. Secundus, Si quis dixerit formam non recipere diuisionem sine materia, error. Tertius, quòd quia intelligentiæ non habent materiam, Deus non potest eiusdem speciei facere plures, error.

Quolib. q. 2. supra Parisien.

Quolib. q. 2. artic. Parisien.

¶ Quod si dicatur, inquit Anton. Trombeta, quòd ista sententia non est damnata vbique, dato quòd Parisijs sic sit. cõtra, Nam sententia damnata in aliqua vniuersitate famosa, vbique est damnata, aut suspecta de hæresi non solum authoritate diœcesani, sed etiam authoritate domini Papæ, vt patet extra de Hæretic. ca. Ad abolendam. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, Veritas peripatetica ab Aristot. Commen. & San. Tho. accepta est, quòd quælibet intelligentia constituat vnam speciem, ita quòd non possint ibi inueniri plura individua eiusdem speciei. Ita S. Tho. quidem in quæstionibus disputatis de spiritualibus creaturis, art. 8. & in secundo contra Gent. cap. 93. & in prima parte. q 50 ar 4. & alibi probat hoc multis rationibus, quarum duabus nunc vtendum est.

S. T. 1. q. 50. artic. 4.

¶ Prima ex earũ immaterialitate sumitur, vnde omni principio distinctiuo numeraliter carent: & formatur ratio sic. Omnis species habens plura individua, habet in se distinctium numerale: intelligentia non habet tale principium distinctiuum. ergo. Minoris probationem habes supra immediate ante quæstionem. Et nota, quòd hæc ratio est sumpta ex 12. Meta. text. Comm. 49. vbi sic hæc consequentia. Cœlum, idest, primum principium est vnum specie, & plura numero. ergo est materiale: vnde expresse datur intelligi, quòd immaterialitas est sufficiens causa non plurificationis numeralis. Sed quia Scot. expresse dicit loco prælleg. quòd opinio sua est contra Arist. ideo omittã authoritates.

Tex. Com. 49.

T. cap. 25.

¶ Secunda ratio S. Tho. est sumpta ex ordine vniuersi fundata super tres propositiones, quarum prima est. Vniuersum habens tres partes, scilicet sphæram generabilium & corruptibilium, corpora cælestia, & substantias immateriales, habet pro bono intrinseco ordinem: hæc habetur. 12. Meta. tex. Comm. 52.

T. cap. 10. S. c. 11.

¶ Secunda propositio est, quòd ordo est duplex scilicet per se, & per accidẽs. Ordo per se est inter essentialiter ordinata, vt species quæ sunt sicut numeri. 8. Meta. tex. Com. 10. Ordo per accidens est inter individua eiusdẽ speciei, vt dicitur 3. Met. tex. Com. 11.

¶ Tertia propositio est, quòd ea pars vniuersi, in qua est ordo per se purus, est potior ea, in qua est ordo per se admistus ordini per accidens, ex 12. Met. tex. Com. 52. vbi comparatur prima pars vniuersi filijs familias, quibus nihil ordinatum per accidens inest. Super his propositionibus fundatur talis ratio. Id quod caret ordine per accidens, non habet plura individua eiusdem speciei: suprema pars vniuersi caret ordine per accidens. ergo non habet plura individua eiusdem speciei. Maior ex terminis patet: Minor licet ex Arist. habeatur loco allegato, quia isti tamẽ negant Aristot. in hac parte, sicut & alibi, ratione probatur sic. Non minus quòd recipiuntur in materia designata, vel multiplicantur secundũ diuisionem eius, contingit quòd aliqua sint idem specie, & diuersa numero. Sed cum essentia simplicium non sit recepta in materia, non potest ibi esse talis multiplicatio. Et ideo non oportet quòd inueniantur plura individua vnius speciei in illis substãtijs: sed quot quot sunt individua, tot sunt species, vt Auicen. dicit expresse. excludit ordinẽ per accidẽs suprema pars vniuersi, quãm media pars, cum suprema sit perfectior, & bonitas vniuersi in ordine consistat, & ordo per accidens sit imperfectum quid & deficiens ab ordine per se, immo ordinatum per accidens est inordinatum, eo quòd per accidens est conditio diminuens ratione ordinis: sed media pars excludit ordinem per accidens, vt patet: corpora enim cælestia non habent plura individua eiusdem speciei. non enim est nisi vnus Sol, vna Luna &c. ergo suprema pars vniuersi a fortiori excludit ordinem per accidens. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium respondetur argumentis Scot. Et ad primum quidem, vt terminos Theologicos admittamus, quia argumentum theologicum est, dicitur quòd communicabilitas est triplex. Quædam cum diuisione essentiæ, sicut vniuersale communicabile est particularibus. Quædam vero absq; diuisione aliqua essentiæ, & esse per identitatem, sicut essentia diuina communis est tribus suppositis. Quædam per assumptibilitatem ad hypostaticam vnionem, sicut natura humana communicabilis est omnibus suppositis diuinis. Si in præmissis Sco. assumpt communicabile primo modo, falsa est Maior. patet in essentia diuina. Si secundo modo, falsa etiam est Maior: nulla enim essentia creata est illo modo cõmunicabilis. Si tertio modo, falsa quoq; est Maior, ut patet de essentia diuina. Si autem accipiatur communicabile neutro illorum modorum, sed pro communicabili in communi non descendendo determinate ad hoc, vel illud communicabile, concesso toto argumento non concluditur, q̃ quidditas angelica sit communicabilis, sicut vniuersale particularibus. Committitur enim fallacia consequentis a superiori ad inferius affirmatiue. Vnde probatio adducta nihil contra nos facit. Communicabilitas primo modo repugnat intelligentijs propter earũ perfectionẽ. Cõmunicabilitas secundo modo repugnat intelligentijs propter earũ imperfectionem. Communicabilitas tertio modo conuenit eis ex earũ imperfectione: quia esse distinguitur realiter ab earum essentia.

¶ Ad secundum dicitur distinguendo Maiorem. Aliquid enim est intelligibile sub ratione vniuersalis conuenit dupliciter. Vno modo ex parte rei & intellectus, vt verbis S. Tho. vtar. Alio modo ex parte intellectus tantum. Primo modo Maior est vera, & Minor falsa. Secundo modo Maior est talis, licet Minor sit vera. Cum enim vniuersalitatis fundamentum ex parte rei sit inuentio illius quidditatis in pluribus individuis simul, uel successiue: fundamẽtum vero ex parte intellectus sit repræsentatio illius quidditatis non repræsentatis conditionibus individuationis vt sic, illud est vniuersale vtroque modo, scilicet ex parte rei & intellectus, quod vtroq; fulcitur fundamento: sicut humana essentia est intelligibilis sub ratione vniuersalis ex parte rei, quia ipsa est realiter diuisa & inuenta in multis: & ex parte intellectus, quia repræsentatur absque hic & nunc. Illud autem est vniuersale ex parte intellectus tantum, quod altero tantum fulcitur fundamento, scilicet repræsentatione &c. ita quòd eius vniuersalitas ex hoc solo habetur, quòd obiectiue in intellectu ponitur, cui obijcitur res secundum conditiones quidditatiuas, non individuales vt sic: & hoc modo quidditas intelligentiæ est vniuersalis. Licet enim individuale, & specificum esse ibi idem habeat principium, quia tamen repræsentatur ut talis res, non vt hoc, quia non repræsentatur secundum quod in se est, sed secundum modum rerum compositarum, in quibus aliud est natura, & aliud est individuum illius naturæ, ideo est vniuersalis, vt obiecta est tantum. Et hoc eodem modo est prædicabilis quidditas intelligentiæ de pluribus, scilicet nec actu, nec aptitudine, sed vt obiecta est intellectui, vt ab Auicenna habes. 5. Metaphysic. quinimo ipsa quidditas diuina hoc modo communis, & vniuersalis secundum rationem est: vnde & numerum pluralem apud grammaticos habet. Ad probationem autem Maioris sic negatæ, patet responsio. Cum enim dicitur quòd implicat, quidditatem esse de se hanc & vniuersalem, & prædicabilem de pluribus: hoc est verum accipiendo vniuersale ex parte rei, & similiter prædicabile. Vniuersale enim secundum rationem tantum, est vnum in multis, & de multis, vt obiectum est tantum. Vniuersale autem ex parte rei, est in multis secundum rem, licet vnitatem habeat sut obiectum est. Hæc si vis plene intelligere, memento eorum quæ dicta sunt in quæstione de Vniuersalibus.

1. q. 13. sup. 9. c.

Cap. 1.

Sup. c. 4. q. 7.

¶ Ad

Vide S. T. 3. q. 5.

¶ Ad tertium dicitur, quòd in casu illo repararetur necessario idẽ numero angelus. ex eodem enim Gabriel est hic, & Gabriel. Nec est verum quòd apud nos Deus non possit idem numero reparare, licet dicamus quòd si in resurrectione non resumeretur eadem anima numero, quæ non annihilata esse debet, si resurrectionis ratio saluanda est, nõ esset idem homo numero, cum quo stat idem numero posse reparari a Deo.

¶ Ad quartum dicitur, quòd non est simile de intelligẽtijs, & animabus intellectiuis quo ad hoc: q̃a aĩæ sunt partes speciei corporibus vnibiles, non autem intelligentiæ. sed de his infra erit amplior sermo.

f Huiusmodi ergo substãtię quãuis sint formæ sine materia, non tamen in eis est omnimoda simplicitas, nec sunt actus puri, sed habent permistionem potentiæ: & hoc sic patet. Quicquid enim non est de intellectu essentię, vel quidditatis, hoc est aduenies extra, & faciens compositionem cum essentia: quia nulla essentia sine his quę sunt partes essentiæ intelligi põt. Ois aũt essentia, vel quidditas intelligi põt sine hoc, q̃ aliquid intelligat de eẽ suo facto. Possum. n. intelligere quid est homo, vel phœnix, & tñ ignorare an esse habeãt in rerũ natura. ergo patet quòd esse est aliud ab essentia, vel quidditate.

B

16. q. 13. in de spiritualibus creaturis.

¶ Ad quintum respõdet sanct. Thomas, quòd natura humana & angelica possunt dupliciter accipi. Vno modo secundum esse naturæ: & sic natura humana est vna, angelica vero plures. Alio modo accipiuntur secundum esse viæ, scilicet vt viatrices ad beatitudinem supernaturalem: & sic sicut natura humana est vna, ita tota latitudo angelicarum specierum est vna natura, eo quòd sicut omnes homines vno modo tendunt ad patriam, scilicet per liberum arbitrium flexibile remediabiliter. sic omnes Angeli vno modo tendunt ad beatitudinem, scilicet per liberum arbitrium flexibile irremediabiliter. semel enim flexum, reuerti amplius non potest, apprehendunt enim immobiliter. Et propterea Aug. vt theologus loquens, ad quem pertinet consideratio de homine & angelis in esse viæ & patriæ, vocauit omnes angelos vnius naturæ.

¶ Ad sextum dicitur, quòd Damas. forte opinionẽ illorum, quos in hoc non sequimur, imitãs, dixit illa verba. Vel per speciem intelexit speciem subalternam non specialissimam. & hoc mihi placet magis, cum non constet ipsum contrariæ opinionis esse: & tũc large speciei nomen accipiendum est, si veritatem habere debet.

C

¶ Ad septimum dicitur primo, quòd argumentum procedit ex malo intellectu articulorum Parisiensium. Illi. n. sunt contra Auerroistas, qui animam intellectiuam non multiplicabilem numero dicunt, quia est forma immaterialis. vnde sensus primi articuli est: Si quis dixerit Deum non posse multiplicare formas sine materia, idest, sine dependentia a materia, error. Similiter secundus: Si quis dixerit formas non recipere diuisionem sine materia, idest, sine dependentia a materia, error. Similiter tertij: Quòd quia intelligentiæ non habent materiam, Deus non posset eiusdem speciei facere plures, error. non habent materiam, idest, dependentiam a materia, vel non posset, idest, ex impotentia Dei procederet.

De art. Parisiensibus.

Reuocati sunt ar. Parisienses, vt suggũt doc. S. Th. Vide de istis art. Capreo. 2. q. 2. ad 2. cõtra primam conclusionem.

¶ Vel dicatur secundo, quòd articuli Parisienses, in quantum tangunt, vel tangere videntur doctrinam San. Tho. reuocati sunt per dominum Stephanum episcopum Parisiensem apud Bertiliacum, anno Domini. 1325. Die Iouis ante sacros Cineres, vt patet in literis, quæ incipiunt. Magistra rerum experientia certis indicijs eui dentes demonstrat.

D

¶ Dicitur tertio, quòd cum sanctissimus Vrbanus Papa doctrinam S. Tho. approbauerit in extrauaganti, quę incipit. Laudabilis Deus in Sanctis suis, & in sui maiestate mirabilis. mirum est quomodo isti audeant contra Romanæ ecclesiæ approbationem reducere articulos Parisienses. Sunt autem verba domini Papæ in calce Extrauagantis ad Vniuersitatem Tholosanam istã. Volumus insuper, & tenore præsentium vobis iniungimus, vti dicti Beati Thomæ doctrinam tanquàm veridicam, & catholicam sectemini, eamque studeatis totis viribus ampliare. Datum apud Montem Flasconẽ &c. Hæc verba attendant aduersarij, & videant quanta temeritate contra mandatum summi Pontificis catholicam Sancti Thomæ doctrinam impugnare nituntur.

E

¶ IN HAC tertia parte capituli huius, probatur substãtias separatas esse compositas ex esse & essentia. Sed antequàm ad probationem accedatur, prænotandum est, in substantijs materialibus inueniri quatuor realiter distincta, scilicet materiam, formam, essentiam compositam ex eis, & essentiam. In homine enim est considerare materiam, in qua recipitur eius forma, & formam ipsam, quæ est illius materiæ actus, & essentiã humanã, q̃ nec est materia nec forma, & esse actualis existentiæ, quo homo formaliter existit in rerum natura: vnde sit, vt in istis substantijs duæ compositiones pertinentes ad genus substantiæ reperiantur, quarum prima est ex materia & forma: secunda est ex essentia & existentia, quę vocatur compositio ex esse & essentia.

¶ Conueniunt autem inter se, & differunt hæ compositiones. Conueniunt quidem in duobus. Primo in hoc, quòd vtraque constat ex actu & potentia. materiam enim & formam clarum est se habere, vt potentiam & actum: essentia autem & esse ex eo liquet quòd se habent vt potentia & actus, quia quidditas quælibet ex hoc ponitur in rerum natura quòd existentiam acquirit.

¶ Secundo conueniunt in hoc, quòd vtriusque extrema sunt in eodem genere. tam enim materia & forma hominis, quàm essentia & esse eius, in genere substantiæ & speciei humanæ reponuntur.

¶ Differunt autẽ quo ad decem. Primo, quia extrema primæ cõpositionis sunt partes substantiæ, & nõ sunt substantia, proprie loquendo, vt patet. Materia enim & forma nõ sunt in genere substantiæ, nisi reductiue: vnde prædicationem substantiæ, quæ est genus generalissimum, non nisi in obliquo suscipiunt. Extremorum vero secundæ compositionis neutrum est pars substantiæ, sed alterum est substantia, essentia scilicet quæ est in recta linea prædicamenti, alterum vero extra substantiam, scilicet existentia.

¶ Secundo differunt, quia extremum illud quod se habet vt potẽtia in prima compositione, est ens pure potentiale, materia scilicet. Extremum vero illud quod se habet ut potentia in secunda compositione, non est pura potentia, sed ens in aliqua specie quidditatiue completum, essentia scilicet.

¶ Tertio differunt, quia extremum illud, quod se habet vt potentia in prima compositione, non est id quod est, nec quod fit, proprie loquendo. Materia enim non fit, vt dicitur. 7. Meta. tex. cõ. 27. eiusdem autem est esse, cuius est fieri, cum fieri ad esse terminetur. Extremum vero id quòd in secunda compositione se habet vt potentia, est id quod est, & fit, cum omnis factio ad compositum terminetur, vt ibidem dicitur.

T. co. 27. & 12. Met. tex. Cõ. 12.

¶ Quarto differunt, quia extremum illud quod in prima compositione se habet ut actus, nõ est ultima actualitas rei, sed causat aliũ ulteriorem actum. forma enim hominis, quæ eius materiam informat, causando totum compositum, complet proprium receptiuum ipsius existentiæ, & sic eam causat, quæ est ulterior actus. Extremũ uero illud, quod in secunda compositione se habet ut actus, est ultima actualitas illius generis. post existentiam enim Sortis nihil sibi substantiale amplius aduenit.

7. Met. T. co. 27.

¶ Quinto differunt, quia extremũ illud, quod in prima compositione se habet ut actus, est ita actus, quod tamen comparatur ad aliud ut potentia. Extremum uero illud quod in secunda compositione se habet vt actus, est ita actus, quòd ad nihil ipsius rei comparatur vt potentia. Quod patere potest aduertendo proportionem, quæ est inter formam & existentiam. Est enim proportio formæ ad esse actuale, sicut proportio diaphaneitatis ad lumen: forma siquidem recipit existentiam, & causat eam, sicut diaphaneitas lumen. Sicut nanq; aer in eo quòd aer, non est capax luminis, sed oportet ipsum diaphaneitate informari, vt proprium receptiuum luminis fiat, ideoque neque aer, nec diaphaneitas, sed aer diaphanus est qui primo luminosus est, licet secũdario tam aer, quàm diaphaneitas lumine careat: ita in proposito materia sola non est capax existentiæ, quia actus in propria susceipi debet potentia, sed oportet in ipsa formam recipi, vt proprium exceptiuum existentia fiat, non materia, nec forma, sed compositum ex eis. Id enim quod primo existit, est compositum, cuius primo etiam est fieri, tamen tam materia quàm forma secundario actuatur illamet existentia. Vnde sicut diaphaneitas est causa formalis aeri diaphano, & eius complementum formale ad hoc vt proprium susceptiuum luminis sit, & cum hoc comparatur ad lumen aduenies, vt potentia recipiens, licet secundario ad actum: ita forma est causa formalis compositi, & complementum eius formale ad hoc, vt proprium receptiuum existentiæ sit, ac per hoc comparatur ad ipsam existentiam subsequentem vt potentia recipiens, secundario tamen ad actum receptum, vnde fit, vt ipsum esse actualis existentiæ ad nihil aliud comparetur, vt potentia ad actum, sed sic vltima actua litas omnis rei etiam ipsius formæ.

¶ Sexto differunt, quia extremum illud, quod in prima compositione se habet vt actus, est de intellectu, seu diffinitione rei extrinsece: forma enim secundum omnes intrinsece in diffinitione concipitur. Extremum vero illud quod in secunda compositione se habet vt actus, est extra quidditatem rei: diffinitio enim non significat esse, vel non esse, vt dicitur. 1. Polte.

¶ Septimo differunt, quia ex extremis primæ cõpositionis fit vnũ tertium per se vnum. Ex extremis vero secundæ compositionis nõ fit vnum tertiũ per se vnum, neq; per accidens, proprie loquendo. Et colligitur ratio huius differẽtiæ ex supradictis. vnum enim per se nõ fit nisi ex duobus, quorum vtrunq; est pars substantię. Nulla enim substantia completa facit vnum per se cum quocunq; alio, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quorum alterum est pura potentia. ex duobus enim actibus non sic tertium per se vnum, & quorum alterum est ita actus, vt possit comparari ad aliquid aliud, vt potentia: partes enim sunt materia totius. 5. Metaph. tex. com. 3. Cum autem in prima compositione omnes istæ conditiones saluentur: in secunda vero nulla, sequitur quòd in secunda cõpositione non fiat vnum tertiũ per se. neque etiam vnum per accidẽs fit, quia vnum per accidens aggregat res diuersorum generum, cum his tamen fiat quòd essentia per se adunetur cum esse.

T. com. 3.

¶ Octauo differunt, quia prima compositio est compositio ex his, & ideo fit ibi vnum tertium. Secũda vero est compositio cum his. Nulla n. res datur, quæ constet ex essentia, & existentia, proprie loquendo, sicut datur res constans ex materia & forma, sed essentia componit cũ existentia, & econuerso: & ideo dicũ est, quòd adunatur per se, non tamen componendo tertiũ.

¶ Nono differunt, quia prima compositio ad pauciora se extendit, quàm secunda. Extrema enim primæ compositionis nõ inueniuntur, nisi in rebus sensibilibus: eam nanq; solam ex materia & forma constare, supra conclusum est. Extrema vero secundæ compositionis reperiuntur & in rebus sensibilibus, & in rebus immaterialibus: habẽt enim intelligẽtiæ quidditatem & existentiam. Vnde prima compositio infert secundam, & non econuerso. Omne enim compositum ex materia & forma est compositum ex essentia & esse, sed non conuertitur.

c. 2. cap. 5. in princip.

¶ Decimo differunt, quo ad passiones suas. Compositionem enim primam quantitas, accidentia sensibilia, & transmutatio saltem localis sequuntur. Compositionem autem secundam, neq; generatio, neq; corruptio, neq; transmutatio aliqua physica sequitur, sed tantum recipere & recipi, perficere & perfici: quia hæc sequuntur actum & potentiam, illa vero materiam & formam. In litera igitur hanc secundam compositionem in omni ente citra primũ inueniri probatur tali conclusione proposita. Omne ens aliud a primo est compositum ex esse & essentia. Ratio talis est. Omne habens aliquid realiter suæ quidditati coniunctum, quod est extra essentiam eius, est compositum ex quidditate & illo additamento, id est essentia & esse: omne ens aliud a Deo, habet aliquid reale suæ quidditati realiter coniunctum extra essentiam eius, scilicet esse. ergo omne ens aliud a Deo, est compositum ex esse & essentia. Maior relinquitur a S. Tho. pro manifesta. Et est modificanda ita, quòd illud additum sit extra essentiam rei particulariter sumptam, quod dico propter inferius, cum sit extra essentiam superioris, non tamen componit cum illo: & etiam deseruit sic modificata propositio, quia esse est extra essentiam Sortis. non enim poneretur in eius diffinitione, si diffiniretur. Relinquitur igitur manifesta Maior, quia duo adunata, quorum neutrum est contrahens alterum, & alterum se habet vt actus, & alterum vt potentia, non nisi per compositionem realiter sunt coniuncta. Minor autem patet ex sexta differentia, & Aristotele. 1. Poste. dicente,

T. cap. 25

quòd nulla diffinitio significat esse.

g HIC ponitur secunda ratio ad idem, quæ inducitur per modum exclusionis taciæ responsionis: quia aliquis posset dicere ad rationem factam, quòd aliqua res est, cuius quidditas est suũ esse, & illius diffinitio non abstrahit ab existere. Contra hoc inquam inducitur secunda ratio probans, quòd in vno solo ente, scilicet primo, essentia est idem quod existentia, & consequenter in quolibet alio, esse & essentia distinguuntur realiter. Ratiocinatur ergo sic, Omne plurificabile, seu plurificatum altero trium modorum multiplicatur vel per additionẽ differẽtiæ formalis, vel per receptionẽ vtriusque in materia, vel per receptionem vnius in materia, & alterius separationẽ: sed quidditas, quæ est suum existere, nullo istorum modorum est multiplicabilis. ergo quidditas, quæ est suum

g Nisi forte sit aliqua res, cuius quidditas sit suum esse, & hæc res non potest esse nisi vna, & prima: quia impossibile est, vt fiat plurificatio alicuius, nisi per additionem alicuius differẽtiæ, sicut multiplicatur natura generis in speciebus. Vel per hoc, quòd forma recipitur in diuersis meteriis, sicut multiplicatur natura speciei in diuersis idiuiduis: vel per hoc, quod vnum est abstractũ, & aliud in aliquo receptum, sicut si esset quidã color separatus, esset alius a colore non separato, ex ipsa sua separatione. Si autem ponatur aliqua res, quæ sit esse tantum, ita vt ipsum esse sit subsistens, hoc esse non recipiet additionem differentiæ, quia iam non esset esse tantum, sed esse, & præter hoc forma aliqua. Et multominꝰ recipiet additionem materiæ, quia iam esset esse non subsistens, sed materiale.

Vnde relinquitur quòd talis res, quæ sit suum esse, nõ potest esse nisi vna: vnde oportet, quòd in qualibet alia re præter eã, sit aliud esse suũ, & aliud quidditas, vel natura, seu forma sua. Vnde in intelligentiis oportet quòd sit esse præter formam: & ideo dictum est, quod intelligẽtia est forma & esse.

h Omne autem quod conuenit alicui, vel est causatum ex principiis naturę suæ, sicut risibile in homine: vel aduenit ab aliquo principio extrinseco, sicut lumẽ in aere ex influentia solis. Non autem potest esse, quòd ipsum esse sit causatum ab ipsa forma, vel quidditate rei. Dico sicut a causa efficiẽte: quia sic aliqua res esset causa suiipsius, & aliqua res seipsam in esse produceret, quod est impossibile. ergo oportet, ꝙ omnis talis res, cuius esse est aliud a natura sua, quòd habeat esse ab alio.

Nec aliquis mihi obiiciat, ꝙ quantitas & substantia distinguuntur realiter, & tamen non per differentias formales, nec &c. Quoniã siue modis, siue differentiis fiat diuisio, non refert, dummodo contrahens ad aliquam limitatam naturam trahat contractum. Minor autem declaratur quo ad omnes eius particulas. Primo, quòd nõ sit multiplicabilis per modum generis, patet ex eo, quòd genus recipit additionem differentiæ, per quam trahitur natura generis ad determinatam naturam specificam, & sic perdit genus puritatẽ propriam. Animal enim contractum ad humanam speciem nõ est purum animal, sed animal humanum: quidditas vero, quæ est sua existentia, est ipsum esse purum, & non coarctatum. statim enim quòd contraheretur, perderet puritatem, & essent ibi duo, esse scilicet, & quidditas, ad quam contractum esset. Secunda pars Minoris clarius patet: quod enim recipitur in alio, non est esse purum, & per se subsistens, sed sustentatur in alio. quidditas autem, quæ est suum esse, est pura: & consequenter per se subsistens, & non alteri admixta, in quo sustẽtet. Per idem quoque patet tertia pars Minoris: si enim vna quidditas, quæ est suum esse, est separata, altera quæ est recepta, ex hoc quòd est recepta, non potest esse eadem suæ existentiæ. vt enim dictum est, esse receptum, non potest esse idem quiddtati: & sic concluditur, quòd quidditas, quæ est suũ esse, est vna tantum, quæ est prima causa omnium, ac per hoc cætera habent esse distinctum a suis essentiis.

h ¶ IN HAC parte quarta huius capituli declaratur intelligentias habere, esse a Deo effectiue, in quo omnino idem est esse cum essentia. Primum horum in sua vniuersali conclusione, hoc scilicet, Omne aliud a prima causa, est productũ ab ipsa, probatur sic, Omne habens esse distinctum a sua quidditate, est productum effectiue a prima causa: omne ens aliud a causa prima habet esse distinctum a sua quidditate. ergo omne ens aliud a prima est effectiue productum a prima causa. Minor supponitur ex dictis & dicendis. Maior probatur sic, Omne illud, cui conuenit aliquod distinctum a sua quidditate, ita se habet quòd vel ipsum est causa effectiua illius, aut habet illud ab alio effectiue, non enim potest imaginari tertium: risibilitas siquidem & albedo, & quicquid aliud conuenit homini, aut causatur ab ipso homine effectiue, aut ab alio quo alio, quod non est hominis quidditas: sed impossibile est vt aliquod ens efficiat suam propriam existentiam, vt dicitur. 2. de Anima tex. com. 47. ergo oportet quòd illam habeat ab alio effectiue. Quòd autem sit impossibile, vt aliquid ens efficiat suam propriam existentiam, patet ex eo, quòd sequeretur, quòd illud esset, antequàm esset. Ex eo enim quòd efficeret, esset. Omne enim efficiens existit. 3. Phy. tex. Comm. 17. ex eo vero quòd suum proprium esse causaret suum existere, eius causalitatem sequeretur: & sic esset antequàm esset.

T. ca. 47.

T. ca. 17.

¶ HIC

1 ¶ HIC declaratur secundũ propositorũ hæc conclusio, scilicet, Essentia primæ causæ est suũ existere, tali rõne. Oẽ quod est p aliud tale, præceditur ab eo quod est per se tale: oẽ ens aliud a prima causa est per aliud tale, idest, ens. ergo præceditur ab eo, quod est per se ens qđ aũt est ex se ens, causa est omnibus, vt entia sint, vt dicitur. 2. Metaphysi. tex. Com. 4. prima ergo causa est ex se ens, seu per se ens, & consequenter sua quidditate est ipsum esse, aliter non esset per se, sed per aliud a sua quidditate ens: & cõsequenter dependeret ab alio, ante posita ratione deductum est. Maior propositio etsi habeatur secundo Phys. tex. Commen. 66. & 8. tex Commen. 39. tamen in litera probatur ex eo, quòd aliter sequeretur processus in infinitũ in causis. Si enim non esset deuenire ad vnum per se tale, sed omnia essent per aliud talia, qua ratione ante vnum est aliud, eadem ratione ante illud erit aliud: & sic in infinitum. Minor vero est conclusio præcedentis rationis.

T. c. 4.

i Et quia omne quod est per aliud, reducitur ad id quod est per se, sicut ad causam primam: ideo oportet quòd sit aliqua res, quæ sit causa essendi omnibus rebus, eo quòd ipsa est esse tantum: alias iretur in infinitum in causis, cum omnis res, quæ non est esse tantum, habeat causam sui esse, vt dictum est. Patet ergo, quòd intelligentia est forma & esse, & quòd esse habeat a primo esse, quod est esse tantum: & hoc est prima causa, quæ Deus est.

A

B

C

D

E

QVAESTIO X.

CIRCA hanc partem dubitatur, an intelligentiæ effectiuæ sint productæ a Deo.

¶ Et pro parte quidem negatiua arguitur sic. Omne agens aliquid, agit illud per motum: nulla causa subdantiarum immaterialium agit eas per motum. ergo nulla causa earum est agens eas. Maior est Arist. 1. de Generatione tex. Commen. 45. Et confirmatur: quia apud Arist. 12. Metaphysi tex. Commen. 12 omnis productio exigit tria, a quo, ex quo, & ad quod, quæ in substantijs immaterialibus saluari non possunt.

T. c. 4.

¶ Præt. In 1. Phys. textu Commenti trigesimitertij, communis conceptio Philosophorum, est quòd ex nihilo nihil fit: sed si intelligentiæ sunt effectiuæ a Deo, sunt ex nihilo &c.

T. c. 12.

¶ Præt. Quarto Cæli, com. 1. Nullum æternum, inquit Auer. habet efficiens vere, nisi per modum formæ & finis. Similiter. 12. Meta. com 44 reprehendit modernorum morem, dicens, quòd in separatis a materia non est vere agere.

T. c. 33.

¶ Præt. Nullum possibile ex se est necessarium ex alio, apud Commentatorem. 12. Met. com. 41. nisi motus sed intelligentiæ, si sunt effectiuæ a Deo, sunt possibiles ex se. ergo non sunt necessariæ ex alio. ergo corruptibiles.

Auer. c. 1. c. 44. postmo. Secunda ratio. com. 41.

¶ In hac dubitatione, quoniam nostra ætate in hoc Patauino studio non vertitur in dubium, an ita sit, quòd Deus creauerit intelligentias, sed an hoc sit secundum mentem Arist. & Commentatoris: ideo breuiter & incidenter persuadere volumus, quòd omnes intelligentiæ sunt a Deo effectiuæ secundum Commentatorem, & consequenter Arist. Omnes enim admittunt in hac re consequentiam istam. Deinde quoniam multi in hac re quærunt modum, quo apud Com. productio illa fit, declarabitur & modus productionis.

T. c. 4. & 36. circa med. & 44. Idem de forma balnei &c.

¶ Primum declaratur sic. Id quod est maxime ens, & verum, est causa entitatis & veritatis in cæteris. 2. Meta. tex. com. 4. Deus est maxime ens & verum. ergo Deus est causa entitatis in cæteris. Si dicatur quòd est causa finalis & non effectiua. contra 12. Metaph. comm. 36. & 44. Quælibet res separata a materia, cuiuscunque est principium finale, eit principium efficiens. ergo si Deus est principium finale intelligentiarum, erit & principium efficiens earum. Dicitur forte, quòd Comm. non ponit illam propositionem vniuersaliter, sicut assumpta est, sed indefinitam. contra Commentator ex separatione a materia, seu immaterialitate rei ponit causalitatem effectiuam concomitari causalitatem finalem respectu eiusdem effectus, vt patet ibi. ergo vbicunque reperitur immaterialitas cum causalitate finali respectu alicuius, oportet etiam reperiri causalitatem effectiuam respectu eiusdem. Confirmatur ex verbis Commentatoris in de substantia orbis, capitulo secundo, vbi expresse dicit, cælum egere intelligentia non ipsum mouente, sed largiente in sua substantia permanentiam æternam. par autem est ratio de intelligentiis. Quòd si dicatur, quòd loquitur de causa finali, & formali exemplari, replica facta est: & adde quòd ibi dicit Commentator, quòd finis significat agens significatione necessaria: & sunt uerba valde notanda. Confirmatur adhuc, quia Auerrois in 12. Meta. & nunc nunc declarabitur, non solum ponit ipsas produci, sed etiam modum, quo a prima causa omnes producuntur, assignat. Modus autem productionis ab ipsomet ponitur. 44. Cõmento 12. Metaphys. ubi reprehendit Auic. nõ quia ponebat intelligentias produci a Deo, sed quia ponebat, quòd Deus causaret eas per modum naturæ, scilicet quòd ab vno vnum tantum procedat. Posuit enim Auicenna, Deum gloriosum, qui pura actualitas est, intelligendo se, producere primam intelligentiam, quæ producta intelligendo Deum, producebat secundam intelligentiam: intelligendo autem se secundum id quod habet de actualitate, producebat animam primi orbis: intelligendo autem se secundum id quod habet de potẽtialitate, producebat orbem primum: & similiter secunda intelligentia faciebat vsque ad vltimam, quæ præsidet sphæræ actiuorum & passiuorum. Reprehenditur ergo Auicen. de hoc, quòd vnum tantum procedere a Deo immediate dicebat.

Auer. c. 1. c. 44. postmo. Secunda ratio. com. 41.

Vnde dicit, Non enim est illic prouentus, neque consecutio, neque actio, ita quòd dicamus, quòd vna actio sequitur vnum agentem. Vbi apparet, quòd propterea appositum ly Ita quòd vna actio, vt declararet modũ productionis se impugnare. Vnde & vere productionis modum subiungit in verbis sequentibus dicens. Tantum enim est illic causa & causatum, secundum quod dicimus, intellectum est causa intelligentis. Vbi scito ex Alberto. 12. Metaphysicorum, quòd contemplatio intelligentiarum, si veritatem inuenire quærit, in eas vt operatiuas, nõ speculatiuas tendat: sunt enim essentialiter opifices, vt earum instrumenta, corpora scilicet, & cælestia præ se ferunt. Inter artes enim talis inuenitur processus, q ars communis & principalis speciales artes subseruientes causat exemplariter, & effectiue, partialiter saltem, prout diuersis modis est imitabilis. v. g. Ars militaris causat equestrẽ, & fœnefactiuam, & alias huiusmodi vt sic, & sic, & aliter imitabilis. Omnes n. inferiores artifices intuendo artem principalem, & communem, ad eius imitationem formant operat ones suas proportionatas illi. Deus autem gloriosus est ars prima & communissima imitabilis ab omnibus artibus specialibus, quales sunt omnes intelligentiæ. Vnde ipsa ars diuina, vt sic imitabilis, puta per motum talem, qualis est motus Saturni, causat artem intelligentiæ Saturni: & vt alio modo imitabilis, puta per operationes tales, quales sunt Iouis, causat artem intelligentiæ Iouis, & sic de aliis. causat dico non solum exemplariter, sed effectiue, & totaliter. Ars enim vniuersalis in humanis ideo non causat, nisi partialiter & exemplariter artes speciales: quia non potest nisi concurrente lumine intellectus agentis in alterius intellectus fieri. Si nanque ars vniuersalis esset separata a materia per se subsistens, ex se non prohiberetur quin posset artes speciales sui imitatiuas effectiue producere. Vnde cum ars diuina sit per se subsistens, & summe efficax, non requirit coagens, sed sola intelligendo se, vt pluribus modis imitabilem, artes speciales orbium motiuas, tanquàm propriorum instrumentorum produxit. Et quia artes illę non sunt receptę in aliquo, oportet quòd sint subsistentes, & quòd sint non solum formæ intelligibiles, sed intelligentes. Omnis enim res immaterialis si est subsistens, est intelligẽs, secundum doctrinam Arist. 3 de Anima tex. Com. 16. Vnde cum Deus immediate producat plures artes speciales subsistentes, sequitur quòd immediate producat plures intelligentias. Ipsæ enim sunt essentialiter artes, & sic ibi est tantum causa & causatum: sicut intellectum, id est, ars communis intellecta, est causa intelligentis artificis subseruientis.

Vbi supra c. 44. parum post principium.

T. c. 16. & 15.

¶ Confirmant hunc sensum verba sequentia, quibus ait. Non est impossibile, vt id quod est per se intelligentia & intellectum, sit causa plurium entium, secundum quod ex eo intelligiuntur multi modi. Ars enim diuina, quæ est pura intelligentia, & purum intellectum, secundum quod intelligitur a se practice pluribus modis imitabilis, plures artes producit, quarum cuilibet, quia quod concipit de arte communi, est ratio operandi, cum sumat principia sua ab illa: ideo subdit, quòd aliud est quod concipit de primo motore motor orbis Iouis: & aliud quod concipit motor orbis Saturni, & est causa in anima, cuius scilicet, quòd operetur.

In eodem Comm.

¶ Confirmat quoque hoc idem proportio inter intelligentias assignata ab ipso Comm. Ait enim in Com. 44. quòd habitudo intelligentiarum aliarum ad primam, est habitudo artium specialium ad communem, ita quòd sicut artes speciales perficiuntur & causantur a communi in humanis: ita proportionabiliter intelligentiæ aliæ perficiuntur & causantur a prima.

Cap. 2.

¶ AD primum in oppositum dicitur, quòd agens dupliciter sumitur. Quandoque proprie pro illo, quod ex sua actione infert passionem, quæ magis facta abijcit a substantia: & sic sumitur ibi ab Arist. agens: sic enim opponuntur agens & patiens. Alio modo pro omni eo, quod in genere causæ efficientis causat: & sic agens communius est mouente, vt patet ex septimo Metaphysicorum Commento 31.

Cap. 44.

¶ Ad confirmationem primam dicitur, quòd & illud, & similia intelligenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligenda sunt de productione Physi. scilicet per motum & mutationem. Similiter dicitur ad secundum.

¶ Ad authoritates Commentatoris adductas, & similes sibi, dicitur, quòd loquuntur de agente proprio dicto & productione physica, vel contra positionem Auic. quòd vnum ab vno emanat.

¶ Ad rationem secũdam concessa Maiore, negatur Minor. Sit enim apud Arist. Com. & San. Tho. & veritatem aliquid esse ab alio esse actue, & tamẽ esse necessarium ex se.

¶ Ad cuius euidentiam notandæ sunt quatuor propositiones. Prima est, Possibile ex se est id, quod habet in seipso potẽtiam ad non esse. Patet ista ex terminus. ideo enim aliquid est in ordine possibilium, & non in ordine necessariorum: quia habet in seipso potentiam ad non esse. Si enim careret potentia ad non esse, impossibile esset ipsum non esse: & sic necessarium esset illud esse.

¶ Secunda Propositio est, Id solum habet in seipso potentiam ad non esse, cuius aliquid habet potentiam ad aliud esse. Patet ista ex eo, quòd nulla potentia per se primo appetit non esse. Omnis enim appetitus per se tendit ad aliquod esse, sed quia cum illo ad quod tendit, non potest stare esse quod habet: ideo ex consequenti appetit non esse, quod est priuatio formæ quam habet. Sicut materia aquæ per se primo appetit formam ignis: sed quia cum forma ignis non potest simul stare aquæ forma, ideo ex consequenti appetit priuationem formæ aquæ, quam habet. Potentia ergo omnis appetens non esse, prius natura appetit aliquod aliud esse. Notanter autem dixi in hac propositione, cuius aliquid habet potentiam: quoniam non totum appetit aliud esse, sed pars potentialis. non enim tota aqua appetit esse ignis, sed eius materia. Te.cõ.6.

¶ Tertia propositio est, Necessarium ex se est illud, quod caret potentia ad esse & non esse. Patet ista ex terminis quinto Metaphysicæ, textu Commenti sexti. Necessarium enim est, quod impossibile est aliter se habere: quod autem caret potentia ad esse, & non esse, impossibile est aliter se habere. omnis enim successio, quæ dicitur sic ad aliter se habere, fit per posse hoc esse perdere, & aliud acquirere.

¶ Quarta Propositio est, quòd nec intelligentiæ, nec corpora cælestia habent aliquid sui, quòd sit in potentia ad aliud esse. Ista quo ad intelligentias est per se nota, quia sunt simplices formæ: quo ad corpora cælestia vero secundum Auerroim similiter dicendum est, quia sunt substantiæ simplices apud ipsum: secundum autem Sanctum Thomam ex eo est vera, quòd materia cuiusque eorum non est capax, nisi formæ quam habet.

¶ Ex quibus quatuor propositionibus succincte declaratis patere potest, quòd secundum veritatem, intelligentiæ & corpora cælestia sunt necessaria ex se, arguẽdo sic. Omne carens potẽtia ad esse & non esse, est necessarium ex se: intelligentiæ & corpora cælestia carent potentia ad esse & non esse. ergo &c. Cum hoc tamen stat, q̃ sint effectiue ab alio: potest. n. vnum necessariũ esse effectiue ab alio necessario, vt dicitur octauo Physic. tex. Com. 15. & quinto Metaph. tex. Com. 9. Vnde intelligentiæ & corpora cælestia dupliciter sunt necessaria & ex se, & ab alio, ex se quidem formaliter & extrinsece, ab alio vero effectiue & extrinsece. Vnde Commentator. 12. Metaph. Com. 41. dicit, quòd non potest esse aliquid possibile ex se, necessarium vero ex alio nisi motus. & non dixit impossibile est aliquid esse necessarium esse ex se, & ex alio. Et cum hoc inspexeris, fugabũtur omnes dubitationes iter dicta eius in de substantia orbis, & hic. reputauit enim impossibile, nisi in motu aliquid esse necessarium ex alio præcise. pro nunc sufficiant hæc. Te.cõ.5. Te.cõ.9.

k ¶ IN HAC quinta particula declaratur talis conclusio, Intelligentiæ sunt compositæ ex actu & potentia quo est, & quod est: sic omne quod recipit aliquid ab alio effectiue, est compositũ ex recipiente potentia & actu recepto: intelligentiæ recipiunt aliquid ab alio, scilicet esse a Deo. ergo intelligentiæ sunt compositæ ex potentia & actu. Maior ex eo patet, quòd nihil est in seipso. Minor autem ex præcedentibus nota est. Et quãmuis sic sit, quòd in intelligentiis inueniatur actus & potentia, non tamen habent formam & materiam. In plus enim se habent actus & potentia, quam forma & materia. Vnde pati, recipere, & subiici, & similia, quæ sunt passiones materiæ, æquoce in inferioribus, & superioribus reperiũtur. Alia. n. est rõ recipiẽdi, ibi & hic, ibi absque oi motu & materiali cõditiõe, in illis vero nõ nisi cũ motu & individualibus conditionibus, vt & Cõmentator testatur. 3. de Anima cõ. 14. Ca. 14. circa princi. capi. magno: circa princip.

l ¶ ASSIGNAT rationem, quare intelligentiæ dicuntur compositæ ex quo est, & quod est. Omne compositum ex quidditate, quæ est ipsum suppositum & esse, est cõpositum ex quo est, & quod est: intelligentiæ sunt compositæ ex quidditate, quæ est ipsa intelligentia, & esse quo subsistunt. ergo sunt compositæ ex quo est, & quod est. Omnia assumpta ex prædictis sunt manifesta.

QVAESTIO X.

CIRCA Supradicta duæ dubitationes sunt. Prima est, an esse actualis existentiæ, & essentia distinguantur realiter. Secunda est, an intelligentiæ sint cõpositæ ex actu & potentia. Cap. præd. 14. in princ. In libr. de Hebdom. cap. 1.

¶ Circa primam tria agenda sunt, primo ponetur opinio Scoti: Secundo ponetur opinio Sancti Thomæ. Tertio respondebitur argumentis in oppositum.

QVO ad primum, Scotus in tertio sententiarum distinctione sexta, quæstione prima, opinatur esse actualis existentiæ & essentiam rei, esse idem realiter, licet distinguantur ex natura rei: sicut modus intrinsecus, & quidditas cuius est: sicut nec albedo distinguit a suo modo intrinseco gradu scilicet, vt tria, vel ut quatuor. Ad probandum autem hoc, licet adduci possint rationes Scoti: quia tamen vnionem naturæ humanæ cum supposito diuino concernunt, decem rationes inductas ab Antonio Trombeta in Quolibeto suo nunc recitandas primo censui.

¶ Primo arguit, vt ipse dicit, contra fundamentum Thomæ sic. Manente eadem ratione, manet idem effectus: sed tota ratio quare ponitur ab illis essentiam differre ab esse, est propter indifferentiam essentiæ ad esse, & non esse enam, vt dicunt, lapis est in potentia vt sit, & non sit. ergo vbi talis indifferentia inuenitur, vbi ponenda est talis distinctio: sed ita est, quòd est consimilis indifferentia esse ad esse, & non esse. esse enim rosæ in hyeme non est, in vere autem est. consimilis etiam indifferentia est essentiæ ad essentiam, & non essentiam. essentia namque creaturæ ab æterno non est. ergo esse differt realiter ab esse, & essentia differt ab essentia, quod est ridiculum.

¶ Præt. Quandocunq; sunt aliqua duo essentialiter ordinata, & realiter distincta, prius potest sine contradictione fieri absq; posteriori: sed essentia non potest fieri sine existentia. ergo. Minor patet, quia essentia particularis, quæ sola fit, necessario est existens.

¶ Præt. Quæcunq; distinguuntur realiter, se habent sicut res, & res: sed essentia & existentia non se habẽt sicut res, & res. ergo &c. Patet ista: quia res, proprie loquendo, conuertitur cum ente in actu actualitate existentiæ.

¶ Præt. Nulla res componit cum sua realitate. ergo nulla quidditas differt realiter a sua existentia. Tenet consequentia: quia existentia est ipsa realitas rei. nihil enim aliud est dicere rem esse realiter, quàm existere, & econuerso. Antecedens aũt est de se notũ: ridiculum est enim dicere, quòd aliquid cõponat cũ sua realitate.

¶ Præt. Homo verus non componit cum sua veritate: nec homo affirmans cum sua affirmatione. ergo quidditas non componit cum sua existentia. Consequentia patet ex eo, quòd rei existentia nihil aliud est, quàm positio veritatis, & affirmatio huius. Antecedens autem oppositum non videtur bene intelligibile.

¶ Præt. Existentia & essentia habent idem contradictorium. ergo non distinguuntur realiter. Consequentia est nota: antecedens vero manifestatur ex eo, quòd nihil est quod priuet esse, quin priuet essentia: nec est aliud nihil primans esse, & aliud nihil primans essentia.

¶ Præt. Homo in potentia non componit cum homine in actu. ergo essentia & existentia non componunt, & consequenter non realiter distinguuntur. Consequentia relinquitur per se nota: quia essentia est impotentia, existentia vero est actualitas eius. Antecedens Boetius patet ex eo, quòd actus & potentia diuidunt ens, vt conditio diminuens, & perficiens: sicut verum & pictum diuidunt animal, vt Commentator dicit. 9. Metaph. com. 7. homo ergo in potentia, cum non sit homo simpliciter, cum sit homo in actu, solam conditionem distrahentem perdit positum sub cõditione perficiente: & sic nullam compositionem habet cum homine in actu. Com. 7.

¶ Præt. Esse existentiæ si est distinctum realiter a quidditate, nõ est substantia, nec accidens. ergo probatur antecedens: quod enim non sit accidens, vt concessum ponatur. Quòd autem non sit substantia, probatur: quia aut est materia, aut forma, aut compositum: nullum illorum est apud Thomam. ergo &c.

¶ Præt. Existentia & essentia distinguũtur realiter. ergo in qualibet

libet generatione substantiali sunt duo termini totales, & duo termini formales. consequens est impossibile. ergo &c. Consequentia probatur quo ad vtranq; partem, supponendo duo. Primũ est, quòd compositum per se vnum sit ex per se actu, & per se potentia, ex 8 Metaphysicæ, vbi nullam causam nouit Aristot. quare compositum substantiale est per se vnum, nisi quia materia est per se potentia, forma uero per se actus. Secundo supponitur, quòd essentia est per se potentia, existentia uero per se actus. Ex quibus concluditur, quòd id quod resultat ex esse & essentia, est per se vnum, quo dato, sequitur quòd erunt duo composita per se vnitatem habentia, quorum alterum erit compositum ex materia & forma, alterum ex esse & essentia: & cum vnumquodq; per se vnum natum sit terminare generationem, ergo in generatione erunt duo termini totales, & sic patet prima pars. Erunt etiam duo termini formales, scilicet existentia, & forma substantialis: quod etiam probatur sic. Terminus formalis generationis est id, quo aliquid generatur: sed tam existentia, quàm forma est id, quo aliquid generatur. ergo &c. probatur Minor sic. Eo modo quo aliquid est ratio essendi, est ratio generandi: sed existentia est ratio essendi. ergo est ratio generandi. Vel formetur sic ratio. Eo modo quo aliquid generatur, eo modo est: sed per seipsum, compositum nõ generatur per esse sic, quòd esse sit terminus generationis. ergo non habebit esse per ipsum esse. Consequens est falsum. ergo altera præmissarum: non maior, ergo minor. 1. cõ. 15.

¶ Præt. Ex existentia & essentia fit per se vnum. ergo datur processus in infinitũ in essentijs. Consequens est impossibile. ergo &c. Antecedens patet ex præcedenti ratione, & probatur sic. Nam sicut ex materia & forma resultat tertium per se vnum, quia illa est per se potentia, hæc per se actus: ita ex existentia & essentia, cum etiam existentia sit per se actus, & essentia per se potentia, eadem enim ratio est. Consequentia autem probatur: quia si ex esse & essentia fit tertium per se vnum, cum illud iterum distinguatur a sua existentia, componet cum ea, & ex eis fiet aliquod per se vnũ: & iterũ arguitur eodẽ mõ de illo, & sic in infinitũ. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, opinio S. Thomæ ab eo posita in 2. contra Gentiles c. 52. est, quòd in omni creatura quidditas & eius esse actualis existentiæ distinguuntur realiter: & licet hæc conclusio nunc in textu probata sit, attamen ad plenorem declarationẽ deducam tres probationes ex S. Tho. ibi. Opinio S. Thom. 2. contra Gentiles cap. 52.

¶ Prima est. Omnis essentia creata habet aliquid sibi realiter cõiunctum præter suum esse: nullum esse receptum habet aliquid sibi annexum præter se. ergo nullum esse irreceptum est essentia creaturæ, & consequenter, esse & essentia non sunt idem. esset enim ipsum esse irrecepta, & per substantijs loquendo. Maior est nota per se. Sortes enim præter suum esse habet quantitatem, albedinem, & similia: similiter substantiæ separatæ, vt nunc supponimus, habent aliquod accidens, puta, actum intelligendi saltem. Minor vero declaratur ex eo, quòd si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis: sed præcisa causa, quare esse habeat aliquid præter se annexum, est quia esse est receptum in alio, in quo potest recipi aliud: quod patet ex hoc, quòd esse substantiale Sortis, & esse albũ eiusdem, nulla alia ratione adunatur, nisi quia vtrũque recipitur in Sorte: sunt enim tantum vnum subiecto. Cum ergo esse non erit receptum, non remanebit aliquis modus, quo potest habere aliquid sibi annexum.

¶ Confirmatur hoc: quia esse substantiale Sortis aut adunatur cum alijs præter se identice, & hoc est manifeste falsum, esse enim substantiale Sortis non est esse album: Aut sicut potentia & actus, ita quòd esse substantiale sit potentia, & accidentale actus eius. & hoc non, quia nullum esse actualis existentiæ potest poni subiectum alterius, cum sit, vltima actualitas. Remanet igitur, quòd ea ratione adunẽtur, quia ambo recipiuntur in tertio: & ideo sublato hoc ab ipso esse actualis existentiæ, quòd sit scilicet receptum, aufertur etiam quòd possit habere aliquid sibi annexum. Et hoc est quod Boetius dicit in Hebdomadibus, q̃ ipsum quod est aliquid, habet sibi præter se coniunctum, ipsum vero esse nihil. Cap. 1. propositione 4.

¶ Secunda ratio ad idem est. Omne esse irreceptum est infinitum simpliciter: nullum esse creaturæ est infinitum simpliciter. ergo nullum esse creaturæ est esse irreceptum. ergo distinguitur ab essentia &c. Minor est per se nota. Maior probatur sic. Omne purum esse est infinitum simpliciter: omne esse irreceptum est purum esse. ergo omne esse irreceptum est infinitum simpliciter. Maior est nota ex terminis. Esse enim ideo est limitatum, quia non est purum, sed prædicamentis mistum. esse enim limitatur per naturas prædicamentales, a quibus si depuretur, omni finitate carens, infinitum omnino restabit. Minor vero etiam patet ex præcedenti ratione, & ex ratione facta supra in textu. Et adhuc exemplariter declaratur. Albedo si ponatur non recepta in aliquo, est pura albedo, & nihil haberet nisi se tantum, & esset infinita in specie albedinis, vt de se clarum est. Non enim potest a sano intellectu imaginari albedo separata definita ad aliquem modum albedinis. Omne enim quod est per se tale, habet omnem perfectionem possibilem illi naturæ: sicut homo separatus apud Platonem, habet omnem perfectionem possibilem naturæ humanæ. 3. dist. 34.

¶ Nec valet id quod Antonius Trombeta contra hoc dicit sumptum ex Scoto, secundo sententiarum, dist. 3. q. vlt. quòd si albedo esset separata, & haberet omnem perfectionem possibilem talis speciei, sequeretur quòd albedo esset infinita simpliciter: quia haberet perfectionem infinitorum individuorum possibilium esse sub specie albedinis. Hoc, inquam, nihil valet: quoniam sicut infinita individua albedinis, etiam simul posita, non sunt perfectionis infinitæ simpliciter, cum sint limitata ad speciem albedinis: ita nec albedo separata eorum perfectiones habens, erit infinita simpliciter, sed in tali specie.

¶ Tertia ratio est ista. Id quod conuenit naturæ specificæ absq; omni causa effectiua, distinguitur realiter ab eo, quod conuenit illi non nisi per aliquam causam effectiuam: sed prædicata quidditatiua conueniunt rei absque omni causa effectiua, existentia autem non conuenit rei, nisi per aliquod efficiens. ergo prædicata quidditatiua, & existentia rei distinguuntur realiter. Maior est per se nota. Minor etiam quo ad secundum partem est clarissima: quo ad primam vero declaratur sic. Seclusa omni causalitate effectiua respectu rosæ, quæro an ista sit vera, Ro a est substantia corporea? si sic, habeo intentum: si non. ergo rosa absolute sumpta non est in prato: & prædicata primi modi possunt intelligi nõ ad esse rei, & diffinitio separatur a diffinito quæ omnia non sunt imaginabilia &c. Videtur etiam hæc opinio ab antiquis derivata, Platone scilicet, Alpharabio, Auicenna, Algazele, Boetio, Hilario, Alberto, & eorum sequacibus: licet ab Aristot. nihil manifesti in hac re habeamus. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium respondetur argumentis in oppositum. Et ad primum dicitur præmittendo, quòd arguens non vidit sanctum Thom. in fonte. Vt enim apparet ex secundo contra Gentiles, vbi ex intentione septem rationibus fundat suam opinionem, seu positionem, ratio assumpta ab arguente non nominatur inter illas: vnde peccauit imponendo nobis hoc esse totum fundamentum positionis nostræ, licet illa ratio ex dictis S. Thomæ primo sententiarum, distinctione octaua, quæstione quarta, articulo secundo, elici possit, vbi tamen de hac re non tractat, & est formanda sic ratio illa. Essentia particulariter sumpta, est indifferens ad esse & non esse. ergo distinguitur realiter a suo esse. Nec valet responsio sua dicens, quòd in antecedente oportet addere, quòd essentia habeat propriam realitatem aliam a realitate existentiæ, quia hoc est voluntarium. Distinctio enim realis est inter materiam & formam, quas Philosophi non dubitant habere eandem realitatẽ existentiæ, cum ex eis ponant vnum per se fieri. Videas hu ius do. com. in 2. pos. c. 6 circa princ. cõtra Gẽ ti. 52. 1. dist. 8. q. 4. tic 2.

¶ Ad argumentum ergo contra hanc rationem factum, dicitur q̃ falsum est, quòd esse sit indifferens ad esse & non esse, & essentia ad essentiam & non essentiam: nihil enim est indifferens ad aliquas duo, quorum alterum sibi determinat in sua diffinitione. constat autem quòd esse est de intellectu esse, & essentia de intellectu essentiæ. Quòd autem esse rosæ in hyeme non sit, sed in vere, hoc ideo est: quia essentia rosę, cui semper sua prædicata quidditatiua adsunt, ad actum essendi non peruenit, & non ideo quia ipsum esse sit indifferens. Cum autem addit, quòd essentia est indifferens ad essentiam & non essentiam, quia non est ab æterno, non videtur intelligere vocem propriam. ex negatione enim actus essendi ab æterno, bene sequitur quòd rosa sit indifferens ad esse & non esse, sed non quòd sit indifferens ad rosam & non rosam. Vt enim dicunt Alpharabius, Auicenna, Algazel, & Albertus, siue rosa sit, siue non sit, semper est rosa, & semper est substantia corporea &c. si in aliquo termino mensuræ in his vti licet.

¶ Ad secundum negatur vtraque præmissa: & Maior quidem supposita ostensa est esse falsa. Minor vero ostenditur in Christo, in quo humanitas absque creata existentia actuali est.

¶ Ad tertium negatur Maior ad intellectum arguentis. Nõ enim requiritur ad distinctionem realem, quòd vtrunque eorum habeat propriam existentiam.

¶ Ad quartum dicitur, quòd sicut esse est duplex, scilicet existentiæ & essentiæ, ita duplex est realitas essentiæ & existentiæ: & licet nulla res componat cum sua realitate, tamen cũ hoc stat, quòd componat cum realitate existentiæ, vnde essentia hominis absolute in reali prædicamento, substantiæ scilicet reponitur: posita autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem in rerum natura sit realis realitate existentiæ.

¶ Ad quintum dicitur eodem modo, quia etiam verum conuertitur cum ente & re: vnde simpliciter homo dupliciter est verus, scilicet veritate essentiæ, & existentiæ: homo verus veritate essentiæ non cõponit cum tali veritate, quæ nihil aliud est, quàm fundamentalis cõformitas ad sua prædicata quidditatiue: componitur autem cum sua veritate existẽtiæ, idest, cum esse, quod fundat hanc veritatem, Homo ẽ similiter dicit de affirmatione.

Ca. 1. ¶ Ad sextum negatur antecedens, cuius probationis verũque assumptũ est falsum. Cum .n. quotmodis vnum opponi

m Et quia in intelligentiis ponitur potentia & actus, non erit difficile inuenire multitudinẽ intelligentiarum: quod esset impossibile, si nulla potentia in eis esset. Vnde dicit Com. in 3. de Anima, quòd si natura intellectus possibilis esset ignorata, non possemus inuenire multitudinem in substantiis separatis. Est ergo distinctio

torum dicitur, tot dicatur & reliquum, in 1. Topicorum: sicut ens dupliciter dicitur, scilicet ens quidditatiuum, & existentiæ: ita non ens, seu nihil, dicitur dupliciter, scilicet nihil quidditatiue, & nihil existenter. Homo enim absolute sumptus, cum sit in prædicamento substantiæ, est ens quidditatiue, non tamen extra nihil oppositum actuali existentiæ: & ideo aliud est nihil, oppositum enti prædicamentali, seu essentiæ: & aliud, quod opponitur existentiæ actuali &c. & similiter alia est negatio essentiæ, & alia est negatio existentiæ.

¶ Ad septimum negatur consequentia: non enim idem est dicere, homo in potentia componit cum homine in actu, & essentia cõponit cum existentia. prima enim est falsa, quia idem non componit cum se ipso: secunda autem est vera, quia extrema realiter di H stinguuntur. Vnde non est eadem proportio existentiæ ad essentiam, & hominis in actu ad hominem in potentia. Inter prima enim est proportio potentiæ receptiuæ ad actum, & distinctio realis vtroque extremo posito extra causas suas: inter secunda vero non, sed est proportio eiusdem ad seipsum secundum diuersas sui dispositiones simul incõpossibiles. f. esse in potẽtia, & esse in actu.

In hoc eodẽ cap. ¶ Ad octauum negatur antecedens. Existentia enim substantiæ est substantia, & existentia accidentis est accidens, & vt supra patet, existentia substantiæ non est materia, nec forma, nec compositum, sed actualitas omnium eorum: & sic est reductiue in genere substantiæ. Sed contra hoc instat arguẽs sic, Omne quod est reductiue in genere, reponitur vt principium ipsius: sed esse nõ est principiũ substantiæ. ergo non est in genere substantiæ reductiue.

Ad hoc dicitur, quòd cum esse sit vltima actualitas rei, & vltimum in generatione sit primum in intentione, esse in genere substantiæ ut principium formale vltimatum ipsius substãtiæ: per hoc I

C. 6. par. 3. enim res reponitur in genere substantiæ, quia est capax esse substãtialis. etenim differentiæ in omnibus generibus, vt infra declaratur, sumuntur ab ordine ad ipsum esse.

¶ Ad nonum negatur consequentia. Ad cuius probationem dicitur, quòd primum suppositum male intellectum adducitur, eo

C. 15. quòd Arist. 8. Metaphys. textu com. 15. quem arguens adducit, non dicit quòd ex per se potentia, & per se actu resultet vnum tertium, sed quòd ideo res habẽs partes est vna, quia altera est actus, altera vero potentia: & intelligendum est, sicut supra declaratum fuit, si ad compositionem realem referatur, scilicet quòd altera

In hoc eodem cap. pars est pura potentia, eo quòd ex duobus actibus non fit tertium per se vnum: modo quidditas rei, & existentia eius non se habent sicut pura potẽtia & actus, nec sunt partes, vt patet: vnde auctoritas illa non est ad propositum. Relinquitur ergo falsum esse, quòd essentia fiat tertium per se vnum, & consequenter probatio consequentiæ quo ad primam partem nihil valet, quia non sunt ibi duo K

composita. Ad probationem vero consequentiæ quo ad secundã partem dicitur, quòd non inconuenit generationem habere duos terminos formales difformiter, vnum primo, alterum secundario. Terminus formalis generationis primus est forma, secũdarius autẽ esse. sicut per oppositũ creationis, terminus formalis primo est esse, secundarius vero forma, & hoc modo conceduntur argumẽta.

¶ Quòd si intendas probare, quòd esse sit terminus generationis, primo respondetur, & dicitur, quòd id quod assumit, scilicet eo modo quo aliquid est ratio essendi, est ratio generandi, falsum est. Licet enim sit verum, quòd id quod est ratio essendi, sit ratio rei, quòd generetur: non tamen est verum, quòd eo modo quo est ratio essendi, sit ratio generandi, & ratio est: quia res per generationem non exit de non esse omnino ad esse, sed de priuatio-

T. ca. 57. ne ad formam, ut dicitur 1. Physicorum. Creationis enim est prius, vt res tranferat de non esse omnino ad esse, quo fit vt esse, quòd est primo ratio essendi, merito sit & primo ratio primæ productionis, quæ est creatio: & forma, quæ est secundario ratio

F essendi, sit prima ratio secundæ productionis, generationis scilicet. vnde & primo Physicorum, principia generationis ponuntur forma & priuatio. Per idem patet ad aliam formam eiusdem rationis, falsa enim est Maior. Alius nanque est modus quo res generatur, & alius quo est: est enim per formam secundario, per se autem primo: generatur vero eõuerso. T. c. 66. & 67.

¶ Ad decimum patet respõsio ex dictis, falsum enim est antecedens.

Circa Secundum dubium sciendũ est, communem Philosophorum sententiam esse, intelligentẽtias alias a prima, non esse actus omnino puros, sed admixtionem in se potẽtia

G substantiis. Vnde intellectus potẽtialis eius se habet ad formas itelligentias plures esse, ex hoc fundamento facile perpendi potest, scilicet ex eo quòd sunt compositæ ex actu & potentia.

¶ Ad horum euidentiam est sciendum, quòd in latitudine entis sunt duo extrema, scilicet Deus gloriosus, actus purus omnino, & materia prima, pura potẽtia omnino: reliqua omnia sunt interme

A dia, vtpote habentia actũ & potentiam: & attenditur eorum essentialis, seu specifica multitudo penes appropinquationem & elongationem ab extremis. Quia enim aliquid magis sapit natura actus quàm aliud, & illud quàm aliud: ideo plura sunt, & dignitas in eis est penes maiorem appro

B pinquationem ad extremum nobile, scilicet actum purum. Quanto enim res est actualior, & minus potentialis, tanto nobilior. omnes igitur formæ intermediæ participant actum & potentiam. Sed inter eas quædam tantum actualitatis sortiuntur, vt adeo propinquæ sint actui puro, quòd per se absque materia subsistãt, vtpote ab ea valde elongatæ, non tamen sine admixtione potentiæ, cuius puritas est ratio materiæ quòd sit extremum, & inter has tanta latitudo est secundum maiorem & minorem participationem actus & potentiæ, vt vltima earum tantum potentialitatis habeat, quòd materiam informet, anima scilicet intellectiua. Hæc enim inter omnes formas subsistentes elongata est maxime ab actu puro, propter quod contingit, quòd adeo appropinquat alteri extremo, vt materiam ipsam recipiat, & ad eius esse trahatur. Aliæ autem formæ tantum potentialitatis habent, quòd a materia dependent in esse & fieri, inter quas etiam magna latitudo inuenitur, dum quædam quibusdam actualiores sunt. quod ex operibus cognoscere pores (o-

C peratio enim facit cognoscere formam) vnde formæ elementorum, quæ sunt maxime potentiam habentes, vtpote materiæ propinquissimæ, nullius sunt principia operationis, nisi per materiales qualitates, scilicet caliditatem, frigiditatem. Formæ vero mistorum, vtpote eleuatiores a materia, altiori modo operantur, sicut adamas trahit ferrum non ratione caliditatis, aut frigiditatis, sed ex naturæ proprietate. Formæ autem animalium longe actualiores dignoscuntur, cum seipsa mouere, et alia discernere intuemur.

D ¶ Ex his non solum percipitur quàm facilis sit aditus ad pluralitatem intelligentiarum cognoscendam, sed etiam quòd impossibile est fingere illam absque hoc fundamento. Quomodo enim latitudo posset inueniri in eo, quod actu & potentia careret? Commune est nanque omnibus extremis, si extrema sunt, latitudinem in seipsis non compatire: esset enim vltima, & non vltima, vt de se patet. & ideo oportet media esse illa, in quibus latitudo quæritur, quæ vtriusque extremi naturam sapiant. Et quia intellectualem naturã, quam ex hoc quòd intellectualis est, scimus actualitatem habere, non cognosceremus habere potentiam admixtam, nisi videremus animam nostram illam habere, cum potẽtia æquiuoce dicatur de potentia rerum intellectualium, & de potentia rerum sensibilium, & sine potentia non posset intelligi multitudo substantiarum intellectualium: ideo Commentator ait, quòd si non esset nota natura intellectus possibilis, non possemus intelligere pluralitatem in substantiis abstractis.

Septimo Metaph. T. ca. 27, 1. q. præc. ¶ Notanda sunt in hac litera tria. Primum est, hoc ex dictis Commentatoris adducitur, quòd si non esset nota natura intellectus possibilis, non possemus scire pluralitatem in substantiis immaterialibus.

¶ Secundum est, quòd S. Tho. non dicit animam intellectiuam esse adeo potentiæ participem, vt forma materialis sit: sed vt materia trahatur ad participandum esse ipsius animæ.

¶ Tertium est, quia dicit animæ & corporis esse vnum & idem esse. E quod est independens a corpore.

¶ Primo dicto videtur obuiare processus Arist. 12. Metaphysicæ, text. comment. 43. vbi ex pluralitate motuum, pluralitatem intelligentiarum concludit, & nullo modo meminit actus, & potentiæ. Sed hoc recte intelligentibus non obstat. Aliud est enim concludere numerum motorum, & aliud est concludere pluralitatem substãtiarum intellectualium. licet enim idem subiecto sint motores orbium, & substantiæ immateriales, differunt tamen ratione, adeo vt ad diuersas scientias pertineat, secundum Commentatorẽ 12. Metaphys. comment 6. & ideo ex pluralitate motuum, quamuis pluralitas motorum vt sic, cõcludi possit, non tamen pluralitas substantiarum intellectualium vt sic. Intendunt igitur Auerrois, & sanctus Thomas, quòd intelligentiarum inquãtum intelligẽtiæ sunt, multitudo, nõ nisi per notam naturam intellectes possibilis discernitur a nobis, licet earum inquantum motrices sunt orbium, ex suorum effectuũ numero, pluralitas inferatur. Vel dicito, quòd venatio illa suppositæ notitiæ habita in libro de Anima, vbi radicaliter

A innotuit, pluralitas substãtiarum intellectualium possibilis quærit ex numero motuum, quos sunt. Quod autem ibi supponatur, moto res proprios orbium habere potentiam admixtam, potest persuaderi ex eo quod supponitur ibi, scilicet motores proprios orbium esse proportionatos suis orbibus, ita vt vnus vnum tantum moueat orbẽ. Et si stella adderetur, vel non moueret, vel tardius, vt dicitur secundo Cæli, texto comment. 71. Talis .n. proportionis, seu commensurationis, cum alterũ extremum sit res materialis, scilicet orbis, reliquum extre-

Tex. c. 71.

mum a potentia omnino denudatum putandum non est, immo a suo intellectu non est intelligibile.

¶ Propter secundum intelligendum est inueniri duplicem rerum ordinem in vniuerso, intelligibilium scilicet & sensibilium. Ordo sensibilium materialis est materiam sibi necessario vendicãs: omnes enim substantiæ sensibiles materiam habent, licet diuersimode, vt dicitur octauo Meta. text. comment. 3. & 12. Ordo intelli- Tex. c. 3. & gibilium immaterialis est, & a materia non dependens. Intelligibile enim est vnumquodque per separationem a materia, vt dicitur 3 de Anima tex Comment. 11. Cum ergo materia sit sub aliqua forma sensibili ordina, cuiusmodi est omnis forma habens omnes vires suas sensibilibus organis affixas, non egreditur limites proprios: ipsa enim ad illud genus pertinet. Cum vero sit sub forma intelligibili ordina, extra limites suos ascendit, & trahi dicitur ad id quod capacitate eius transcendit, scili. et esse vera ie nõ dependentis. Et quia supremum infimi attingit infimum supremi, secundum doctrinam Dionysii in libro de Cælesti hierar. ideo supremum inter sensibilia, homo scilicet, seu materia eius, coniungitur infimæ formæ intelligibilis ordinis, scilicet animæ intellectiuæ, & eius esse participat: & propter hoc dicitur, quòd materia trahitur ad esse eius: ideo natura enim materia ad superius

¶ Ad euidentiam Terti, adducendæ sunt rationes Scoti contra hoc dictum sancti Thomæ, vt magis veritas elucescat. Sco. in quolibet quæst. 9. & 4. item eo. distinctione 43 quæstione prima, sex motiua contra hoc facit, quorum aliqua recitantur ab Antonio Trombeta in quæstione, Verum corruptum per potentiam diuinam possit idem numero redire in qua tam ipse, quàm Sco. vbi supra, sanct. Tho. opinionem nõ suam attribuunt de eo, quod ibi quæris, & hoc quia locuti sunt non tota lege perspecta: & iuxta Aristot. Ad pauca respicientes, de facili enuntiant.

¶ Arguit ergo primo in proposito sic. Esse animæ & hominis est idem. ergo anima coniuncta corpori non est perfectior seipsa extra corpus. Consequens est contra sanctum Thomam prima parte quæstione 89. vbi dicit animã habere perfectiorem statum in corpore, quàm extra. Consequentia autem probatur: quia nihil habẽs idem esse, ex hoc solo est perfectius, quòd aliquid cõmunicat alteri, licet alterum perficiatur ex hoc. Cõmunicare enim licet suppositum perfectionem in communicante, non tamen dat illam ei: modò anima in corpore si semper retinet idem esse, nihil in corpore plus habet, nisi quòd communicat esse suum corpori. ergo ex hoc non est perfectior seipsa separata. Et confirmatur: quia ex hoc solo quòd causa non communicat aliquid, nullam imperfectionem acquirit. ergo anima non est imperfectior separata, si idem esse retinet: nihil enim amisit, nisi sui communicationem corpori.

¶ Præt. Anima habet idem esse cum homine. ergo homo non est perfectior in essendo ipsa anima in essendo. Antecedens est falsum. Cõsequentia vero probatur, quia quæcunque habent omnino idem esse, sunt æque perfecta in essendo, vel saltem id, cui communicatur illud esse, non est perfectius in essendo communicante.

¶ Præt. Homo, vt homo, est tertium ens realiter distinctum ab vtraque sui parte, scilicet anima & corpore. ergo habet propriũ esse aliquid ab esse partium: & consequenter non est idem esse animæ & hominis. Tenet consequentia, quia distinctum ens debet habere distinctum esse.

¶ Præt. Esse hominis in morte corrumpitur, esse autem animæ non corrumpitur. ergo esse animæ & hominis non sunt idem. Consequentia plana est: & antecedens probatur, quia sicut generatio terminatur ad esse compositi, scilicet hominis, ita corruptio ad non esse ipsius.

¶ Præt. Homo post mortem non manet. ergo nec esse eius. Tunc vltra, Esse hominis non manet post mortem. ergo esse animæ & hominis non est idem, cum esse animæ remaneat. Processus totus clarus est, excepta prima consequentia, quæ probatur ex eo, quòd nullius actuale esse inuenitur cum illud cuius est, non inuenitur.

¶ Præt. In homine est alia forma præter animam. ergo in ea est

aliud

Universidad de Navarra Biblioteca

aliud esse præter esse animæ, Consequentia est nota: quia quælibet forma habet proprium esse. antecedens vero aliàs probatũ est.

ANTEQVAM Ad argumenta hæc respondeatur, aduertas primo, fundamentum. S. Tho vniuersaliter esse, In omni composito non inueniri nisi vnum esse substantiale actualis existentiæ, de quo nunc sermo est, eo quòd vnã tantum formam substantialem in composito tenet: ab vna enim forma nõ est nisi vnũ esse substantiale. Sed inter esse hominis, & esse aliorũ hæc differentia est, quòd licet tã esse hominis, quam aliorũ primo sit actº suppositi, vt quod, in homine tamen totum compositum mendicat illud esse a forma, cuius est primo actus, vt proprii & completi principij: in alijs vero compositis forma mendicat illud a composito. Et est ratio disparitatis: quia in solo homine, qui supremum tenet locum inter sensibilia, ordo inferior, sensibilis scilicet, trahitur ad ordinem superiorem intelligibilem & immaterialem. Vnde esse hominis, cum ab anima intellectiua fluat, immateriale, & altioris ordinis, quàm homo est, sicut & ipsa anima: & ideo homo mendicat illud ab anima, cui est proprium, vtpote ad suum pertinens genus. & inde est quòd post mortem hominis anima remanet. esse etenim proprium independens erat a cõposito corrupto: & sic illud retrahens ad se, subsistit. Cæterorũ vero esse, cum sint eiusdem ordinis cum compositis, quibus attribuuntur, sicut & formæ a quibus fluunt, formæ ipsæ mendicant a compositis, sicut & fieri: ita quòd tandiu illo gaudent, quandiu in compositis sunt. Vnde corruptis compositis, ipsæ (cũ sine existentia remanere non possint) desinunt fluxum.

ADVERTE Secundo pro relolutione argumentorum, tres propositiones. Prima est, quòd cum duplex sit perfectio rei, prima scilicet & secunda, res creata potens causare, etsi non efficiatur perfectior secundum defectionem primam, ex hoc quòd actu causat, efficitur tamen perfectior secundum perfectionem secundam. Patet hoc ex tribus. Primo ex eo quòd est magis in actu res actu causans re in potentia causante. operatio enim est actus secundus causæ: perfectio autem actualitatem sequitur, sicut imperfectio potentialitatem. Secundo patet ex eo, quòd vnumquodque est perfectius communicatum suo fini, quàm separatum ab illo: res autem actu operans communicata est suo fini intranea, qui est operatio, iuxta illud secundi de Cœlo & mundo tex. com. 17. Vnum quodque est propter suam operationem. Tertiũ patet idem, quòd vnumquodque quanto est similius Deo, tanto perfectius est: res autem actu causans est similior Deo, quàm non actu causans: quia non solum assimilatur Deo secundum hoc, quod est, sed etiam secundum hoc, quod est omnia unicare se aliis.

T. c. 17.

¶ Secunda propositio est. Res est perfecta simpliciter non propter perfectionem primam, sed propter vltimam. Hoc traditur a Boetio in libro de Hebdomadibus dicente. Intueor in rebus aliud esse quòd sunt, & aliud esse, quòd bona sunt. & declaratur a San. Thom. prima parte. quæstione quinta, articulo primo ad primũ.

Libro de Hebdomadibus q. 8. articu. 1. Ad primũ 1. q. 6. art. 3. c.

¶ Ad cuius intellectum nota, quòd vt idem dicit prima parte, q. 6. art. tertio, triplex est perfectio res, scilicet prima, secundum quam res constituitur in suo esse, sicut prima perfectio hominis est esse suum substantiale Secunda vero est, secundũ quam est potens proxime ad suas perfectas operationes, suas vires animæ, & habitus eas informantes, quibus homo in perfectam operationẽ potest exire. Tertia autem perfectio est, secundum quam consequitur finis, sicut speculatio, quæ hominem subleuantis separatis vnit. Manifestum est, ut non esse hominem simpliciter perfectum, qui sola natura bonitate gaudet: aut quia propinquus fine proculdubio est. vnde ordo entis simpliciter ad ens secundum quid, oppositus est ordini perfecti simpliciter ad perfectum secundum quid. Secundum namque esse substantiale homo ens simpliciter dicitur: perfectus autem secundum quid. Ideo enim qui talem habet perfectionem habet, nisi quia est homo perfectus, non asseritur simpliciter, sed cum additione dicimus, quòd est perfectus secundum esse substantiale. Secundum vero esse accidentale, quale est habituum & operationum, ens secundum quid homo dicitur, perfectus autem simpliciter: nihil enim tunc habet deficit eorum; quæ ad perficiendum hominem exiguntur. Patet ergo intenta propositio, quòd scilicet res est perfecta simpliciter ex vltima perfectione.

Triplex perfectio rei.

¶ Tertia propositio est ista. Realis pars est entiæ perfectior est in toto existens, quàm separata: & declaratur sic. Vnusquodque est perfectius, cum est in complemento tui esse specifici, quàm cum deficit ab illo: pars autem essentialis quando est in toto, est in complemento suæ speciei, ad cuius integritatem essentialiter ordinatur: cum autem est separata ab eo, iam cum esse completo speciei non est in natura specifica materiam & formam aggregante. perfectior igitur est in toto pars essentialis, quàm separata.

¶ Ex quibus ad propositum descendendo, dicimus perfectiorẽ statum habere animã intellectiuam in composito, quàm extra, eo quòd quando est coniuncta corpori, habet nõ solum perfectionem primam, quæ est esse, sed etiam perfectionem secundam influendo vires suas corpori, & communicando se: & sic similior est Deo, quàm separata, licet Deus omnino immaterialis & incomponibilis sit: sicut cor motum similius est Deo, quàm non motum, licet Deus sit omnino immobilis: perfectio enim eorum consistit in hoc.

¶ Est præterea perfectior in corpore: quia in eo habet completum esse specificum, quod non nisi partialiter obtinet separata. Quamuis enim integrum esse existentiæ retineat separata, quod in composito habebat non tamen habet tunc integrum esse essentiæ completum in specie eo modo, quo nata est habere, scilicet vt pars in toto, ad quod tamen habendum non accidentaliter, sed essentialiter ordinatur. Vnde falsum est, animam separatam retinentem idem esse actualis existentiæ, & nihil sui communicationem ex separatione perdidisse: amisit enim esse quidditatiui specifici integritatem, quandoquidem in sua specie integra non manet: vnde & beatus Thom. in quæstionibus de Anima, q. 1. ad 16. ait principia essentialia alicuius speciei ordinari non ad esse tantum, sed ad esse huius speciei. Licet igitur animal possit per se esse, non tamen in complemento suæ speciei esse sine corpore.

q. de at. q. 1. 16.

AD PRIMVM Sirgo argumentorum, negatur consequentia, cuius probationẽ patet ex prima propositione assumere falsum. Licet enim communicare supponat primam perfectionem in cõmunicante: tamen perficit ipsam perfectionem secunda, qua res perfectior simpliciter dicitur: immo apud Dionysium, supremũ, quod participant creaturæ de Deo, est quòd coæternæ sunt.

¶ Dicitur secundo, quòd etiam minor probationis est falsa, scilicet quòd anima separata hoc solo careat, scilicet cõmunicatione sui, vt patet ex tertia propositione. Caret enim integritate speciei sui esse: & hoc est primum & principale quod reddit imperfectiorem animam separatam. ideo namque caret perfectionibus secundis, quia caret integritate specifica, & non econuerso. Ad confirmationem patet ex prima propositione: quia causa creata ex hoc quòd causat, habet perfectionem secundam, cuius priuatio imperfectio magna est, & in proposito aliquid plus est: quia anima separata non solum desinit communicare se & vires suas, sed est in statu tali, in quo impeditur a fine & virium suarum communicatione. & hoc est signum imperfectionis non modicæ: & est ea, quam diximus, scilicet separatio a completo esse quidditatiuæ suæ speciei, vt expresse habetur a Sancto Thoma in quæstione de spiritualibus creatu. secunda, ad quintum.

q. de spiritualibus creat. qõ. 5.

¶ Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quòd cum esse sit duplex, quidditatiuum, & existentiæ actualis: primum non remanet in anima nisi partialiter. homo vero habet illud integraliter: & secundum tale esse, homo est perfect or in essendo. Quo ad esse autem existentiæ, potest dici homo perfectior, quo ad modum habendi hunc, scilicet quia habet illud vt suppositum. Anima autem secundum alium modum perfectior dici potest, inquantum scilicet tale esse est sibi, & non homini proprij, modo supra declarato: vnde se habent in hoc homo, & anima, sicut excedens & excessum.

¶ Ad tertium negatur consequentia, de esse actualis existentiæ loquendo Non enim res distincta realiter ab alia, habet aliam existentiam ab illa: iam enim dictum est, partes & totum habere idem esse. Conceditur autem consequentia de esse essentiæ: sed hoc nostro fauet proposito.

¶ Ad quartum dicitur sicut ante, quòd si in antecedente sit sermo de esse essentiæ, verum assumitur in prima eius parte, sed non in secunda: loquet enim ex supradictis, quòd esse specificum completum animæ corrumpitur.

¶ Si autem sit sermo de esse existentiæ, potest dupliciter intelligi. Primo, quòd esse actualis existentiæ hominis desinat simpliciter, & sic est falsum: retinet enim anima illud ad se. Alio modo potest intelligi, quòd esse hominis in morte desinat esse hominis, idest, desinat informare hominem, & hoc modo conceditur. Sicut enim de generatione hominis specialem sermonem facimus,

facimus, & non sic de cæterorum propagatione animalium, di A cente Aristotele in 2. de Generatione animalium, cap. 3. q intellectus tantum venit ex extrinseco, & ipse solus est diuinus, eo quòd operatio sua non habet communicationem cum operatione corporali omnino: ita de corruptione eiusdem specialis sermo esse debet, dicẽte eodem 12 Metaphysicæ textu comment. 17. quòd in quibusdã nihil prohibet formam remanere post, ut si est anima talis, non omnis forsan, sed intellectus.

¶ Ad quintum negatur prima consequentia. Et ad probationem vtendo distinctione facta, dicitur quòd cum esse actuale hominis dupliciter sumatur, scilicet secundum se, seu simpliciter: alio modo prout est huius. Primo modo, remanere non est impossibile corrupto homine: secundo modo non est intelligibile, quòd remaneat. nullius ergo rei esse actuale manet, vt eius est, quando id, cuius est, non inuenitur: potest tamen simpliciter inueniri & ratio est in proposito sæpe iam dicta: quia id esse non est proprium homini, sed animæ: ideo oportet quòd inueniatur semper quando est id, cuius est proprium: etsi designat id, cuius erat vt communicatum.

¶ Ad sextum negatur antecedens. Ad probationes vero aliàs factas sunt responsiones aliàs datæ relinquitur igitur. verum esse de esse actualis existentiæ, quòd vnum omnino est esse animæ intellectiuæ, & hominis, quod secundum se independens est a corpore, vtpote non causatum ab illo: quia non est eductum de potentia materiæ, licet pro vt est huius, scilicet hominis, non nisi in corpore inueniri possit.

C

a CAPVT VI.

a *Super Caput sextum.*

HOc est principium capituli sexti, quod diuiditur in quatuor partes. In prima agitur de essentia Dei. In secunda de essentia intelligentiarum, & animæ. In tertia ostenditur, quomodo ista se habeant ad intentiones logicas. In quarta replicatur de essentijs compositis. De essentia ergo Dei positurus duas conclusiones, & excluiurus duos errores, ponit primam conclusionem affirmatiuam talem. Essentia in Deo significat ipsum esse eius. Hanc conclusionem non aliter, quàm ex supradictis deducendo ponit: fuit namque supra probata, & ab omnibus est concessa. Est autem intellectus conclusionis, quòd esse actualis existentiæ diuinum, etsi ipsa quidditas eius, ita quòd prædicatur de Deo, sicut prædicatum primi modi dicendi per se: ita quòd ista, Deus est, est in primo modo perseitatis, quod de nullo alio a Deo communis via fatetur: dato etiam, quòd esse & essentia in creaturis teneatur esse idem realiter & quia ipsum existere est essentia Dei: ideo a quibusdam, Platonicis scilicet, dicitur, quòd Deus non habet essentiam, quasi pura existentia sit.

D

b ¶ Hæc ponitur secunda conclusio, & negativa. Deus non est in genere. Probatur in litera ex antedictis sic. Omne quod est in genere, habet quidditatem præter suum esse: Deus non habet quidditatem præter suum esse. ergo Deus non est in genere. Minor est conclusio præcedens: Maior probatur sic. Omnia quæ sunt in genere indistincta, sunt in essentia generis, vel speciei: distincta autẽ per diuersimode habere esse illius naturæ generice, vel specifice ergo esse naturæ generis, vel specifici est præter naturam ipsam genericam, vel specificam: & sic omne quod est in genere, habet naturam præter suum esse. Antecedens huius consequentia est de se notum: homo enim & leo sunt indistincti in natura animalis: distinguuntur autem inter se per hoc, quòd diuersimode habent esse animatum. genus enim diuersum habet esse in speciebus. Similiter Sortes & Plato indistincti sunt in natura humana: distinguuntur autem inter se, quia habent diuersum esse humanum. non enim est intelligibile, quòd homo habeat idem esse in Sorte & Platone. Consequentia vero patet ex eo, quòd non videtur imaginabile, quòd id, quo aliqua distinguuntur, non sit præter id, quo aliqua conueniunt.

E

¶ Et nota, quòd ad intentum huius rationis sufficit, quòd esse sit præter essentiam, idest, præter conceptum quidditatiuum: sic enim sufficit differre principium conuenientiæ a principio differentiæ, vt patet de genere & differentijs, quorum altero conueniunt, alterum differunt specie. Et quia in solo Deo esse est de conceptu quidditatiuo, ideo solus Deus extra genus ponitur. Sed quoniam esse ideo est præter cõceptum quidditatiuum, quia est distinctum realiter ab essentia, & ideo est de conceptu quidditatiuo, quia est idem realiter essentiæ: ideo ex hac radice, scilicet, quòd esse & essentia sunt idem realiter in Deo, procedere dicitur, quòd Deus nõ sit in genere. Nec te moueat, quòd ratio ista digredi videtur ab esse actualis existentiæ ad esse quidditatiuum: quandoquidẽ in Minore est sermo de esse actualis existentiæ, & post modum i probatione Maioris, quam oportet de eodem esse loqui, transitur ad esse quidditatiuum, cum dicitur, Species conueniunt in genere, & differunt in esse diuerso: hoc enim verificatur de esse quidditatiuo specifice accepto. Homo namque, & bos conueniunt in animali, & distinguuntur differentijs specificis, quibus animal in eis diuersum esse specificum acquirit. Propter hoc, inquam, non oportet turbari: quoniam, vt in hoc patebit capitulo, differentiæ naturam genericam non diuersificant, nisi in ordine ad diuersum esse actualis existentiæ: & ideo mira subtilitate San. Thom. digressus non est, primam rationem distinctionis naturæ genericæ in inferioribus attendens: hoc autem infra melius intelligetur, cũ communissima regula assignabitur, vnde sumantur genus & differentia.

In hoc ca. ap.

AD Euidentiam eius, quod hic supponitur, scilicet, quòd in Deo esse est de conceptu quidditatiuo, quia est idem essentiæ, nota tres propositiones. Prima est, Quidditas, quę est sua existentia actualis, non est ad aliquod genus determinata. Hoc declaratur breuiter vnico medio sumpto ex secundo contra Gentiles, cap. 25 sic. Omnis quidditas in genere limitata, est essentialiter designabilis per differentiam, a qua mendicat esse in actu: nulla quidditas eadem suæ actuali existentiæ est essentialiter designabilis per differentiam, a qua mendicat esse in actu. ergo nulla quidditas eadem suæ actuali existentiæ est ad aliquod genus determinata. Maior notificatur inducendo. Animal enim est essentialiter determinabile per differentias, rationale scilicet, & irrationale, & ab eis mendicat esse in actu, cum impossibile sit esse animal in actuali existentia, nisi sit rationale, vel irrationale. Similiter color essentialiter ẽ determinabilis per suas differẽtias, per quas existentiam actualem sortitur: non enim potest inueniri color, nisi albus, vel niger &c. Minor autem intelligentibus terminos patet ex seiquomodo namque existentia actualis mendicabit esse in actu ab aliquo alio formaliter? Si enim mendicat esse in actu ab aliqua differẽtia formaliter, cum esse in actu nihil aliud sit, quàm habere existentiam actualem, sequetur quòd existentia actualis habebit existentiam actualem formaliter per aliquid aliud a se, sicut animal per rationale formaliter acquirit existentiam actualem: hoc autem non videtur intelligibile ergo &c.

Secundo cõtra Gen. ca. 25.

SECVNDA Propositio est ista. Existentia actualis ad nullum genus determinata, est purum esse: ista patet ex similibus. Si namque animal non sit determinatum ad aliquam speciem, purum animal erit: & albedo, si non sit coartata in aliquo subiecto, pura albedo erit: ita & esse ad nullius naturæ prædicamentalis capacitatem determinatum, purum esse necesse est: & hæc abstractio huiusmodi est per opus intellectus, etiam puritas ipsa est secundum rationem. Si autem fuerit secundum rem, & puritas ipsa est secundum rem, vt de se patet.

TERTIA Propositio est ista. Esse est de cõceptu quidditatiuo puri esse tantum. Patet ista quo ad vtranque exponentem, & quo ad primam quidem, quia non est intelligibile, quòd de puro esse non prædicetur quidditatiue ipsum esse. Si enim de eo aliquid prædicari potest quidditatiue, illud oportet esse ipsum esse, cum purum esse ponatur. Quòd autem cætera non recipiant esse in suis quidditatiuis conceptibus ex eo patet, quòd cum esse non habeant in sua puritate, sed suis quidditatibus coaptatum, possunt secundum suas quidditates absque esse, & non esse diffiniri. Ex his deducitur intentum sic, Ideo existentia est de conceptu quidditatis rei, quia res illa est purum esse: ideo autem res illa est purum esse, quia non est ad genus aliquod limitata: ideo autem res illa non est ad genus limitata, quia est idem cum sua existentia. igitur de primo ad vltimum, ideo existentia est de conceptu quidditatiuo rei, quia res illa est eadem suæ existentiæ.

¶ Sit quoniam hæc affirmatio est præcise causa affirmationis, negatiuo est causa negationis, ex hoc quòd res creata non est eadem suæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

suæ existentiæ esse non est de eius conceptu quidditatiuo. Vnde cũ Deus gloriosus sit suum esse, ipse nihil est aliud, quàm ipsum esse secundum rem separatum a naturis prædicamentalibus in sua puritate subsistens.

c ¶ Hic excluditur primus quorundam error talis, scilicet. Deus est cõmune esse omnium, imaginati sunt ipsi, quòd cum omnia cõueniant i hoc, quòd habent esse ipsum esse omnium, quo res formaliter sunt in cõmuni, seu vniuersali, sit ipse Deus gloriosus. Moti sunt autem tali ratione. Esse nulla additione specificatum est esse commune: Deus est esse nulla additiõe specificatũ, ergo Deus est esse commune. Sed peccat ratio illa propter multiplicem Maioris intellectum, dupliciter enim intelligi potest esse a nulla additione specificari. Vno modo secundum rem extra animam subsistendo: alio modo secundum intellectus cogitationem tantum. Primo modo Maior est falsa: Minor autem uera. Secundo modo Maior est uera: Minor autem falsa. esse namque commune per intellectum in sua abstractione acceptum, nullam cõtradictionem includit: secundum uero quòd est extra intellectum, sine cõtradictione non inuenitur. Omne namque esse est contractum ad substantiam, vel accidẽs. Esse autem, quod est quidditas diuina, est purum absque omni additione secundum rem, & ex ipsa sua puritate, secũdum rem est distinctum ab aliorum esse, & hoc, & nullo modo commune: sicut albedo separata ex hoc ipso, quòd esset pura albedo, esset distincta albedo ab aliis albedinibus cum substantiis mistis, & non esset albedo in communi. Peccat secundo Maior illa, quia contingit adhuc dupliciter esse nulla additione specificari, seu contrahi. Vno modo actu tantum; alio modo actu, & potentia. Primo modo Maior est vera: Minor uero falsa. Secundo modo Maior est falsa: Minor autem vera. Esse namque in communi, licet nulla sit additione contractum, est tamen contrahibile: aliter nulla res haberet esse, quæ aliquid addit supra ipsum esse. & sic homo non haberet esse, cum vltima esse habeat humanitatem, quantitatem &c. Vnde esse commune actu tantum, specificatione caret: esse vero diuinum nullam specificationem habet actu, nec aliquam habere potest: & ideo actu & potentia additione caret. Et hæc est solutio, quam in littera S. Tho. ponit sub aliis uerbis dicens, quòd oẽ cõe nec includit, nec excludit additionem. i. non includit actu, potest tamen habere illam: esse uero diuinum non solum non includit illã, immò excludit, idest, nõ solũ non includit actu, immò nec potentia, & sic excludit illam. Quod enim impossibile est cõuenire alicui, excludit omnino ab illa. De his diffusè habes in primo contra Gentiles, cap. 27.

Vide primo contra Gentiles. c. 27.

d ¶ Hic excluditur secundus error talis, scilicet. Deus nõ est simpliciter perfectus. Ratio autem huius erroris in proposito est ista. Id quod habet esse rãtum est imperfectum respectu eius, quod habet esse, uiuere, & intelligere: sed Deus habet esse tantum. ergo Deus est imperfectior alio. Maior est ex se nota. Minor uero ex dictis deducitur sic. Quod est purum esse, nõ est admixtum aliis, puta, uiuere, & intelligere, aliter esset purum & non purum: Deus est purum esse. ergo non est admixtus aliis, scilicet uiuere, & intelligere. & consequenter Deus non habet nisi esse: quod erat probandũ.

Cap. 29.

Defectus huius rationis in littera non explicatur, sed in primo contra Gent. cap. 29 vbi declaratur, quòd ex hac propositione. Deus est purum esse subsistens, sequitur, Deum esse uniuersaliter perfectissimũ. Et propterea notanter in textu dicitur, Immò habet omnes perfectiones &c. acsi dicat, quòd ex hoc non sequitur, Deum aliqua perfectione carere, sed oppositum potius ex hoc concluditur. Est autem modus ex illo fundamento intentum deducendi talis. Id cui conuenit esse secundum totam uirtutem, seu potestatem ipsius esse, nulla perfectione, seu nobilitate essendi caret: sed esse purum subsistens est id, cui conuenit esse secundum totam uirtutem, seu potestatem ipsius esse. ergo esse purum subsistens nulla perfectione, seu nobilitate essendi caret. Maior declaratur ex eo, quòd omnis perfectio cuiuscunque generis non nisi secundum aliquod esse est. Non enim sapientia perficit hominẽ, nisi ea homo sapiens sit: nec iustitia perfectio hominis dici potest, nisi ea homo iustus fit. Si igitur omnis perfectio attenditur secundum aliquod esse, id in quo tota plenitudo essendi reperitur, omnem perfectionem potest habere: & sic repugnat, quòd id habeat esse secundum totam amplitudinem suam, & aliqua perfectione essendi careat. Minor uero exemplariter notificatur. sicut enim si albedo separata inueniretur, nihil ei de uirtute albedinis deesse posset. Vt enim supra dictum est, ratio quare albedo huic non inest tota perfectio possibilis reperiri in specie albedinis est, quia coarctata est receptiuo, quòd secundum totum posse eius non recipit eam: ita esse ipsum, si receptum est in alio, coarctatum est ad naturæ illius recipientis limites, substantiam scilicet, uel accidens: & consequenter limitatum ad illius generis nobilitatem. Si uero purum, & non receptum in aliqua sit natura, illimitatũ, & infinitum simpliciter est, & omnes perfectiones possibiles in ente reperiri simpliciter præhabet.

c Nec oportet, si dicimus quòd Deus est esse tantum, ut in errorem eorum incidamus, qui Deum dixerunt esse illud esse vniuersale, quo quælibet res formaliter est. Hoc enim esse, quòd Deus est huius conditionis, est ut nulla sibi addi tio fieri possit. Vnde per ipsam G suam puritatem est esse distinctum ab omni esse: propter quod in cõmento nonæ propositionis libri de Causis dicitur, quòd indiuidua tio primæ causæ, quę est esse tantum, est per puram bonitatẽ eius. Esse autem commune sicut in intellectu suo, non includit aliquam additionem, ita nec includit in intellectu suo aliquam præcisionem additionis: quia si hoc esset, nihil posset intelligi esse, in quo super esse aliquid adderetur.

d Similiter etiã quàmuis sit esse fectionem possibilem suæ speciei habet, non intelligas, ut ueritatis æmuli obiciunt, quòd negatio scilicet receptionis eius in alio, daret sibi illam perfectionem: sed sicut receptio albedinis est conditio ad suam requisita imperfectionem, ita negatio receptionis est conditio suæ illimitatæ perfectionis comes. Vnde efficax argumentum ex receptione, & separatione eius sumitur tanquàm a cõditionibus necessariis, & inseparabilibus.

Cum autem audis, quòd albedo, si separata sit, omnem per-

¶ Et quoniam habere perfectiones omnium generum potest intelligi dupliciter, uno modo in seipsis: alio modo in aliquo superioris ordinis: ideo ad declarandum, quo modo ipse Deus, qui est ipsum esse essentialiter, habeat oẽs perfectiones, dicit quòd Deus non habet omnes perfectiones in seipsis, idest, distinctas abinuicẽ in propriis naturis: sicut homo habet sapientiam, iustitiam, prudẽtiam &c. Sic enim in Deo oporteret esse maximam cõpositionẽ, sed habeat eas indistincte unitas in suo esse simplicissimo. Illud quippe esse diuinum æquiualet omnibus perfectionibus omnium generum, & excedit singulas, & omnes simul, utpote res superioris & inaccessibilis ordinis. Cuius exemplum in luce Solis habes, qua sola Sol potest quicquid possunt omnia inferiora per tot varias qualitates. Propterea a Philosopho & Comment. 5. Metaph. capitulo de Perfecto, dicitur quòd Deus solus est ens simpliciter perfectum, uniuersitatem perfectionum in se habens.

Qvaestio XII.

I HIc Quæritur, An perfectiones existẽtes in ipso Deo sint aliquo modo distinctæ absque omni opere intellectus.

¶ In hac quæstione quinque agẽda sunt. Primo, declarabitur titulus quæstionis. Secundo, recitabitur opinio Scot. cum fundamentis. Tertio, declarabitur opinio San. Tho. Quarto, impugnabitur opinio Scot. Quinto, respondebitur argumentis in oppositum.

QVO Ad primum, sciro primo perfectionem esse duplicem, quædam est perfectio simpliciter. & quædam est perfectio in hoc, uel illo. Perfectio simpliciter est illa, quæ in suo proprio, ac formali conceptu dicit perfectionem cum nulla imperfectione, ut sapiẽtia, bonitas, & similia. Perfectio uerò in hoc, uel illo est quæ in suo proprio ac formali cõceptu dicit perfectionem imperfectioni miſtã, ut humanitas, equinitas, & his similia. Dixi, In proprio ac formali conceptu, quia includere aliquam imperfectionem in conceptu communi sibi & aliis, aut materiali, non derogat suę perfectioni simpliciter. Sapientia. n. licet in sui generis conceptu, puta, habitu, seu qualitate imperfectionem dicat, potẽtialitatem scilicet, aut dependentiam &c. quia tamen in suo differentiali conceptu hoc formaliter non includit, non prohibetur, quin perfectio simpliciter sit. Dixi, Dicit perfectionẽ, propter relationẽ, quæ in suo proprio ac formali conceptu, cum nulla imperfectione nullam perfectionem sonat.

¶ Scito secundo, quòd perfectiones esse in aliquo, contingit dupliciter. Vno modo formaliter: alio modo uirtualiter. Esse formaliter in aliquo, est esse in eo, ut forma est in habente ipsam: sicut humanitas, albedo, quantitas, & alia huiusmodi in homine sunt. Esse autem in aliquo uirtualiter, est esse in eo, ut effectus est in sua causa effectiua, quemadmodũ calor est in Sole. Poteris autem cõprehendere multum distare inter hos modos essendi in aliquo, ex hoc uno eorum effectu pro nunc, quòd ea quæ primo modo insunt intrinsece, denominant suppositum tale: ea autem quæ secundo modo insunt, non determinant suppositum tale, ut patet in Sole, qui luce dicitur lucidus: calore autem non dicitur calidus. ibi

¶ Amplius. Perfectiones esse in aliquo formaliter, contingit dupliciter. Vno modo I suis propriis naturis distinctas, & limitatas: sicut in homine est esse, intelligere, & uelle &c. Alio modo contingit

tingit dupliciter. Vno modo in suis propriis naturis distinctas, & A limitatas: sicut in homine est esse, intelligere, & velle &c. Alio modo contingit esse formaliter in aliquo superioris ordinis unitas, & illimitatas: sicut in Solis luce sunt virtus calefactiua, & deficcatiua, & alia huiusmodi. Nec parum distant isti duo modi inter se. Longe namque ex cellentius est esse in aliquo secundo modo, ut in exẽplo dicto apparet. Quàmuis igitur perfectiones omniũ generũ excellentiori modo sint in Deo, quàm in creaturis: quia tamẽ perfectiones nõ simpliciter sunt in eo virtualiter tantum (eis enim nõ denominatur talis) perfectiones autem simpliciter sunt in eo formaliter, & non in propriis naturis limitatæ, sed ut in re superioris B ordinis realiter indistinctæ & illimitatæ: ideo vertitur in dubium, an perfectiones simpliciter existentes formaliter in Deo cum reali identitate, sint aliquo modo absque omni opere intellectus distinctæ. Hæc de primo.

Sco. 1. dist. 8. q. 3. per totum.

QVO Ad secundum Sco. in 1. sent. dist. 8. q. 3. opinatur perfectiones has esse distinctas præciso omni opere intellectus, distinctione ex natura rei formaliter. Appellat autem distinctionem ex natura rei, quæ innascitur ex ipsarum rerum natura, ita quòd absq; omni intellectus operatione est. Formalem vero addit: quia non omnis distinctio ex natura rei est formalis, sed ea tñ, quæ ex quidditatibus, seu rationibus formalibus fit. Probat aũt intẽtũ suũ multis rationibus, quarũ eas adducẽdas cẽsui, quæ ex puris naturalibus procedunt, quoniã Theologiam nunc tradere non intẽdimus &c.

¶ Arguit ergo primo sic. Sapientia, & bonitas absolute distinguũtur formaliter ex natura rei. ergo sapientia infinita, & bonitas infinita distinguuntur formaliter ex natura rei. Antecedens est euidens. Consequentia autem probatur. quia infinitas non uariat rationem formalem eius, cui additur. In quocũque enim gradu perfectionis suæ latitudinis intelligatur perfectio aliqua, semper retinet eandem rationem formalem, ut patet in omnibus. Si igitur sapientiæ, & sapientiæ infinitæ est eadem ratio formalis, & ratio formalis sapientię distinguitur ex natura rei a ratione formali bonitatis, necessario sequitur, quòd ratio formalis sapientię infinitę nõ includat ex natura rei rationem formalem bonitatis.

¶ Præterea. Distinctio præcedens rationem primi distinctiui, non est per tale distinctionum: sed distinctio naturæ, & intellectus præcedit intellectionem, quæ est primum distinctiuum secũdũ rationem. ergo &c. Probatur Minor, quia si nulla distinctio eorum præcederet, non magis distingueretur intellectione, ve intellectio est, quàm ea, ut natura est. Quicquid. n. distinguitur intellectione, ut est omnino indistincta a natura, distinguitur etiam natura.

¶ Præterea. Illa quæ formaliter distincta intelliguntur intellectu intuitiuo, habent distinctionẽ vt existentem: sed perfectiones diuinæ intelliguntur formaliter distinctæ ab ipso Deo intellectu intuitiuo. ergo habent distinctionem vt existentem in eis. Talis non potest esse distinctio rationis: oporteret enim intellectum diuinũ sua intuitione causare aliquam relationem rationis in sua essentia vt existentem: quod est absurdum. igitur talis distinctio est ex natura rei. Maior patet ex differentia inter intellectum intuitiuum, & abstractiuum. Minor uero est clara de se.

¶ Præterea. Deus intelligit essentiam suam vt veram, vult autem ut bonam. ergo veritas & bonitas distinguuntur ante omnem actũ intellectus. Tenet consequentia: quia distinctio obiectorum præuenit distinctionem actuum, sicut causa effectum.

¶ Præterea. Bonitas, & veritas in Deo non distinguuntur ex natura rei. ergo sunt formaliter synonima. Consequens est contra te: consequentia autem probatur, quia bonitas & ueritas non significãt nisi ipsas puras perfectiões in re nullo modo distinctas in ea.

¶ Præterea. Inter perfectiones diuinas est ordo demonstratiuus, quo doctores unam ex alia demonstrant: est etiam distinctio inter prædicationes formales, & non formales. Dicitur enim quòd sapientia non prædicatur formaliter de bonitate: est & æqualitas secundũ Aug. 15. de Tri. igitur distinguuntur ex natura rei. Vt quid enim doctores implent tot quinternos, si ora sunt idẽ formaliter.

¶ Præterea. Inter perfectiones diuinas ante omnem actum intellectus inuenitur contradictio, ita quòd Deus intellectu intelligit, & non vult: uolumtate autem vult, & non intelligit. ergo inter perfectiones diuinas est distinctio ex natura rei.

¶ Præterea, Ad complementum doctrinæ, Distinctio fundans distinctionem realem non dependet ab opere intellectus: sed distinctio perfectionum diuinarum fundat distinctionem realem emanationum diuinarum. igitur est ex natura rei, & non ex intellectus operatione &c. Hæc de secundo.

Cap. 3.

Conclvsio.

QVO AD Tertium præmissa Trinitate personarum declarandæ sunt tres propositiones, in quibus consistit sententia S. Tho. & ueritas. Prima est. In Deo secundum se, nulla est distinctio actualiter. Secũda est. In Deo secundum se, est distinctio rationis virtualiter, seu fundamẽtaliter. Tertia est. In Deo, vt terminat actum intellectus nostri, est distinctio rationis actualiter.

Cõ. in 5. Met. dicũt: sed hẽt eas modo excellẽtiori oĩb⁹ rebus, quia in eo oẽs vnũ sunt. Sed in aliis diuersitatẽ habẽt, & hoc est, quia omnes illæ perfectiones cõueniũt sibi fm suum esse simplex. Sicut si aliquis

¶ Ad euidentiam primæ propositionis sciendum est, quòd aliud est iudicium de rationibus formalibus rerum in propriis naturis: & aliud est iudicium de rationibus formalibus earundem in re aliqua superioris ordinis formaliter existentibus. Res enim in propriis naturis ideo secluso omni opere intellectus distinguũtur formaliter, quia se mutuo non includunt in suis formalibus rationibus. Ideo autem ratio formalis vnius non est alterius, quia quælibet earum ita est ipsa, quòd non altera. Verbi gratia, Ideo virtus calefactiua, & virtus deficcatiua in propriis naturis distinguuntur formaliter ex natura rei, quia virtus calefactiua ita est calefaciendi principium, quòd non deficcandi, & econuerso. Res autem adunatæ in aliquo superioris ordinis, sicut in vna simplici re altiori inueniuntur, ita in illius vnica ratione formaliter adunantur, sicque distinctione formali ex natura rei necesse est careant, cum desit ibi talis distinctionis radix iam dicta, limitatio. falla, qua quælibet earũ ita ẽ ipsa, cp nõ altera: neutra nãq; earũ, cũ sunt taliter vnitę, est magis ipsa, quàm alia. Verbi gratia, profequendo exemplũ datum. Virtus calefactiua, & deficcatiua in luce Solis formaliter inuẽtæ, sicut in vna lucis natura adunantur, ita in lucis ratione formali C indistincte formaliter sunt, ita quòd assignata completa solaris lucis diffinitione non sit opus vitra earũ quærere distinctiones. Cõpleta. n. diffinitione solaris lucis, eam in sua celsitudine, qua inferiora indistincte in seipsa præaccipit, cum declaret propter adæquationem, quæ debet esse inter diffinitionem, & rem diffinitam, virtutem eius calefactiuam, & deficcatiuam manifestat: quãdoquidẽ uirtus eius calefactiua nõ magis est ipsamet, cp ãm sit lux, & uirtus deficcatiua, & econuerso. Cum autem secundũ Dionysium 5. capitulo de Diuinis nominibus, Perfectiones simpliciter sint in Deo non ad proprias naturas deinitæ, sed ad ipsius esse illimitationem eleuatæ, consequens est, vt licet omnes in vna simplicissima re formaliter adunãtur, ita in illius simplicissima ratione formali indistincte formaliter sint. Et sicut sapientia diuina non magis est sapientia, quàm bonitas, & ueritas, & ipsum esse diuinum, & econtrario ratio formalis ipsius esse diuini non magis includit ipsum esse, quàm sapientiam, & bonitatem. Si enim adæquata diffinitio illius rei simplicissimæ, quæ Deus est daretur, in illa vnica ratione formali, quicquid est Deus, includeretur formaliter, aliter diffinitio celsitudinem diffiniti non adæquaret: vnde & ipse Deus gloriosus, qui seipsum per modum sui intelligitur, vnicam tantum rationem formalem formar, Verbum scilicet.

¶ Potes ergo super hæc arguere sic. Quæcunque formaliter adunantur in vnica, & adæquata ratione formali ipsius Dei, nõ distinguuntur formaliter ex natura rei: sed perfectiones diuinæ seculo omni opere intellectus adunãtur in vnica & adæquata ratione formali ipsius. ergo &c. Probatur Minor: quia non magis adunantur virtutes qualitatum inferiorum in luce solari, quàm perfectiones simpliciter in Deo: sed ille adunantur formaliter, ut ex se patet, & ab aduersariis conceditur. ergo &c. Probatur Maior: quia aliter diffinitio non adæquaretur diffinito.

¶ Secundo principaliter: pro prima propositione arguitur sic. Omnis actualis distinctio ex natura rei fundatur super actuali oppositione ex natura rei: sed inter perfectiones nulla est actualis oppositio ex natura rei. ergo. Maior habetur ex 10 Me. tex. cõ. 24. Minor probatur inductione, Quòd enim ibi nõ sit oppositio contradictoria, neque priuatiua formaliter, ex eo quòd patet, quòd vtriusque oppositionis alterum mẽbrum est formaliter negatio, quam ponere in Deo formaliter, nefas est. Nec sufficit, quòd sit ibi negatio fundamentaliter: quoniam distinctio actualiter exigit actualiter oppositionẽ: oppositio aũt actualiter exigit extrema actualiter, ut patet regulariter de omni oppositione. Quòd autem non sit oppositio inter eas contrarie, patet ex eo, cp alterũ contrariorum semper eit defectuum 10. Meta. tex. cõ. 16. Quòd uero nõ sit oppositio relatiua inter illas, ex se manifestum est. Nec obstat, cp ex hoc sequi videtur, cp in Deo non sint multæ perfectiones, seu una tantum, pura, deitas. Verissimum enim est, quòd Deus ipse nõ est nisi vna perfectio illimitata, omnino præhabens in se multiplicatas, & multiplicabiles in aliis perfectiones omnes.

T. c. 24.

T. c. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad euidentiã tã secundę, q̃ tertiæ propositionis nota, quòd ut in quadã quæstione supra diximus, sicut res illa simplicissima, quã Deũ dicimus, est id, cui assimilantur omnes perfectiones simpliciter in propriis naturis existentes: ita est id, cui assimilãtur omnes cõceptus formales earũ, cum nihil aliud sint q̃ ipsæ perfectiones in esse intentionali.

Ex hoc autem, quòd Deus terminat conceptiões has ut obiectum in eis intellectũ, necesse est Deum ipsum omniũ earum correlatiuũ intelligi pluribus relationibus rationis ſm earum numerũ, sicque distinctionẽ in se rationis actualiter habere, ita ut Deus obiectus pluribus conceptionibus, seu rationibus formalibus dicatur habere in se distinctionẽ rationis formalẽ actualiter, obiectiue tamen, & propter pluralitatẽ conceptuũ formalium, quibus obijcitur, & propter pluralitatem relationum rationis quibus refertur, seu referri intelligitur ad perfectiones prædictas tã in esse naturali, quàm in esse intentionali. Ex eo autẽ quod in Deo, seclusso omni opere intellectus, est unde causare & terminare possit conceptus prædictos, dicitur habere in se distinctionẽ rationis uirtualiter, seu fundamentaliter. Habet autem hæc Deus ipse ex summa illimitata sui perfectione, cuius sicut nulla creatura est capax in esse naturali, ita nullus intellectus creatus in esse intentionali. Quicunque. n. intellectus creatus, etiã uidens Deũ per essentiam, impotens est ad formandum cõceptũ unum diuinæ adæquatum perfectioni. Vnde pro secunda propositione argue sic. Omne habens in se unde caulare, & terminare, ac uerificare obiectaliter possit, distinctas rationes seu conceptiones formales, habet in se distinctionem rationis uirtualiter seclusso omni opere intellectus: Deus gloriosus est hmõi. ergo. Pro tertia uero propositione argue sic. Omne terminans plures conceptus formales, habet in se actualiter distinctionem rationis: Deus est huiusmodi. ergo &c. Hæc de tertio.

QVO ad Quartum arguitur contra Scotum tripliciter. Et primo sic. Distinctio formalis ex natura rei est maior distinctio distinctione reali. ergo perfectiones diuinæ non distinguuntur formaliter ex natura rei. Consequentia tenet: & antecedens probatur sic. Distinctio per intimiora est maior illa, quæ fit per ea, quæ sunt extra intima rei: distinctio formalis ex natura rei, est per maxime intima rei, distinctio autẽ realis per ea quæ sunt extra intima rei. ergo &c. Minor patet ex Sco. in 1 sen. di. 2. dicente, q̃ distinctio formalis ex natura rei fit per prædicata primi modi, quæ insunt rei in primo signo: distinctio aũt realis fit per ea quæ in unt post. Maior probatur. Distinctio per aliqualiter intima, est aliqualiter distinctio: distinctio per magis intima est maior distinctio. ergo distinctio per maxime intima est maxima distinctio. Si enim simpliciter sequitur ad simpliciter, & magis ad magis, maximum necessario sequitur ad maximum &c. 2.d.2.q 4.

¶ Secudo arguitur sic. Perfectiones diuinæ abstractæ abstractione præcisissima, sunt formaliter infinitæ. ergo sunt idem formaliter ex natura rei. Antecedens est Sco. in 1. sen. dist. 8. q 3. in responsione ad argumentum principale. Consequentia probatur supponendo secundum duplicem infinitatem in responsione ad primum declaranda, dupliciter posse intelligi illud antecedens. s. de infinitate infra propriam rationem, & de infinitate infra entis latitudinem: tunc sic. Aut intelligis illud antecedẽs uerificari de infinitate prima. & hoc non, quia nullum prius includit formaliter suũ posterius: perfectio autem diuina, puta, sapientia est prior infinitate illa, quia modus eius intrinsecus est &c. Aut intelligitur de secunda infinitate, & tũc sequitur intentum: quia si sapiẽtia diuina præcise, & formaliter sumpta est ita infinita, quòd ad nullã entis perfectionẽ simpliciter est formaliter terminata, oportet q̃ infra huc rationis formalis ambitũ omnem perfectionẽ simpliciter cõtineat, & quòd nullam a ratione sua perfectionẽ formaliter excludat, & consequenter, quòd a nulla formaliter distinguatur ex natura sua. Stat. m. n. q̃ ab aliis perfectionibus distingui ponitur, coartata formaliter infra entis ponitur latitudinẽ, quod est oppositũ antecedẽtis sic intellecti. Ponitur. n. talẽ & tantã entis perfectionẽ formaliter importare, ita q̃ nõ omnẽ. Verbi gratia, ponitur q̃ sapiẽtia formaliter ex natura sua eã perfectionem ponit, quam enti sapientia addit, ita quòd non eam, quam iustitia sua bonitas enti addit &c. Sco. 1. d. 8. q. 3.

¶ Tertio sic. Perfectiones diuinæ distinguuntur formaliter ex natura rei. ergo inter eas est relatio realis. Tenet consequentia, quia distinctio illa cum sit relatio existens in rerum natura, necesse est quòd sit realis, sicut & quodlibet aliud existens in rerum natura', reale est. Cõsequens autem est contra Auic. dicentem, quòd eiusdem ad seipsum non est relatio realis. 3. Met. c. 10

QVO ad quintũ pro responsione ad primũ, & destructionẽ Scoti fundamenti nota, quòd aliquid esse infinitum contingit dupliciter. Vno modo secundum propriam rationem talis modo, secundum quod ens, seu simpliciter. Illud est infinitum secundũ propriã rationem, quod nullis suæ propriæ latitudinis clauditur terminis, licet sit ad talem entis gradum definitũ, quòd non omnem essendi perfectionẽ habeat. Illud uero est infinitum ſm quod ens, seu simpliciter, quòd nullis infra totius entis latitudinem terminis limitatur, sed omnem habet perfectionem essendi. Exemplum in quãtitate molis. Quantitas si daretur infinita, esset secundum quam titatis rationem infinita. esset. n. infinita quantitas, non tamen esset ſm esse infinita: esset nanque ens finitum & limitatũ ad quantitatis genus. Similiter in quantitate uirtutis. Albedo si esset infinita intensiue, esset infinita ſm propriã rationem. esset. n infinita albedo, non tamen esset infinitum ens, quia ad speciem esset definita. Non parui autẽ refert qua quis infinitate dicat esse aliquid infinitum. Prima. n. infinitas, cum attendatur penes ea, quæ infra rei illius latitudinẽ sunt, rationem rei formalem in ea, qua inuenit formali limitatione relinquit, ut patet in exemplis datis. Secunda autem infinitas, quia attendit penes ea, ad quæ totius entis latitudo se extendit, rem & eius rationem formalem illimitat, & eleuat ad hoc, ut ipsa omnis sit perfectio in ente possibilis, & non magis sit ipsa, quam quæcunque alia perfectio simpliciter, ac per hoc distinctionẽ, & formalem limitationem, qua ab aliis formaliter ex natura rei absolute sumpta distinguebatur, eam comitari non finit.

¶ Ad propositum ergo descendendo dico, q̃ licet sapientiæ, & sapientiæ infinitæ prima infinitate sit eadẽ omnino ratio formalis, tamẽ sapientiæ infinitæ secunda infinitate eit lõge altior ratio formalis. Concludit. n. in sua ratione formali omnẽ perfectionẽ simpliciter & sic cum in Deo sint perfectiones omnes infinitæ secũda infinitate, oportet eãm unã esse simplicem rationem formalem.

¶ Ad argumentũ, sub quacunque forma fiat, respondeatur, attendendo equiuocationem infinitatis: quoniã, ut dictũ est, infinitas prima est illa, quæ non uariat rationem formalẽ, & quæ attẽditur penes gradus perfectionales propriæ latitudinis rei, non autem secunda. Vnde si perfectiones diuinæ non essent infinitæ, nisi prima infinitate, argumentum concluderet, quia aũt habent secunda ante oẽm actũ intellectus, ideo nihil concludit. Nec obstat, quòd forte infinitas prima cuiuscunque perfectionis simpliciter inferat secundã. Sufficit enim quòd ratione distinguãtur, ut aliquid secunda habeat, quod non prima. Similiter non obstat, si quis perfectiones cõmunissimas putasse bonitatẽ, & similes &c. utranque infinitatem habere negaret, nesciens in eis imaginari primam, propterea quòd propria latitudine carent. Hoc n magis nostro fauet proposito: quoniam si utranque in finitatem habent, quod alibi discutiendũ est, distinctione supra dicta opus est: fiauté secundã rãm absque distinctione aliqua negandũ est, esse, & esse infinitũ habere omnino eandem rationem formalem, & sic ruit totum Scoticum ædificiũ.

¶ Ad secundũ loquendo de distinctione actuali quacunque, negatur Minor. Et ad eius probationẽ dicitur negando omnia assumpta. Sufficit. n. ad hoc, q̃ aliqua distinguantur intellectione, ut intellectio est, & non natura, distinctio rationis fundamentaliter inter naturam, & intellectionem. Vnde quando dicitur, Quicquid distinguitur intellectione, ut omnino indistincta est a natura, distinguitur etiã natura, distingue ly, indistincta, actualiter, uel fundamẽtaliter. Et primo modo dic esse falsum: secundo modo uerum: sed tunc negato Minorem subsumendam, scilicet. Sed intellectio & natura sunt indistinctæ fundamentaliter ante omnem actum intellectus habent. n. distinctionẽ rõnis fundamẽtaliter, vt declarauim'.

¶ Ad tertium negatur Minor, licet. n. Deus intueatur perfectiones suas ab æterno distincte, non tamen ab æterno distinctas actualiter. Licet ponere distinctionẽ rationis actualiter causari per actũ intellectus diuini, non hoc a philosophia alienum.

¶ Ad quartũ negatur cõsequentia. Sufficit. n. quòd obiecta intellectus & uoluntatis prædistinguantur fundamẽtaliter, nec est opus distinctione actuali pro tũc fiat nec intellectus & uoluntas Dei pro tunc distinguantur, nih fundamentali distinctione rationis.

¶ Ad quintum negatur consequentia. Synonimitas enim cum sit passio nominum, non attenditur penes identitatem rationis formalis rei secundum se, sed penes identitatem conceptus formalis, seu mentalis. Voces enim sunt notæ earum quæ sunt in anima passionum: vnde cum ueritas & bonitas Dei habeant diuersos conceptus, in nobis non sunt synonimæ. Ad probationem ergo dicitur, quòd licet significant eandem rem formaliter secundum se, & solum illam ut rem significatam: tamẽ significant etiam distincte conceptus mentales, ut rationes significandi, & hoc destruit synonimitatem, ut dictum est,

¶ Ad textũ dicitur, quòd ex parte rei sufficit ad omnia illa distinctio rationis virtualiter, seu fundamẽtaliter cũ distinctione rationis actuali ex parte nostri. Loquimur. n, vt concipimus. Formamus aute distinctos conceptus, quorum unus ex alio oritur, & de alio nõ prędicatur, & habet aliquam habitudinẽ, quam alius non habet.

habet. Et ideo demonstrationes prædicationesq; formales & idẽticas facimus, negamusque de Deo sub uno conceptu, quod affirmamus de ipso sub alio. Implent ergo libros doctores balbutiendo, ut possunt, excelsa Dei humano more, resonantes simplicissimam illam rationem formalem, omne quod in Deo est formaliter cõplectentẽ, nõ nisi particularibus cõceptibus inspicere, tradereq; potentes, & nõ propter distinctionẽ, quæ ibi sit ex natura rei. Aequalitas autem inter perfectiones diuinas ante omnem actum intellectus non est nisi fundamentalis non excessus inter se, qui inter eas uirtualiter tantum distinctas saluatur.

¶ Ad septimũ dicitur, quòd quia ante omnẽ actũ intellectus non inuenitur contradictio formaliter, sed fundamẽtaliter tantũ, quia alterũ contradictoriũ est formaliter negatio, quæ non est nisi per opus intellectũ: ideo sufficit pro tũc inueniri distinctionẽ rationis fundamẽtaliter, quod concedim', nec aliud exigitur, ut patet de se.

¶ Ad vltimũ dicitur, q̃ emanationes diuinæ distinguũtur & realiter, & formaliter: & licet distinctionis formalis earũ fundamentũ sit distinctio intellectus & uoluntatis, non tũ distinctionis realis earum. non. n. ideo processiones diuinæ distinguũtur realiter, quia altera est ab intellectu, altera a uolũtate: sed quia habent realẽ oppositionẽ relatiuam, ut Boeti' tradit. Falsum ergo assumitur, quòd .s. distinctio perfectionum diuinarum fundet distinctionem realẽ emanationum diuinarum. Ad fundandam autem distinctionẽ formalem inter eas sufficit distinctio formalis fundamentalis inter intellectum & uolumtatẽ: sicut etiam ipsæ processiones diuinæ non distinguuntur formaliter ex natura rei, seclusa distinctione realis: sed distinctione rationis uirtualiter tantum ante omne opus intellectus, ita quòd absque reali oppositione relatiua, non magis distinguuntur ex natura rei, quàm intellectus & uoluntas.

¶ Potest autem breuius ad hoc, & similia argumenta dici, q̃ in diuinis est ante omnẽ actũ intellectus distinctio formalis nõ formaliter, sed uirtualiter. i. eminẽter cõtenta hoc modo: quia quodlibet diuinũ ꝓpria exequitur, ac si esset distinctũ formaliter ab alio. intellectus. n. ita intelligit & nõ vult, & uoluntas ita vult, & nõ intelligit, ac si esset distinctio formalis formaliter inter intellectum & volũtatẽ, & sic de aliis. Fundatur autẽ talis modus habendi distinctionẽ formalem supra deitatis eminentem unitatem formalem formaliter, & sufficit ad oĩa saluanda, quę per distinctionẽ formalẽ formaliter saluanda inducuntur, quia illi eminenter æquiualet.

¶ In hac secunda parte capituli huius, de essentiis substantiarũ intellectualium creatarum, quæ in secundo ordine collocãtur, quatuor propositiones colligit Prima est, In substantiis intellectualibus creatis esse, est aliud ab essentia. Secunda, In eis non inuenitur materia. Tertia, Esse earum est finitum, essentia autem infinita. Quarta, Nulla earum multiplicabilis est numeraliter, nisi ultima, anima scilicet, humana. Prima, & secunda, tanquàm declaratis omissis, tertiam explanat ratione & authoritate.

AD RATIONIS autem euidentiam est notandum, quòd actus finitur per potentiam, in qua recipitur, & potentia finitur per actum, quem recipit, diuersimode tamen. quod enim est in potentia, non est determinatum, sed determinabile per actum, ad quem est in potentia: actum autem ipsum receperit, ab eo forma liter finitur. Similiter actus secundum essentiam suam receptibilis est in hoc, vel illo, & consequenter determinabilis ad hoc, uel illud subiectum. Cum uero receptus est in hoc, iam non remanet in eo amplitudo & indefinitio ad hoc, uel illud: est enim ad hoc determinatus. Est ergo duplex finitas & duplex infinitas, altera scilicet, ex parte actus, altera ex parte potentiæ. Sed infinitas ex parte potentiæ imperfectionem sonat, cum sit per carentiam actus potentiam finientis. Infinitas autem actus perfectionem maximam dicit, cum sit per carentiam potentiæ actum finientis. In cuius signũ, formę secundum rem non receptæ in aliquo, longe perfectiores sunt formis receptis, ut patet. Cum ergo esse substantiarum intellectualium sit receptum in earum essentia, consequens est, quòd sit finitum eo modo, quo actus finitur per potentiam. Vnde & contractum, & limitatum est ad genus sui receptiui, naturæ scilicet, cuius est. Quia uero essentia earum non est recepta in aliquo, cum sit forma non recepta in materia, consequens quoque est, quòd sit infinita infinitate se tenente ex parte actus. non est enim determinata ad capacitatem alicuius materiæ ipsam recipientis, sicut sunt formæ rerum materialium.

¶ His præmissis, formetur ratio sic. Id cuius esse est receptum, forma autem irrecepta, habet esse finitum, essentiam autem infinitam: intelligentiæ sunt huiusmodi. ergo. Et nota, quòd in ratione hac sermo est semper tam de finitate, quàm de infinitate se tenente ex parte actus, tali enim finitate esse intelligentiarum finitũ est, & tali infinitate earum essentia est infinita. Si enim loqui uolumus de finitate se tenente ex parte potentiæ, earum essentia finita inuenitur, eo quòd potentia in eis est determinata per actum essendi.

¶ Confirmatur autẽ hoc authoritate libri de Causis, vbi dicitur, quòd intelligẽtiæ sunt finitæ superius, & infinitæ inferius: quia esse earum quod est supremũ in eis, est receptũ: essentia uero, quod infinitum est, non est recepta: & quia essentia' earum, ut respicit id qđ est supra se formaliter, ipsum scilicet, actum essendi, est finita recipiendo ipsum, ut autem respicit id quod est infra se, materiam scilicet, est infinita, utpote non recepta in ipsa &c.

ADVERTE Hoc ad multorum supradictorum intelligentiã, & ut euites errorem eorum, qui horum fundamentum non intelligentes, dicunt, quòd si esse ideo est infinitum simpliciter, ut supra diximus, quia in nullo receptum est, cum essentia tam substantiarum immaterialium, quam compositarum in nullo penitus recepta sit, erit infinita simpliciter, quod est ridiculum: vnde ex irreceptione infinitatem arguere, valde leue uidetur.

¶ Scito igitur, positionẽ hãc fundari super hac propositione. Omnis res ſm suũ ordinem receptibilis in alio, realiter irrecepta est infinita infinitate oppositа finitati, quam res sui ordinis recepta cõtrahit. Dixi, secundum suum ordinem receptibilis in alio, propter cõposita & materiã, quæ in tota sua latitudine irreceptibilia sunt. Dixi, est infinita infinitate opposita &c. quia sicut nõ quodlibet receptibile est in quolibet, sed quilibet actus habet propriũ receptiuum, ut habetur in secundo de Anima text. Com. 24 & 26. ita nõ ex qualibet receptione sequitur quælibet finitas: sed determinata ex determinata, & per oppositũ ex tali irreceptione talis infinitas opposita, scilicet finitati, quam, si recepta esset res illa contraheret. Verbi gratia, albedo cum sit receptibilis in subiecto, si ponatur irrecepta, erit infinita non quacunque infinitate, sed ea, quæ opponitur finitati, quam in subiecto habet. In proposito. ergo, tã esse, q̃ forma ſm suũ ordinẽ receptibilis rationem habet, neutri. n. recipi repugnat: sed in alio & alio receptiuo. receptiuum. n. proprium ipsius esse, est quidditas, seu suppositum: formæ uero est materia. Et ideo sicut alterius rationis est receptio formæ in materia a receptione esse in essentia, ut supra ostendimus: sic alterius rationis est finitas formæ per materiam a finitate esse per essentiam, licet conueniant in hoc, quòd utraque est per modũ, quo actus finitur per potentiã: & similiter diuersarum rationũ oportet esse infinitatem, quã forma fortitur ex hoc, q̃ est irrecepta in materia, & infinitatẽ quã esse fortitur ex hoc, quòd in quidditate nulla est receptũ. Forma nanque ex hoc, quòd recepta in materia, infra ipsam clauditur amplitudine. n suam, qua ad hoc, uel illud particulare indefinita, amittit: & ideo ex hoc, quòd separata a materia est, non aliter est infinita, nisi quia ad nullius materiæ capacitatem coarctata eius terminis caret. Esse autem, quia ex hoc quod recipitur in aliqua quidditate, ad illius genus & speciem coarctatur, si irreceptum potiatur, ad nullum genus diffinitum erit. & consequenter cuiuslibet generis terminis carens simpliciter infinitum.

¶ Habes ergo dubii solutionem ex hoc, quòd non dicimus omne irreceptum infinitum, sed rem ſm suũ ordinẽ receptibilẽ irrecepta, & ex hoc, quòd non dicimus omnem rem ſm suum ordinẽ receptibilem irreceptam esse eadẽ modo infinitum, sed diuersimode. Ex primo enim patet, quòd substantia composita nullam infinitatem ex sua irreceptione habet: ex secundo uero, quòd essentia intelligentiæ, quæ clauditur in ordine formæ, cum sit pura forma separata a materia, & non sit ipsum esse, ex sua irreceptione in materia est infinita, sed non simpliciter &c. & quòd esse diuinum quod sub ipsius esse ordine concludit ex sua irreceptione in quidditate, seu essentia est infinitum simpliciter.

HABES & hinc, vnde Scotitarum, & Scoti, eorũ indicio, peccatum deprehendas in 1. Sent dist. 2. quæst. 2. vbi ab eis imponitur S. Thom. ratio vltimo ibi inducta ad concludendam Dei infinitatem, quæ est talis. Forma finitur per materiam. ergo forma, quæ non est nata esse in materia est infinita. Iam enim nosti, qualem infinitatem ratio hæc concludat, & quòd infinitas Dei alteriores negat terminos secundum S. Thomam.

¶ Vnde aduertas, triplex ibi peccatum. Primũ est, q̃ ratio prædicta ad concludendam infinitatem simpliciter assumpta a nobis dicitur, cum apud nos non concludat nisi infinitatem ſm quid. Secũdũ est, quòd ratio prædicta secundum fallacium consequentis sophisma affertur, quia forma prius natura est finita in se, q̃ finiatur per materiam, sicut illud tertii Phys. Corpus finitur ad aliud cor- T.c.31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius ergo si nõ est finitum ad aliud corpus, est infinitum. Manifeste F
etiam patet error, quia cum dicitur: Forma finitur per materiã, ly per denotat causam præcisam finitatis secũdum quid supradictę. Nõ .n. forma secũdum se est talis modo finita, cum ẽm se sit indeterminata ad hanc, uel illam materiam: & ideo bene sequitur. ergo forma, quæ nõ est na ta recedit in materia est infinita ẽm quid. Si .n. affirmatio est cã præcise affirmationis, negatio erit cã negationis. Nõ est autem talis processus 3. Phy sic, quia corpus non finitur per aliud corpº causaliter, & præcise. Tertiũ est, quòd inficiari conatur aliud supradictum, scilicet, quòd essentia intelligentię est finita superius per suum esse. Contra, inquit, Esse est posterius essentia, & accidens eius, apud nos. ergo essentia intelligentię in primo naturæ uidetur infinita intensiue, & consequenter non finibilis per esse in secundo signo.

enim finitæ quantum ad esse suũ, quod a superiori recipiunt: non tamen finiuntur inferius, quia earum formæ non limitantur ad capacitatem alicuius materiæ recipientis eas: & in talibus substantiis non inuenitur multitudo indiuiduorum in una specie, ut dictum est, nisi in anima humana propter corpus, cui unitur.

¶ Ad hoc siquidẽ dicitur, quòd licet esse sit posterius essentia ordine generationis, & accidẽs eius, idest, extra conceptũ formalẽ: tñ essentia tamen illo priori est finita simpliciter, & per hoc quòd est receptiua ipsius esse, & nõ est ipsum suũ esse &c. sicut .n. per hoc, quòd essentia est ipsum esse, est infinita simpliciter, ut patet in Deo ex dictis ita per hoc, quòd essentia non est suũ esse, nõ est infinita simpliciter iuxta maximã illã. Si affirmatio est cã affirmationis &c. Quia ergo in omni priori essentia intelligentiæ est fundamentaliter receptibilis ipsius esse, & ab hoc abstrahi non põt, licet nõ in omni priori habeat illud, sequitur quòd sit simpliciter finita per suum esse. i. per hoc non est suum esse, sed illa actuabilis, uel actua ta est &c. Sic .n. intelligitur cum dicitur, quòd essentia intelligentiæ finitũ per suum esse. Quarta propositio quò ad primam partẽ superius dictam relinquatur. Quo ad secunda uero, quòd .s. anima intellectiua, quæ est ultima inter substantias intellectuales, sit multiplicata numeraliter, eget magna cõsideratione. In textu aũt assignatur pro causa huius, unio ad corpus. Omnis .n. forma sic unita corpori, quòd dat ei esse formaliter, necessario multiplicatur secũdum multiplicationẽ illius, alioquin plura corpora haberent idem esse numero. Ab uno .n. forma non prouenit, nisi unum numero esse substãtiale, & merito ex unione ad corpus anima multiplicari numeraliter dr: quia distinctio numeraliter, cum nõ sic formalis, oportet quòd sit secundum quantitatem, ut supra declaratũ fuit: le cundum quantitatẽ aũt esse non potest talis distinctio in anima, si forma non esset rei quantæ, ut intelligentiæ ostendunt. Efficax ergo ratio ad concludendã pluritatẽ numeralem animarum, est coniunctio ipsius animæ ad corpus numeraliter multiplicatum.

¶ Hic obiectio quædam cõtra quartã propositionẽ excluditur, quæ talis est. Forma multiplicata ad multiplicationẽ corporis de structis corporibus, non remanet in sua multitudine: anima humana est multiplicata ad multiplicationẽ corporis. ergo non possunt remanere multæ animæ humanæ destructis corporibus &c. Processus bonus: cõclusio aũt falsa est. ergo altera præmissarũ: nõ Maior, ut probatur. ergo Minor, quæ fuit quarta propositio. Maior probatur ex eo, quòd remota causa, remouetur effectus. Si ergo cã multitudinis animarũ est ipsa multitudo corporũ, remota multitudine corporum, remouebitur etiam multitudo animarum. Excluditur autem hic obiectio in litera, declarando formas dupliciter pluralificari ad pluralificationẽ corporum, scilicet cum dependentia a materia, & sine dependentia ab illa, & primæ quidem destruuntur destructis corporibus: secundæ uero remanent, eo quòd non nisi occasionaliter eorum indiuiduatio a corporibus est: de harum autẽ numero est anima intellectiua.

AD horum euidentiam nota primo, quòd idẽ est iudicium de K
esse, & unitate, & multitudine rei, quo ad dependentiã, & independentiã, ita. i. quòd cuius esse a materia non dependet, nec eius unitas, nec multitudo a materia dependet. Cuius autem esse a materia dependet, tam unitas, quàm pluralitas eius etiã ab illa dependens est. unum enim, & multa, entis passiones sunt.

NOTA Secundo, quòd formæ sunt in triplici differentia. Quæ dã sunt in materia, & educuntur de potentia materiæ, ut formæ materiales. Quædam sunt in materia, sed non educuntur de potentia materiæ, ut anima intellectiua, quæ uenit deforis. Quædã nec sunt in materia, nec educũtur de potentia materiæ, ut formæ separatæ a materia, intelligentiæ scilicet. Nõ potest autem dari quartum genus earum, quæ ẽducantur de potentia materiæ, & non fiãt in materia, quia implicat, ut de se patet.

2. de Gene. ca. 3.

c 5.q.9. cõmuniũ inter se.

¶ Et illæ quidẽ, quæ nec educuntur de potentia materiæ, nec fiũt in ea, omnino indepẽdetes, & separatæ sunt a materia, & immultiplicabiles numeraliter, ut supra probatum fuit. Primę uero, & secundæ, quia cõueniunt in hoc, ꝙ sunt in materia, habent & hoc cõmune, ꝙ oportet utrasque esse coaptatas, & proportionatas suis receptiuis materiis, in quibus fiũt. Proprios .n. actus oportet in propriis fieri materiis, ut dicitur 2. de Anima tex. cõ. 24. & 26. Forma T.com. 24. & 26.
nanque leonis debet esse cõmensurata corpori leonino, ita quòd non equino, & huius leonis forma oportet quòd sit cõmensurata huic corpori leonino, ita quòd non illi &c. Et ex hoc consequenter conueniunt ita in hoc, quòd utraq; oportet simul multiplicari in propriis corporibus. Quæunque .n. oportet esse in G
uicem coaptata & proportionata simul, recipiunt multitudinẽ & unitatem, ut patet in discurrendo in singulis. Semper enim multiplicationẽ formarũ in una specie comitatur multiplicatio corporum in illamet specie, & econuerso, aliter uel una forma esset in diuersis materiis, uel diuersę materiæ sub una forma, quorum utrũque est impossibile. Ex eo quòd primę formæ educuntur de potentia materiæ, & non secundæ, differũt inter se in hoc, ꝙ primæ habẽt esse dependens a materia, sicut a causa materiali earũ esse causante, & substãte: secundæ aũt habẽt esse excedens totã materiæ capacitatẽ, & idepẽdẽs ab ea, utpote nõ causante ex illa. Et ex hoc cõsequenter differunt secundo, quòd primarũtã unitas, q̃ multitudo a materia dependẽs est, sicut & esse: & ideo sicut destructis corporibus ipsæ destruũntur, ita unitas & pluralitas earũ. Secundarũ uero tã unitas, quàm multitudo indepẽdẽs est a materia, sicut & esse: & ideo sicut destructis corporibus, earũ esse remanet, ita unitas & pluralitas. Et hoc est quod hic intẽdit S. Tho. dicẽs in diuiduationẽ animæ. i. vnitatem eius. Et similiter intelligendũ est de pluralitate occasionaliter ex corpore depẽdere. Dependet .n. hoc modo: quia fit in corpore, non autẽ ita, ꝙ educatur de potẽtia corporalis materiæ. & hoc ẽ qđ subdit, qa nõ acquirit illud nisi in corpore. & rationẽ addit: quia cũ habet esse absolutum, idest independens a corpore, corrupto corpore, absque illo remanete potest. & ideo Auic. dicit indiuiduationem animæ ex corpore in sui initio dependere, non aũt in fine, quia scilicet non fit nisi in corpore. Potest autẽ esse, & de facto est post mortẽ sine corpore, & sic soluta est obiectio facta, quia Maior est falsa de secundo ordine formarum, qualis est anima humana.

¶ Ad probationem eius iam patet quid dicendum: quia corporũ multiplicatio non est proprie causa, sed occasio, & non nisi in fieri multitudinis animarum: cessante autem causa in fieri, non cessat effectus, quo ad esse.

I

QVAESTIO XIII.

HIC circa indiuiduationem animæ intellectiuę, per quod. s. indiuiduetur, dubitatur. In hac quæstione facienda sunt tria. Primo recitabitur opinio Scoti: secundo declarabitur opinio sancti Thomæ: tertio respondebitur argumentis in oppositum.

QVO ad primum Sco. in secundo sen. di. 3. q. vlt. & in quolib. 9. 2. sequens positionem suam de hecceitatibus tenet animã, sua propria hecceitate indiuiduari, arguitque sic contra S. Tho. Eo primo, quo aliquid est in actu extra causam & intellectum, eo primo est hoc: sed anima, sicut & quælibet entitas præcipue absoluta se ipsa, primo est in actu extra causam & intellectũ. ergo anima se ipsa primo est hæc. Maior probatur, quia uniuersalitas, sine esse nõ hoc, nõ conuenit rei nisi in intellectu. Minor patet ex eo, quòd res se ipsa primo recedit a non esse. Sco. di. 2. 3. q. 7. in c. quodl. q. 2.

¶ Præterea. Omnis distinctio formalis, seu non per materiam, est specificata per res animæ intellectiuæ distinguuntur formaliter, seu non per materiam. ergo distinguuntur specifice. Conclusio est falsa: ergo altera præmissa. nõ Minor, quia animæ intellectiuæ separatæ carent materia. ergo Maior, quæ est fundamentũ positionis tuæ. Quòd si dicas, ꝙ animæ habent inclinationes ad diuersa corpora, & per has distinguũtur. Contra. Anima prius natura est terminus creationis, qui vt talis formaliter est hoc, q̃ vniuę materiæ. ergo prius natura anima est hæc, q̃ vniatur materiæ. ergo anima indiuiduatur, & non per unionem ad corpus. Antecedens probatur sic. Prius est qđ potest esse sine alio, & aliud nõ sine illo, ex 5. Meta. tex. con. 16. anima non solũ secundũ essentiam: sed etiã secundũ existentiam potest esse sine vnione ad materiam, non autem absq; hoc sit terminus creationis, & hęc. ergo anima est prius natura terminus creationis, & hæc, quàm sit in materia. contra. ca. 81. 3. ad 15.

¶ Si dicatur quòd anima nõ est hæc per actualem unionẽ, seu existentiam in materia, sed per aptitudinẽ essendi in illa, contra. hoc non cuadit difficultatẽ: quia natura absoluta est prius materia ipsa sua ap-

titudine: quia enim anima est hæc, ideo habet hanc aptitudinem ad hoc, & illi repugnat & cætera arguatur sic. Quod conuenit vni, & repugnat alteri eiusdem speciei, non conuenit per se huic, secundum id quod commune est illis, uel saltem præexigit eorũ necessario distinctionem, scilicet huius ab illo: sed hæc aptitudo cõuenit huic animæ, & repugnat illi. ergo necessario præexigit distinctionem huius ab illa, igit nõ indiuiduantur aptitudinibus.

I Confirmatur, Ratio aptitudinis formaliter loquendo, non est ad se, nec est ratio entis in actu. ergo non põt esse indiuiduationis principium animæ. Antecedens probatur pro prima parte, quia si esset ad se, posset intelligi non ad aliud, ut ad terminum, quod est falsum. Pro secunda quoque parte probatur, quia quod necessario exigit aliquid non existens, ipsum est non existens in actu: aptitudo autẽ est ad terminum non existentem. ergo eius ratio, non est ratio entis in actu. Consequẽtia patet, quia distinctio relatiua præsupponit distinctionem absolutam: quia enim anima est hæc, ideo habet hanc aptitudinem, & non econtra. & quia hæc anima est singularis singularitate actuali, siue in actu, non est hæc aptitudine ad hoc corpus. Hæc sunt quæ illi in hac re sentiunt.

NOS autẽ peripatetica fundamenta sequentes, animã indiuiduari cõmensuratione substantiali ad corpus dicimus, & hanc animã, & illam distingui commensurationibus suis ad hoc, & illud corpus. Probationes autẽ huius, supra adductæ fuerunt, cum deductũ fuerit, distinctionem numeralem non nisi a quantitate originari posse. Vnde nunc sufficiet declarare, quomodo sit hoc, quod dicimus. H
Cõmensuratio dupliciter sumitur. Vno modo, pro relatione commensurationis: alio modo, pro ipsa substantiali coaptatione rei. primo modo, cõmensuratio est res respectiua essentialiter, & in genere relationis: secundo modo, est res absoluta, & de prædicamento rei cõmensuratæ. est. n. idẽ essentialiter quod ipsa, sed differens ab ipsa sola ratione: & similiter dico de inclinatione, aptitudine, coaptatione, figillatione, & similibus, quæ ad exprimendum propositum assumuntur.

¶ Absolutum quoque pro nunc, sumitur dupliciter. Vno modo a termino, & sic dicimus substantiam, quantitatẽ, & qualitatem esse entia absoluta. Alio modo a receptiuo, seu subiecto, & sic nullũ prędicamentorum accidentium est absolutum, sunt enim essentialiter receptibilia in substantia. Cum ergo dr, ꝙ animæ suis cõmensurationibus, indiuiduantur, intelligendũ est cõmensurationibus substantialibus, quæ sunt res absolutæ a terminis, & si non a receptiuis, & non commensurationibus, quæ sunt relationes &c. Sicut I
nanque de essentia animæ in communi est, ꝙ essentialiter sit proportionata corpori physico organico, quod in eius diffinitione ponitur: ita de essentia animæ humanæ est, commensurari corpori humano. est nanque ita perfectiua corporis humani, quòd nõ bouini, sic quoque de essentia huius aię, est cõmensuratio ad hoc corpus: & sic cõmensuratio ad corpus humanũ, non sequitur animam iam humanã, sed constituit ipsam humanã. Per hoc .n. primo differt anima hominis ab anima bouis, quia illa est proprius actus corporis humani, ista uero bouini. Cõstat autẽ, ꝙ idẽ est esse actũ propriũ corporis humani, & esse substantiale substantialiter cõmensurată cõmensuratæ perfectionẽ eius. Ita substantialis cõmẽsuratio huius animę ad hoc corpus, nõ sequitur animã hanc, sed cõstituit ipsam hãc. est .n. hęc anima substantialiter proprius actus huius corporis: vnde hæc anima ab illo primo differt, quia illa est proprius actus huius corporis, illa uero proprius actus alterius. & hoc est quod S. Tho. in 2. cõ. Gen. c. 81. tradit, & in quæstionibus de anima, & ubicunq; de hac re loquitur. Est aũt cõueniens propositio ista principiis Ari. docet. n. in primo libro de Partibus animaliũ, ꝙ propriæ differentiæ alicuius diuisi debẽt esse per se distinguentes illud in eo ꝙ tale. verbi gratia, propriæ differentiæ animalis nõ debẽt esse albũ & nigrũ, quæ nõ diuidũt animal in eo, ꝙ animal. Stat. n idẽtitas animalis, cũ illarũ diuersitate, nec debẽt esse nauigatiuũ & uolatiuũ, quia nõ diuersificãt hæc per se naturã sensitiuã, sed debẽt esse tale sensitiuũ, uel tale animal. n. in eo ꝙ animal, cũ sensitiuo cõstet, nõ diuersificatur per se, nisi per differentias sentiẽdi. Vnde cũ anima in eo quòd talis, essentialiter sit actus corporis physici propriis differẽtiis diuiditur per hoc, ꝙ actus talis corporis, uel talis, & iterũ actus talis corporis, puta, humani, ꝓprijs differẽtiis diuidit (materialibus tñ) per hoc, qđ est huius corporis, uel illius. Indiuiduãtur ergo ipsæ animę cõmensurationibus substãtialibus nõ absolutis a receptiuis, sicut & ipsæ animæ essentialiter sunt nõ absolutæ a perfectibilibꝰ corporibus earũ receptiuis. Et nõ cõsiderare hoc, est cã erroris eorũ, qui de osibus uolũt eodẽ mõ iudicare, ut sunt Scotistæ, quibꝰ dũ nõ cõsiderãt proprias rerũ naturas, & res, suis cõceptibꝰ adequare uolũt, accidit ut de oſum indiuiduatione eãdẽ ꝓ tenãt sniam, & in eorũ numero sint, de quibus dr̃ secũdo Cæli tex. com. 80. ꝙ quęrunt vsquequo non habeant contradicere sibiipsis.

HIS Visis, ad solutionem argumentorum procedendum est.

¶ Ad primum dr̃, ꝙ falsa est Maior, licet .n. quælibet res posita extra intellectũ & cãm sic hæc, nõ tñ eo dẽ primo est, & hæc. Est .n. ipso eẽ primo. Hæc aũt hecceitate primo, multa .n. inseparabiliter sese comitantur, quæ nõ eodẽ principio habentur primo, sicut qđlibet ens aliud a Deo extra intellectum & causam est, & est dependẽs, non tamẽ eodẽ primo est, & dependet. Minor quoque est falsa, res cum non seipsa primo, sed per existentiam actualem distinctam realiter a se extra nihil ponitur, ut supra declaratum fuit, &c.

¶ Ad secm negat Minor. Duæ .n. animæ humanæ separatæ nõ distinguũtur formaliter, seu per materiã, licet sint puræ formæ a materia abstractæ. Aliud .n. est dicere, ois distinctio formalis est specifica: aliud, ois distinctio formalis. Distinctio .n. formalis, cũ sit illa, quæ ex principiis diffinitiuis cõstat, specifica est. Quæcunque. n. habẽt diuersas diffinitiones specifice differũt, cũ saltẽ differentias ultimas habeãt nõ eaſdẽ, quarũ diuersitas sufficit ad diuersitatẽ specificã: sed talis nõ est inter animã Sortis & Platonis, hũc liquidem eãdem diffinitionem. Distinctio autem formarum, cum sit, undecunque inter formas diuisio accidat in duabus animabus separat, idest, inuenitur ex hoc quòd diuersis corporibus coaptatę sunt. Vndę non est similis ratio de eis, & de aliis substãtiis separatis, quæ corporibus uisibus non sunt. Et sic respõsio ibi data, est bona, si sane intelligatur modo, scilicet expoſito, quòd animæ inclinationibus substantialibus ad diuersa distinguuntur.

¶ Ad id, quod primo obiicitur contra, dr̃, quòd non concludit intentũ. Concludit enim. ergo anima prius natura est hęc, quàm habeat actualem vnionem ad corpus, cũ debeat cõcludere. ergo anima prius natura est hęc, q̃ sic coaptata, seu inclinata ad hoc corpus. Non .n. dicimus animã indiuiduari formaliter per actualem unionem ad corpus, sed per coaptationem substantialem ad hoc corpus, quã prius natura debere animæ quàm ipsam actualẽ unionem, patet ex eo, ꝙ omnia hic per se terminat creationem, & non anima hoc existens, & ex eo quòd inesse præsupponit esse: esse aũt particulari tã immediatior est, q̃ inesse. Vnde respõsio ibi recitata est bona, cum grano tamen talis. Dicim⁹. n. animas indiuiduari per aptitudinem substantialem, seu commensurationem formaliter: per vnionẽ vero actualem ad corpus conditionaliter, idest, tanquàm per conditionem sine qua non, & quia prius natura inest rei rario formalis, quàm conditio sine qua non, ideo &c.

¶ Ad argumẽtũ cõtra hoc, patet respõsio ex dictis. Assumit .n. hoc falsum. i. quòd natura huius animę sit prior aptitudine sua substantiali. Vnde Maior argumenti ibi formati pro secunda parte diuisiõnis, est falsa. i. quòd quodlibet cõueniens vni & repugnãs alteri eiusdem speciei præexigat distinctionem ipsorum. Stat. n. quòd nõ præexigat, sed faciat distinctionem ipsorũ, sicut quod cõuenit vni speciei, & repugnat alteri eiusdem generis, non opus est, quòd præexigat illarum specierum distinctionem, sed ſtat quòd faciat earũ distinctionẽ. Verbi gratia, rationale cõuenit homini, & repugnat leoni, & irrationale cõuenit leoni, & repugnat homini, & tñ rationale & irrationale nõ ipræexigũt distinctionẽ hominis & leonis, sed faciũt. Vnde subsumas sub illa Maiore, Sed hæccheitas animę Sortis cõuenit sibi, & repugnat animæ Pla. ergo hæccheitates ponunt ipsas distinctas, & hic suadebis Sco. istum argumenti sui.

K ¶ Ad cõfirmationem cum dr̃, Ratio aptitudinis nõ est ad se, dico quòd rõ aptitudinis substantialis, de qua loquimur, est ad aliud, sed non vt ad terminũ, sed ut receptiuum. Probatio autem contra hoc nihil facit: concedo enim quòd potest intelligi non ad aliud, vt ad terminum, non autem non ad aliud, vt receptiuũ, sicut quantitas, & qualitas absolute sunt a termino, & non a subiecto.

¶ Ad id, quod secundo loco in antecedente ponitur. s. quòd rõ aptitudinis non est ratio entis in actu, dico primo, ꝙ falsum est. Aptitudo .n. ad ridendum. s. tribilitas habet rationem in actu primo, licet potentiã ad actum secm. Probationis vero utraque propositio est falsa, & Maior quidem. s. Quod necessario exigit aliquid nõ existens, ipsum est non existens in actu: quælibet. n. potentia actiua in actu primo tantum exigit operationem suam non existere, & tamen ipsa est existens in actu. Minor vero, quia aptitudo substantialis animæ ad corpus non excludit corpus, sed compositio ex cõtrariis est, quæ facit aptitudinem animæ esse ablq; actuali unione.

¶ Dico secundo, quòd ęquinocam⁹ de aptitudine. Aptitudo .n. ita, quam in anima intelligimus, non est nisi commensuratio, seu substantialis figillatio ipsius animæ ad hoc corpus, quam constat es-

Universidad de Deusto
Biblioteca

se in actu,& dū est corpori unita,& dum est separata ab eo,sicut in exemplo supra posito de cera liquet. Argumentum autem procedit,ac si aptitudo ista esset quid potentiale,expectans aliquid quod reducat ipsam in actu &c. Ad consequentiam patet quid dicendū sit,quia non est talis distinctio relativa,sed absoluta relative ad receptivum &c.

¶ In hac tertia parte capituli huius,declaraturus S. Thom. quomodo quidditates subſtantiarum separatarum se habeāt ad intentiones logicas.ſ.genus, speciem, & differentiam &c. quatuor notatis se absoluit, excludendo post duas obiectiones.Proponit ergo primo conclusionem talem. Intelligentiæ sunt in prædicamento. probatq; eam sic Omne id,in quo differt esse ab essentia, est in prædicamēto:intelligentiæ sunt huiusmodi. ergo &c.Minor supra probata est. Maior uero probari potest sic. Omne habens esse limitatum,est in genere.si enim limitatum esse habet,ad aliquod genus definitum est. Quod enim ad nullū genus definitum est,ac per se subsistit,unde,aut,quomodo esse limitatum habet? Omne aūt ens,in quo esse distinguitur a sua essentia,habet esse limitatū, ut supra declaratū fuit. ergo omne tale est in prædicamento. Ex quo corollarie concluditur, q̄ ha bent genus,speciē,& differētiam. Addit aūt, Quāuis occultæ sint nobis earū differentiæ:& ut respōderet dubitationi, qua quis dicere posset, Quomodo scis in eis esse differentias,si illas ignoramus? ſtat.n.scire de eis quæstionē, an est,& ignorare q̄stionē, quid est, nouimus inquā differentiā esse in illis,sed quæ sint illæ,latet.latēt aūt intelligentiarū differentiæ ſm se,quia cōe est omnibus subſtātiis habere occultas differentias proprias ſm se, & in hoc conueniunt cū subſtantiis inferioribus. Latēt ēt secundū accidētales proprietates,quæ sunt earum passiones:quia excedunt facultatem naturalem intellectus humani,qui se habet ad manifestissima in natura,sicut oculus noctuæ ad lumen Solis:& in hoc differunt a sensibilibus subſtantiis,quarū propriæ differentiæ nominibus suarum proprietatum significantur, sicut causæ nominibus suorum effectuum: unde omnino immanifestæ sunt nobis intelligentiarum differentiæ,quo ad quid sunt &c.

Auerr. pace & the. Scot. 1.di. 3. q.3.

QVAESTIO XIIII.

CIRCA Hanc particulam dubitatur, an intelligentiæ sint a nobis quidditatiue cognoscibiles in hac uita &c.

¶ In hac q.septem agenda sunt,primo declarabo titulum, & intētionem quæstionis:secundo adducetur opinio Auerrois:tertio impugnabitur:quarto respondebitur suis rationibus: quinto declarabitur opinio S.Thom:sexto adducentur rationes Ioannis de Ianduno contra S.Tho:septimo eis satisfiet &c.

QVOAD Primum nota,quòd aliud est cognoscere quidditatē,seu cognitionē quidditatis:& aliud est cognitio quidditatiua,seu cognoscere quidditatiue.Cognoscit.n.leonis quidditatem, quicunque nouit aliquod eius prædicatū essentiale. Cognoscit autem quidditatiue non nisi ille, qui omnia prædicata quidditatiua usque ad ultimā differentiā nouit &c. Cum autem cognoscamus intelligentias esse subſtātias,& esse intellectuales &c,liquet quòd earum quidditates cognoscimus,vnde hoc in dubium non uertitur,sed quæstio est,an quidditatiue cognoscere eas possimus,ut penetremus scilicet usque ad ultimas earum differentias. Et licet hæc quæstio habeat opiniones plurimas,ut patet tertio de Anima,cō. 36.quia tamen non nisi cum Scotistis & Auerroistis hic agitur, & Scot.opinio in conclusione non discrepat,ut patet in primo sent. distin.3.cū solo nobis disceptandum est Auerroi. Hæc de primo.

QVO ad secundum, Auer.in 3.de Anima.com. 36. suppositā fictionē suā in com.5.opinatur,quòd intellectus possibilis, ut appropriatus nobis adeptis omnibus intellectis speculatiuis, ac per hoc continuatus intellectui agenti ut formæ, per illum intelliget subſtantias ſeparatas:& consequenter nos, quibus per hoc fiet intellectus agēs forma,sicut modo est intellectus possibilis,ita quòd sicut modo per intellectum possibilem intelligimus materialia,ita tunc per intellectum agentem intelligimus subſtantias separatas.

¶ Probat aut.m intētionem suam duabus rationibus. Prima ratio fundatur supra duas propositiones,quarum prima est. Intellectus, & prima intellecta speculatiua se habent sicut forma & materia. Probatur illa sic.Illa,quorum est unamet operatio, ita quòd operatio unius communicetur alteri,se habent sicut agens & instrumentū,uel sicut forma & materia: sed intellectus agentis, & primorum intellectorum speculatiuorum est unamet operatio,ita q̄ operatio intellectus agentis,scilicet facere intellecta in actu,cōmunicatur primis intellectis speculatiuis. ergo intellectus agens, & prima intellecta speculatiua,se habent sicut agens & instrumentum,uel sicut forma & materia. Patet Minor: quia intellectus in habitu potest nō solū intelligere,sed facere cōclusiones intellectuas in potētia intellectas in actu. Vtrūque.n.experimur in nostra esse potestate.ſ.intelligere, & facere cōclusiōes actu intellectas mediātibus primis intellectis,quæ solo lumine intellectus agētis fiūt intellecta in actu. In Maiore uero notāter dī, Ita q̄ propria operatio unius cōcurat alteri,quia plures trahētes nauē,ad eande operationē concurrunt, non tā sicut materia & forma, nec sicut agēs & instrumentū, propterea quia alter alterius propriā operationē nō sortitur. Clarū est aūt, qđ cōi cās operationē suā alteri cōcurrēdo ad idē,se hēt ad illud,sicut agēs pricipale ad instrumētū: quēadmodū carpētari? sedis factione ierāe coīcat,uel sicut forma ad materiā,sicut calor calefactionē aquæ calidæ cōicat. Et licet utraque para diſiūcti cōclusi sit vera, quia tū prima pars manifestior est,& minus ad propositū,ideo Cōmentator secundā pte declarat.ſ.quòd prima intellecta speculatiua,& intellectus agēs se habeāt ut materia & forma,& hoc facit declarādo,quòd intellectus agēs,& non solū prima,sed anima intellecta speculatiua se habēt sicut forma & materia. Manifestat aūt hoc hc. Quādocunq; est aliquod receptiuū aliquorū duorū ordinē inter se habentiū, id quod est perfectius & formalius,est sicut forma, id vero quod est imperfectius,& minus formale hēt rōnē materiæ: sed intellectus possibilis est receptiuus intellectorū speculatiuorū,& intellectus agētis ordine inter se habentiū,ita quod intellectus agēs est perfectior & formalior intellectis speculatiuis.ergo intellectus agens, & intellecta speculatiua se habent sicut forma & materia. Dī aūt in Maiori,Ordinē inter se habentiū,quia aliter ꝓpositio nō esset vera, sicut patet de albedine,& dulcedine lactis, quarū neutra est alteri⁹ forma. Cū.n. ordinata sunt,necessario uerificat propositio, ut patet cū aer recipit colorē & lumē. Minor patet ex eo,q̄ intellectū recipit intelligēte. Intellect⁹ aūt possibilis intelligit & intellectū agētē, & intellecta speculatiua &c.& sic patet prima ꝓpositio.

¶ Secūda propositio est. Intellectus possibilis & appropriatus nobis,q̄ūque recipit intellecta speculatiua, & intellectū agentē in potentia tantū:quandoque partim in actu,& partim in potentia: quādoque totaliter in actu. Ista propositio quo ad intellecta speculatiua,est clarissima:intellectus nanq; infantis est in pura potentia, sicut tabula rasa,in qua nihil est depictū,postmodum uero recipit primorum principiorum notitiam:deinde multarum conclusionū successiue acquirit notitiā: & sic secundum aliquid est in actu,puta,secundum principia:& secundum aliquid in potentia,puta,secūdum conclusiones:& postremo acquisitis omnibus cōclusionibus est totaliter, & ſm omnia in actu tā principia, q̄ cōclusiones. His si communeris primā propositionē,illucescet tibi hæc secūda propositio,quo ad secūdā partē. Si.n. intellectus agēs est forma intellectorum speculatiuorū, eadē erit proportio cōiunctionis ad intellectū agentē,quæ est inter intellectū possibilē,& intellecta speculatiua quo ad hoc,q̄ si totaliter uni, totaliter & reliquo coniunctus erit. I

¶ His prænotatis formā prima Auer.rō sic.Oē qđ mouetur ad acquisitionem alicuius ut formæ. illa perfectē acquisita pōt operari operatione ꝓpria illius formæ,sed intellectus possibilis ut appropriatus nobis,mouet ad acquisitionē intellectus agētis, ut formæ. ergo illo acquisito pōt operari opetatione propria illius. Sed operatio propria intellectus agētis est intelligere subſtātias seperatas quidditatiue. ergo intellectus possibilis poterit p illū intelligere subſtātias separatas:& cū intellectus possibilis operatio noua non denominet,cōsequēter nos p intellectū agētē intelligimus subſtātias separatas &c. Maior patet exēplariter,cū aqua mouet a forma caloris,acquisito illo pōt calefacere,& similiter apparet in omnibus. Minor uero probat dupliciter. Primo ex duabus ꝓpositionibus præmissis sic. Q̄cunq; aliquid mouetur ad aliqua duo recipiē da ordinata inter se, ad id qđ est formalius & perfectiⁿ mouet ut ad formā, ex prima propositione:sed intellectus possibilis mouet ad intellecta speculatiua,& intellectū agētē,quia q̄ūque est in pura potētia,q̄ūque partim in actu,& partim in potētia, ex secūda ꝓpositione, ordine inter se habētia:quia mediātibus intellectis speculatiuis recipitur intellectus agēs,& intellectⁱ agēs est formalior & perfectior.ergo intellectus possibilis mouet ad acquirēdū intellectū agētē ut formā. Secūdo probat illa Minor sic.Intellectus possibilis mouet ad acquisitionē intellectus agētis ut finis. ergo ut formæ.Antecedēs patet ex eo,q̄ ipse intellectus agēs est efficiēs illⁱ motus,quo mouet intellectus possibilis ad ipsum.In separatis.n.a materia idē est effice ēs,& finis motus, vt Cō. 36.12.Meta. habetur.Cōsequentia uero patet ex secūdo Phy.tex.cō.70 ubi dicitur, quòd finis motus,& forma idem sunt:& hanc probationem tāgit Auerrois 12. Metaphysicorum in fine com 38.

¶ Secūda ratio Auer.ponitur secundo Meta.cō. 1.Si intelligentiæ nō essent a nobis cognoscibiles, natura otiose egisset:cōsequēs est falsum.Cōsequētia ꝓbatur,quia fecisset id,quod est in se natura. Inter intellectū,aō intellectū ab alio,sicut si fecisset Solem non cō

Com. 36. T.c 70. Com.38. 2.tō. prin. ibidem circa tex. Co. 13. contra gen.c 54. Pist. mediū

prehensum ab aliquo uisu. Et quoniam hæc consequentia cū sua probatione derisibilis a S.Tho.iudicatur,propterea q̄ frustra est, quod nō potest consequi finē suū, & intelligentiarum finis non est intelligi a nobis. dato.n. q̄ intelligi esset finis earū, sufficit earū intelligibilitas,ut a seipsis intelligātur. Nō.n.sequitur. Ab intellectu humano nō intelligitur. ergo a nullo;sicut nō ualet, Sol nō videtur a nobis. ergo a nullo uisu. Id circo Ioannes de Gandauo in tertio de Anima, dupliciter probat illam consequentiā. Primo dicens, q̄ Cōmentator nō supponit, q̄ finis subſtātiarū separatarū sit intelligi a nobis:sed supponitur, q̄ intelligētiæ ex se sint intelligibiles ab intellectu nostro,cū contineātur sub eius obiecto primo.ſ.ente:& tūc bene sequitur.Intelligentiæ sunt ex se naturaliter nobis cognoscibiles.ergo intellectus noster naturaliter natus est eas intelligere. Naturaliter.n. actiuo, quale est intelligētia,dēt correspōdere naturale passiuū,quale est intellectus,aliter potētia actiua esset frustra in natura. Secūdo deducitur ab eodē illa consequētia:quia etsi intelligentiarū finis primarius nō sit intelligi ab intellectu nostro,est tn earū finis secūdarius. Aguntur.n.prima intētione propter se:secundario aūt propter alia,ut dicitur. 2.cęli. com.21.& ideo sequitur q̄ intelligentię, saltē quo ad finē secundariū, essent frustra,& sic natura fecisset'ali quid tiose. Propterea,inquā,cōsequentia Com.est uicina propoductis illa consequētia ex dictis Com.3.de Anima Cō 36.ubi examinans rationē Themistii icit,q̄ si intellectus noster est immaterialis,consequētia illa tenet. Intellectus noster intelligit res sensibiles factas immateriales.ergo intelligit res ſm se immateriales. Et fundatur hoc dictū super uerbū Arist.tertio de Anima.tex. Com.7.dicentis,quòd intellectus excellenti intelligibili apprehenso uigoratur ad altius intelligendum. Ex quibus habetur in proposito,quòd immaterialitas est sufficiens causa uirtuti cognoscitiuæ,quòd intelligere possit subſtantias separatas. Vnde sic probatur consequentia. Intelligentiæ non sunt ab intellectu nostro cognoscibiles. ergo a nullo alio sunt cognoscibiles, ergo frustra sunt cognoscibiles:sicut Sol frustra esset uisibilis, si a nullo posset uideri. Prima consequētia tenet ex eo, quòd si immaterialitas nō dat intellectui nostro illas intelligere,nulli hoc dabit:quia sā declaratū est, immaterialitate esse sufficiēte causam huius:sicut quia sensibilium est sufficiens causa sensus tactus,si ponitur in una specie animalis non daret tactum,nulli alii hoc daret. Secunda consequentia clara est exemplo. Quiliber ergo intellectus potest subſtantias separatas cognoscere ex sua immaterialitate, plus tamen & minus, secundum quod plus & minus perfectionis habent. Hæc de secundo.

T.com.7.

differentiæ proprię nobis occultæ sint. In rebus enim sensibilibus etiam ipsæ differentiæ essentiales nobis ignotæ sunt: unde significātur per dīas accidētales, q̄ ex essentialibus oriūtur, sicut causa significatur per suū effectū, sicut bipes ponitur differentia hominis. Accidentia autem propria subſtātiarum immaterialiū nobis ignotarum sunt. ergo non possunt denominare intellecta, & intelligens subſtantias immateriales, quæ sunt operationes intellectus agentis, nec intelligens res sensibiles,quæ est operatio intellectus possibilis.

QVO Ad quartum. Ad primam rationum Auerrois dicitur, quòd Maior est universaliter falsa,si teneatur ut teneri debet ad hoc,quòd intentum concludat. Debet enim universaliter teneri nedum subiectum, sed etiam prædicatum hoc modo. Omne quod mouetur ad acquirēdam aliquam formam, illa perfecte acquisita potest operari omni operatione propria illius formæ, aliter non concluderet. patet autem hanc esse falsam, ex eo, quòd sufficit quòd id quod acquisiuit aliquam formam,participet aliquam operationem illius formæ, illam scilicet, quæ conuenit formæ secundum id, quo respicit receptiuum. & ratio huius est assignata in prima ratione contra Auerroim facta: quia scilicet nō oportet rem cōtinuat. m formæ habenti diuersas proportiones ad inferiora & superiora, e. hoc quòd perfecte continuatur ei secundum inferius,quòd continuetur ei secundum superius. unde ex hoc, quòd intellectus possibilis acquisiuit intellectum agentem, ut formam, licet sequitur quòd possit operari operationi intellectus agentis, ut est forma intellectorum speculatiuorum: quia ut sic acquiritur, scilicet formare intellecta in actu,& extendere se ad omnia intelligendo,ad quæ se extendit intellectus agens ut factiuus, non tamen sequitur, quòd possit omnia intelligere,quæ respicit intellectus agens, ut contemplatiuus.

¶ Ad secundam rationē respondetur negata consequentia: & ad primam probationem dicitur, quòd committitur fallacia consequentis a superiori ad suum inferius affirmatiue. Cōcesso enim quòd intelligentiæ sunt cognoscibiles ab intellectu nostro, quia continentur sub eius primo obiecto, non sequitur. ergo sunt a nobis intelligibiles quidditatiue. Non enim omne contentum sub ente,est quidditatiue a nobis intelligibile, eo quòd ens licet sit obiectum adæquatum intellectui nostro extentiue, non tamen est adæquatum adæquatione mutua inter se,& est dicere,quod licet omne ens possit a nobis intelligi, non tamen omne ens potest a nostro intellectu penetrari usque ad ultimas differentias. Hoc enim modo quidditas rei materialis est obiectum adæquatum intellectus nostri, scilicet adæquatione intensiua: solam namque eam & omnem intellectum nostrum natus est intelligere quidditatiue.

¶ Ad secundum modum deducendi consequentiam,similiter respondetur. Licet enim detur,quòd intelligi a nobis sit finis secundarius intelligentiarum, non tamen ualet. ergo intelligi quidditatiue a nobis,est finis secundarius: immo hoc est impossibile.

¶ Similiter ad tertium modum dicitur, quòd licet immaterialitas sit sufficiens causa uirtuti cognoscitiuę,quòd possit intelligere subſtantias separatas, non tamen ualet. ergo ex immaterialitate habet,quòd possit cognoscere eas quidditatiue.

¶ Authoritas aut.ni Ari.adducta,cum recte intelligitur, nō obstat. Aduertendū est.n.sensum respectu excellentis sensibilis, duo fortiri,& qđ.ſ.nō perfecte cognoscit illud, & q̄ patitur pashone corruptiua ab illo.Intellectus autem respectu excellētis intelligibilis primum tantum habet,ſ. quòd perfecte non intelligit illud, passionis.n.expers est & ratio est,quia secundum sequitur materiā,cuius actus est uirtus sensitiua,non autem intellectiua:primum uero sequitur improportionem potentiæ ab obiectū,quæ talis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita in uirtute immateriali, sicut materiali. Sicut enim noctua ex F
suam specie utium improportionatum claro lumini habet ita homo ex sua natura intellectum improportionatum claro intelligibili separato, scilicet secundum rem a materia. Conueniunt ergo intellectus & sensus in primo, sed differunt in secundo, ex qua differentia Arist. ibi dicit oriri, quòd sensus post excellens sensibile sensatum debilitat: intellectus autem post excellés intelligibile intellectū nō alterat⁹, magis pōt intelligere alia, quod intelligendū est ſm modum sibi possibilem. Ex hoc autem non licet inferre, ergo potest quidditatiue cognoscere substantias immateriales: sed, ergo non procedit ex eius alteratione, quod illas non possit comprehendere, quod gratis concedimus. Habet enim homo intellectum ratiocinatiuum, qui oritur in umbra intelligentiæ apud Haac. & ideo proportionatus naturaliter ad intuēdum intelligibile non purum & clarum, sed obu bratum materiæ, quale est quidditas a sensibilibus abstrahibilis. Hæc de quarto.

ta sunt: vnde differentiæ earum nec per se, nec per accidentales differentias nobis significari possunt.

impeditur propter bonum simpliciter eiusdē naturæ. Quod enim impedit bonum simpliciter alicuius naturæ, est illi malum simpliciter: sed intelligere substantiarum immaterialium quidditates est bonum simpliciter animæ humanæ. ergo non impeditur per vnionem ad corpus, cum hoc sit ei etiam bonum simpliciter. Tertio arguitur contra conclusionem ipsam ex dictis San. Thomæ. Isti dicunt, quòd cognoscimus esse in

telligētiarum non quidditates, Aut esse est idem quod quidditas, aut diuersum. Si diuersum, ergo utrunque sub nostra cadit cognitione. quicunque enim cognoscit diuersitatem aliquorum, cognoscit extrema illius diuersitatis, ut dicitur 2. de Anima tex. cō. 146. T.c.146.
Si idem: ergo cognito uno cognoscitur & reliquum.

¶ Si dicatur, quòd cognoscimus illas quidditates, sed non perfectè. contra primo, quia hoc repugnat duobus dictis Thomistarū, quorū primum est, quòd nos non intelligimus quidditates substantiarum separatarum. Secundum est, quòd cognoscimus esse illarum non quidditates. Ex primo arguitur sic. Homo non intelligit quidditates separatas. ergo nullo modo intelligit eas. Tenet consequentia per locum a toto, in modo ad suam partem negatiue. Ex secūdo dicto arguit hc. Ea cognitio negatur de quidditate, quæ affirmatur de esse: sed esse non cognoscitur a nobis, nisi imperfecte. ergo cognitionem etiam imperfectam negare intendunt de quidditatibus. Si enim utrunque imperfecte cognoscimus, quare magis alterum negatur cognosci, aut alterum affirmatur? Secūdo, probatur quòd responsio in le sit falsa, sic. Si imperfecte cognoscimus quidditates illas, aut hoc est, quia nescimus eas ita perfecte, sicut a seipsis cognoscuntur: & hoc nō, quia hoc est ridiculum uertere in dubium: aut quia nescimus eas perfectione debita nobis secundum nostram naturam: & hoc est voluntarium. nulla enim ratione hoc conuinci potest: unio nanque ad corpus hoc impedire non potest, ut probatum est. Hæc de sexto.

QVO Ad septimum, pro responsione ad hæc argumenta prænotandum est, quòd secundum doctrinam San. Tho. prima parte, q. 88. & 89. Inter cognitionem animæ coniunctæ, & separatæ hoc interest, quòd coniuncta sicut habet modum essendi, concernēdo corpus: ita habet modum intelligendi, conuertendo se ad phantasmata: ita quòd ex conformitate modi operādi ad modum essendi, fit ut anima coniuncta sit conuersa ad phantasmata secundum intellectum possibilem, ut passiuum ad actiuū, adeo ut nō nisi ab illis cum intellectu agēte recipere possit species. Separata autem a corpore, sicut habet alium modum essendi absque corporis informatione, ita habet & alium modum intelligendi, ut etiam ex cōformitate modi operandi ad modū essendi hat, ut anima separata conuertatur secundum intellectum ad superiora ut actiua, ut ab eis influxum specierum recipiat, vtpote in modo essendi similis il lis reddita, & corpore relicto liberior quodāmodo facta, amplius phantasmatibus non alligata. 1. parte. qō. 88. ar. 1. & qō 89. art. 1. & 2. cap.

¶ Ex hoc autem oritur alia differentia, quòd scilicet anima coniuncta non potest substātias immateriales cognoscere, nisi per species a sensibilibus acceptas. Alligatus est enim eius intellectus phāsmatibus: separata uero potest illas per species proprias cognoscere, cum conuerta iam sit ad superiora.

¶ Nascitur quoque ex his tertia differentia apud subtiliter speculātes, animam esse partem speciei, & uiri corpori propter meli⁹, quia scilicet cognitio, quā habet anima per species acquisitas, est cognitio distincta, & quidditatiua pertingens usque ad ultimas rerum differentias: cognitio autem, quā separata ex speciebus influxis sortitur, confusa est, & in communi res notificat. Cū enim anima naturaliter sit pars hominis, naturalem modum intelligendi ex propria natura sibi uendicat per species acceptas a phāsmatibus intelligere, & non per species influxas: hic enim modus intelligendi naturalis est in intelligentiis ex sua natura. Et ideo sicut intelligentię perfectam rerum notitiam per species influxas habēt: sic anima per species acquisitas, de sensibilibus notitiam habere potest perfectam. species enim influxæ facultatem naturalem intellectus eius excedunt. Est hic modus superiori ordini cōnaturalis, & proprius, & animæ non conuenit nisi per quandam defectiuā participationem. Cum sit præterea talis inter substantias intellectuales ordo, quòd quò proximiores sunt primæ omnia per solam suam substantiam intelligendo penetranti, eò per uniuersaliores species rerum notitiam perfectam naturaliter capiunt, ultima inter eas, anima scilicet intellectiua, ex natura sua adeo deficiētalis exigit species, ut singularum quidditatum singulas oporteat habere similitudines: propter quod & corpori unitur, ut eas inde accipiat. & ideo ua eius intellectiua, cum per species superiores, quales sunt influxæ, intelligere tentat, opprimitur quodammodo, & confusam tantum notitiam habet: sicut discipulus uniuersales conceptus præceptoris apprehendere non ualens, absque distincta cognitione remanet. Huius autem signum est, quòd inter homines,

Opinio S. Tho. 1. par. qō. 88. art. 1. 3. contra Gent. c. 45. & 2. Metaph. circa tex. cō men. 1.

Te. cō. 17.

Joannes de Gan. q. 37.

Cap. 9. Cap. 8.

¶ Secundo probatur sic. Nullus effectus sensibilis potest ducere in quidditatiuā cognitionem substantiarū separatarum. ergo intellectus humanus coniunctus corpori, non potest quidditatiue illas cognoscere. Consequentia tenet quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Antecedens vero probatur ex eo, quòd effectus dupliciter potest in cognitionem quidditatiuam suę causæ ducere, Vel per modum similitudinis: sicut effectu vniuoco cognito, eius causam quidditatiue cognoscimus, propterea quia sunt eiusdem naturę: & hoc modo clarum est nullum sensibile posse perducere ad substantiarum immaterialium naturā, eo quòd differunt non solum specie, sed genere. Alio modo effectus ducit in quidditatiuam cognitionem suæ causæ non per modum similitudinis, sed per hoc, quòd demonstrat totam virtutem suæ causæ: sicut intelligere ostendit totam virtutem animę intellectiuæ: & ideo ex tali operatione in eius quidditatiuam cognitionem procedimus. Nec hoc modo sensibilia valent ad cognitionem quidditatiuam intelligentiarum nos perducere. Nullus enim effectus particularis adæquat totā virtutē causæ uniuersalis: quodlibet autem sensibile est effectus particularis, vt materiales cōditiones eorum cuiusque ostendunt. igitur per nullum sensibile in quidditatiuam cognitionem substantiarum materialium, quæ causæ vniuersalissimæ sunt, peruenire possumus &c. Hæc de quinto. I

QVO Ad Sextum contra hanc determinationem arguit supradictus Io. de Gan. in 3. de Anima, multipliciter.

¶ Sit primo contra illam particulam in conclusione positam coniuncta corpori. Nulla forma impeditur à sua nobilissima operatione propter unionem eius ad propriam materiam: sed intelligere substantiarum separatarum quidditates est nobilissima operatio animæ humanæ, ut patet 1. & 10. Eth. corpus autem humanū est eius propria materia. ergo anima humana propter unionē ad corpus non impeditur a speculatione substantiarū immaterialiū. K

¶ Præterea ad idem. Anima humana aut nata est intelligere substantias separatas per suam substantiam, aut per speciem influxā, aut per speciem causatam ex phantasmate. Si per suam substantiam, cum substātia eius per unionem ad corpus non impediatur, poterit eas intelligere. si per speciem a phantasmate sumptā, unio ad corpus inuabitis per specie influxam, quæritur quomodo unio ad corpus impedit, aut non permittit talem influxum heri. hocn. nō uidetur rationabile aliquo modo esse: quia generatio unius speciei non impeditur a corpore, nisi corpus habeat cōtrariam dispositionē dispositioni requisitæ ad eius generationem. Verbi gratia: quia color exigit diaphanietatem in aere, ad hoc ut recipiatur in eo, nullum corpus impediet generationem speciei coloris, nisi habeat opacitatem, quæ contraria est diaphanietati: modo corpus humanum nullam habet dispositionem contrariam dispositioni, quā exigit receptio speciei intelligibilis influendæ, ut patet. ergo. Et confirmatur ratio sic. Bonum simpliciter alicuius naturæ non

mines, qui sunt perspicacis ingenij, statim propositis principijs ad conclusiones sese conferunt, & ex eisdem principijs multas conclusiones speciales deducunt. Hebetes autem ingenij nō nisi principijs applicatis a præceptore ad singulas conclusiones, & in forma syllogistica, & cum exemplis materialibus distinctam percipiunt ueritatem. A

¶ Ex his iam potes intelligere, quòd anima nec coniuncta, nec separata quidditatiuam cognitionē substantiarum immaterialium habere naturaliter potest. & quod plus est, ex his, quòd anima separata per species influxas nec bouem, nec leonem quidditatiue cognoscit: sed omnia præter sui ipsius naturam in communi nouit. Vbicunque autem alibi inuenies a 3. Thom. dici, quòd anima separata quidditates substantiarum immaterialium nouit &c. recolito ab ipso uocari cognitionem quidditatiuam, cognitionem eam, quam habet de illis anima separata per proprias species, quam habere non potest. Capit. 9. Capit. 8. B

Ad Rationem igitur primam dicendum est, quòd licet intelligere substantias immateriales sit nobilissima operatio animæ intellectiua: intelligere tamen eas quidditatiue, est operatio sibi impossibilis, nec Arist. in 1. aut 10. Ethic. dixit oppositum: immo quæ stio mota ab ipso in tertio de anima text com. 36. nusquam soluta reperitur. Posuit enim felicitatem humanam in contemplatione substantiarum separatarum nobis possibili, quæcunque sit illa. Similiter dicitur ad secundam, quòd vnio animæ ad corpus non impedit cognitionem quidditatiuam substantiarum immaterialium: quandoquidem illa animæ secundum omnem naturæ statum est impossibilis. Quòd si hæ duæ rationes formentur ad concludendum animam vnitam posse habere talem notitiam substantiarum immaterialium, qualem per earum species separata habet, Respondeatur ad primam, negando quòd intelligere substantias immateriales tali modo, sit nobilissima simpliciter operatio animæ, licet sit nobilissima secundum quid. Maiorem enim perfectionem simpliciter ponit in anima intelligere substantias sensibiles distincte, & quidditatiue, & substantias immateriales per effectus sensibiles, & communia, quàm intelligere ea in confuso: licet sit secundum quid nobilior illa confusa intellectio ex hoc, quòd est per earum species, & immaterialiori modo. Vnde dico, quòd non inconuenit animam nostram impediri ab operatione nobilissima secundum quid, propter perfectionem sibi nobilissimam simpliciter acquirendam ex vnione ad propriam materiam: vnde non sequitur, vnionem esse præternaturalem, sed naturalissimam, vt pote præter perfectionem suam simpliciter, & præsertim, quia cognitio illa, quam habet separata, est sibi quasi præternaturalis, sicut & modus essendi, quem habet &c. Io. tetiatur in qō. 37. 3. de Anima. C

Ad Secundam dicatur, quòd impeditur anima ex vnione ad corpus ad receptionem talis influxus ex hoc, quòd modum essendi in corpore sequitur modus operandi non nisi per conuersionem ad phantasmata: naturalis enim conuersio animæ ad phantasmata est impeditiua cōuersionis ad superiora. Probatio autem contra hoc nihil facit: cōtingit enim alio modo impedimentum dari, vt iam patet. Ad confirmationem dicitur, quòd Minor est falsa. Intelligere enim substantias immateriales tali modo est bonum animæ secundum quid, & non simpliciter: vnio vero ad corpus cum sequentibus ipsam, est bonum eius simpliciter. D

Ad Tertium dicitur, quod siue esse, & essentia distinguantur, siue sint idem, nō variatur propositum. In Deo enim sunt idē, & in alijs intelligentiis distinguuntur, & tamen eandem de vtrisq; proferimus sententiam, dicentes quòd cognoscimus esse, nō quid ditatem. Responsio ergo ibi data vera est, qua dicitur, quòd cognoscimus quidditatē imperfecte. Nec hoc repugnat dictis Thomistarum. Non quidem primo, quia illud debet intelligi de cognitione quidditatiua, & non de quacunque cognitione. vnde non valet, ergo nullo modo cognoscimus: sed, ergo nullo modo cognoscimus quidditatiue. E

Secundo autem dicto nullatenus aduerſatur. Cum enim dicimus, quòd cognoscimus esse, & non quidditatem, assueti peripateticis sermonibus, intēdimus ꝙ scimus de illis terminare quæstionem An est, quæ de esse quærit: & quod nescimus de eis terminare quæstionem Quid est, quæ quidditatem scrutatur: & si secundum aliquod prædicatum quidditatiuum terminare illam nouerimus, notitiam illam Quia, & non quidditatiuam uocamus, sequētes Arist. uestigia, qui notitiam rei per communia, notitiam Quia in posteriorib⁹ Analyticis appellat. Sit propter hoc ea notitia proportionaliter negatur de quiddicate a Thomistis i proposito, quę affirmatur de esse: quia notitia de propria quæstione quidditatis non haberi dicitur: notitia uero de propria quæstione ipsius esse non caremus. Poste. 2. com. 8.

¶ Ad ultimum, quo probatur, quòd responsio sit falsa in se, dico, quòd ideo dicitur intellectus noster imperfecte substantias immateriales cognoscere, quia non quidditatiue potest eas apprehendere, & magis imperfecte in hac uita, quia per species aliorum. Et licet primo modo eas cognoscere sibi ipsis tantum conueniat, & ridiculum esset dubitare, an id, quod conuenit solis intelligentijs, conueniat alijs, necessariū tamen est dubitare, an cognoscere eas quidditatiue sibi solis, an etiam animæ nostræ conueniat, quòd secundo modo eas cognoscere, sit nobis in hac uita impossibile: nō uoluntarie, sed ratione cogente dicitur. Corpus enim vnitum animæ, animam ad sensibilia conuertit, ut declaratum est &c.

h ¶ Ponitur hic secundum notatum, quo vnde sumatur differentia, & unde genus in substantiis immaterialibus, declarat opposita comparatione ad substantias sensibiles.

¶ Ad cuius euidentiam scito, quòd in rebus compositis ex materia & forma, quatuor intelliguntur, scilicet materia, quæ est altera pars cōpositi specifici: forma, reliqua pars: tota quidditas, ut habet rationem perfectibilis ulteriori perfectione formali: & ipsamet tota quidditas, ut habet ultimam perfectionem formalē. Verbi gratia, in homine potes considerare materiam, in qua sua forma recipitur, & formam in illa receptam. Aduertes etiam ipsum hominem, inquantum est substantia. est enim homo substantia, & ut substantia habet rationem perfectibilis per corporeum, per rationale, &c. Aduertes etiam hominem, inquātum est rationalis naturæ, quę est ultima eius perfectio formalis. Hæc aūt quatuor ita se habent ad genus & differentiam, quòd & materia, quę est pars, & ipsum totū, & perfectibile fundant genus, diuersimode tamen. Forma uero, quæ est pars, & ipsum totum, ut posteriori perfectione formali perfectum fundāt differentiam diuersimode etiam. Cum enim genus potestate contineat differentias, incompleteque, ac in potētia, rei naturam explicet, totumque secundum id, quo adhuc perfici potest, importet, radix autem potentialitatis in rebus sensibilibus sit materia, merito a toto, secundum quod possibile est, formaliter perfici, & a materia ipsa sumi dicitur. Similiter cum dicere sit diuidere, terminare, & actuare genus, totumque secundum posteriorem perfectionem & actualitatem explicare, radix autem actualitatis & perfectionis sit forma: merito a toto secundum quod perfectum est, & a forma differentia sumitur. Diuersimode uero fundant genus, & differentiam partes ipsæ rei, materia scilicet & forma, & quidditas tota ut perfectibilis, & perfecta. Sumitur enim genus a tota essentia, ut habet rationē perfectibilis, tanquàm a re formaliter significata, seu denominata ab ipsa: materia uero tanquàm a radice sui formalis significati. Similiter differentia sumitur a tota essentia, secundum ulteriorem perfectionē, tanquàm a re formaliter significata, seu denominata ab ipsa. A forma autem, ut a radice sui formalis significati. Nō. materia, quæ est pars hominis, denominatur eius genus, neq; forma differentia, sed ipse homo ut substantia, ut animal generis denominationem sortitur, ut corporeus, ut rationalis differentiæ denominationem habet. Et propterea, quia genus & differentiam radicaliter fundant materia & forma, ideo ab Arist. 7. Meta. tex. cō. 33. dicitur, quòd sicut se habet tota ratio ad totam rem, sic pars rationis ad partem rei. & 8. Met. text. com. 9. inuenies genus sumi a materia, & differentiam a forma. Præterea, & Com. a. cæli, com. 49. ait, quòd si corpora cælestia conueniunt in genere, & differunt in specie, sunt composita ex materia & forma. Inuenies quoque, quia genus & differentia a tota essentia sumuntur, ut a re significata nomine primæ intentionis, & denominata nomine secundæ intentionis, & nō a parte, illustres uiros dicere quandoque, quòd genus non sumitur a materia, & differentia non sumitur a forma, quorum cum intuitus foeris rationes, supradictis non aduersari uidebis. Quæ cum ita sint, in substantiis materialibus ad substantias immateriales ascendendo, genus sumi nō dicimus a materia, nec differentiam a forma, quia carent his partibus unde reliat, ut a tota essentia tam genus, quàm differentia non solum formaliter, sed etiam radicaliter in eis sumatur. Propterea & Auic. ut in litera dicitur, assignat diuersitatem inter differentiam substantiarum compositarum & simplicium, dicens quòd differentia in speciebus compositis ex materia & forma, est simplex: differentia uero rerum non compositarum, non. & uocat differentiam simplicem eā, quæ non a toto radicaliter, sed a parte eius exit, quæ simplex est. Sumuntur ergo ex tota essentia in substantijs immaterialibus ge T.com. 33. T.com. 9. Com. 49.

nus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus & differentia, sed differenter: quia genus sumitur ex tota essentia secundum id, quo essentialiter una alteri assimilatur. conueniũt enim intelligentiæ in aliquo prædicato quidditatiuo. Differentia uero sumitur a tota essentia secundum id, quo una differt substantialiter ab aliis: & hic est certus formalis perfectionis gradus indiuisibilis formaliter, quẽ quanto aliqua intelligẽtia proximiori purissimo actui Deo gloriosio sortita fuerit, tanto perfectior erit. Per hoc enim differunt inter se, q̃ una altera propinquior est actui puro, & pius a potentialitatis natura recedit.

AD MAIOREM horum Intelligentiã altius exordiendum est. Sciendum est nanque, quòd aliud est loqui de genere, & differentia simpliciter, & secundum ea quæ sibi accidunt, & per seconueniunt: aliud est loqui de eis, secundum quod ad tales naturas applicantur. Si enim loquimur de eis secundum se, sic ad utriusque, generis scilicet & differentiæ, rationem exigitur, & sufficit, quòd differentia quidem explicet certum, & limitatum gradum entis non extraneæ naturæ a natura generis, cuius est diuisiua formaliter: genus uero explicet certam naturam determinabilem formaliter. Et primum quidem horum, quæ de differentia dicimus, sequitur ex eo, quòd differentia aduenies generi constituit speciem, & ponit ipsam in determinato gradu entis, illo scilicet
T. com. 10 quem explicat. Vnde 8. Met. com. 10. species numeris assimilãtur, eo quòd, sicut numeros subtracta, aut addita vnicas uariat, sic differentia addita, uel subtracta entibus, ipsa diuersificat. Secundum autem sequitur ex eo, quòd differentia diuersificare genus debet: ita ut non solum ipsa species sit altera ab altera specie, sed natura generis in hac specie sit diuersa a natura generis in alia specie, ut
T. c. 24 Met. tex. com. 24. habetur. Vnde in 11. de Animalibus ait Aristo. quòd si debeat diuidi figura, differentiæ eius non erunt habere angulos æquales duobus rectis, & habere angulos æquales multis rectis, quia hæc accidentia sunt figuræ. Genus autem certam naturã significare oportet, ut transcendentia excludantur: determinabilem uero formaliter, ut specialissima segregentur.

¶ Si autem loquamur de genere, & differentia, vt applicantur I ad substantias materiales, sic genus non solum explicat rem, ut determinabilem formaliter, sed etiam radicabiliter sumitur a materia: & differentia similiter non solum significat determinationem, & actuationem generis, sed sumitur radicaliter a forma. Sed hæc accidunt generi, & differentiæ ex eo quòd essentia, cuius sunt, est composita, & realiter integrata ex duobus principijs, materia scilicet determinabili, & forma terminante. Per se enim conuenit animali, quòd significet naturam sensitiuam determinabilem formaliter per rationale. Sed quia natura sensitiua habet, quòd sit determinabilis p̃ rationale ex hoc, quòd habet materiã, ideo accidit huic generi, quod est animal, in quantum est genus, quòd sumatur a materia: vnde si natura sensitiua esset determinabilis per rationale, & non ratione materiæ, non minus animal esset genus. Similiter rationale per se habet, quòd significet ratiocinatiuam perfectionem essentialiter determinatam naturæ sen
K sitiuæ. Sed quia gradus intellectiuus habet, quòd determinet sensitiuam ex eo, quòd anima intellectiua est forma corporis: ideo accidit huic differentiæ, scilicet rationale, in quantum est differentia, quòd sumatur a forma. Non minus enim rationale esset differentia, si perfectior rationalitas determinaret sensitiuã absq; eo, quòd informaret anima corpus. Propter hoc communiter dicitur, q̃ sumitur genus ab eo, quod est materiale, potius quàm a materia: & differẽtia sumitur ab eo quod est formale, potiꝰ quam a forma. Illud conuenit eis per se, hoc autem per accidens. Cũ autem substantiarum immaterialium simplex essentia sit determinata, & diffinita ad certum perfectionis gradum, cum infinitæ entitatis non sit, consequens est vt in ea sit, vnde genus & differentia sumi queant. Ex hoc enim, quòd natura limitata est, ex ipsa determinatione sumitur differentia. Ex natura autem communi, quæ determinari intelligitur, sumetur genus. Ex eo vero quòd simplex est, se ipsa terminatur, ita quòd nõ habet duas partes reales, quarum altera terminetur, & altera terminet: sicut substantiæ sensibiles habent materiam, & formam.

¶ Et sic in acceptione generis, & differentiæ in substantiis materialibus saluatur id quod est per se, scilicet, quòd genus significet certam naturam formaliter determinabilem. Et differentia explicat determinatam perfectionem substantialem formaliter considerãtis illius in certo gradu entis, licet nõ saluetur id quod est per accidens, scilicet quòd genus sumatur a materia: differentia vero a forma.

AD PROFVNDIOREM Huius rei perscrutationem notandæ sunt tres propositiones. Prima est, quòd omne individuum distinctum realiter a suo esse, habet plura prædicata q̃ddditatiua, quorum successu magis ac magis appropinquat ad suum esse. Secunda propositio est illa. Inter prædicata quidditatiua suprà dicta talis est ordo, quòd tãto vnũquodque est actualiꝰ, quo appropinquat ad esse: & tanto est potentialius, quanto remotius est ab esse. Declarãtur primo exemplariter, deinde ratione propositiones istæ. Sortes distinctus realiter a suo esse existentiæ habet plura prædicata quidditatiua, scilicet substantiam, corpus, viuum, animal, homo, & certum est, quòd Sortes in quantum substantia, valde elongatur a
H sua existentia: exigitur enim ad hoc quòd Sortes sit, non solum quòd sit substantia, sed etiam quòd sit corpus. Cum autem acceperis Sortem in quantum corpus, vicinior apparebit ad existentiã habendum, licet adhuc satis elongetur ab illa. exigitur enim ad hoc quòd Sortes sit, non solum quòd sit substantia corporea, sed etiam quòd sit viuens. Et cum consideraueris Sortem vt viuum, videbis magis appropinquare ad esse, tamen adhuc remotũ: exigitur enim ad hoc, quod Sortes sit, non solum quòd sit substantia animata, sed etiam quòd sit animal. Et cum inspexeris ipsum in quantum animal, proximiorem ad essendum inuenies, adhuc tamen remotum ex eo, quòd exigitur ad hoc quòd Sortes sit non solum quòd sit substantia animata sensibilis, sed etiam rationalis. Nihil enim potest in rerum natura sub aliquo genere contineri, quòd non sub aliqua specie contineatur. Cum autem consideratus fuerit vt substantia animata sensibilis rationalis, tunc iam el se actualis existentiæ suscipere potest: nihil enim aliud formale
I intrinsecum exigitur ad hoc quòd sit, licet requiratur causæ extrinsecæ, & proprietas individualis, vt conditio existentis. Patent autẽ adducta prædicata ita se habere, quòd semper id, quod propinquiꝰ se habet ad existentiã, comparatum ad remotius, se habet vt actua le ad potentiale: sicut homo ad animal, animal ad viuum, viuum ad corpus, corpus ad substantiam. Et ex consequenti id, quod proximius est ipsi esse, est actualius: illud vero quod remotius est ab esse, est potentialius, & sic patet vtraque propositio exemplariter.

¶ Ratione autẽ probo. Cum enim esse sit actualissimum omniũ quæ sunt in re, & tantæ actualitatis, vt non nisi completæi essentiæ actus proprius sit, ad hoc quod essentiæ eius receptiuum fiat, oportet intrinsece completam, & determinatam esse. Sicut ad hoc quòd aer recipiat lumen, oportet prius, quòd perficiatur a diaphaneitate: terminatur autem, perficitur, & completur substantia his prædicatis quidditatiuis. & ideo quanto prædicatum quidditatiuũ erit magis essentiæ determinatiuũ, magis appropriabit ipsam ad hoc, quòd sit receptiuum proprium ipsius esse. Et per oppositum, quanto prædicatum quidditatiuum est minus determinatiuum essentiæ, tanto minus eam appropriat ad hoc, quòd capax sit ipsius existentiæ. Et quia vnumquodque quanto est propinquius actualissimo, tanto est actualius, & quanto remotius ab illo, tanto est potentialius: idcirco inter prædicata quidditatiua talis est ordo, q̃ propinquius ipsi esse, est actualius: remotius uero, potentialius.

HIS Duabus propositionibus, postquàm tertiam addideris, scilicet quòd genus sumitur ab eo, quod est vt potentiale ꝫ differentia vero ab eo, quod est vt actuale, conficietur regula generalissima, quòd genus, & differentia in omnibus sumuntur a tota essentia rei secundum elongationem, & propinquitatem ad ipsum esse existentiæ. Differentia enim vltima, cum sit constitutiua speciei, & proprium illi inter entia gradum donet, vltimum complementum ipsius essentiæ est ad hoc, quòd sit. Vltra eam .n. vt iam dictum est, indui duum nullum aliud complementum intrinsecum expectat, vt sic. Genus quoque generalissimum, cum essentiam maxime determinabiliter explicet, ab eo sumitur, quo essentia ipsa ab existentia magis est elongata, vt pote determinabilis,

bilis, & perfectibilis omnibus differentiis ad hoc, vt esse suscipere A
pollit. Genera vero, & differentiæ intermediæ ab intermedijs sumuntur, & propter hoc dicitur, quòd diffinitio explicat diffinitum a prima potentia usque ad ultimum actum, includit siquidem primum genus, quod sumitur ab eo, quo primo essentia ipsa potest habere esse: & omnes differentias, quibus paulatim essentia determinatur, & actuatur usque ad ultimã differentiam, quæ est actus ultimo determinans & perficiens ipsam, ut esse habeat: propterea & Porphyrius ait, quòd secundum interius persentantes, differentia est quæ conducit ad esse. Nec propter hoc quod diximus, intendimus, quòd genus & differentia sumantur ab esse actualis existentiæ, scimus.n. diffinitiones abstrahere ab esse: sed intendimus, quòd genus & differẽtia sumuntur, vt uerbis S. Tho. utamur, ab ordine ad esse actualis existentiæ. Ab ordine autem dicimus non relatione ordinis, sed fundamento eius ab eo. s. quo essentia appropinquat ut receptiuum ad ipsum esse, & ab eo, quo essentia elongatur ab ipso. Et secundum hæc habes unde in intelligentiis, substantiis materialibus, & accidentibus sumantur genus & differentia, ut facile est cuilibet exercitato deducere in singulis. Et propter hoc solus Deus caret genere & differentia. quidditas enim sua, cum sit sua existentia actualis, non potest concipi ut elongata ab existẽtia, uel propinqua illi. Vnde sufficientissimam causam S. Thom. in principio huius capituli assignauit, quare Deus non sit in genere, & in intelligentiis sint in prædicamento: quia ille est suum esse, istarum autem essentia distinguitur ab esse proprio.

i ¶ Hic excluditur prima obiectio. Dictum est enim, quòd differentiæ in intelligentiis sumuntur a diuersis perfectionis gradibꝰ, quibus una altera propinquior est actui primo. Contra hoc instatur sic. Quæcunque differunt secundum actum perfectum, & minus perfectum, differunt solum accidentalibus differentijs: intelligentiæ differunt non nisi secundum magis, & minus perfectum. ergo differunt solum accidentalibus differentijs. Processus bonus: conclusio uero est falsa. ergo altera præmissarum: non Maior, ut probabitur. ergo Minor, quæ est potitio supradicta. Probatio Maioris est, quia magis, & minus non uariant speciem: albedo enim perfecta, & minus perfecta unius speciei sunt. quæcũque autẽ sunt eiusdem speciei, accidentalibus solum differentijs distinguuntur, cum in omnibus essentialibus conueniant. Hanc obiectionem excludit hac pulchra distinctione. Perfectius, & minus perfectũ possunt attendi uel penes modum habendi aliquam formam unam simpliciter, uel penes ipsas formas habitas magis & minus. primo modo non uariant speciem, sed secundo modo. Quæcũque enim ita se habent, quòd secũdum diuersos gradus perfectionis atomã susceptibilem formam, solo numero ut sic, distinguuntur, ut patet de albo, vt 4. de albo, ut 6. Ea uero quæ diuersos gradus perfectionis non eiusdem formæ, sed plurium formarum susceptiuum sunt, essentialiter, seu specifice, distingui necesse ẽ, ut patet de homine, & boue. Vnde patet responsio ad obiectionem, quòd primo modo Minor est falsa, secundo modo Maior. Cuius probatio ideo uidetur sine additione vulgata, quia comparatio denotata per ly, magis & minus, non fit proprie, nisi in atoma specie, ut dicitur septimo Phy. in commen. 17.

k ¶ Hic excluditur secũda obiectio. Obiicitur.n. cõtra idem dictũ sic. Vbicunque sunt uerũ genus, & uera species, ibi debet esse artificialis diuisio illius generis per duas ueras differentias: sed in intelligẽtijs inuenitur uerũ genus, & uera species. ergo ibi debet esse diuisio per duas differẽtias ueras. Conclusio est contra diuisionem supra assignatam, qua dictum est, Genus intelligentiarũ descendit ad suas species per magis perfectum, & minus perfectum, quæ non sunt uera differentiæ. Maior vero probatur ex eo, quòd vbi verum genus cum veris speciebus inuenitur, oportet esse diuisuas ipsius generis: & speciem constitutiuas differentias, ex eo autem quòd diuisio est secundum artem, debet esse bimembris, vt Boetius testatur. Hanc obiectionem excludit S. Tho. dicens, ma-

iorem esse uniuersaliter impossibilitatẽ secũdum Ari. sententiam in 2. libro de Animalibus.

AD CVIVS Euidentiam notandum, quòd cum uere differentiæ appellẽtur differentiæ positiuæ, non extraneæ contrariæ inter se, conuertibiles cum his quorum sunt differentiæ, ut ibi dicit Aristo. cap. 3. Genus illud, quod plures duabus speciebus continet immediate, non potest diuidi duabus ueris differentijs: sed si ueris differentijs diuidendum erit potestatem eius enarrantibus, oportet quòd diuidatur pluribus duabus, & sic diuisio non erit bimembris. Si enim diuisione bimẽbri partiẽdũ erit, oportet alteram differentiam esse non ueram: erit.n. cum privatione accepta alterius. Sicut si animal immediate cõtineat hominem, bouem, & leonem, oportet tribus ueris differentijs diuidi, uel altera uera, puta, rationali, altera non uera, sed privatiua communi reliquis duabus, puta, irrationali. Quia igitur inueniuntur aliquæ res in mundo plures duabus contentæ immediate sub aliquo communi formaliter diuisibili, ideo dicitur, quòd impossibile est uniuersaliter, quòd omnis diuisio fiat per duas differentias ueras: & hoc in proposito nostro accidit. Cum enim intelligentiæ careant genere subalterno, vt S. Thom. in tractatu de Natura generis cap. 5. testatur, eo quòd perfectio earum ex pluribus coniunctionibus differentiarum non consurgit, sicut perfectio specierum in istis inferioribus, quibus nõ sufficit genus commune, & differentia, omnes immediate sub uno genere continebuntur, & sic genus earum, si ueris differentijs ad illas descendere debet, oportet multimembrem fieri diuisionem nobis ignotã. Quòd si bipartita diuisione contrahendum erit, altera simpliciter necesse est esse nõ veram, quia privatiuam: alteram propter debilitatem intellectus nostri ad nullam propriã earum differentiam ascendere potentis, necesse quoque est esse non ueram. Tales autem fuerunt differentiæ in litera assignatæ, scilicet magis perfectum, & minus perfectum.

¶ Ex his iam patet responsio ad obiectionem declarata impossibilitate Maioris vniuersaliter. Boetii uero dictum non obstat: quãtus enim dicat diuisionem omnem ad bimembrem reduci, non tamen dicit, quòd omnis bimembris fiat per differentias veras inferiorum, per illam diuisionem accipiendorum.

¶ In hac quarta, & vltima parte huius capituli quatuor colligit de essentijs substantiarum compositarum. Primum est, quòd esse earum est limitatum, quia habet illud ab alio, vtpote distinctum realiter a se, & per hoc primo distinguitur a primo ente, cuius esse est infinitum, & idem realiter suæ quidditati. Secundum est, quòd essentia earum est recepta in materia signata, sunt enim in hoc vel in illo, ad hic, & nunc determinate, sicut formale per suũ materiale. Tertium, q̃ ex illis duobus corollarie sequitur, est q̃ sunt finitæ superius, & inferius. Superius quidem, quia habet esse limitatum, & essentia earum per ipsum esse, quod vt superius respicit, terminatur. Inferius uero, quia recipiuntur earum formæ in materia, & ipsæ adhoc, & illud terminatur, quæ respiciũt vt inferius, per hoc quòd in his, & illis conditionibus materialibus recipiũtur, tãq̃ in parte materiali. Quartum est, quòd essentia earum est multiplicabilis numeraliter in eadem specie propter materiæ signatæ diuisionem. Et per hæc tria differunt ab intelligentiis in secundo ordine positis, quæ immunes a materia, infinitæque inferius parem sibi non compatiuntur. Et sic terminatur tractatus secundus huius libri.

Cap. 3.

Cap. 30.

Cap. 4.

Cap. 5.

CAPVT

Universidad de Deusto
Biblioteca

a *Caput septimum.*

IN hoc tractatu tertio, unico capitulo contento, determinatur de accidentibus, ut nihil sub latitudine entis intactum remaneat. Diuiditur autem in tres partes, in quarum prima, qd significet essentia in accidentibus declaratur: in secunda uero, diuersitas accidentium a subſtãtia & inter se in tertia autem, quomodo se habeant ad intentiones logicas. Declarat ergo primum tali conclusione. Accidentia habent essentiam incompletam. Probatur sic.

Quæcunque habent diffinitionem incompletam, habent essentiam incompletam, accidentia habent diffinitionem incompletam. ergo. Maior patet ex eo, quòd essentia est id, quod per diffinitionem significatur, ut dictum fuit in principio libri. Minoris probatio est: quia quæcunque diffiniuntur necessario per aliquod, qd est extra eorum essentiam, habent diffinitionem incompletam: diffinitio enim talium non completur per intrinseca, sed eget extrinseco additamento: sed accidentia diffiniuntur necessario per aliquod, quod est extra eorum essentiam, oportet siquidem in eorum diffinitione poni subiectum, ut dicitur 7. Meta. tex. Com. 15. ergo accidentia habent diffinitionem incompletam.

¶ Ad euidenter manifestandam minorem S. Thom. in litera, comparat accidentia formis subſtantialibus, penes conuenientiam, & differentiam: inde enim clare patebit, quomodo accidentia habẽt essentiam incompletam.

¶ Cõuenire, ait, accidentia cum formis subſtantialibus in tribus. Primo in hoc, quòd neutrum eorum habet esse absolutum a subiecto, independens a receptiuo, sed sicut ex forma subſtantiali conũcta materiæ fluit esse commune utrique, ita ex conunctione accidentis cum subiecto, relinquitur esse commune utrique. ex conjunctione enim albedinis cum nive fit esse, quo & albedo est, & nix est alba.

¶ Secundo conueniunt in hoc, quòd neutrum eorum habet essentiam completam: quia essentia uterusque essentialiter ad aliud refertur, vt receptiuum. forma siquidem subſtantialis essentialiter est entitas perfectiua materiæ, & accidens essentialiter est entitas subiecti qualificatiua. Tertium autem, in quo conueniũt est, quòd neutrum eorum habet diffinitionem completam propriis terminis, sed per additamentum. sicut enim in diffinitione accidentis oportet poni suũ subiectum, quod est extra eius genus, ita in diffinitione formæ subſtãtialis oportet ponere receptiuum, materiam scilicet, quæ est extra eius genus proprium. Nam genus formæ est actus, vt patet secundo de Anima: materiam autem, cum ens diuidatur in actum & potentiam, sub potentia contineri clarum est, & consequenter esse extra actum, quod est genus formæ, huius signum est, quòd fecit Arist. diffiniendo animam, dum posuit in eius diffinitione corpus physicum organicum, quod propria materia est animæ in eo qd est corpus, physici perfectio. Addidit autem hoc, ne mireris, quare in diffinitione animæ non ponitur materia, cum sit forma subſtantialis, sed corpus Physicum. hoc enim ideo est: quia physicus non considerat animam ut formam subſtãtialem, sed ut animam, quæ ut sic, corpus physicum præexigit tanquam propriam materiam. Hinc habes, quòd considerare animã intellectiuam ut sic, secundum suam completam quidditatem, non est opus physici, ut etiam tradit Arist. in lib. 1. de partibus animalium, cap. 1.

¶ Differunt autem in quinque. Primo, quia receptiuum formæ subſtantialis non habet esse per se sine esse formæ, est enim in hoc conforme suæ formæ: sicut enim forma subſtantialis non habet esse præter suum receptiuum, ita nec suum receptiuum habet esse præter suam formam. receptiuum uero accidẽtis habet esse per se præter esse sui accidentis. Huius differentiæ ratio est, quia receptiuum formæ subſtantialis, est ens in pura potentia: receptiuum uero formæ accidentalis, habet esse in actu.

¶ Secundo uero differunt, quia ex conunctione formæ subſtantialis ad suum receptiuum, emanat esse illud, quo res ipsa subſiſtit, seu simpliciter est. Ex conunctione uero formæ accidentalis ad subiectum fluit esse, quo res secundum quid est. Et hæc differentia

a CAPVT VII.

VNC Autem restat uidere, qualiter essentia sit in accidentibus: quo modo autem sit in omnibus subſtantiis, dictum est. Et quia, ut dictũ est, essentia per diffinitionem significatur, oportet quòd eo modo habeant essentiã, quo habẽt diffinitionẽ. Diffinitionem autem habent, incõpletam, quia non possunt diffiniri, nisi ponatur subiectum in eorum diffinitione: & hoc ideo est, quia non habent in se esse absolutum per se a subiecto, sed sicut ex forma & materia relinquitur esse subſtantiale, quando componitur, ita ex accidente & subiecto relinquitur esse accidentale, qñ accidẽs subiecto aduenit. Et ideo etiã nec forma subſtantialis completam essentiã habet, nec materia: quia in diffinitione formæ subſtantialis oportet quòd ponatur illud, cuius est forma, & ita diffinitio eius est per additionẽ alicuius, quod extra eius genus est, sicut & diffinitio formæ accidentalis, ut etiam in diffinitione animæ ponitur corpus a Naturali, qui considerat animam solum, inquantum est forma physici corporis. Sed tamen inter formas subſtantiales, & accidentales tantum interest: quia sicut forma subſtantialis non habet per se esse absolutũ sine eo, cui aduenit, ita nec cui aduenit. s. materia, & ideo ex coniunctione utriusq; relinquitur illud esse, in quo res p se subſiſtit, & ex eis efficitur vnũ p se: propter quod ex cõiunctione eorum relinquitur essentia quædam. Vnde forma, quàmuis in se consirata non habeat rationem completam essentiæ, tamen est pars essentiæ completæ. Sed illud, cui aduenit accidens, est ens in se cõpletum consistẽs in suo esse, quod quidem esse naturaliter præcedit accidens, quod superuenit: & ideo accidens superueniens ex cõiunctione sui cum eo, cui superuenit, non causat illud esse, in quo res subſiſtit, per quod res est ens cõcipi absque aptitudinali inhærentia in eius diffinitione posita, quod est impossibile. Oportet. n. ipsũ in sua diffinitione hꝰe essentialẽ dependẽtiã ad subiectũ, quam in hærentia aptitudinalis explicat, aliter subiecto non esset opus ad diffiniẽdum. Propterea in pluribus locis ait S. Tho. quòd diffinitio accidẽtis est hoc, seu aliud huiusmodi, res cui debetur esse in alio. Hæc de secũdo.

A oritur ex prima: ex quo enim receptiuum formæ subſtantialis caret esse per se, illo esse, quod ex forma fluit, primo est: & per oppositum, ex quo subiectum accidentis proprio esse gaudet, per adeptionem accidentis tale esse acquirit, & non esse simpliciter. hoc enim præhabet: & sic secundum hoc primum esse potest intelligi esse sine secundo. potest enim subſtantia ab accidente separari, ut dicitur. 7. Met. tex. com. 4.

¶ Tertio differunt, quia ex compositione formæ subſtantialis cum suo subiecto fit vnum per se: ex compositione autem accidentis cum subiecto, nõ fit unum, ni si per accidens. Oritur autem hæc differentia ex secunda: ex quo enim ex forma subſtantiali esse simpliciter fit, quo res per se est, oportet qꝰ vnũ simpliciter fiat, quo res sit per se vna. ens enim sequitur vnum. Ex eo uero quòd subiectum & accidens duo esse habẽt, vnum per se facere non possunt, eadem ratione, qua scilicet vnum sequitur ens, non enim potest esse quòd vnum per se, sequatur ens per accidens.

¶ Quarto differunt, quia ex coniunctione formæ subſtantialis cum materia resultat essentia quędam tertia. scilicet entitas. Ex conjunctione vero accidentis cum subiecto, non fit aliqua essentia tertia. Oritur autem hæc differentia ex tertia: cum enim essentia sit id quod per diffinitionem significatur, vt res diffinita: diffinitũ autem oportet esse vnum per se, secundum Arist. 7. Met. tex. com. 16 ex eo quod ex accidente & subiecto non fit vnum per se, habetur quòd nec essentia aliqua resultat: & per oppositũ, ex eo qꝰ ex forma subſtantiali & materia unũ per se hic essentia tertia resultat.

Quinto differunt, quia forma subſtantialis, & si non sit essentia completa, est tamen pars completę essentiæ: accidens uero nõ est essentia completa, nec pars essentiæ completæ. Sequitur autẽ hæc differentia quinta ex quarta: si enim ex forma & materia fit essentia quædam tertia, forma subſtantialis illius pars erit, Si autem ex accidente & subiecto essentia nulla resultat, accidens nullius completæ essentiæ pars poni potest, & sic accidens incompletum & secundum quid est ens, ac consequenter incompletam essentiam, & diffinitionẽ habet. Nec te moueat, quòd formam subſtãtialem nõ absolutam a receptiuo, & esse non habere sine materia modo dicatur, & superius dictum sit, animam intellectiuam independentem a materia & separatam ab illa secundum rem remanere, hoc enim est simpliciter uerum. Ad uerificationem autem eius quod modo diximus, sufficit animam intellectiuam esse essentialiter materiæ informatiuam, & tali modo ab illa inseparabilem secundũ eãe quid ditatiuum, ut eius diffinitio ostendit, & quod forma subſtantialis ut sic, non habeat vnde secundum esse actualis existentiæ a materia absoluatur, & independens sit, licet aliunde alicui formæ subſtantiali hoc insit, puta, ex hoc quod est intellectiua, loquimur. n. de forma partis subſtantiali ut sic.

CIRCA Hæc supradicta multa sunt dubia. Circa secundam enim conuentiam dubitatur, an sit uerum, quòd ibi dicitur, scilicet quòd essentiæ accidentales essentialiter non sunt absolutæ a receptiuo.

¶ Et hac dubitationem comitatur alia, circa tertiam conuentiam, An scilicet accidẽtia necessario per subiectum diffiniantur.

¶ Occurrunt quoque quæstiones circa differentias assignatas, & prima quidem habet dubitationem de vtroque membro cum sua radice, an scilicet forma subſtãtialis puræ potentiæ tantũ actus sit.

¶ Et, An forma accidentalis in ente, in actu tantum recipiatur.

¶ Circa secundam differentiam est dubium, An accidentia habeant propriam existentiam distinctam realiter ab existentia subſtantiali.

¶ Et iterum est ibi dubium, An subſtantia subiecta accidẽti possit intelligi esse absque omni accidente.

¶ Istæ sex dubitationes si diffuse tractare uellemus, pro positi limites exiremus, alterius enim negotii est: sed ne omnino ienuni transeamus, de pluribus earum dicetur ordine supradicto, fundamenta & nostra, & aduersariorum adducendo,

QVAE-

QVAESTIO XV.

CIRCA Primum dubium, declarato tituloprimo, adducetur opinio Scoti: secũdo S. Thomæ: tertio respõdebitur argumentis in oppositum. Est igitur sensus primi dubii, An de essentia accidentis sit dependentia ad subiectum: quod sub specialibus uocabulis dubitatur ab aliis, cum quæritur, An inhærẽtia aptitudinalis sit de essentia accidentis. Scotus in quarto sententiarum. dist. 12. quæst. 1. decidit hanc quæstionẽ quo ad accidentia absoluta, scilicet quantitatem, & qualitatem, atque tales, qui hoc verunt in dubium, quid nominis ipsius inhærẽtiæ ignorare, contentusque est vnica ratione ad probandum, quòd impossibile sit inhærentiam quãcunque esse de essentia accidentis absoluti, sic. Nulla relatio est de conceptu formali rei absolutæ: omnis inhærentia est relatio. ergo nulla inhærentia est de conceptu formali rei absolutæ.

¶ Aliter hæc ratio formatur ab eodem sic. Id quod essentialiter ad se, non incudit in se essentialiter respectum, secundum Augustinum. 7. de Trinitate, capitulo secundo: sed accidens absolutum est ad se. ergo accidens absolutum non includit essentialiter respectum, inhærentia autem respectus est. ergo.

¶ Ab aliis autem confirmatur eadẽ ratio sic. Omne quod relatiue dicitur est aliquid præter relationem. fundamentum enim relationis est aliud formaliter a relatione: sed accidens absolutum, puta, qualitas, relatiue dicitur inhærens ergo est aliquid absolutum præter inhærentiam.

¶ Præterea. Inhærentia aptitudinalis est de essentia accidentis. ergo quantitas, & qualitas non sunt genera generalissima. Tenet consequentia ex eo, quòd tunc a quantitate, & qualitate, & ceteris accidentibus posset abstrahi conceptus communis quidditatiuus eiusdem rationis in omnibus illis inferior conceptu entis, & superior illis nouem generibus, scilicet, esse in, & sic cum omnis talis conceptus sit genus, nouem genera accidentium generalissima non erunt: haberent enim superueniens genus.

THOMISTARVM autem sententia est, inhærentiam aptitudinalem esse de essentia accidentis, & eam nõ esse relationẽ.

¶ Sciendum est enim aliquid esse absolutum, vel respectiuum dupliciter, scilicet a subiecto, & a termino. Absolutum enim a subiecto est, est id quod non est natum recipi in alio, ut subſtant a Respectiuum ad aliud, ut subiectum, est id, quod essentialiter natum est recipi in alio, ut omne accidens. Absolutum a termino est id, quod formaliter non respicit aliud præcise, vt terminum ad quẽ, ut subſtantia, quantitas, & qualitas. Respectiuum ad aliud ut terminum est id, quod formaliter respicit aliud præcise, ut terminũ ad quem, sicut prædicamentum relationis. In hoc enim differt relatio pertinens ad prædicamẽtum relationis ab aliis respectibus cæterorum generum, qui a quibusdam transcendentes uocantur, qd respectus pertinens ad genus ad aliquid essentialiter est ad aliud, nõ ut receptiuum, uel causam efficientem, aut finalem, aut formalem: sed præcise est ad aliud, tanquam terminum, ut unũ. n. relatiuorum nec est forma, nec finis, nec efficiens alterius, sed terminus. Propter quod dicit Magnus Albertus, quòd unum relatiuorum non est diffiniendum per reliquum, eo quòd ly per, denotat causalitatem. Respectus autem aliorum generum, qui propter vocabulorũ penuriã, respectus dicitur, respicit essentialiter aliud, sed ut subiectum, uel materiam, uel formam, & hutusmodi fic. n. materia essentialiter respicit formam, & econtra, vt de commensuratione animæ intellectiuæ supra dictũ est. Cum ergo inhærentia aptitudinalis importet respectum ad aliud ut receptiuum, ipsam non de genere relationis, sed identificatam cuilibet generi, modo absolutum ens, modo relatiuum significare dicimus. Vnde non prohibetur inhærentia aptitudinalis esse de essentia absoluti accidentis ex eo, quòd est respectus: immo ex hoc, quod accidens absolutum non a subiecto est, licet a termino. sequitur quòd de essentia eius sit essentialis dependentia ad subiectum, quam inhærẽtia aptitudinalis explicat.

¶ Cõsona autem nostra positio rationi ostenditur ex eo, quòd sicut esse ad, constituit accidens relationem: ita esse in, constituit accidens vniuersale. Contrahitur enim ens per esse in, ad nouem genera accidentiũ, & ideo sicut ad, est de essentia relationis, ita in, est de essentia accidẽtis. Vnde Simplicius in commento prædicamentorum dicit esse in, nullum constituit genus: sed omne accidens circuit.

¶ Et confirmatur ex eo, quòd nisi aptitudinalis inhærentia esset de essentia accidentis, posset completa diffinitione ipsius accidẽs cõcipi absque aptitudinali inhærentia in eius diffinitione posita, quod est impossibile. Oportet. n. ipsũ in sua diffinitione hꝰe essentialẽ dependẽtiã ad subiectũ, quam in hærentia aptitudinalis explicat, aliter subiecto non esset opus ad diffiniẽdum. Propterea in pluribus locis ait S. Tho. quòd diffinitio accidẽtis est hoc, seu aliud huiusmodi, res cui debetur esse in alio. Hæc de secũdo.

AD PRIMVM autem in oppositum dicitur, quòd Minor primi: est falsa: & deceptus videtur Scotus, quia non uidit differentiã inter respectum in, & ad, respectus. n. in, & ad non est relatio, nã licet talis respectus terminetur ad subiectum, & consequenter subiectum sit terminus, tamen non terminat ut terminus, sed ut receptiuum illius. & hoc oportet hic valde attendere: aliud est. n. dicere A, est terminus talis respectus, & A terminat talem respectũ ut terminus, vt ex dictis patet.

¶ Et per hoc patet responsio tã ad secundã, quàm ad tertiam formam eiusdem rationis. semper enim supponit aptitudinalem inhærentiam esse relationem.

¶ Ad vltimum negatur consequentia, dicitur nanque, quòd est se in, est diuersarum rationum in prædicamẽtis, sicut & ens: est siquidem In, analogum ad nouem genera accidentium, sicut & ens ad omnia genera.

EX HIS Patet solutio secundi dubii, in quo Scotus nobiscum concordat in quarto, di. 12. ita quòd vnanimiter fatemur accidens non posse cõplete diffiniri absq; additione subiecti, ut nunc nunc est probatum, quod plenius inferius patebit, cum declaratum fuerit, vnde sumantur genus, & differentia in eis. Testatur & hoc Ari. in 7. Metaphy. tex. Com 15. & 17. T. cap. 17. & 17. & tex. com. 4.

TERTIA Dubitatio, quoniam nimis est ampla, alibi discutiẽda relinquatur. oportet siquidem ad plenam illius resolutionem multos quinternos implere.

QVAESTIO XVI.

QVARTAM Vero, quia de accidentis natura est, cuius tractatum agimus, non omnino prætermittendam duco. In qua tria agenda sunt. Primo, recitabitur opin. Auerrois: secundo ponetur opin. San. Thomę: tertio respondebitur argumentis in oppositum.

¶ Sciendum est quo ad primum, Auerroim in libro de Substantia orbis, fundasse opinionem nobis contrariam, ponendo in materia prima, quæ est pura potentia, accipi dimensiones interminatas. Ex hoc enim sequitur, non omne accidens esse subiectiue in ente in actu.

¶ Mouetur autem ad hoc opinandum rationibus plerisque ducentibus ad impossibile. Prima est. Dimensio interminata non est in materia cœterna sibi. ergo corpus sit ex non corpore, & dimensio ex non dimensione. & tunc vltima sequitur. ergo formæ corporales, ideſt, dimensiones sunt sibi inuicem contrariæ, & succedentes sibi inuicem in subiecto, sicut sibi inuicẽ succedũt formæ subſtantiales in eadem materia: consequens est impossibile. ergo a de structione consequentis &c. Impossibilitas consequentiæ patet ex eo, quòd neque motus, neque mutatio aliqua est ad quantitatem interminatam. Augmentatio enim est ad quantitatem terminatam. Patet quoque ex eo, quòd quantitati nihil est contrarium, vt dicitur in Prædicamentis. Consequentia autem probatur ex eo, quòd omne quod fit ex suo contrario, seu priuatiuo, ut dicitur 1. Physi. tex Com 64 & 5. eiusdem tex. Com. 7. T. ca. 64. & 47. T. cap. 7.

¶ Secunda ratio est ista. Quantitas interminata non est in materia. ergo materia non potest simul formas distinctas specie, aut numero recipere: consequens est falsum ad sensum. ergo. Consequẽtia probatur ex eo, quòd diuersæ formæ non possunt simul recipi, nisi in diuersis partibus materiæ: materia uero diuersis partibus caret ante quantitatis receptionem. subſtantia siquidem exclusa quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantitate indiuisibilis est, ut dicitur primo Phy. tex. Com. 15.

¶ Tertia ratio est ista. Quantitas non est in materia subiectiue, ergo forma non diuiditur per diuisionem materiæ. Tenet consequentia: quia forma recipitur in materia indiuisibili, cum quantitate carere. Tunc ultra, ergo forma recepta in materia nullam diuisionem habet. Tenet consequētia: quia omnis diuisio formę materialis præexigit diuersitatem partium materię. Tunc ultra, ergo forma recepta in materia est æterna, & carens contrario. Tenet consequentia: quia tēporalitas formę corruptibilitatem eius sequitur: corruptibilis autem non est forma aliqua, nisi receptiuū eius habeat diuersas partes, quarum alteram ipsa, alteram formā, alia informet, cum oporteat communicari in materia ea, quæ inuicem corrumpunt, ut primo de generatione tex. Commen. 53. dicitur: & tunc ultimo sequitur, quòd nullam, nisi primam formam materia recipiat. oportet enim corruptionem unius, esse generationem alterius, ut dicitur in primo de generatione. tex. coment. 17. & consequenter caret contrario. Hæc de primo.

T.cō.53. T. cō. 17. 3. Physi. T.cō.73.

HANC OPINIONEM, Et si in quibusdam suis libris sequatur S. Th. propria tamen sententia oppositum ultimo determinauit in prima Parte, q. 76. ar. 6. ubi tali ratione utitur contra Auer. positionem. Quandocunque aliquid est in potentia ad actum omnem, ordine quodam prius recipit actum primum simpliciter, & demum sequentes: sed materia prima ſm se est in potentia ad oēs actus substantiales, & accidentales ordine quodā. ergo prius recipit actum primū ē, simpliciter, deinde posterioré: sed primus actus simplr, & ordine generationis, est esse, ergo primū, qđ intelligitur recipi in materia, est esse, sed esse materiæ est esse substantiale. & non nisi a forma substantiali. ergo prius recipitur in materia forma substantialis, quam quodcunque accidens: & sic omne accidens sequens adueniet enti in actu. Quòd primus actus simpliciter sit esse, patet, tum authoritate libri de causis in principio, ū, quod esse quantum præsupponit esse, & similiter esse quale præsupponit esse, & sic de aliis. sequuntur præterea ad hanc positionem multa inconuenientia, quòd scilicet ens secundum quid præcedat esse simpliciter: & quòd ens per accidens sit prius ente per se: & quòd materia maiorem connexionem habeat cum forma alterius generis, quàm cum forma proprii generis, ex quo a qualibet forma substantiali est denudabilis, & non a qualibet forma accidentali: & quòd substantiæ generabilis sint non solum tria, sed quatuor principia. i. materia, forma, priuatio, & quantitas interminata. non enim potest fingi, quin sit principium, saltem per accidens, cū sit coniuncta principio per se, sicut de priuatione dicitur, & sic debuit connumerari ab Arist. Tenenda est igitur opi. S. Thom. quòd omne accidens est subiectiue in ente in actu, & per hoc differt a forma substantiali, quæ est subiectiue in ente in pura potentia. Et hæc de secundo.

AD PRIMAM Rationem Auer. dicitur, quòd consequens primum illarum habet multiplicem sensum, & quandoq; uerum, quandoque falsum: & ideo distinguendum est si nanque ly ex, dicat habitudinem causæ materialis, uerum est. Corpus enim fit ex materia, quæ nō est corpus, & indiuisibilis in actu, licet sit corpus, & diuisibilis in potentia, si autem ly ex, dicat habitudinem termini a quo, falsum est: necesse est enim materiam, ex qua fit corpus immediate, ante illud instans habuisse corporeitatem: & uniuersaliter in omni instanti temporis necesse est ipsam esse sub dimensionibus, & hoc modo intelligendum est quod Aristot. tertio Cæli, tex. com. 29. & 64. dicit, quòd impossibile est corpus fieri ex non corpore, ideſt, post non corpus. Amplius est distinguendum ly fit: corpus enim, seu dimensionem fieri, intelligi potest dupliciter. Vno modo terminatiue, ideſt, ut fiat tanquàm terminus alicuius motus, uel mutationis: & hoc modo est impossibile fieri dimensionē. Alio modo concomitatiue, ideſt, ut fiat tanquàm aliquod cōsequens ipsum terminum motus seu mutationis: & hoc modo uerum est corpus fieri. Neque enim generatio, neque alteratio, neq; motus localis ad quantitatem terminatur, ut quantitas est, licet augmentatio terminetur ad quantitatem perfectam: sed quando generatio terminatur per se primo ad compositum substantiale, generantur consecutiue eius accidentia inseparabilia, de quorū numero est quantitas, quæ substantialem corporeitatem sequitur. Peccatum ergo accidit in prima ratione Auerroys: quia concessa prima consequentia, pro quanto infert consequens in sensu uno, non tenet secunda consequentia, quæ supponit dimensiones fieri non concomitatiue, & per accidens, sed determinatiue. de illis enim quæ fiunt ut termini mutationum, uerificatur, quòd corrumpuntur a cōtrario, & q; succedit, sibi inuicē se mutuo expellēti, & nō de illis quę fiūt cōsecutiue, de quorū numero est quātitas interminata.

¶ Ad secundam rationem negatur consequentia. Et ad probationem dicitur, quòd diuersas formas præexigere diuersas partes in materia, potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut ly præ, dicat ordinem temporis: & sic uerum est quascunque duas formas simul per se, sed unum per accidens: & ideo ex eorum coniunctione non resultat essentia quædam, sicut ex coniunctione formæ cum materia, propter quod accidens neq; rationem completæ essentiæ habet, neq; pars completæ essentię est: sed sicut est ens secundū quid, ita & essentiam secundum quid habet.

b Sed quia illud, quod dicitur maxime & uerissime in quolibet genere, est causa eorum, quæ sunt post in illo genere, sicut ignis qui in fine caliditatis est causa caloris in rebus calidis, ut in secundo Metaphy. dicitur: ideo substantia, alioquin omnis substantia esset accidenti subiecta. Secundo modo substantia non potest separari ab omni accidente, quia non a propria passione propter connexionem necessariam, quę est inter subiectum, & propriam passionem, non propter hanc, quòd subiectum dependet a passione. Propterea san. Tho. in quæstionibus disputatis de spiritualibus creaturis, q. viti. ad septimum: & in quæstionibus de anima, q. 12. ad septimū ait, quòd subiectum esse sine propria passione non est possibile, nec intelligibile. In litera autem loquens de esse substantiali & accidentali, ut sic, ait subiectum posse esse sine accidentali forma sibi aduenię te. Ostendit autem natura demonstrationis subiectum esse non posse sine passione. oportet namque conclusionem, quæ inhæret tam passionis in subiecto concludit, necessariam esse, & impossibile aliter se habere.

ERROR AVTEM Intolerabilis hic cauendus est, positus ab Antonio Trombeta in Quolibet suo dicente, quòd quia secundum S. Tho. & eius sequaces, subiectum non est nisi causa materialis respectu passionis, & passio est accidens, ex quo necessario sequitur subiectum posse esse sine própria passione. Fundamentum autem huius consequentiæ est, quia omnis potentia passiua est potentia contradictionis: sed subiectum est solum in passiua potentia respectu passionis. ergo est in potentia contradictionis. ergo potest habere ipsam, & non ipsam. Maior habetur ex 9. Metaphysi. tex. com. 17. & probatur etiam ratione sic. Passiones entis distinctæ sunt tales, quòd una includit negationem alterius. ergo potentiam includit negationem actus, & per consequens potentiæ, ut potentia est, non repugnat esse sine actu. ergo omnis potentia est potentia contradictionis.

¶ Præterea ad idem. Possibile est medium inter necessarium, & impossibile. ergo cum necessarium respiciat esse solum, & impossibile non esse solum, possibile respicit esse & non esse, & sic omnis potentia cum ab ea dicatur possibile, est potentia contradictionis.

¶ Præterea ad idem. Ideo potentia passiua est ad esse, quia potest ab alio recipere esse, scilicet ab agente: si autem ab alio recipit esse, illo circunscripto quantum est in se, est sub non esse. Si. ergo potentia passiua ex se est sub non esse, & ab agente potest habere esse, necessario sequitur, quòd est potentia contradictionis, scilicet ab esse, & non esse.

ACCIDIT AVTEM Error hic & in principiis, & in cōclusione. In principiis, quia S. Tho. in 1. parte. q. 77. art. 6. tenet ex intentione, & probat subiectum esse causam suæ proprię passionis in tripici genere causæ, scilicet materialis, effectiuæ, & finalis: unde patet error minoris. Maior autem licet sit Arist. est tamen male intellecta & probata. Potentia enim materialis est duplex, quædā est receptiua tantum: quædam vero non solum receptiua, sed etiā passiua extento nomine passionis ad omne genus trasmutationis. Potentia receptiua tātum est necessario coæua suo actui, eo quòd si esset ante suum actum, oporteret quòd per aliquam tranſmutationem illum reciperet, & sic non esset receptiua tantum respectu illius. Potentia autem passiua necessario nulli actui coæua est, respectu cuius est passiua, eo quòd omnē actum per tranſmutationem acquirit, & consequenter per trasmutationem perdit: omne enim generabile est corruptibile, ut dicitur primo Cæli. Propositio ergo illa, Omnis potentia est potentia contradictionis, est intelligēda de potentia passiua, & non de receptiua tantum. Hanc gloſam & sensus ipse, & tex. Arist. comunēt. Ad sensum enim patet, in eo lo esse potentiam receptiuam inæ figuræ, & tamen in eo talis potentia non est potentia contradictionis: cælum enim non est in potentia ad aliam figuram. Aristot. vero tex. allegato 9. Metaphysi. ait, cælum non esse in potentia ad motum, sed ad terminos eius tantum: & tamen constat cælum habere potētiam receptiuam illi motus. vnde ex hoc insinuauit, quòd de potentia passiua loquebatur. ea enim cælum est in potentia ad terminos motus. Vnde cum subiectum non habeat potentiam passiuam, sed receptiuam tantū respectu propriæ passionis (nulla enim mutatio mediat inter subiectum, & passionem) oportet subiectum non esse in potentia cō tradictionis respectu passionis: & sic conclusio deducta fuit falsa.

¶ Ad rationes autem, quibus arguens nititur illam propositionē de omni potentia receptiua probare, respondetur. Et ad primam dicitur, quòd passiones entis distinctas esse tales, quòd una includit negationem alterius, verum est, quia una non est alia formaliter. potentia enim non est actus formaliter: sed ex hoc non sequitur, ergo quælibet potest esse sine alia. Nam non valet, hoc nō est illud. ergo hoc potest esse sine illo.

¶ Ad secundam dicitur, quòd possibile ut distinguitur contra necessarium, & impossibile, sumitur a potentia passiua, & non a potentia receptiua tantū: & ideo ex hoc non sequitur, nisi potentiam passiuam esse potentiam cōtradictionis, cum tamē arguens debeat probare, quòd omnis potentia receptiua sit potentia contradictionis.

¶ Ad tertiam dicitur, quòd propositio prima ibi adducta, scilicet quòd ideo potentia est ad esse, quia potest recipere esse ab alio, scilicet ab agente, in nno sensu est vera, & in altero falsa. Si. ly potest, dicat posse distinctū contra impossibile. Arist. dicit eam esse falsam: est enim sensus, quòd ideo potentia est ad esse, quia nō est impossibile ipsam recipere esse ab agente, & sic cælum esset in potētia ad motum, cum recipiat ipsum ab alio. Si autem ly, potest, dicat potentiam, ut distinguitur contra esse in actu, tunc propositio est uera. Ideo enim aliquid est in potentia ad esse, quia potest recipere esse, quod ad hoc non habet. sicut ideo aliquid est in potē tia ad non esse, quia potest habere non esse quo caret. sed cum omnis actus possibilis haberi ab aliqua potentia, non nisi per transmutationem acquiratur, ad nostram positionem redit, quod scilicet potentia passiua sola sit ad esse.

¶ Aliæ rationes, quibus separabilitas substantiæ ab omni accidente a Scotistis probatur, ex supradictis facile est soluere. Assumunt siquidem propositiones, quarum falsitas est superius declarata.

b ¶ In hac secunda parte capituli diuersitatem accidentium inter se declaraturus, præmittit causam accidentium quæ sit, ut causas diuersitatis eorum insinuet tali conclusione. Substantia est causa accidentium: quam probat sic. Maxime & uerissime ens est causa reliquorum entium: substantia est maxime & verissime ens. ergo substantia est causa aliorum entium: sed talia sunt accidentia. Minor uero ex 7. Metaphy. in principio patet. Maior uero ex secūdo metaph. tex com. 4 habetur, ubi dicitur, quòd vniuersaliter id quod est maxime tale in aliquo ordine, quod est causa omniū aliorum in illo ordine ut sic, sicut ignis qui in ordine calidorū est maxime calidus, omnium calidorum est causa, ut sint calida. Vtitur autem nomine generis in litera, sicut Arist. vtitur ibi vniuocatione, eo quòd ad ueritatem huius propositionis exigitur, quòd causa communicet cum effectu in nomine & ratione, licet analogice, eadem. Nō enim sequitur, Cælum est causa omnium calidorum. ergo cælum est maxime calidum: quod tamen sequeretur, si cælo calidi nomen non æquiuoce conueniret. Quia igitur substantia, & accidens in nomine & ratione entis, analoga tamen, conueniunt, & substantia maxime est ens: ideo causa est omniam aliorum, ut entia sunt.

c ¶ Quia accidentia causantur a substātia in qua sunt, & effectuū diuersitas ex causis prouenit, assignat diuersitatem inter accidentia a priori ex diuersitate partium substantiæ, a quibus fluunt accidentia, & ponit tres distinctiones. Quarum prima cum suis diuisionibus talis est. Accidentium alia sequuntur principaliter formam: alia sequuntur principaliter materiam. Accidentium sequentium formam, quædam communicant materiæ: quædam vero sunt separata a materia. Accidentium autem sequentium materiam, quædam sequuntur eam in ordine ad formam generalem, & quædam in ordine ad formam specialem.

¶ est autem ratio primæ diuisionis: quia cum vnumquodque operetur per quod esse actu, & semper species aliqua moueri, & agere existimetur, ut dicitur 3. Phy. tex. com. 17. oportet formam sequi operationes, & operatiuas virtutes: similiter cum patiatur, & transmutetur vnumquodque ratione materiæ, oportet plura accidentia eam sequi, ut ea quę propter materiæ diuersam complexionem insunt, & ipsam motui inuiciunt &c. Apposuit autem in prima diuisiōe ly principaliter, ut distinguitur cōtra totaliter. Nullum enim accidens est solius formæ, aut solius materiæ, sed omnia sunt compositi. Etenim ad ipsam quoque intellectionem non solum anima concurrit, sed totum compositum ex materia & forma. Sortes enim est qui primo intelligit. Est ergo sensus diuisionis, quòd accidentium quædam sequuntur formam non ut causam totalem

T.c.2. T.c.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

totalem,sed principalem: quædam similiter sequuntur materiam vt causam principalem,non totalem. Cum enim omnium accidentium causa sit id quod vere est, ideſt, ſubſtantia completa, omnium causa est compositum ex materia & forma: sed aliquorum principalis radix est forma, aliquorum vero principalis radix est materia. Sicut enim in artificialibus aliquid conuenit cõpositio ratione formæ, & aliquid ratione materiæ, quemadmodum scindere conuenit serræ ratione formæ, durities autem ratione materiæ: ita & in naturalibus aliquid oritur in composito ratione formæ, & aliquid ratiõe materiæ: quemadmodũ in Sorte sentire, & intelligere est ratione formæ, masculinum vero ratione materiæ. Quæ autem sit regula ad discernendum accidentia sequentia formam, ab accidentibus sequentibus materiam, infra assignabatur.

d Forma autẽ inuenitur aliqua, cuius esse non dependet a materia, vt anima intellectualis. Materia vero non habet esse, nisi per formã: vnde in accidentibus, quæ sequũtur formã, est aliquid, quod non habet communicationẽ cum materia, vt intelligere, quod non est per organum corporale, sicut probat Phil. in 3. De Anima. Aliqua vero ex consequentibus formam sunt, quæ habent cõmunicationem cũ materia, vt sentire, quæ habent communicationem materia, vt sentire, & intelligere, & huiusmodi.

d Hic ponitur prima subdiuisio cum eius causa. Cum enim propriæ virtutes, & proprietates, & operationes formarũ ipsis formis proportionari debeant: ita si essentia ipsius formæ sit dependens a materia, virtus & operatio eius (cum non sint ipsa forma a qua fluunt perfectiores) dependere oportet a materia. Et si essentia formæ est independens a materia, virtutẽ aliquam oportet habere a materia independentem, alioquin orioſe fecisset natura formam independentem: fecisset siquidem naturam eleuatam supra materiam, vt sic non posset operari, & consequenter nec finem proprium consequi. vnumquodque enim est propter suam operationem, vt dicitur 2. cæli tex. com. 17. Quia ergo inuenitur duplex genus formarum sustantialium dependentium scilicet a materia, vt sunt omnes formæ materiales: & independentium ab ea, vt est anima humana, ideo inuenitur duplex genus accidentium sequentium formam.

¶ Quædam enim fluunt a forma dependente a materia, & hæc ita fluunt ab ea, quòd tamen recipiuntur in subiectiue in composito: propterea dicitur, quòd habent communicationem cum materia, vt sentire, vegetare, & huiusmodi.

¶ Quæda vero fluunt a forma independente a materia vt sic, & hæc ita fluunt ab ipsa forma, qr recipiuntur in sola forma subiectiue: & propterea dicuntur non habere communicationem cũ materia, vt intellectus, & voluntas, intelligere, velle, & huiusmodi.

NEC ARBITRERIS Nos immemores contradicere superius nunc dictis: verumq; enim est verũ, quòd scilicet omne accidens est cõpositi, vt supra diximus: & quòd aliquod accidẽs est solius formæ, vt modo dicimus. Accidens. n. esse alicuius, potest intelligi dupliciter. Vno modo vt completi principii elicitiui & receptiui. Alio modo vt suppositi: hoc secundo modo omne accidens est cõpositi, cuius est esse & fieri, vnde anima non intelligit vt suppositum, qđ operatur, sed Sortes per animam. Primo vero modo, aliquod accidens est ipsius animę, & aliquod est cõpositi: virtus. n. intellectiua nõ est subiectiue in aliqua parte corporis cõposita ex materia & forma, sed est subiectiue in sola essentia animæ. vnde in 3. de Anima, text. comm. 4. dicitur, quòd intellectus nullus corporis est actus. Virtutes autẽ sensitiuæ non sunt subiectiue in sola anima, sed in determinatis corporis partibus cum compositis ex materia & forma substantiali. Similiter complecum elicitiuũ principium sensationis non est sola potentia animæ, sed cõpositum ex organo corporali, & virtute animæ. Intellectionis autem principium elicitiuum completum, est ipsa sola virtus intellectiua: & cum operatio immanẽs sit subiectiue in suo elicitiuo principio, intelligere erit in solo intellectu, sicut in subiecto.

¶ Propterea S. Tho. alibi dicit, quòd anima intelligit, sicut oculus videt: videt vt completum principium elicitiuũ, oculus enim nominat, compositũ ex organo corporeo, & virtute animæ. non ergo contradicunt ista, Omne accidens est compositi, vt suppositi, & aliquod accidens est solius formæ vt completi principii elicitiui, & receptiui. Et licet totus sermo sit de accidentibus substantiarum materialium, ex his tamen inuenitur natura accidentium, quæ sequuntur formam independentem a materia.

¶ Et nota qr antequã ponatur alterius mẽbri subdiuisio, assignat causa in litera, quare non sit talis subdiuisio de accidẽtibus sequẽtibus materiã, qualis facta est de his, quæ sequũt formã, vt dicat, Accidentium sequentiũ materiã, quædã communicantur formæ: & quædã non. & causa est ista: quia non inuenitur duplex materia, altera dependens a forma, & altera non, sicut inuenitur duplex forma. nulla enim materia potest esse sine forma, vt probatum fuit.

d ¶ Hic põnitur alterius mẽbri diuisio talis. Accidentium sequentium materiam quædam sequuntur eam in ordine ad formam generalem: quædam in ordine ad formam specialem. Illa accidentia dicuntur sequi materiam in ordine ad formam generalem, quę indiuiduo generis altioris conueniunt rationem magis suæ materię, quàm formæ, sicut hoc mistum habet cutis nigredinẽ, non ex ratione formę misti: sed quia materia sua talis passa est, puta, in talicli mate, vbi calor Solis abundat. Illa vero dicuntur & consequi materiam in ordine ad formam specialẽ, quæ indiuiduo inferioris generis, ut speciei conueniunt magis ratione materiæ, quàm formæ: sicut hoc animal est masculinũ non ratione animæ principaliter, sed quia materiam ad animam disposità talis passio comitata est, puta, quia materia plene domino actus vigorosi seminis subiecta non fuit. Signum autem quòd talia accidentia se habent, scilicet quòd sequuntur materiam, secundum quod respicit formam altioris, uel inferioris generis est, quòd aliqua eorum eiusdem rationis remanent composito corrupto, & quædam non remanẽt nisi æquiuoce. Nigredo siquidem hominis viui, & mortui eiusdem rationis est: masculinitas autẽ non. Causa autem huius nulla est alia, nisi quia masculinitas sequitur animal ratione suæ propriæ materiæ: & propterea corrupto animali, & non remanente nisi æquiuoce, oportet masculinitatem, in cuius ratione ponitur animal, æquiuoce remanere. Albedo autem quia misti materiam sequitur in cadauere remanentis, secundum eandem diffinitionem non æquiuoce remanet.

QVAESTIO XVII.

CIRCA EA Quæ hic dicuntur accidit dubium, Vtrum nigredo cutis in Aethiope viuo & mortuo sit vna & eadem numero, & uniuersaliter Vtrum sit idem numero accidens in genito & corrupto. In hac dubitatione tria agenda sunt. Primo recitabitur opinio quorundam: secundo ponetur opinio S. Tho. tertio respondebitur ad obiecta.

QVO Ad primũ, quidam opinantur accidentia communia genito, & corrupto esse eadem numero in utroque, inter quos aliqui quibusdam uerbis Auerrois inniti tali distinctione suam promunt imaginationem. Accidẽtia communia genito & corrupto, habent duplicem modum essendi, terminatum. s. & interminatũ. Accidentia interminata uocant essentias accidentium absque limitatione ad talem, uel talem gradum: accidentia vero terminata dicunt essentias accidentium limitatas ad hunc, uel illum gradũ. Accidẽtia interminata ponunt eadem numero esse in genito, & corrupto, non autem terminata: vnde sicut quantitas interminata communis expresse a Com. & eadem in omnibus ponitur, ita color interminatus communis, & idem est in aere, & igne.

¶ Confirmatur autem opinio ista authoritatibus, & rationibus. Arist. enim primo de Generatione, tex. com 23. dicẽs. In his aũt si aliqua manent in genito & corrupto, puta, qn ex aere & aqua, si ambo diaphana', aut humida &c. ostendit nõ esse inconueniens quòd aliquod idem accidens sit in genito, & corrupto. Et in secundo de Generatione. tex. com. 25. vult expresse, quòd in habentibus symbolum, est facilior transitus: quia est facilius corrumpere vnum, quàm duo. Auerrois quoque in libro de Substantia orbis, non longe a principio, dicit non solum dimensiones interminatas quas simplices vocat remanere eadem in genito, sed vniuersaliter qualitates omnes communes genito & corrupto.

¶ Ratio autem prima ad hoc est: quia si qualitates disponẽtes materiam rei corrumpẽdę ad nouã formã corrumpuntur, quæritur, quid educit formam generandam: non potest dici, quòd illud sit agens extra, quia hoc nõ potest facere, nisi per qualitates medias introductas in materia: qualitates autem illæ corrumpi dicuntur ab aduersario ante inductiõem formæ. ergo remanet, quòd nihil sit quod educat formam, quod est impossibile.

¶ Præterea, Qualitates symbolæ, quæritur, a quo corrũpuntur, cũ nullum contrarium appareat, & frustra corrumpi res censeatur in aliquo instanti, in quo eadem oportet generari.

¶ Præt. Figura cadaueris, organizatio, & cicatrix, & si qua sunt huiusmodi, si nõ remanent eadẽ, quæritur, a quo generantur & cũ non possit dici a quo generantur per modum sequelæ, oportet qp nullum sit generans. Quòd autem non generentur per modum sequelæ

sequelæ. probatur. Accidentia enim aliqua ideo consecutiue generantur, quia dant formam, dat consequentia ad formam: modo ista accidentia repugnant formæ magis quàm sequantur eam: cuius signum est, quia sub forma cadaueris ad corruptionem tendunt. Et hæc de primo.

CONCLVSIO.

QVO Ad secundum sciendum est, Thomistarũ esse opinionem nullum accidẽs esse idem numero in genito, & corrupto. Sequitur enim hoc necessario ex nostris principiis. Nam si nullum accidens est subiecti ue in materia, & nõ datur nisi vna forma substantialis in composito, impossibile est idem accidens remanere idem numero: migraret siquidem accidens de subiecto in subiectum, & esset idem, & non idem. Nec rationes pro nunc ad hanc conclusionem afferam: quia oportet ad hoc efficaciter probandum probare illud principium, scilicet, quòd in composito est tantum vna forma substantialis. Sed declarabo quomodo hoc sit possibile, & quomodo defendenda est ab aduersarijs positio nostra.

¶ Sciendum est igitur, accidens quadupliciter corrumpi. Primo, per alterationem oppositam suo contrario, vt frigus a calore definit Sole recedente. Tertio ad corruptionem subiecti, vt risibilitas corrumpitur homine mortuo. Quarto ad corruptionẽ termini, vt similitudo definit consimili perempto. Et quia quot modis dicitur vnum oppositorum, tot modis dicitur & reliquũ, accidens generatur quadrupliciter. Primo ab agente sibi simili per transmutationem, sicut aqua calefit ab igne calido. Secundo, ad præsentiam agentis in fieri & esse, vt lumẽ in aere fit a Sole præsente. Tertio ad generationem subiecti, vt risibile generatur homine genito. Quarto ad generationem termini, vt Sorte solo albo existente, statim ad alterius albi generationem consurgit in Sorte similitudo. Et licet omnibus istis modis contingat accidens secundum totam latitudinem corrumpi, nullus tamen illorum modorum conuenit accidentibus omnibus, nisi tertius. Commune namque est omnibus accidentibus corrumpi, eorum subiecto corrupto, cum accidentis esse sit inesse: & ideo sufficiẽs causa corruptionis accidentium redditur, quando subiecti corruptio assignatur. Vnde cum ex aere fit ignis, licet non oporteat corrumpi calorem aeris, sed potius intendi: quia tamen aer qui subiectum illius est, corrumpitur, necesse est ipsum quoque calorem corrumpi absque contrario ad solum subiecti defectũ. Progumenta ea, quæ qualitates symbolas, & dispositiones pro forma introducenda facientes, quia carent contrario corrumpente, remanere inferunt.

¶ Et notandum, quòd quando accidens generatur ad generationem subiecti, vel corrumpitur ad corruptionem subiecti, tunc cum eadem actio terminetur ad vtrunque, ad subiectum per se, & ad accidens cõsecutiue, nõ oportet quærere aliud generans, vel corrumpens nisi generationem, vel corruptionem subiecti. Idem enim est agens quòd vtrumque simul, & eadem operatione facit: sicut cum ignis ex aere ignem generat alterando aerem, in fine alterationis aerem corrumpit per se, & consecutiue calorem introductum, & vniuersaliter omnia accidentia, quæ in aere subiective erant ea consecutionis necessitate: quia accidens sine subiecto proprio remanere non potest, & in eodem instanti generat ignem per se, & calorem consecutiue absque alia media alteratione similem calori ante illud instans existenti. Simile autem est iudicium de quãtitate, & figura, & aliis dispositionibus, & accidentibus similibus in genito, & corrupto. Omnia enim ista conco mitatiue producuntur: & ideo non oportet quærere generãs, nisi quod subiectum generat. Et cum supradicta inspexeris, videbis quòd simile a suo simili concomitatiue & per accidens quandoq; corrumpitur: & per oppositum a non simili concomitatiue, per accidens generari contingit ipsum accidens. Arist. ergo quoties dicit eadem remanere in genito & corrupto, eadem specie, non numero ait: & hoc per accidens. Variatur enim vnitas numeralis non propter generationis vim, sed subiecti corruptionem. Facilior quoque transitus in habentibus symbolum, non ex identitate numerali symboli accidentis, sed ex non repugnantia illi in agendo, vel patiendo prouenit: & ex hoc quòd formæ substantiales, a quibus fluunt similes qualitates, sunt similiores: ex effectibus enim natura causæ innotescit. Auerrois autẽ, si saluari debet, eodem modo glossetur.

AD RATIONEM Autem oppositæ opinionis dicitur. Et ad primam quidem, quòd educens formam in ultimo instanti, est generans extra, non per aliquã actionem, quam in illo instanti eliciat, sed in termino actionis nudam materiæ essentiam attingens. Vnde cum dicitur, agẽs extra nõ potest educere formã nisi per qualitates medias introductas, verum est dum agit, nõ autem cum est in termino actionis. Sufficit enim, & exigitur alterasse ad materię expoliationem, & dispositionem.

¶ Ad secundum dicitur, quòd qualitates symbolæ, & similia, corrumpuntur per accidens ad corruptionem subiecti a corrumpente per se subiectum, nec frustra in eodem instanti est primum non esse earum, & primum esse similium, sed necessario necessitate materiæ, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicitur, qr figura, & cicatrix, & huiusmodi, producũntur consecutiue, & per accidens, a generante eorum subiectum, scilicet cadauer, nec est verum, quòd sola illa accidentia generentur consecutiue, quæ sequuntur formam: sed multa accidentia sequuntur compositum ex necessitate materiæ, quæ sunt licet non in compossibilia, aliqualiter tamen opposita ipsi formæ, ut patet de se. Et ideo dico, quòd figura, & similia sequuntur cadauer ex necessitate materiæ, quia scilicet agens naturale non potest tam cito dispositiones per tot transmutationes radicatas corrumpere totaliter, & ideo similes dispositiones sequuntur: & quia non sunt facienter pro forma geniti, ideo ad corruptionem properatur.

d ¶ Hic ponitur secunda diuisio accidentium, quæ talis est. Accidentium alia sunt accidentia individualia sunt accidentia generis, uel speciei.

¶ Duplex autem inter ista differentia ponitur. Prima est, quòd accidentia individui consequuntur compositũ ratione materiæ principaliter: accidentia vero speciei, uel generis sequuntur compositum ratione formæ. Secunda est, quòd accidentia individui sunt ea, penes quæ attenditur differentia inter particularia eiusdem speciei. Accidentia vero speciei, siue generis sunt communia necessatio omnibus individuis illius speciei, vel generis. Exemplũ, masculinum, & femininum sunt accidentia individualia: sequuntur enim materiam, & penes ipsa differunt Sortes, & Berta. Risibile autem est accidens specificum: sequitur enim intellectiuam apprehensionem, & omnibus hominibus necessario conuenit. Assignatur quoque radix primæ differentiæ, cum dicitur, quòd materia est principium individuationis, forma autem est, per quam res in genere, uel specie collocatur. Ex hoc enim quòd materia est causa esse individualis vt sic, sequitur qp sit etiam radix accidentium consequentium ipsum esse individuale, ac per hoc accidentia individui sunt, quæ cõsequuntur materiã. Ex eo aũt qp forma est principiũ esse generici & specifici, oportet quòd etiam sit causa proprietatũ, & accidentium consequentium speciem, uel genus, & sic accidentia speciei, siue generis sequuntur formam. Secundæ uero differentiæ ratio est, quia cum tam in forma specifica, quàm generica conueniant omnia contenta sub eis, oportet etiam proprietates earũ omnibus esse communes. Cum autem penes materiam differant individua, accidentia quoque materialia oportet esse ea, secundũ quæ ipsa particularia inter se differunt, ut effectus proportionabiliter propriis respondeant causis.

ACCIDVNT Hic duo dubia circa literam. Primum est, qualiter sit uerum, quòd accidentia sequentia materiam sint ea, penes quæ differunt individua in eadem specie, quandoquidem quantitas sequitur materiam, & tamẽ est communis omnibus individuis corporis, & inferiorum.

¶ Secundum dubium est, qualiter uerificetur, quòd accidentia sequentia materiam non sint passiones generis, uel speciei, cum masculinum & femininum sequantur materiam, & tamen passiones sunt animalis, unde & animal in eorum diffinitione ponitur, sicut subiectum in diffinitione passionis, ut 10. Metaphysico. text. Com. 25. habetur. Similiter quantitas uidetur esse passio corporis de prædicamento substantię, & tamen sequitur materiam.

AD EVIDENTIAM Primi scito, verba illa, scilicet, Accidentia sequentia materiam sunt ea, secũdum quæ individua differunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferunt non esse intelligenda vniformiter, sed difformiter. Indiuidua enim differunt penes accidẽtia materialia dupliciter, uel quia vnum eorum habet vnum, & reliquum aliud: uel quia vtrunque habet idem, sed alio & alio modo. Verbi gratia, sortes & Betta differunt penes masculinum & femininum ex eo, quòd ille habet masculinitatem, illa femininitatem. Differunt quoque penes suas quantitates, non ex eo, quòd ille sit quantus, & illa nõ: sed ex eo, ꝙ non eodem modo sunt quãti. Nũquàm enim inueniuntur duo quanta omnino similia, suibus siquidem propriis differre necesse est. Quantitas ergo licet sit communis omnibus indiuiduis, quia tamen non vniformiter eis conuenit, est secundum quam indiuidua inter se differunt secundo modo, & hoc sufficit.

AD INTELLIGENTIAM Secundi notandum, ꝙ passiones generum sunt duplices. Quædam conuenientes eis ratione formæ genericæ, & quædam ratione materiæ. Illæ quæ sequuntur formã, vocatæ sunt hic passiones generum, & non illę quæ sequuntur eorum materiam: propterea quia natura generica ex sua forma est talis, & non ex materia: animal enim est animal ex sua forma, & non ex sua materia. Vnde cum in proposito, animalis passio ratione formæ sit sensibilitas, & ratione materiæ masculinitas, uel feminitas, diuersis rationibus moti Arist. in Metaphysi. & S. Tho. hic, diuersimode locuti sunt. Quia enim est passio animalis ratione materiæ, ideo vocata est ibi passio: quia autem non ratione formæ, ideo hic non est dicta passio.

16. Met. T. c 25. 7. Mer. T. cap. 17. m 19.

¶ Similiter dicendum est de quantitate, quia sequitur corpus ratione materiæ: sequitur enim ipsum secundum id quòd est in potẽtia diuisibile, quòd non est nisi materia, vt indiuisibilitas rerum immaterialium ostendit. Et nota quòd hæc secunda diuisio accidentium non differt a prima per membra diuidẽtia (eadem enim sunt huius, & illius membra) sed secundum rationem: quia illa diuisio accepti est penes primas earum radices, materiam scilicet & formam: ista autem penes subiecta, quibus appropriantur, scilicet genus, speciem, & indiuiduum.

¶ Hic ponitur tertia diuisio accidentium, Quædam causantur ex principiis essentialibus subiecti secundum actum perfectum, quædam secundum aptitudinem tantum. Illa accidentia vocat causari secundum actum perfectum ex essentialibus principiis, quæ secundũ suas actualitates ex intrinsecis principiis subiecti in ipso fluũt, ut calor in igne. Illa vero dicit causari secundum actum imperfectum, seu aptitudinem tantum, quæ non secundum suas actualitates, sed secundum quasdam inchoationes ex principiis essentialibus subiecti in ipso fluunt, ut moueri sursum in igne, ex principiis eius causatur secundum sui inchoationem, puta, leuitatem. Differunt autem, quia prima & secundum suas aptitudines, & secundũ se inseparabilia sunt a subiectis: secunda vero secundum se quidẽ sunt separabilia, secundum autem suas aptitudines non possunt se parari. Ab igne. n. neq; aptitudo ad caloré, neq; calor ipse separari põt ipso remanente motus autẽ sursum non semper inest igni, sed aptitudo ad motũ sursum, puta, leuitas est inseparabilis ab ipso. & eã horũ est, quia in illis ipsa actualitas accidentis ex solis principiis essentialibus fluit: in istis vero aptitudo tantum ex solis principiis essentialibus fluit, ipsa autem actualitas aliunde expectatur ex aliquo, scilicet extrinseco concurrente vel agendo, vel non prohibendo, ut patet in exemplo dato de motu sursum, qui non inest igni, nisi aliquo concurrente extrinseco, remouente scilicet prohibẽs: & diaphanitas nõ est actu in aere, nisi cõcurrente extrinseco illuminante. lumen enim est actus diaphani secundum actum, vt dicitur 2 de Anima, tex. Com 69.

T.cõ 69. Prima Secũdæ, q.10. art. 1. d. 2.

¶ Profundiorem autem huius diuisionis causam elicio ex prima Secundæ, q. 10. art. 1. ad secundum, quòd scilicet ideo aliqua accidentia oriuntur ex principiis essentialibus inseparabiliter secundum actum completum, aliqua autem separabiliter secũdum actũ completum, & inseparabiliter secundum aptitudinem: quia illa sequuntur rei actualitatem, ista uero potentialitatem. Quod sic intelligo: quia vnumquodque agit secundum quod est actu, patitur autem secundum quod est in potentia, ex sufficientie rei actualitate procedit quòd accidens in se complete producat, & per oppositũ, ex insufficiente actualitate, & consequenter potentialitate, ex qua omnis sufficientia est, prouenit, quòd res habet accidens in se secundum aptitudinem tantum, & quòd ab illo expectet actualitatem, seu quòd accidens separabile sit secundum actualitatem, quod idem est.

¶ Amplius cum esse, & bonum actualitatem sequantur, & non esse & malum potentiam, ex actualitate rei prouenire necesse est esse accidens perfectum, & inseparabile secundum actum, & aptitudinem: & per oppositum ex rei potentialitate procedere oportet incompletionem accidentis, & separabilitatẽ eius secundum actum. Est. n. separabilitas ipsa quoddam non esse, cum nihil aliud sit, ꝙ negatio necessariæ sequelæ sui esse completi ad esse subiecti. Intelligere autem hic ut supra, scilicet, quòd ex actualitate subiecti aptitudo est, ex potentialitate autem separabilitatis accidentis secundum suam actualitatem.

¶ Aduertendum veto est, quòd S. Thomas passiones, quę dicunt aptitudinem, non collocauit simpliciter inter accidentia ex essentialibus principiis fluentia, sed potius ipsarum passionum, & aptitudinum actus, quos secũdum incompletum esse aptitudines vocauit. Fecit autem hoc, quia aptitudo de se non habet rationem alicuius per se producti, seu producibilis. Nullum enim naturale producens intẽdit aptitudinem, sed aptum illius: non est namque opus risibilitate, nisi ut rideatur vnde & risibilitas inchoatio quædam risus est. propterea igitur inter effectus essentialium principiorum aptitudo non est simpliciter posita, sed actus: quia non ipsa, sed eius actus est qui a principiis productiuis intenditur, & quia aptitudo nihil aliud est quàm inchoatio quædam, inchoatio autem est actus imperfectus: ideo accidẽtia secundum actum incompletum aptitudines vocantur.

Aliquando vero secundum aptitudinem tantum: sed complementum accipiunt accidentia ex agente exteriori, sicut diaphaneitas in aere, quæ completur per corpus lucidum exterius, & in talibus aptitudo est accidens inseparabile: sed complementum quod aduenit ex aliquo principio, quod est extra essentiam rei, uel quod non intrat cõstitutionem rei, est separabile, sicut moueri, & huiusmodi.

T.c. 19. usque ad c 28.

h Sciendum est autem, quòd in accidentibus alio modo sumuntur genus, differentia, & species, quàm in substantiis. Quia enim in substãtiis, ex materia & forma substantiali fit per se vnum, vna quadã natura ex eorum coniunctione resultante, quæ proprie in prædicamento substantię collocatur, ideo in substantiis nomina concreta, quæ compositum significãt, proprie in genere esse dicuntur, sicut genera, uel species, ut homo, uel animal: non autem forma, vel materia est in predicamento hoc modo, nisi per reductionem, sicut principia in genere principiatorũ est aliud ab infirmitate & 12. Meta longo processu probatur, principia prædicamẽtorum esse eodem proportionabiliter, quia cuilibet actui propria respondet potentia.

¶ Si autẽ tertio sensu inquiratur, respondetur negatiue, ꝙ scilicet non omne accidens habet aliquod subiectũ proprii in ratione principii proprii, eo quòd habere subiectum proprium in ratione principii includit fluxum illius accidentis a tali subiecto in genere causæ efficientis eo modo, quo duorum effectuum ordinem inter se se habentium prius est causa effectiua eius, quod necessario primi productionem sequitur, siue illud subiectum sit receptiuum accidentis, ut quo, siue vt quod, patet quòd non omne accidens fluit a suo receptiuo effectiue: sed multa sunt, respectu quorum receptiuum pure passiue se habet, ut patet cum species rei sensibilis recipitur in medio, siue in sensu.

¶ Si autem quarto modo intelligatur quæstio, patet quid dicendum sit: negatiue enim respondere oportet.

SED aduertendum est, quòd hæc quæ diximus, intelligi debent de accidẽtibus secundũ seorsum acceptis actibus, & seorsum aptitudinibus. Loquendo nãque de accidentibus, ut S. Tho. in litera loquitur, scilicet non iudicando actualitates accidentium seorsum ab aptitudinibus, dicerem, quod omne accidens secundum suam radicalem aptitudinem habet aliquod subiectum proprium in ratione subsistentantis potentiæ, & principii, licet non secundum suam actualitatem, eo quòd apptitudo ad tale accidens nõ est, nisi a tali gradu substantiali fluat mediate, vel immediate: & consequẽter nisi in tali gradu subiectiue sustentet immediate, uel mediate. Verbi gratia. Lumen secũdum suam actualitatem & substantiam, licet sit ab extrinseco, & sit accidens separabile, tamen secundum suam inchoationem, seu radicalem aptitudinem, puta, diaphaneitatem, est inseparabile, & fluit a certo gradu substantiali communi superioribus, & inferioribus. Et similiter sedere, licet sit accidẽs per accidens, tamen secundum suam aptitudinem est proprium, & non natum conuenire nisi certo enti, puta, animali tali &c fluit. n. aptitudo ad sedendum ex suis principiis. Similiter & videre, scilicet sit accidens separabile, tadicalis tamẽ aptitudo ad vidẽdum, separari a tali animali non potest.

¶ Ex his patet, quomodo ad vtranque partem rationes adductæ verum concludunt diuersimode. Nam loquendo de accidentibus secundum suas essentias, & actualitates, conclusio rationum primo adductarum conceditur, accipiendo subiectum in ratione sustentantis, & principii. In ratione autem potentiæ falsa est conclusio, vt dictum est. Nec probatio contra hunc applicata sensum uaret, eo quòd cum dicitur, quòd proprium conuenit soli, omni, & semper, intelligitur de ipso proprio non secundum suam actualitatẽ, sed secũdum aptitudinem. Et similiter cum dicitur, quòd ad corruptionem proprii definit subiectum, intelligitur, si corrumpitur secundum aptitudinem, non autem secundum actum, vniuersaliter loquẽdo. Vel dicatur, quòd inseparabilitas, & huiusmodi nõ conuenit accidenti, ut respicit subiectum in ratione propriæ potẽtiæ, sed ut sustentatium, & principium. Loquendo autem de accidentibus secundum suas aptitudines, patet quomodo rationes peccant. Dico enim quòd nullum accidens est separabile secundum aptitudinem radicalem saltem, sed coæuum subiecto necessario, & quòd corrupto accidente secũdum talem aptitudinẽ oportet subiectũ corrũpi. Ratio aũt in oppositũ adducta concludit, quòd omne accidens habet subiectum, de quo per se prædicatur secundum se, uel secundum suam aptitudinem. Cum enim eius sit actus, cuius est potẽtia, vt dicitur in Somno & vigilia, idem subiectum erit quod cadit in diffinitionem accidentis secundum aptitudinem, & secundum actum: sicut homo debet poni non solum in diffinitione risibilis, sed risus. Stant ergo ista duo simul, ꝙ accidens secũdum suam actualitatem non habeat proprium subiectum, cui vniuersaliter soli, & semper insit, & tamẽ habeat proprium subiectũ, per quod diffiniri debeat: quia ad hoc secundum sufficit, quòd secundum se, uel secundum suam aptitudinem per se de illo subiecto prædicetur. Ad primum uero sufficit accidens secundum se tantum non prædicari per se de subiecto.

h ¶ In hac tertia parte capituli huius determinatur, quomodo accidentia se habeant ad intentiones logicas. Et primo, quomodo se habent ad esse in prædicamento, deinde vnde sumantur in eis genus, & differentia. Quo ad primum ponit duas conclusiones, scilicet. Accidentia in concreto non sunt proprie in prædicamẽto: et, Accidentia in abstracto proprie sunt in prædicamento.

AD QVARVM euidentiam sciendũ est, quòd accidentia habent vnum modũ essendi, scilicet esse in alio: non enim sunt, nisi insint alicui. Habent autem duos modos intelligendi, eo quòd intellectus est natus ea, quæ sunt adunata in re, diuidere. Intelligũtur enim quãdoque cointelligendo sibi subiectum, cui insunt, & intelliguntur per modum accidentis, eo quòd accidentis esse est in alio esse. Quandoque vero intelliguntur solitarie non cointelligendo, scilicet eis subiectum, cui secundum rem insunt, & tunc intelliguntur ꝑ modum substantiæ, eo quòd esse per se, idest, solitarie, soli substantiæ conuenit, accidentia enim semper comite egent. Cum autem modus significandi non fundetur super modo essendi, sed intelligendi, sicut habent duos modos intelligendi, sic habent duos modos significandi. Vnde significantur quandoque cõsignificando subiectum, & tunc significantur per modum accidentis, & vocantur significata in concreto, vt album, nigrum &c. Quandoque uero significãtur ipsa sola, absque si ilicet subiecti cõsignificatione, & tunc significantur ꝑ modum substantiæ, & uocantur significata in abstracto, ut albedo, & nigredo. Abstractum enim & concretum in accidentibus, licet differant in modo significandi, idest, penes consignificare subiectum, & non consignificare illud, conueniunt tamen in significatione ipsius formæ accidentalis. Album. n. puram qualitatem significat, sicut in prædicamentis dicitur, sicut & albedo: sed album significat albedinem in subiecto, albedo autem significat albedinem absque illo. Quia igitur accidentia in concreto totum coniunctum important, puta, sicut album albedinem in subiecto, coniunctum autem hoc non est vnum per se, sed vnum & ens per accidens, id autem quod in prædicamento reponitur, debet importare vnum & ens per se, cum prædicamenta diuidant ens per se, 5 Metaphy. tex. Commen. 14. ideo accidentia inconcreto non proprie reponuntur in prædicamẽto. Et hęc est ratio, quia in litera, prima conclusio probatur, quæ sic formari potest. Nullũ nomen importans ens & unum per accidens, est proprie in prædicamento: concretum accidentale importat vnum & ens per accidens. ergo nomen concretum accidentale non ponitur in prædicamento proprie, & per se. Ad declarationem Minoris ponitur differentia inter concretum accidentale, & substantiale in hoc, quòd concretum substantiale importat compositum ex materia & forma, & tale est unum per se. & ideo reponitur in prædicamento vt genus, uel species: accidentale uero importat ex subiecto compositum & accidente, quod est unum per accidens. ex accidẽte enim & subiecto non fit nisi vnum per accidens vt dicitur 7. Metaphysicor. & ideo non debet poni in prædicamento, nisi reductiue, eo modo quo res. impura ad suæ puritatem naturæ reducitur.

T.c. 14. T.c. 11. & 14.

Et sic remanet secunda conclusio vera, quòd accidentia, scilicet in abstracto, in prædicamento speciei & generis prædicationem suscipiunt, aliter omnino a prædicamentis accidentia sunt excludenda.

CVM Autem audis, abstractum solam formam importare, non ideo hoc dictum putes, quòd abstractum subiectum formæ a se omnino excludat, hoc enim falsum est: sed ideo quia abstractũ ex modo suo significandi, quo solo differt a concreto, non includit subiectum principaliter, sed secundario, & ex consequenti. Quod ex conuenientia, & differentia inter ea ex modo significandi persuaderi potest. Conueniunt enim in hoc, quòd tam abstractum, quàm cõcretum ex modo significãdi importat duo. s. quod, & quo, seu subiectum, & formam. Idem enim importat diffinitio, & diffinitum, licet alio modo. Diffinitio autem utriusque importat vtrumque dictorum, vt exẽplariter patet: similitudo enim dicimus curuitatem nasi, & simum nasum curuum. Quòd autem hoc sit ex modo significandi, ex eo clarum est, ꝙ tã abstractum, quàm concretum puram formam significat, vt in prædicamentis testatur Aristoteles. Differunt autem abstractum & concretum ex va-

rietatis modi significandi in hoc, quòd concretum importat ex modo significandi principaliter subiectũ, & secũdario formã: abstractũ vero principaliter importat formã, & ex consequenti subiectum.

¶ Aduertendũ itaque est, q̃ contrario ordine se habent subiectũ, & forma ad significationẽ nominis cõcreti, & eius modũ significãdi. Importat enim concretum ratione significationis primo formam, & subiectũ nõ, nisi ex consequenti copula. Quo ad modum vero significandi primo subiectum, & ex consequenti formam importat. Cuius signum est, quòd in diffinitione cõcreti exprimitur primo subiectum, tanquam genus, quod prima pars diffiniti, & forma secundo loco ponit quasi differentia. Dicimus nãq; quòd simũ est nasus curuus. Abstractũ vero & ex significatione, & ex modo significãdi primo formã importat, secũdario aũt ex eo cõsequẽti subiectũ. In cuius signũ in eius diffinitione forma ipsa primo exprimitur vt genus subiectũ aũt secũdario, loco differẽtiæ, vt patet cũ dr, simitas est curuitas nasi. Oritur aũt hæc differentia ex eo, q̃ concretum importat habitudinem inter subiectum & formam, prout incipit a subiecto, & terminatur ad formam. Abstractum vero importat habitudinem inter formam & subiectum, prout incipit a forma, & terminatur ad subiectum, vt in exemplis datis apparet. Ex hoc enim quòd habitudo importata per concretum, importatur ex modo significandi, vt incipiens a subiecto, sequitur quòd primo importet subiectum, a quo incipit: & similiter ex hoc quòd habitudo importata per abstractum, importatur ex modo significandi, vt incipiens a forma, consequens est, vt primo importet formam, a qua incipit. Causa enim huius diuersitatis est, quia concreta ad composita significanda fuerunt inuenta: compositio autem a subiecto oritur. Abstracta vero inuenta sunt ad significandas formas apud nos inuentas, simplices quidem, sed a quibus denominatio ad subiecta deriuatur. vnde & concreta compositum quid sonãt: abstracta uero formas, ut cadentes tamen ad subiecta. Non igitur propterea dictum est, quòd abstractũ solam formam importet, quia nullo modo copulat subiectum: sed quia ex modo significandi compositum non sonat, nec principaliter importat ipsum subiectum, quemadmodum concretum, sed extrinsece tãtum eorum habitudinis formæ significatæ.

ADVERTE hic, quòd de abstracto, & concreto quomodo sunt in prædicamento, alter Methaphysicus, & aliter Logicus iudicabit. Cum enim apud Metaphysicum, qui res secundum suas essentias cõsiderat, & non secundum modos intelligendi, vel significandi, abstractum & concretum non differant, eo quòd eadem res abstracte, & concrete sit significata, dicet ipse sicut abstractum ita & concretum in genere esse: res enim per suam essentiam ingreditur, vel egreditur genus metaphysicaliter sumptum, idest, per rem generis, & non per modum significandi. Vnde non dicet Metaphysicus album ens per accidens, sed hoc album, vt patet 5. Meta. tex. Cõ. 15 & 14. & 7. eiusdẽ tex. C.ũ. 16. Logicus aũt, qui non res ẽm suas naturas, sed ẽas intẽtiones adiũctas primis intellectis a significatis cõsiderat, dicet abstractũ ee in genere: cõcretũ vero nõ, quia res nomine abstracto significata põt denominari species, vt albedo, & gen.ª, vt color: cõcretũ vero nõ pp alietatẽ modi significandi, vt dictũ est. Causa aũt quare alietas modi significandi hãc veritatẽ Logico præbeat est, quia modus significandi prætẽdit secũdas intentiones, & fundat quodammodo ipsas. licet. n. tã modus significandi, quàm secunda intentio conueniant in hoc, quòd sequantur rẽ non secundum se, sed vt intellectam: prius tamen rem ut intellectam sequitur modus significandi, quàm secunda intentio, eo quòd modus significandi nihil aliud est, q̃ signum modi intelligendi, sicut uox significans est signum rei intellectæ. Vnde sicut uox significatiua prius sequitur rem intellectam, quam secunda intentio: ita eius modus significandi modum intelligendi, vt totus ordo pertinentium ad nomina primæ intentionis præcedat ordinem eorum, quæ pertinent ad nomina secundæ intentionis. Quia igitur secundæ intentiones res vt intellectas, & significatas denominant, & non absolute: ideo stat eandẽ rẽ diuersimode intellectã, & signãtam, denominari speciem, & nõ spẽm, & consequenter esse directe in prædicamento, & nõ esse directe in eo, licet eadẽ natura humana significata nomine hominis, species est, significata vero nomine humanitatis species nõ est, sed speciei principiũ. Vnde in proposito apud Logicũ res illa, quæ albedinis nomine intelligitur diuersimode significata, in prædicamento esse affirmatur, & negatur. Si. n. in abstracto significetur, cum sic speciei denominationem habeat, in prædicamento reponitur: si aũt in concreto significetur, cum sic speciei, uel generis denominationem non habeat, quia rem extrancã ex modo significandi includit, in prædicamento directe ei se nẽgatur. Et quia in tertio S. Tho. est declarare, qũo accidentia se habeant ad intẽtiones logicas, & non ad cuius generis rem pertineant: ideo concretum accidentale a prædicamẽtis seperauit.

CVM his omnibus aduertas, quòd aliquid facit rẽ reponi in prædicamẽto dupliciter, vno modo vt rẽ reponendi ipsũ in prædicamento tali modo vt cõditio sine qua nõ. Ratio reponendi rem in genere, siue specie tã apud Logicũ, quàm apud Metaphysicũ est essentia illius rei. Res. n. per suam essentiã ad genus & spẽm definitur: conditio aũt sine qua non, est modus ipse significandi. Et in prædicamento quidẽ substantiæ cõditio sine qua res non suscipit generis, uel speciei &c. denominationẽ, est modus significandi in concreto. In prædicamentis autem accidentium cõditio sine qua non, est modus significandi in abstracto: propterea cum dictũ est, concretum accidentale non directe reponi in prædicamento apud Logicum, intellige hoc propter defectũ conditionis sine qua nõ, & non propter defectum rationis reponendi. Et similiter cum dicitur, quòd humanitas, & uniuersaliter abstractum substantiale nõ est in genere substantiæ, intellige propter defectum conditionis sine qua non, & non rationis reponendi.

¶ Hic declaratur vnde in accidentibus sumantur genus, & differentia propositionibus tribus. Prima est. Genus & differentia non sumuntur in eis ex materia, & forma. Secunda est. Primum genus, sumitur ex proprio modo essendi, quo prædicamentum ipsum pars entis constituitur. Tertia est. Differentiæ sumuntur in accidentibus ex diuersitate propriorum principiorum. Prima patet sic. Nec imposuit ex materia, & forma non potest habere genus sumptum a materia, & differentiam a forma: sed accidentia sunt incõposita ex materia & forma. igitur non potest in eis sumi genus a materia, & differentia a forma, sicut in substantiis cõpositis: sed oportet ut primũ genus sumatur ex ipso mõ essendi, ẽm q̃ ens diuersimode ẽm prius & posterius de decẽ generibus prædicatur: sicut dicitur quantitas ex eo, q̃ est mensura substãtiæ, & qualitas ẽm quod est dispositio substãtiæ, & sic de aliis ẽm Philosophum in 11. Metaphy.

K Differentiæ uero in eis sumuntur ex diuersitate principiorũ, ex quibus cãt: & quia propriæ passiones ex ꝓpriis principiis subiecti cãtur: iõ subiectũ ponit in diffinitione eorũ loco differẽtiæ, si in abstracto diffiniantur, secundum quod sunt proprie in genere, sicut dicitur, quòd simitas est nasi curuitas: sed econuerso esset si eorum diffinitio sumeretur secundum quod concretiue dicuntur. Si enim subiectũ in eorũ diffinitione poneret sicut genus, quia tũc diffinirent per modũ substãtiarũ cõpositarum, in quibus ratio generis sumit a materia, sicut dicimus, quòd simũ est nasus curuus. Similiter etiã est si vnũ accidens alterius accidentis principium sit, sicut principiũ relationis est actio, & passio, & quãtitas: & ideo secundum hæc diuidit Philosophus relationem in 5. Metap.

l Sed quia propria principia accidentium non semper sunt manifesta: ideo quandoque sumimus differentias accidentium ex eorum effectibus, sicut congregatiuum & disgregatiuum visus dicuntur differentiæ coloris, quæ causantur ex abundantia, & paucitate lucis, ex qua diuersæ species coloris causantur. Sic ergo patet, quomodo essentia est in substantiis, & accidẽtibus: & quomodo in substantiis compositis, & simplicibus: & qũo intentiones logicæ vniuersales in eis inueniuntur, excepto primo principio, quod est infinitæ simplicitatis, cui non conuenit ratio generis, uel speciei, & per consequẽs nec diffinitio propter suam simplicitatem, in quo sit finis, & consummatio huius sermonis.

¶ Et quia posset aliquis signum hoc inficiari, dicens quòd subiectum proprium quandoque ponitur in diffinitione proprii accidentis loco generis, & non differentiæ: ideo ad hanc obiectionem excludendam subditur, Licet econuerso esset &c. & vult dicere, quòd licet ita sit, quòd quandoque ponatur subiectum in diffinitione proprii accidentis loco generis, & non differentiæ: quia tamen hoc non sit, nisi cum accidens in concreto diffinitur, quod vi sic nõ est in genere, ideo hoc non obstat nostræ sententiæ: qua accidentis differentiã secũdum quod in prædicamento est, unde sumenda sit, declaramus. Causa enim, quare in diffinitione accidentis in concreto subiectum ponitur loco generis, non est ipsa natura accidẽtis, ita quòd subiectum eius essentia pro genere sibi vendicet, sed est modus eius significandi. Quia enim concretum ex modo significandi importat totũ coniunctũ. Faciens, & subiectũ: ideo per modũ rerũ diffinitur cõpositarum, in quibus genus sumitur a materia, & differentia a forma. & propterea subiectum, cum se habeat vt materia, loco generis ponitur: & natura accidentis, cum se habeat vt forma, loco differentiæ ponitur, & dicitur, simum est nasus curuus: non sic autem est, cum diffinitur accidens in abstracto. tunc enim ponitur vt genus id quod essentia ipsius accidentis determinat sibi vt genus, & ponitur loco differentiæ id, a quo accidens secundum naturam suam specificam differentiam trahit, scilicet subiectum proprium, & dicitur, simitas est curuitas nasi. Manifestum quoque sit hoc, scilicet, quòd differentiæ accidentium sumuntur ex diuersitate principiorum propriorum non solum quando accidens immediate causatur a substantia, sed etiam qñ vnũ accidens est alterius principii proprii: tunc enim differentias sortiuntur accidentia causata penes diuersitatem accidentiũ causantium, ut patet de relationibus, quarum differentia attenditur penes sua fundamẽta, seu causas, puta, actionem, passionem, & quantitatem, ut patet ex diuisione relationum facta ab Aristo. 5. Meta tex. com 20 Et per hoc excluditur obiectio alia, quæ posset fieri de secunda, & tertia passione eiusdem subiecti. Posset enim aliquis obiicere, quomodo alia est differentia secundæ passionis a differentia primæ, si ex principiis ex quibus fluit passio, differentia sumitur, quandoquidem eadem sunt principia, a quibus fluunt prima, & secunda. Exclusa enim est hæc obiectio per hoc, quod dictum est, quòd quando vnum accidens est principium alterius, differentia posterioris accidentis non ex diuersitate remotorum principiorum, sed propriorum attenditur: & ideo cum prima passio sit principium secundæ, non sunt eadem propria & immediata principia primæ, & secundæ.

l ¶ Quia posset tertio aliquis dubitare de hoc, quòd dictum est, scilicet, quòd differentiæ accidentium sumuntur ex eorum propriis principiis, ex hoc quòd quandoque sumimus eorum differentias ab effectibus: sicut albedinis & nigredinis differentias dicimus congregare & disgregare visum, ideo ad hanc dubitationem tollendam dixit quòd hoc contingit non ex natura ipsorum accidentium, sed ex nobis, quibus propria principia accidentium occulta cum sint, opus est ex effectibus notioribus differentias sumere, quæ differentias ueras quodammodo nobis insinuant, sicut in exemplo proposito liquet. Albedo enim, & nigredo differunt a priori ex abundantia, & paucitate lucis. Lux enim in opaco corpore existens aliqualiter obumbratur, albedinem constituit, valde autem offuscata nigredinem: a posteriori autem differunt congregatione & disgregatione visus. ex hoc enim contingit disgregare, quia ibi est satis de luce, & non econuerso. Et quia abundantia, & paucitas lucis non ita nobis manifestæ sunt, sicut congregatæ & disgregatæ: ideo loco propriorũ differentiarũ, cõgregatiuum & disgregatiuum potimus dicentes, Albedo est color disgregatiuus visus, nigredo vero congregatiuus.

HIC ADVERTAS, Quòd non dixit subiectum esse differentiam accidentis, sed poni loco differentiæ: habent enim proprium genus, & propriam differentiam sui generis, quæ tamẽ absque subiecto non possunt explicari complete: & ideo omnino oportet subiectum in diffinitione accidentis cadere, ut dictum est. Vltimo epilogus fit eorum, quæ dicta sunt, in quorum explicatione meam opinionem ita prolatam esse volo, ut ubi veritati consentanea inuẽta nõ fuerit, & ingenio & ætati venia detur, adolescentiã nadhuc ago. Vbi aũt veritatis tramitẽ secuta videbitur, gratiarum debitæ actiones diuo Thomæ habeantur, a quo quicquid veri est, didici.

F I N I S.

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xisti, in librum D. Thomæ Aquinatis, de Ente & Essentia.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E.

Omnes sunt Quaterniones, præter E, qui est Duernio

ROMAE,

Apud Iulium Accoltum. M. D. LXIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca